Bayerische StaatsBibliothek
Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Johannes

Fragmentum Evangelii S. Johannis Graeco-Copto-Thebaicum Seculi IV

Roma 1789

4 B.gr. 39 a
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10223921-2

4° B. gr.
39 a

4° B. gr. 39 a
H. Burnell 1859.

FRAGMENTUM EVANGELII S. IOHANNIS GRAECO-COPTO-THEBAICUM

SAECULI IV.

ADDITAMENTUM EX VETUSTISSIMIS MEMBRANIS
LECTIONUM EVANGELICARUM
DIVINAE MISSAE
COD. DIACONICI RELIQUIAE
ET LITURGICA ALIA FRAGMENTA
VETERIS THEBAIDENSIUM ECCLESIAE
ANTE DIOSCORUM

EX VELITERNO MUSEO BORGIANO

NUNC PRODEUNT
IN LATINUM VERSA ET NOTIS ILLUSTRATA

OPERA ET STUDIO

F. AUGUSTINI ANTONII GEORGII
EREMITAE AUGUSTINIANI

Giorgi
Fragmentum
Evang. Johannis

ROMAE
APUD ANTONIUM FULGONIUM
CIↃ. IↃCC. LXXXIX

PRAESIDUM FACULTATE.

111 G
Nb/62/704

Bayerische
Staatsbibliothek
MÜNCHEN

Bayerische
Staatsbibliothek
MÜNCHEN

PRAEFATIO.

QUAE de Iſidis cura atque pietate in colligendis Oſiridis ſui membris ab impio, immanique Typhone laceratis atque diſperſis, veteres Aegyptiorum fabulae narrare conſueverunt, ea me a canoris hiſce futilibuſque nugis repente abductum, mira vi quadam in altum extollunt ad unam illam veri ſummique Numinis providentiam contemplandam, qua factum intelligo, ut noſtris hiſce temporibus in tota pene Europa eruditorum animi, converſis ſtudiis ad chriſtianas ultimae Aegypti antiquitates, non tam Memphitica, quam *Thebaica* tum divini, tum etiam eccleſiaſtici codicis fragmenta, typhonia barbarie in partem omnem diſtracta ac diſſipata avide conquirere, certatimque colligere adnitantur,

Memphitica enim non modo fragmenta, ſed integra volumina, & magno quidem numero, iamdiu latebant in regia Pariſ., in Colbertina, in San-Germanenſi, in Oxonienſi, in Berolinenſi, aliiſque apud Anglos, Germanos, & Gallos, perinde atque in noſtris hiſce Romanis bibliothecis, Barberina, Vallicelliana, Angelica, & in ea maxime, quae omnium princeps commemoranda erat, Vaticana. Nam & ad Aegyptiacas huius ſacri ampliſſimique Serapei divitias augendas, curantibus Pontificibus Maximis Clemente XI. & Innocentio XIII., acceſſit poſtremo tota illa Copticorum codicum ſeries, quam ex Oriente cl. mem. Praeſul Ioſeph Simon Aſſemanus devectam ad calcem tom. I. II. & III. *Biblioth. Orientalis* accurate recenſet.

Ex his certe Romanis pluteis materiem, & ſua omnia inſtrumenta ſumſere Kircherus, & Boniurius, unde *Prodromum* ille *Copticum*, & *Linguam Aegyptiacam reſtitutam* omnium princeps publici iuris fecit, iſte vero *exercitationem in monumenta Copt. ſive Aegyptiaca biblioth. Vaticanae* a La-Crozio ipſo

 lauda-

laudata evulgavit an. 1699. postquam *Elementa ling. Aegyptiacae* ab Eusebio Renaud., ex auctoritate ipsius Pont. M. Clementis XI. *die 3. septemb. an.* 1701. recognita & adprobata, summisque deinde laudibus a Montfauconio in *Palaeogr. Gr.* commendata adornarat: immo & postquam *Psalmos Copto-Arabicos* cum variantib. lect. & Latina vers. typis edendos paraverat; ne quid dicam de *dynastiis Aegypt.* amplo volumine illustratis, de *Lexic. Aegypt.* e sacris Copticorum codd. sibi notis collecto, de interpretatione Latina Oseae Proph. κατὰ γράμμα ex Coptico textu cum notis absoluta, de inchoata Pentateuchi Copto-Arabici versione, de *Pontificali Alexandrino*, deque aliis sacrorum librorum exemplaribus manu sua descriptis, & emendatis.

Hinc ego miror, cur Wilkinsius sive in dissert. de lingua Copt. ad Chamberlaynium, sive in prolegom. praemissis *Nov. Testam. Aegypt.* an. 1716. abs se edito, (ubi p.III. mss. Boniurii Romae in collegio Augustinianorum se vidisse significat, quo tempore Boniurius Sinis commorabatur), una illa *monumenta Coptica* inter evulgata, inter mss. vero *quorumdam* tantummodo *priorum capitum S. Matthaei initium Copto-Arabicum* se invenisse dicat, *nec quosnam progressus in hac lingua fecerit* vir *ceteroquin*, ut eum appellat, *doctissimus*, *exinde se diiudicare potuisse* subiungat.

At certe quidem Wilkinsius dum Romae fuit, mss. Boniurii codices non vidit. Si enim vidit, qua, quaeso, fide in sua illa dissertatione ad Chamberlayn. p.91. adfirmare potuit: *Ex magni & clarissimi Montfauconii ... bibliotheca Danielem, & Prophetas minores NULLIBI ALIAS IN EUROPA EXSTANTES descripsi*? Hi enim iam Romae in Angelica exstabant ex iisdem ipsis Montfauconii codicibus, Boniurii calamo, eoque consilio, an. 1699. eleganter exscripti, ne iis Roma careret. Quid, quod ne illam quidem brevem exercitationem in *monum. Coptica*, etsi iam typis impressam Wilkins., legisse videtur? Ibi enim mentionem facit de Grammatica sua Boniurius, & plura scitu digna in Aegyptium codicem Danielis, eiusque apocryphum additamentum praeclare animadvertit.

Lon-

Longe aliter de Boniurio ſenſit La-Crozius tom. III. Theſ. Epiſtolici p.74. *Nihil adhuc ea lingua editum fuit alicuius pretii praeter GUILLELMI BONIURII* exercitat. in monum. Copt., *quae, quod pace doctiſſimi WILKINSII dictum ſit, accuratam illius linguae cognitionem manifeſto prodit*. Haec ille IV. kal. octob. an. Chr. 1716. Quod certe iudicium numquam de Wilkinſio ipſo tulit La-Crozius, ne quidem an. ſeq. 1717., quo tempore *integrum N. T. Copt.* ab eo editum iam perlegerat, uti in epiſtolis ſuis ad Bayerum, altera kal. maii, altera idibus iunii eiuſdem anni ſcriptis aperte ſignificavit. Verba La-Crozii ſileo, ne iis, qui ſummam atque perfectam Copticae linguae peritiam, cui nihil deeſſet, in Wilkinſio tum temporis non agnoverunt, videar aſſentiri.

Sat ego tamen perſpicio, quid animum cenſoris noſtri moverit, ut parum aeque de Aegyptiacis *Boniurii* ſtudiis ſentiret. Voluit, ita credo (& merito quidem) grandia ſuorum nomina extollere, ac celebrare, ubi ſcribit: *Studia quae viri in Anglia clariſſimi Bernardus & Mareſchallus huic linguae olim impenderunt*, *multo* (Boniurianis) *maiora fuerunt*. Sic eſto. Totum enim id facile largitur inſignis modeſtia Boniurii. Sed ego haud temere ſuſpicor, Wilkinſ. aut numquam legiſſe, aut quaſi per tranſennam tantummodo *Eduardi Bernardi* ſcripta, quae in biblioth. Bodleiana exſtant, ſalutaſſe. Alia profecto nulla ſunt *Coptica* ſive edita, ſive *mſs. Eduardi Bernardi*, quae vel a *Thoma Smith*, vel ab aliis illius vitae ſcriptoribus commemorentur, praeter unum *Lexicum Aegyptiacum*, de quo *Smithius* ipſe ait: *In hoc gloſſario multas* (Bernardus) *Aegyptiorum antiquitates ſolerter & ſubtiliter erutas explicavit*. De eo tamen Wilkinſ. nullam mentionem fecit, ſed unicam ἐν ὅλοις cl. *Bernardi* notam ex ineditis in Iamblichum p.81. diſſert. *de L. Copt.* ad Chamberlayn. exſcripſit.

Multo proinde fidius & honorificentius clarorum Anglorum laudes poſterorum memoriae *Boniurium* commendaſſe exiſtimo, ubi in *Scheda* epiſtolari Grammaticae ſuae extra ordinem inſerta, haec ſcripſit: *On n'a jamais vû juſqu'a préſent aucun livre imprimé, ſi ce n'eſt la premiere feville de l'Evangile*

de

de S. Matthieu imprimée à Oxford en beau charactere. Mais tout cela fut abandoné tout d'abord par la mort du Docteur Marschal, qui n'a laissé qu'un seul disciple nommé Eduard, quem tanti fecit Parif. Doctor *Picques*, ut eum *Oedipum*, atque *Hermetem suum*, immo & *Annebonem Aegyptium*, ceu Copticae linguae antistitem, laudare non dubitavit. Viden' ut Boniurius ea, quae de Copticis *Mareschalli*, & *Eduardi* studiis cognoverat, ingenue referat? Folium porro, de quo scribit Boniur., illud ipsum esse puto, quod III. priora S. Matth. capita a Mareschallo excusa. & a *Millio* in prolegom. indicata, complectebatur. Iam enim ab anno usque 1689. *folium* istud typis Oxonii impressum *Thomas* ipse *Eduardus* (in Copticis litteris primum domini *Felli*, deinde & *Mareschalli* auditor) miserat ad Sorbonicum theologum *Ludovicum Picquesium* quasi ad novum quemdam *Mercurium Trismegistum*, *quaterniones duos Evang. Coptici secundum S. Matthaeum* ab eodem Mareschallo *excusos*: quos ego *quaterniones* exemplaria duo unius eiusdemque folii, cuius meminit Boniurius, interpretor; nam an. 1696. 12. martii ad Eduardi epistolam an. superiori scriptam, *Picques* respondens, *mitte*, inquit, *ad me plura exemplaria* primi quaternionis N. T. *impressi Coptice*. Quae quidem omnia leguntur in *Commercio litterario* eorumdem L. Picquesii, Th. Eduardi, & Andr. Acoluthi, Lypsiae evulgato an. 1750.

Mittamus ergo totum id quod Wilkinsius in dissertatione ad Chamberlaynum, & in praef. ad N. T. de Copticis Boniurii studiis, eiusque laboribus nimis artificiose, parumque fideliter scripsit: & audiamus La-Crozium, qui de eo in haec verba loquitur tom. III. *Thes. Ep.* pag. 154: *Et tamen is homo est, qui Guillelmum Boniour linguae illius* (Copticae) *apprime peritum ita ignominiose accepit, ut iam haud minus sinistre de candore WILKINSII, quam de ingenio sentiam*: illudque demum cum eodem La-Crozio statuamus, Copticarum litterarum studium non modo ad Hebraicas, sed ad Graecas etiam antiquitates illustrandas utilissimum a *KIRCHERO* primum, ut ille ait eodem tom. III. pag. 68., *ostentatum*, *a Patre BONIOUR deinceps felicius susceptum*, unicum saeculo superiori labente peperisse perfectum absolutumque fetum, quo sacra *Aegyptiaca* ipsius Boniu-

Boniurii *monumenta* ex Vatic. bibl. educta, eaque *Coptice*, *Arabice*, & *Latine* Romae impressa in publicam lucem prodiere an. 1699. eo nempe tempore, quo necdum cognita erant litteratis viris pauca illa, quae de simili argumento *Picquesium* scripsisse postremo novimus. Is enim an. 1698. die 12. novemb. ad Ludolphum misit *fragmentum* Copticae Liturgiae de fide *realis praesentiae Christi* in Eucharistiae sacramento, & paullo post die nempe 20. decembr. Memphiticum dominicae orationis exemplum. Sed haec in tenebris latuere ad an. usque 1750. quo, uti dicebam Lipsiae, edente eruditissimo *Ioh. Dieterico Winclero*, in lucem venit laudatum *Commercium litterarium Picquesii*.

Neque quicquam offensionis tibi pariat, si forte aut La-Crozium in *Lex.*, aut Boniurium in *Mon. Copt.* unam, aut alteram Aegyptiacam vocem paullo aliter, quam debebant, interpretari videris. ⲡⲁϧⲟⲙ ⲫⲁⲇⲓⲕⲓⲛⲟⲛⲓⲁ̀ ab illo exponitur *Pachomius Dikinionensis*, ab isto *Pachomius e Dicinonia*. Ab Assemano *Aloysio* unius *Patris Pachomii* mentio fit, sine illo additamento τȣ, ⲫⲁⲇⲓⲕⲓⲛⲟⲛⲓⲁ̀, vel ut rectius in Missal. Tukiano legitur, ⲫⲁϯⲕⲟⲓⲛⲱⲛⲓⲁ̀. La-Crozii, & Boniurii alucinatio inde orta est, quod uterque inciderit in codices depravatae lectionis ⲫⲁⲇⲓⲕⲓⲛⲟⲛⲓⲁ̀, qui nec e regione haberent Arabicam interpretationem. Haec enim ad ambiguas voces Coptici textus magno quandoque adiumento esse solet. Iam vero Arabica, quae respondent πῶ, ⲫⲁϯⲕⲟⲓⲛⲱⲛⲓⲁ in Missali, in Pontif., in Rituali, in Theotochiis, immo & in Kal. Copt. apud Ludolphum sunt اب الشركة *Pater sodalitatis*, sive *vitae communis*. Si haec sub oculis habuissent La-Crozius & Boniurius, Copticam vocem, uti augurari mihi licet, continuo emendassent, eaque emendata, statim intellexissent, *S. Abbatem Pachomium* ⲫⲁϯⲕⲟⲓⲛⲱⲛⲓⲁ̀, tamquam *auctorem*, *institutoremque coenobiticae vitae commemorari*. Sic non alio lumine, quam Arab. versione Missalis Tukiani, usus est noster ille Aloys. Assemanus, ubi ⲁⲃⲃⲁ ⲡⲁⲩⲗⲉ ⲡⲓⲣⲉⲙⲧⲁⲙⲁⲩϩ

ab eo

ab eo exponitur *Abba Paullus* الطموهى *Thmueensis*; nam sine illa difficile fuisset divinare, quid sibi vellet, aut mendosa vox ⲡⲓⲣⲉϥⲑⲁⲙⲙⲟϩ in cod. Memphit. Naniano apud cl. Ab. Mingarellium p. CCCLIII., aut ⲡⲓⲣⲉⲙⲧⲁⲙⲁⲩϩ, ut est in Missali Rom. edit., quum nec ⲑⲁⲙⲙⲟϩ, nec ⲧⲁⲙⲁⲩϩ, sed ⲑⲙⲟⲩⲓ, *Thmui*, civitas a veteribus dicatur in Lex. La-Croz., & in aliis pluribus tum historicis, tum geographicis scriptoribus. Quamquam nec sic omne mendum sublatum puto. Nam ubi ⲡⲁⲩⲗⲉ legitur, ⲫⲓⲗⲉ, Gr. Φιλέυς & Φίλεας, SS. Martyris Thmuitarum Episcopi nomen legendum est (1).

Boniu-

(1) *Thmuis*, in indice Orientis Christ. cl. Lequienii, *olim* Mendes *ob hircum, qui in eo colebatur, & corrupte Mueth, Tambowa, Tamonowa, Tithmulus, nunc autem Themni, vel Themoi, seu potius Thamowia*, tam variis nominibus nuncupatur. Alia praeter haec censentur istius urbis nomina in praeviis observationibus illustrium Bollandianor. ad Act. S. Phileae: *Thamus, Thymus, Thynnis, Thynuis, Thynius, Thymnis, Thannis, Taphnis, Thumois, Thmois, Thennis, Chanai*, de quibus ad Act. *S. Donati* die 22. maii sic habent: *Satis erit monuisse ad 12., quas adduximus nominis* Thmuis, *corruptas scriptiones duas hic novas accedere, ubi loco* Thmuis *scribitur* Pothmuis, *&* Tithmulus (Gr. Ποθμȣ́ις, Τίθμȣλος) *ideo fortassis, quod legitimae vocis initium pronunciatu erat durius ac difficilius*. In *D'Anvillii Mémoire sur l'Egypte* pag. 91. retinere dicitur: *Son nom sans beaucoup d'alteration dans celui de* Tmaié, *avec de grands vestiges d'antiquité Selon Saint Jerôme* Thmuis *devoit son nom dans la langue Egyptienne au bouc, qui étoit adoré en cette ville, ce que Herodote rapporte au nom de* Mendes *en particulier*. Thmuis *est aussi distingué de* Mendes *en qualité de nome dans Hérodote*. At non nomine tenus, sed & re & positione *Thmuin* a *Mendes* hodieque etiam in Tab. Geograph. distinctam D'Anvilius exhibet. Quare sublata confusione unius cum alia civitate, sequitur, ut Θμȣ̃ις *lingua Aegyptiaca* dicta sit, sic observante La-Crozio, non *ab hirco*, sed *potius a leone*. Urbs erat sub exordia saec. IV. sede episcopali ornata: eique praeerat *Phileas* domo *Thmuites vir*, qui teste Euseb. l. 8. *H.E.* cap. 9. *cunctis* κατὰ τὴν πατρίδα πολιτίαις τε καὶ λειτȣργίαις *in patria honoribus ac muneribus summa cum laude perfunctus, & in philosophiae studiis admodum clarus*, sed divinarum scripturarum doctrinis, & pastoralis administrationis, sanctaeque vitae exemplis longe clarior, recrudescente Diocletianea persecutione in christianos ex Maximini Imp. perfidia, Alexandriam ad Praesidem ductus, ibique pro Christi fide in agone constitutus paullo ante extremam iudicis sententiam ad Ecclesiam suam scripsit admirabilem illam pulcherrimamque epistolam, cuius illustre excerptum Eusebius ipse refert cap. 10. De Praeside de loco, & anno martyrii vid. Tillemont. tom. V. *H.E.* not. 5. in pag. 491. Hic vero unus Thmuitarum

Boniurius quoque vocem ϯⲙⲉⲧⲣⲉⲙϩⲉ explicaturus, inter varias tum Copticae tum Arab. تحليل significationes, eam adoptavit, quae *communionem*, aut *consociationem* designare poterat, altera deserta, quae *absolutionem* significat. Unde Renaud. in notis ad Liturgiam Graecam S. Basilii: *Haec Oratio titulum in Graeco cod. nullum habet, & in Copticis vocatur* Oratio absolutionis ad Patrem: *id enim & Coptica & Arabica verba significant non* communionis, *sive* consociationis, *ut existimavit vir clarissimus & doctissimus Guillelmus Boniour*. Et tamen in Rituali Coptico, sive in indice pag. 7., sive in textu pag. *6.* & alibi ϯⲙⲉⲧⲣⲉⲙϩⲉ, aeque ac تحليل exponitur, non *absolutio*, sed simpliciter ⲁⲉ ⲡⲓϫⲓⲛⲥ̀ⲙⲟⲩ *benedictio*. Wilkinsius vero, qui non aliud, quam *liberationem*, seu *absolutionem* τῷ ϯⲙⲉⲧⲣⲉⲙϩⲉ significari putavit, illud Apostoli I. ad Timoth. I. v. 10. ⲛⲛⲓⲣⲉϥϯⲣⲉⲙϩⲉ ⲉⲃⲟⲗ contra divini scriptoris mentem vertit, *liberatoribus* pro ἀνδροποδίςαις, *plagiariis*, ignorans, quod Boniurius in Gramm. tradiderat, vocem hanc ϯⲙⲉⲧⲣⲉⲙϩⲉ sumi etiam posse pro *mancipatione*. Qua de re nihil in praesentia disputo.

Verum hi leves sunt naevi, qui nihil detrahunt peritiae, qua & Lacrozius, & Boniurius in Coptica lingua pollebant. Nam optari quidem, sed fieri vix potest, ut qui omnium primi arduum incultumque novale colere aggrediuntur, non semel

rum Episcopus & Martyr insignis Φίλεας, Φιλεὺς a Metaphraste, & Φιλήας aliter etiam dictus, in act. *S. Donati* Thmueos Episcopi in locum *Phileae* divinitus instituti, apud Bolland. ad diem 22. maii, commemorari potuit in Missali Romano a Sac. Congreg. approbato. Ea enim huius sacri Senatus firma & constans lex est, ne ulli ignoti nominis, & suspectae fidei *Sancti* in sacrorum diptychorum tabulas intrudantur. *Abbatis* autem *Paulli*, vel *Paulle Thmuitae* nomen nullum umquam locum neque inter Martyres, neque inter Episcopos, aut Monachos, aliosve Sanctos urbis Thmueos, habuisse legitur. Non Paullus igitur, sive Paulle, sed *Phile*, vel ⲫⲩⲗⲉ, unde recentiorum Coptitarum vitio, *Paulle* nomen corruptum habemus, in Missali nostro Aegyptiaco legi omnino debet. Et reapse ፈሎ፡ኤጲስቆጶስ፡ *Felo Episcopus* commemoratur in Calendario Aethiopico, alias etiam Coptico, apud Ludolphum ad 4. febr., quo die in Martyrologio Romano. & in Actis Bollandian. memoria celebratur *S. Phileae Episcopi, & Martyris Thmuitarum*.

aut iterum, ſublabente in duro ſolo aratro, a recta linea ſulci aberrent. Rem nos ipſi experti miſere ſumus in Actis S. Coluthi, de quibus alibi redibit ſermo, quum dabimus, uti ſperamus, ex Thebaico apographo *genuinum* ſupplementum Miraculi II. nuper in Aegypto inventum.

Qui vero nonnullis editis, elapſo ſaeculo, Memphiticae verſionis monimentis, quaſi medii Kircherum inter & Boniurium inclaruiſſe traduntur, duo omnino ſunt, *Hottingerus* nempe, & *Theodorus Petraeus*. Ille an. 1660. Heidelbergae Coptice & Latine edidit 1. & alterum verſ. Pſalmi I. Hic vero an. 1663. Lugd. Batav. integrum Pſalmor. cod. Copto-Latinum evulgavit; uti & Latine convertit epiſtolam Apoſtoli Paulli ad Epheſios, quae, teſte La-Crozio, in reg. Berolini bibl. inter alia plura Coptorum mſs. aſſervatur. Sed morem Arabicae pronunciationis, quem Petraeus in efferendis Copticis ſequebatur, aegerrime tulit, improbavitque Wilkinſius. Neque enim Aegyptiis, ſed Latinis formis Aegyptium Pſalterii textum, unde Arabicae lectionis ratio dignoſci facile poterat, inops *Petraeus* impreſſit. Idemque de *lectione Liturgicae benedictionis*, *Petraeana ... utpote arabiſmi uſu corrupta*, antea ſenſerat La-Crozius, teſte Wilkinſ. ipſo in praef. ad editionem a Chamberlayn. adornatam, *Orationis Dominicae in diverſ. omnium fere gentium ling. verſae*.

Salmaſius quoque nonnihil contulit ad Copticarum quarûmdam vocum origines illuſtrandas. Quamquam de abſurda ac prorſus falſa interpretatione, qua Liturgicam formulam circa invocationem Spiritus S. ſuper Euchariſticorum ſymbolorum tranſmutationem, omiſſo Aegyptiaco, & uno adoptato Arabico textu, corrupit, conſulas velim Renaudotium Comment. in Liturg. Copt. S. Greg. p.306. & 307.

Hilligerum, eiuſque *Summarium Copticum* commemorat *Picqueſ.* in ep. ad *Menagium* ſcripta an. 1695.

Verum ſi pernoſcere modo aveas ſeriem, atque praeſtantiam aliorum fere omnium, qui tum ſuperiori, tum hoc etiam ſaeculo noſtro ad hos uſque dies Copticis litteris excolendis operam dederunt, videſis *Valpergae*, alias *Didymi Taurinenſis* ſcri-

ptoris

ptoris *nobilissimi*, virique inprimis *doctissimi*, illustre prorsus, & elegans *Litteraturae Copticae Rudimentum* p. 22. & seqq. Inter hos non sine peculiari honoris praefatione commemorandi sunt idem ipse saepe laudatus Wilkinsius, qui an. 1716. Novum Testamentum Copto-Latinum, eademque forma an. 1731. Pentateuchum edidit: *Hadrianus Relandus*, qui de suis *veteris sermonis Aegyptiaci* λειψάνοις mentionem facit in epistola ad Wilkins. *Eusebius Renaudotius*, qui Liturgias Aegyptias & librum Pontificalem de ordinatione Patriarchae Alexandrini Romana civitate donatum in publicum protulit Parisiis an. 1716.: *Maturinus Wessiere La-Crozius*, qui an. 1720. iunio mense *Lexicon Aegyptiacum*, *cuius*, licet necdum editi, *fama*, ut scribit Wilkins. tom. I. *Thes. epistol.* pag. 340., *per totam inclaruit Europam*.

Sed quoniam suscepti argumenti occasio memoriae mihi suggerit praeclarum carumque nomen Aegyptii Praesulis *Raphaëlis Tukii*, qui an. superiori 1787. XVI. kal. novembris e numero mortalium in Christo Iesu excessit, suique desiderium bonis omnibus, qui eum norant, in urbe reliquit, imperare mihi non possum, quin de egregii huius hominis in Copticas litteras meritis, obiter licet, aliquid saltem dicam. Raphaël noster, domo Digergensis honeste in patria educatus, bonae indolis iuvenis, & ingenii acumine praeditus, interque Aegyptios Monachos diaconatus ordine initiatus, Copticam linguam apud suos docebat: sed mirifica Spiritus Sancti gratia illustratus, cognitis, atque abiuratis schismaticis, & haereticis, quibus antea imbutus erat, erroribus, duce & comite Missionario Etrusco O. M. O. Romam tamquam ad universae Catholicae Ecclesiae centrum, an. 1724. labente septembri, ingenti cum gaudio venit; & mox idib. octobr. inter alumnos Urbaniani Collegii de P. F. auspicato receptus, usitatum studiorum curriculum inire alacriter coepit. Eo absoluto Theologi Doctoris laurea condecorari meruit ann. 1735. VI. kalend. iun., nonis vero eiusdem mensis, ordinem sacerdotii pie sancteque suscepit. Post id temporis multo quam antea acrius, atque studiosius operam dare perrexit colligendis, describendis, ordinandisque codicibus, qui in pu-

blicum Eccl. Copt. usum evulgari possent. Hinc an. sequenti, qui erat iuxta Aegypt. epocham an. Martyrum 1452., aerae Christianae 1736. (non autem, ut in Didymo & alibi legi, 1746.) Missale iam ante paratum, & mox ab amplissimis Sac. Congreg. Patribus approbatum edidit. Patriis Laribus, & quidem non sine religionis nostrae, & Ecclesiae catholicae emolumento, subinde revisis, Romam rediit, & an. non 1749., sed 1744. Psalterium cum Canticis, aliisque sacris Prophetarum lectionibus, or. Dominica, & Symbolo Nicaeno, absoluta impressione die 16. iulii, in lucem emisit: Diurnum Alexandrinum an. 1750. Partem I. vulgatae editionis *Arabice* versam, quae complectitur Pentateuchum, Iosue, Iudices, Ruth, IV. libros Reg., II. Paralipomen., II. Esdrae, & sacram Tobiae historiam ex Rutilianis typis an. 1752., Pontificalis Copt. par.I. an. 1761. & par. II. an. 1762., Rituale an. 1763., & Theotochias an. 1764. Quos, quantosve labores in haec Liturgica opera praeparanda ut prelo darentur, insumpserit, non semel mihi contigit admirari, cui provincia commissa fuerat adnotandi vel dubia, vel suspecta loca, quae iudicio Sac. Congregationis de libris Oriental. corrigendis, proponenda erant. Creatus Episcopus Arsenoviens. Eccl., etsi stationem teneret in aedibus monasticis S. Stephani Aethiopum post Vaticanam Basilicam, non sine magno incommodo in munere tradendae Copt. linguae Urbaniani Collegii alumnis diu perseveravit, donec Monachum ex Aegypto accersitum diligenter in Copticis litteris erudivit, eumque tandem ab Emis Collegii moderatoribus, ut in sui locum sufficeretur, obtinuit. Tum vero, deficientibus licet viribus, ut interdiu etiam lecto decumbere saepissime cogeretur, Grammaticam Aegyptiacam utriusque dialecti ex veteribus quibusdam Arabicis scriptis composuit: eaque est, quam Romae editam habemus ex typis Sac. Congr. de P. F. an. 1778.

Tukium nostrum laudat amicus & socius olim meus in Rom. Sapientiae Archigymnasio vir praestantissimus, omnique memoria dignus Aloysius Abbas Assemanus in *Cod. Liturg. Eccl. univ.* lib. II. *de Bapt.* Romae Copticis typis ab Angelo Rotilio impres-

impresso an. 1749. cum interpretatione Latina: in qua tamen alicubi magis, quam Copticum textum, sequitur versionem Arabicam, quae certe in ms. cod., unde *Ordinem* Coptorum exhausit, exstabat, ut liquet ex Rituali Tukiano paullo ante laudato. Sed miror, cur pag. 153. in adnot. ad margin. infer. nihil dicat de libris, de Missale nimirum, & Psalterio a Tukio ante editis, sed id unum referat se ex illius ore accepisse, quomodo Romam fuerat advocatus, *ut ad mss. codd. fidem ritus omnes Ecclesiae Alexandr. Coptice & Arabice recenseret ad illorum editionem ... procurandam*. Haec enim idem ipse Tukius significavit in approbatione huius Officii, illiusque versionis, praemissa tom.II. *Cod. Eccl. universae* eodem an.1749. edit. 21.maii.

Quod porro scribit pag. 193. de secundo quodam Baptismi Ordine: *Hunc Ordinem ex cod. quodam* Thebennensi *a se descriptum nobis communicavit memoratus Raphael Tukius, qui & asseruit illo Aegyptios minime uti*, vide, ne sic intelligas, quasi Tukius dixerit, aut ordinem ipsum, aut codicem scriptum fuisse *Thebennensi* dialecto. Lingua enim in eo Memphitica est.

Sequitur in lib. III. *Cod. Eccl. univ.* pag. 82. *Ordo confirmationis Eccl. Alexandr.* Copt. & Latine evulgatus ab Assemano ipso an. 1760. De eo quoque statim ab initio egregius editor & interpres haec adnotat: *Hunc Ordinem summa cura recensitum ac descriptum nobis communicavit D. Raphael Tukius Aegyptius presbyter*. Verum dum ego confero ordinem istum cum eo, quem editum habemus eiusdem Tukii opera in *Rituali Copto-Arab.* an. 1763. p. ϥⲁ. & seqq., non modo rituum & precum quarumdam seriem alicubi turbatam, sed & alias aliquot varietates inter utrumque visus mihi sum detexisse. Anno tandem 1754. typis haeredum Io. Laur. Barbiellini Assemanus noster tom. VII. *Cod. Eccl. univ.* in Missali Alexandrino par. II. a pag. 1. ad 90. usque, prelo subiecit Copticam Liturgiam S. Basilii a se latine redditam. Hanc vero totam excerptam video ex Missali Aegyptiacis formis typographii de Prop. Fide excuso iam inde ab an. 1736. Nam & errata ipsa operarum, ut

ut ⲫⲓⲙ pro ⲫⲓⲟⲙ, ⲛⲉⲛⲉϥⲙⲁϯⲁ pro ⲡⲛⲉϥⲙⲁϯ, ⲙ̀ⲙⲁⲓⲣⲏⲛⲓⲙ pro ⲙ̀ⲙⲁⲓⲣⲱⲙⲓ, & alia id genus in Barbellinianam editionem ſolide invecta leguntur. Ceterum doctiſſimus Aſſemanus interpretationem ſuam Latinam adornaſſe videtur, non ex Coptico textu, ſed ex Arabica ipſa verſione, quae Anaphoram Aegyptiacam in Tukiano Miſſali perpetuo comitatur. Tene rubricas *Copticas* ex Miſs. Tukiano pag. ⲏ. *Sacerdos oſculetur altare, ſeſeque vertat in occidentem, ut ſeligat* ⲙ̀ⲡⲓⲕⲟⲣⲃⲁⲛ ⲉ̀ⲧⲉ ⲡⲁⲓ ⲡⲉⲡⲓⲱⲓⲕ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲡⲣⲟⲑⲉⲥⲓⲥ, *Korban, ideſt panem propoſitionis*, ſive *oblatam*; (de qua vid. Renaud. *Liturg. Copt. S. Baſilii* pag. 189.). Pag. ⲑ. *accipiat* ⲛ̀ⲡⲓⲕⲟⲣⲃⲁⲛ *in manus ſuas*. Pag. 13. ϫⲱ ⲛ̀ⲡⲓⲕⲟⲣⲃⲁⲛ. Arabica translatio ⲡⲓⲕⲟⲣⲃⲁⲛ *Corban* iiſdem in locis ſemper vertit الحمل *Agnum*; (de quo rurſus cit. pag. Renaud. agit). Hanc fidiſsime ſequitur Latina Aſſemani interpretatio: & quidem, non in his tantum, ſed & in aliis pleriſque rubricis, atque ſententiis. Haec adnotanda erant, ne cui mirum fortaſſe videatur, ſi Latina verſio in Barbiellinianis typis non exacte, nec ſemper Copticae lectioni reſpondet. Praemittere debueram *ordinem ad faciendum catechumenum* inſertum *Coptice & Latine* tom.I. cit. cod. *Eccl. univ.* pag. 141. Sed, praeterquamquod eo ſoli Aethiopes, ut Aſſemanus ipſe monet, utuntur, diverſus eſt ab edito in Rituali Tukiano.

His addas velim admirandae doctrinae ſcriptorem *Paullum Erneſtum Iablonskium* in *Rempha*, in *Pantheo*, in *Memnone*, & in diſſertat. *de terra Goſen*, ubi ad Aegyptias antiquitates perſcrutandas, multa ab eo ſcripturarum loca ex Coptica verſione proferuntur, quin ab eo ſeiungas publicum Bernenſ. Lycei profeſſorem *Iacob. Kocher* in Aegyptiaca lingua probe verſatum, uti illius diſſert. de Numine *Chneph* apud D'Orvil. in *Miſcellan. obſerv.* tom. III. praeclare oſtendit.

Adde etiam doctiſſimum Ab. *Ioh. Bernardum de Roſſi* inſigne Parmen. Academiae, & praeclarum Hebraicae cum primis litteraturae lumen, eumdemque Copticae linguae vindicem, & aſſertorem in Italico opere *Della lingua propria di Criſto*, quod iure lau-

laudat meus ille *Didymus Taurinensis* p.35. Adde mecum & cum Didymo ipso non modo cl. Gallum Ab. *Barthelemy*, sed & Anonymum *Oratorii S.Philippi Nerii presbyterum*, eumdemque auctorem tum adnotationum, tum dissertationum in Romanam *Danielis* editionem *secundum LXX.*, qui mira cum eruditionis & doctrinae copia Copt. linguae vindicias alibi quidem agit, alibi vero versionis ipsius luce varia τῶν Ō dicta, sententiasque illustrat: etsi haec omnia lumina ex Aegyptia istius S. Prophetae versione educta, uti mihi haud temere persuasum est, non aliunde Romae accipi potuerint, quam ex apographo Boniurii ab Episcopo Tukio primum, deinde & ab aliis exscripto.

Quid porro commendationis, & laudis non meretur vir ille tam multis, magnisque nominibus in litteraria republica clarus, & in hoc maxime studiorum genere eruditissimus *Carolus Godofredus Woide*, cuius opera & studio Copticum Lacrozii *Lexicon*, tamdiu ante exspectatum, cum multarum vocum accessione, aliquando tandem, ipsa quoque *Scholtzii* manu obstetricante, an. 1775. in lucem faustis avibus prodiit? Quamquam multo proculdubio maiora erunt, quae de vetustissimis Aegyptiorum codd. atque fragmentis ex doctis *Woidii* curis, vigiliisque prodibunt. At *Scholtzii* Grammaticam, quam ad utramque Coptorum dialectum addiscendam affabre compositam, & iam Oxoniensibus formis impressam audivi, me necdum videre potuisse doleo.

Praeter hos haerent mihi in mente, haerebuntque, dum vivam, honestissimi illi clarissimique Dani *Andreas Christianus Hwiidius*, & *Andreas Birchius* orbi litterario ex illustribus egregiisque eorum lucubrationibus probe cogniti, aeque ac spectatissimus ille *Fridericus Munter*, qui an. superiori perdoctam exercitationem adornavit in Memphiticam atque Thebaicam versionem cap. IX. Danielis. Ac de iis equidem summopere laetor, quoties ego memini, semperque meminero, quo acri studio, adiuti praesertim subsidiis La-Croziani Lexici tum recens editi, animum in sacra Coptorum scripta Romae intenderint, nihilque ad summam diligentiam reliqui fecerint, ut in Aegyptia quoque eruditione excellerent, & eminerent.

Nunc

Nunc ex eadem gente in hac urbe aeterna verſatur illuſtris iuvenis *Nicolaus Schow* Graecae cummaxime linguae peritiſſimus, qui apud auſpicatiſſimum Orientalium Muſarum Maecenatem cl. nempe Praeſulem noſtrum *Stephanum Borgiam*, admirandas ingenii & eruditionis ſuae vires in evolvenda, explicandaque Papyracea Aegyptiorum tabula Graecis litteris ab Iſidis ſacerdote ſcripta; tantae antiquitatis, ut ad priſcâ Romani imperii tempora accedere videatur. Et iam opus undequaque arduum ac difficillimum ad umbilicum fauſte perductum, & notis egregiis illuſtratum, nuperrime in lucem prodiiſſe gaudeo. Oh utinam diem ego videam, quo tam bona, & praeclara ingenia, in eadem *Fidei* regula, in qua nos tamquam ſanctae Catholicae & Apoſtolicae Eccleſiae filii, unius miſerentis Dei pietate & gratia, ſumus, eſſent & illa! Utinam & hac beata ſorte, (uti ego a Deo precabar), potitus fuiſſet laudatus ille *Hwiidius*, qui iam, dum illius nomen paullo ante commemorabam, ingenti cum Haphnienſium litteratorum maerore, vitam cum morte commutarat! Sic enim, quemadmodum ex Münteri epiſtolis ad cl. meum contribulem Amadutium, nuper accepi.

Interea vero, ut ſeriem claudam illuſtrium ſcriptorum, qui noſtras haſce litteras ſuis ipſorum nominibus exornarunt, coronidis loco erit vir doctiſſimus *Ioh. Aloyſius Abbas Mingarellius*, publ. in Bonon. Acad. Eloquentiae Profeſſor, idemque in ſingulari op. *de Aegyptior. codd. reliquiis*, Nanianorum fragmentor. interpres & illuſtrator, qui cum alibi frequentiſsime, tum vero maxime p. CCCLI. & ſeqq., more ſuo perdocte diſſerit *de duobus mſs. codd.* Memph. dialecto conſcriptis. Quamquam poſtremis hiſce diebus novus prodiit Memphiticae litteraturae cultor, vir eximius *Georgius Zoëga*, qui in inſigni op. *de Numis Aegyptiis* ex cimeliarchio Borgiano, exemplo ſuo docuit, quemadmodum & hoc litterarum genus rei numariae illuſtrandae inſervire quam oppido queat.

Ne denique huic noſtrae coronidi ſplendidum, quod maxime eſt, ornamentum deſit, huc ego nomen appello viri doctiſsimi *Gabrielis Fabricii*, e cuius ſapientia & aequitate hi noſtri, qualeſcumque ſint, Aegyptiaci conatus, iudicium ſortemque ſuam exſpectant.

Sed

Sed quo temporis puncto ad alia me vertere cogitabam, sub oculos mihi veluti de improviso venit, nova quaedam Aegyptiacae linguae adumbratio, in qua non illius modo excellentiores cultores summatim recognoscere, sed & nonnulla peregrina, de quibus reticere nefas sit, mihi deprehendere licuit. Huius auctor est vir sane & ingenio, & doctrinae laude clarissimus *Schmidtius de Rossan* ex uno Gallicanae Encyclopaediae articulo, quem idem ipse edidit, nuperrime cognitus. Linguam Copticam *mixtionem* definit *ex vocabulis antiquae Aegyptiae, & Graecis vocibus, quae in eam paullatim irrepsere, postquam Graiorum natio Aegypti imperio potita est. Eius ope vetustissima Aegyptiorum nomina, & plerasque fere omnes etymologias, quae in Herodoto, Diodoro Siculo, Plutarcho, aliisque vetustis scriptoribus reperiuntur, explicari posse tradit.* Ut enim, mox subdit, *Elle est un des principaux secours pour les antiquités de ce pays, qui est le berceau de plusieurs arts, de la plupart des sciences, & presque de toutes les superstitions. Bocharti* sententiam circa Aegyptiacae cum Hebraica lingua affinitatem gravate se ferre significat: Acoluthum, quod in epist. ad Picquesium Armenicam linguam obtruserit tamquam subsidium omnium aptius ad Aegyptiam intelligendam castigat: De Blumbergii Grammatica minus acriter, quam de Prodromo, & Lexico Copto-Arabico Kircherii sentit: Wilkinsium auctorem, editoremque Copto-Latinae versionis N. T. & Pentateuchi, Theodorum *Petraeum*, *Scaligerum*, *Renaudotium*, *Picquesium*, *Huntingtonum*, *Bernardum*, *Kocherium*, & *Guillelmum Boniurium* tamquam in hac lingua versatos, sed La-Crozium in primis, eiusque ms. Lexicon, ex quo illius discipulus *Iablonskius* profecerit, laudat: *Iablonskium* vero ob id maxime celebrat, quod huius linguae peritia, & usu de Aegyptiorum antiquitatibus opera omnium praestantiora ediderit.

De duplici superioris, & inferioris Aegypti dialecto *Dufour de Longueville* egisse scribit, memoriae lapsu, uti suspicor, ea de caussa deceptus, quod, quae legerat in *Commercio litterario Ludov. Picques* coniuncto in eodem volumine cum dissertationibus Abbatis *de Longuerue* sive *Longueville*, se legisse pu-

 tarit

tarit *dans son Traité sur les époques des anciens*. In eo enim uno *Commerc. litterar.* pag.312. & seq. epistola legitur ad Menagium scripta, qua *Picquesius* refert, quid *Abbas de Longuerue* suspicaretur *de tertia Coptorum dialecto Basmurica* nuncupata. Sed, Schmidthio ipso fatente, *Iablonskius est*, qui ex mss. Oxoniensibus perspicue ostenderit utriusque dialecti varietatem, tametsi non magni momenti eam esse censeat: atque hanc omnem differentiam a vario pronunciandi more potissimum repetendam existimet: qua de re La-Crozius aliter olim visus est cogitasse. De *Lexico* demum (quod & Schmidthius composuit) haec auguratur: *S' il voit jamais le jour, il prouvera évidemment que les racines de l' ancienne langue Egyptienne ne sont presque que des monosyllabes, & n' ont aucune affinité avec quelqu' autre langue connue que ce soit. On trouvera encore quantité de verbes redoublés. On verra une langue dont la marche & la syntaxe sont extrêmement simples, & fort différentes du style métaphorique oriental.*

En studia, en monumenta, & volumina, quae *Memphitico* idiomate exarata, litterario orbi hucusque innotuere. Sola *Thebaica* toto fere superiori saeculo ignota erant philologis Europaeis. Unus Ludov. Picquesius die 30. septemb. an.1695. scribens ad *Thomam Eduardum* veluti ad *Oedipum*, & *Hermetem suum*, se legisse dicit, *multas pericopas utriusque testamenti Saïdica* (idest Thebaica) *dialecto*, adeoque scire cupit, *an sit aliquis liber v. g. psalmorum, vel liturgicus, qui sit conscriptus hac dialecto*? Quid ad haec Eduardus? *NULLAS* credens *superesse linguae Copticae, quae in desuetudinem abierint, DIALECTOS*, Arabica pro Thebaicis a Picquesio per errorem accepta suspicatus est. Sicque proinde ad Picquesium ipsum respondit: *Inepte facis, qui voces* Arabicas, *nulla necessitate coactus, Romana dones civitate*. Tanta erat tum temporis inter viros ipsos Coptice doctos Thebaicorum monumentorum ignoratio. Picquesius vero epistola sequenti ad eumdem Eduardum subdit: *Habeo psalmos Copticos scriptos THEBAICE* (quos fortasse post editam superiorem epistolam repererat) *item Bahirice*, hoc est *maritima*, & more nostro, *Memphitica* dialecto.

Prae-

Praeter hoc unum *Psalterium* Picquesio in Gallia compertum, alius nullus Aegyptius codex, qui *Thebaico* idiomate scriptus esset, sub universae Europae caelo cognoscebatur. Quamquam enim in magno catalogo Bodleian. bibliothecae an. 1697. Oxonii edito, nota iam essent inter Huntingtoni mss. *Fragmentum Evang. S. Iohan.*, & *Acta Apostolorum*, quae sunt Thebaice scripta; nemo tamen nec *Huntingtonus* ipse, nec *Eduardus Bernardus* catalogi auctor, pro Thebaicis habuit. Hoc idem accidit de cod., qui inter Huntingtonianos eodem catal. num. 131. inscribitur: *Liber cuiusdam Gnostici Copt. & Arab.* alias, ut suspicor, Didymo nostro pag. 19. nuncupatus: *De litteris Graecis &c.*, vel *de myster. litterar.* in *Sylloge* vocum *Saidicar.* Lexici La-Croz.

At ego de Wilkinsio miror, qui in Prolegomenis ad N. T. Coptice editum an. 1716. postquam & viderat, & expenderat codd. Huntingtonianos exhibentes Fragm. Evang. Ioh., & Acta Apostol., eos scriptos dixerit lingua sibi prorsus ignota, eaque *a reliquis linguae Copticae mss. tam diversa, ut nullo modo cum iis conciliari, aut conferri possit*; adeo nihil ad ea usque tempora de Theb. dialecto ei subolfacere contigerat.

La-Crozius & Iablonskius *Fragmentum* ipsum *Ioh.*, & *Actorum* codicem perinde atque *discursum Gnostici* an. 1730. *Sahidica dialecto* conscriptum dixere. Quod & alii in Anglia, & alibi deinceps observarunt. At nemo, nisi eruditissimus Ab. Mingarellius anno demum 1785. notavit, emendavitque errata, *quibus librum suum* Wilkinsius *foedavit*, ubi pag. VII. prolegomenor. ex ignotae linguae defectu, tam male exscripsit tum v. 13. cap. 7., & 23. cap. 13. Evangelici fragm. Ioh., tum initium & v. 2. Actuum Apostol. Idem tamen ipse Wilkins. difficultatem, qua in huiusmodi scriptis legendis tenebatur, ingenue fassus est. Unde Iablonskius loquens de cod. describendo, cuius titulus est: *Discursus Gnosticus*: *Liber ille*, inquit, *initio erat mihi perdifficilis, eademque dialecto scriptus, quam Wilkins. memorat* prolegom. pag. VII. *Wilkinsium, quod ex ore ipsius didici, difficultas operis absterruit*. Sic ille in ep. VII. febr. an. 1719. *Londini* ad La-Crozium scripta, ad quem etiam non ita diu post codicem

 ipsum

ipſum a ſe deſcriptum miſit. Accedit his *Tomus ſecundus fidelis ſapientiae* (ſic inſcriptus) *Valentinianae doctrinae liber*, *qui exſtat Oxonii apud cl. Aſkew*, omniumque *Sahidicor. codicum*, iudice *Woidio*, *vetuſtiſſimus* & a *Didymo* noſtro laudatus in *Copt. Lit. Rudimento* adnot. 1. ad infimam pag. 19.

Non alia, quam quae hactenus retulimus, Thebaica ſcripta, maiorum noſtrorum memoria ad annum uſque 1777. in omni Europa exſtitiſſe cognovimus. Poſt id temporis ſolum nova, eaque non exigua copia, videre coepimus Sahidicae linguae fragmenta; quae ex Aegypto ſuperiori Romam ad cl. doctiſſimumque Praeſulem *Stephanum Borgiam* delata totidem viſa ſunt caeleſtis munificentiae dona. Nihil enim profani, nihil gnoſtici, nihilque Valentiniani figmenti in iis inerat; ſed alia antiquiſſimae verſionis *divinorum librorum* apud Thebaeos iam inde a primis evangelicae lucis ſplendoribus conditae, & publico dein earum eccleſiarum uſu in tota Thebaide receptae, alia vetuſtiſſimae Liturgiae reliquias, alia denique eccleſiaſticae hiſtoriae, monaſticae diſciplinae, & chriſtianae gloriae egregia quaedam ex iis, quae e barbarorum manibus effugerant, monumenta dabant. Quodque omittere nefas eſſe duco, haec omnia aurea ac tam pretioſa λείψανα ex antiquis Aegyptiarum Thebarum ruinis olim eruta, diuque ſervata, hiſce demum poſtremis ſaeculi noſtri temporibus ad nos pervenerunt, quibus bruta, ac impia inſanientium *incredulorum* factio adverſus divina Scripturarum oracula, & Chriſtianae religionis ſanctitatem, bellum eo turpius, quo inſidioſius quam Celſus, quam Porphyrius, quam Iulianus, exercere contendit. Nonne & haec lumina ſunt veluti fulgura coruſcantia de caelo, quibus orthodoxae fidei hoſtes mirum in modum perterreri, & confundi neceſſario debeant? Hinc ego totam hanc, quae nobis poſtremo obtigit, ſacrarum harum tabularum ſortem, ad opportunum religionis noſtrae praeſidium, divinitus partam haud temere iudicarim.

Interea temporis, an. ſcilicet 1778., Romanis formis ex typographio collegii de Propag. Fide in lucem prodiit Grammatica Copto-Thebaica ab Epiſcopo Tukio compoſita. Optaſ-

Optaſſem ego equidem, ut Antiſtes optimus *Elementis Aegyptiacae linguae* a Boniurio ſcriptis, & iuſſu Pont. Max. Clem. XI. a viro ſummo *Euſebio Renaudotio*, ut iam diximus, adprobatis, adderet de ſuo Rudimenta *Thebaicae*. Nam de Grammatica Boniurii edenda iamdiu ante a Sac. Cong. de P. F. decretum fuerat, dum praefecturam ageret immortalis memoriae Ioſephus Cardinalis Spinellus, & a ſecretis ſacri huius ſenatus eſſet magni nominis Praeſul Nicolaus Antonellus ad meritos deinde Purpuratorum Patrum honores evectus. Tukius vero ſe ita, ut optabatur, praeſtiturum ſaepe ſpoponderat: eamque ob cauſſam tribus primum & amplius annis, deinde & alio rurſus tempore repetitam Boniurii Grammaticam apud ſe diu retinuit, donec dies venit, quo expleto opere a ſe iam concepto, rogatus ſententiam ſuam dicere, utrum praeſtaret edere, ſuamne? an Boniurianam grammaticam cum additamentis Thebaicis? ſuam reſpondit tamquam ſtudioſae iuventuti utiliorem, licet alteram philologis, & eruditione provectis gratiorem, probatioremque crederet. Quo audito, Cardinalis Caſtellus S. C. Praefectus Tukianam ex Patrum decreto imprimi, evulgarique curavit. At ego tacitus mea ſtudia ad Acta S. Coluthi, Praeſulis mei Borgiae hortatu, ſtatim converti, antequam quicquam ſcirem de Lexico La-Croziano Oxonii edito, vel de utriuſque Aegyptiae dialecti Grammatica a cl. Scholtzio adornata.

Quae quum ego commemoro, non aliud conſilii in mente gero, quam ut apparatum, & concentum mediter humanorum ſtudiorum, quae uno propemodum tempore ſimul confluentia eruditorum animos ad ſacras Thebaicorum voluminum reliquias avidius exquirendas mirifice provocarunt.

Multo vero magis id accidiſſe accepimus poſtquam noſtra illa S. Martyris *Coluthi* miracula duo ex laciniis Theb. cod. in publicum prodiere. Ea enim ita, uti erant an. 1780. evulgata, tam multos ardenteſque igniculos veri deſiderii in animos litteratorum erga dilaniatas ipſas ſactorum codicum membranas in Thebaide ſepultas iniecere, ut boni omnes, & aequi rerum harum aeſtimatores in tota pene Europa, praeſertim in Anglia, in Galliis, in Germania, & in Italia no-

nostra ad biblica ista & ecclesiastica Thebaeorum fragmenta colligenda aemulis studiis visi sint incitari. Inter ceteros non sine ingentium laudum praeconiis commemorari meretur Excellentissimus Venetorum Eques *Iohannes Nanius*, qui tribus ante annis Thebaeorum fragmentorum membranas *quatuor & sexaginta* ex Aegypto asportatas acquirere studuit, easque mox ut accepit, Abbati Mingarellio Bononiam misit, ut tanti viri cura & eruditione non una modo typorum elegantia expressae, sed & Latinae versionis, doctarumque adnotationum luce exornatae, gratum orbi litterario spectaculum exhiberent.

Scimus & v. cl. Woideum praeter vetera ex Sahid. vers. N. Testamenti collectanea, quae in Oxon. Acad. hodieque asservantur, nova se fragmenta in XL. membranis recens comparatis habere.

Verum enim vero in dispersis hisce venerandae antiquitatis reliquiis acrius perquirendis omnium, ut auguror, industriam, atque sortem longe vicit superavitque studiosa, quae est assidua ac fortunata *Borgiae* nostri cura, & sollicitudo; ut mirum non sit, si in hoc cimeliorum genere domesticum illius Museum Velitris celebre, ceteris omnibus hucusque praecellat. Horum indicem protulit Danus eruditissimus, cuius ante memini, *Fridericus Münter*, tametsi nonnulla ei adhuc addenda supersunt, quae partim e Munteri conspectu fortuito effugerunt, partimque etiam nuperrime ex Aegypto advenerunt. Verum inter cetera Borgiana fragmenta illud est vere unicum, & singulare, quod versionem exhibet quorumdam capitum Epist. I. S. Paulli Apostoli ad Corinthios, non Memphitica, non Thebaica, sed alia quadam Aegyptiorum dialecto ad id usque temporis ignorata.

Quid ergo? An non tandem vel hoc uno argumento quasi evidenti quodam τεκμηρίῳ plane convicti fatebimur, Deum O. M. qui providentia sua admirabili omnia prospicit, & ordinat in gloriam suam, & utilitatem nostram, Deum, inquam, ipsum auctorem, inspiratorem, excitatoremque esse publici huius mirifici, ac pene communis desiderii? Eo enim eruditorum animi inflammati Thebeas divini inprimis, tum & ecclesiastici codicis

dicis reliquias barbare dissipatas lugentes quaerunt, quaesitas vero & inventas hilari vultu excipiunt, festivum illud εὑρήκαμεν, non *Isiaco*, sed Christiano more, congeminantes. Quantum inde emolumenti in divinorum librorum maiestatem, in orthodoxae fidei praesidium, & christianarum antiquitatum laudem, splendoremque redundet, facile boni quique litterarum harum cultores, me quoque tacente, intelligunt.

Nos interim, qui, ut tam certis perspicuisque caelestis providentiae nutibus obsequamur, *Thebaica* ista monumenta in sanctissimae religionis nostrae commodum edere constituimus, ne ea cum Memphiticis, aliisve Coptorum scriptis confundantur, operae pretium ducimus brevem quandam informationem multiplicis *idiomatis*, quo usi sunt Aegyptii, huic omni editioni nostrae praemittere. Sit ergo

§. I.

Tres commemorantur Aegyptiacae linguae dialecti.

NON defuere quidem Arabici scriptores, immo & nonnulli Grammatici Copto-Arabes, qui de *tribus* Aegyptiae linguae *dialectis* mentionem fecerint. Makrizius *Memphiticae* & *Thebaicae* tantummodo meminit. Quid vero Grammatici de *tertia* dixerint, *Ludovicus Picquesius* refert in epist. ad *Mailletum Consulem Francicum Cairi* : *Ils ont*, inquit, (Aegyptii) *trois dialectes*, *scil. le* Bahiri, *qui est celle, qu' on dit ordinairement* : *le* Saydi, *qui est la* Thebaique, *& dont on voit quelque peu des fragments*. *Mais pour la derniere*, *qui est* Bashmuri بشموري *je vous avoue, que je ne le sçaurois deviner*. Idemque dein in ep. an. sequenti 1690. scripta, ut iam innuimus, ad Thom. Edwardum divinare aggreditur, quid tertia illa dialectus esse queat in haec verba : Sahidica *est Thebaica*, Baharica *est maritima*, *quid de nomine* بشموري, *num est* Nubiensis, *an est* Libyca, *an est* Coptica ? *Hic proponam tibi meam coniecturam*, *scil.* ⲡⲥⲁⲫⲣⲏⲥ, *&* ⲡⲥⲁϩⲓⲧ, (ⲡⲥⲁⲡⲉⲙϩⲓⲧ lege, ut postea monet Edward., non ⲡⲥⲁϩⲓⲧ, ut mendose scribitur in ep. Picquesii) *est pro* Saidico, *&* Bmalyo (pro *Shma-*

Bayerische
Staatsbibliothek
MÜNCHEN

Bayerische Staatsbibliothek MÜNCHEN

PRAEFATIO.

QUAE de Isidis cura atque pietate in colligendis Osiridis sui membris ab impio, immanique Typhone laceratis atque dispersis, veteres Aegyptiorum fabulae narrare consueverunt, ea me a canoris hisce futilibusque nugis repente abductum, mira vi quadam in altum extollunt ad unam illam veri summique Numinis providentiam contemplandam, qua factum intelligo, ut nostris hisce temporibus in tota pene Europa eruditorum animi, conversis studiis ad christianas ultimae Aegypti antiquitates, non tam Memphitica, quam *Thebaica* tum divini, tum etiam ecclesiastici codicis fragmenta, typhonia barbarie in partem omnem distracta ac dissipata avide conquirere, certatimque colligere adnitantur,

Memphitica enim non modo fragmenta, sed integra volumina, & magno quidem numero, iamdiu latebant in regia Paris., in Colbertina, in San-Germanensi, in Oxoniensi, in Berolinensi, aliisque apud Anglos, Germanos, & Gallos, perinde atque in nostris hisce Romanis bibliothecis, Barberina, Vallicelliana, Angelica, & in ea maxime, quae omnium princeps commemoranda erat, Vaticana. Nam & ad Aegyptiacas huius sacri amplissimique Serapei divitias augendas, curantibus Pontificibus Maximis Clemente XI. & Innocentio XIII., accessit postremo tota illa Copticorum codicum series, quam ex Oriente cl. mem. Praesul Ioseph Simon Assemanus devectam ad calcem tom. I. II. & III. *Biblioth. Orientalis* accurate recenset.

Ex his certe Romanis pluteis materiem, & sua omnia instrumenta sumsere Kircherus, & Boniurius, unde *Prodromum* ille *Copticum*, & *Linguam Aegyptiacam restitutam* omnium princeps publici iuris fecit, iste vero *exercitationem in monumenta Copt. sive Aegyptiaca biblioth. Vaticanae* a La-Crozio ipso lauda-

laudata evulgavit an. 1699. poſtquam *Elementa ling. Aegyptiacae* ab Euſebio Renaud., ex auctoritate ipſius Pont. M. Clementis XI. *die* 3. *ſeptemb. an.* 1701. recognita & adprobata, ſummiſque deinde laudibus a Montfauconio in *Palaeogr. Gr.* commendata adornarat: immo & poſtquam *Pſalmos Copto-Arabicos* cum variantib. lect. & Latina verſ. typis edendos paraverat; ne quid dicam de *dynaſtiis Aegypt.* amplo volumine illuſtratis, de *Lexic. Aegypt.* e ſacris Copticorum codd. ſibi notis collecto, de interpretatione Latina Oſeae Proph. κατὰ γρᾶμμα ex Coptico textu cum notis abſoluta, de inchoata Pentateuchi Copto-Arabici verſione, de *Pontificali Alexandrino*, deque aliis ſacrorum librorum exemplaribus manu ſua deſcriptis, & emendatis.

Hinc ego miror, cur Wilkinſius ſive in diſſert. de lingua Copt. ad Chamberlaynium, ſive in prolegom. praemiſſis *Nov. Teſtam. Aegypt.* an. 1716. abs ſe edito, (ubi p.III. mſs. Boniurii Romae in collegio Auguſtinianorum ſe vidiſſe ſignificat, quo tempore Boniurius Sinis commorabatur), una illa *monumenta Coptica* inter evulgata, inter mſs. vero *quorumdam* tantummodo *priorum capitum S. Matthaei initium Copto-Arabicum* ſe inveniſſe dicat, *nec quoſnam progreſſus in hac lingua fecerit* vir *ceteroquin*, ut eum appellat, *doctiſſimus*, *exinde ſe diiudicare potuiſſe* ſubiungat.

At certe quidem Wilkinſius dum Romae fuit, mſs. Boniurii codices non vidit. Si enim vidit, qua, quaeſo, fide in ſua illa diſſertatione ad Chamberlayn. p.91. adfirmare potuit: *Ex magni & clariſſimi Montfauconii ... bibliotheca Danielem, & Prophetas minores NULLIBI ALIAS IN EUROPA EXSTANTES deſcripſi?* Hi enim iam Romae in Angelica exſtabant ex iiſdem ipſis Montfauconii codicibus, Boniurii calamo, eoque conſilio, an. 1699. eleganter exſcripti, ne iis Roma careret. Quid, quod ne illam quidem brevem exercitationem in *monum. Coptica*, etſi iam typis impreſſam Wilkinſ., legiſſe videtur? Ibi enim mentionem facit de Grammatica ſua Boniurius, & plura ſcitu digna in Aegyptium codicem Danielis, eiuſque apocryphum additamentum praeclare animadvertit.

Longe aliter de Boniurio sensit La-Crozius tom. III. Thes. Epistolici p.74. *Nihil adhuc ea lingua editum fuit alicuius pretii praeter GUILLELMI BONIURII* exercitat. in monum. Copt., *quae, quod pace doctissimi WILKINSII dictum sit, accuratam illius linguae cognitionem manifesto prodit*. Haec ille IV. kal. octob. an. Chr. 1716. Quod certe iudicium numquam de Wilkinsio ipso tulit La-Crozius, ne quidem an. seq. 1717., quo tempore *integrum N. T. Copt.* ab eo editum iam perlegerat, uti in epistolis suis ad Bayerum, altera kal. maii, altera idibus iunii eiusdem anni scriptis aperte significavit. Verba La-Crozii sileo, ne iis, qui summam atque perfectam Copticae linguae peritiam, cui nihil deesset, in Wilkinsio tum temporis non agnoverunt, videar assentiri.

Sat ego tamen perspicio, quid animum censoris nostri moverit, ut parum aeque de Aegyptiacis *Boniurii* studiis sentiret. Voluit, ita credo (& merito quidem) grandia suorum nomina extollere, ac celebrare, ubi scribit: *Studia quae viri in Anglia clarissimi Bernardus & Mareschallus huic linguae olim impenderunt*, *multo* (Boniurianis) *maiora fuerunt*. Sic esto. Totum enim id facile largitur insignis modestia Boniurii. Sed ego haud temere suspicor, Wilkins. aut numquam legisse, aut quasi per transennam tantummodo *Eduardi Bernardi* scripta, quae in biblioth. Bodleiana exstant, salutasse. Alia profecto nulla sunt *Coptica* sive edita, sive *mss. Eduardi Bernardi*, quae vel a *Thoma Smith*, vel ab aliis illius vitae scriptoribus commemorentur, praeter unum *Lexicum Aegyptiacum*, de quo *Smithius* ipse ait: *In hoc glossario multas* (Bernardus) *Aegyptiorum antiquitates solerter & subtiliter erutas explicavit*. De eo tamen Wilkins. nullam mentionem fecit, sed unicam ἐν ὅλοις cl. *Bernardi* notam ex ineditis in Iamblichum p.81. dissert. *de L. Copt.* ad Chamberlayn. exscripsit.

Multo proinde fidius & honorificentius clarorum Anglorum laudes posterorum memoriae *Boniurium* commendasse existimo, ubi in *Scheda* epistolari Grammaticae suae extra ordinem inserta, haec scripsit: *On n'a jamais vû jusqu'a présent aucun livre imprimé, si ce n'est la premiere feville de l'Evangile de*

de S. Matthieu imprimée à Oxford en beau charactere. Mais tout cela fut abandoné tout d'abord par la mort du Docteur Marschal, qui n'a laissé qu'un seul disciple nommé Eduard, quem tanti fecit Paris. Doctor *Picques*, ut eum *Oedipum*, atque *Hermetem suum*, immo & *Annebonem Aegyptium*, ceu Copticae linguae antistitem, laudare non dubitavit. Viden' ut Boniurius ea, quae de Copticis *Mareschalli*, & *Eduardi* studiis cognoverat, ingenue referat? Folium porro, de quo scribit Boniur., illud ipsum esse puto, quod III. priora S. Matth. capita a Mareschallo excusa. & a *Millio* in prolegom. indicata, complectebatur. Iam enim ab anno usque 1689. *folium* istud typis Oxonii impressum *Thomas* ipse *Eduardus* (in Copticis litteris primum domini *Felli*, deinde & *Mareschalli* auditor) miserat ad Sorbonicum theologum *Ludovicum Picquesium* quasi ad novum quemdam *Mercurium Trismegistum*, *quaterniones duos Evang. Coptici secundum S. Matthaeum* ab eodem Mareschallo *excusos*: quos ego *quaterniones* exemplaria duo unius eiusdemque folii, cuius meminit Boniurius, interpretor; nam an. 1696. 12. martii ad Eduardi epistolam an. superiori scriptam, *Picques* respondens, *mitte*, inquit, *ad me plura exemplaria* primi quaternionis N. T. *impressi Coptice*. Quae quidem omnia leguntur in *Commercio litterario* eorumdem L. Picquesii, Th. Eduardi, & Andr. Acoluthi, Lypsiae evulgato an. 1750.

Mittamus ergo totum id quod Wilkinsius in dissertatione ad Chamberlaynum, & in praef. ad N. T. de Copticis Boniurii studiis, eiusque laboribus nimis artificiose, parumque fideliter scripsit: & audiamus La-Crozium, qui de eo in haec verba loquitur tom. III. *Thes. Ep.* pag. 154: *Et tamen is homo est, qui Guillelmum Boniour linguae illius* (Copticae) *apprime peritum ita ignominiose acceptt, ut iam haud minus sinistre de candore WILKINSII, quam de ingenio sentiam*: illudque demum cum eodem La-Crozio statuamus, Copticarum litterarum studium non modo ad Hebraicas, sed ad Graecas etiam antiquitates illustrandas utilissimum a *KIRCHERO* primum, ut ille ait eodem tom. III. pag. 68., *ostentatum*, *a Patre BONIOUR deinceps felicius susceptum*, unicum saeculo superiori labente peperisse perfectum absolutumque fetum, quo sacra *Aegyptiaca* ipsius Boniu-

Boniurii *monumenta* ex Vatic. bibl. educta, eaque *Coptice*, *Arabice*, & *Latine* Romae impressa in publicam lucem prodiere an. 1699. eo nempe tempore, quo necdum cognita erant litteratis viris pauca illa, quae de simili argumento *Picquesium* scripsisse postremo novimus. Is enim an. 1698. die 12. novemb. ad Ludolphum misit *fragmentum* Copticae Liturgiae de fide *realis praesentiae Christi* in Eucharistiae sacramento, & paullo post die nempe 20. decembr. Memphiticum dominicae orationis exemplum. Sed haec in tenebris latuere ad an. usque 1750. quo, uti dicebam Lipsiae, edente eruditissimo *Ioh. Dieterico Winclero*, in lucem venit laudatum *Commercium litterarium Picquesii*.

Neque quicquam offensionis tibi pariat, si forte aut La-Crozium in *Lex.*, aut Boniurium in *Mon. Copt.* unam, aut alteram Aegyptiacam vocem paullo aliter, quam debebant, interpretari videris. ⲡⲁϩⲟⲙ ⲫⲁⲇⲓⲕⲓⲛⲟⲛⲓⲁ̀ ab illo exponitur *Pachomius Dikinionensis*, ab isto *Pachomius e Dicinonia*. Ab Assemano *Aloysio* unius *Patris Pachomii* mentio fit, sine illo additamento ⲧⲉ, ⲫⲁⲇⲓⲕⲓⲛⲟⲛⲓⲁ̀, vel ut rectius in Missal. Tukiano legitur, ⲫⲁϯⲕⲟⲓⲛⲱⲛⲓⲁ̀. La-Crozii, & Boniurii alucinatio inde orta est, quod uterque inciderit in codices depravatae lectionis ⲫⲁⲇⲓⲕⲓⲛⲟⲛⲓⲁ̀, qui nec e regione haberent Arabicam interpretationem. Haec enim ad ambiguas voces Coptici textus magno quandoque adiumento esse solet. Iam vero Arabica, quae respondent ⲡⲓ, ⲫⲁϯⲕⲟⲓⲛⲱⲛⲓⲁ in Missali, in Pontif., in Rituali, in Theotochiis, immo & in Kal. Copt. apud Ludolphum sunt اب الشركة *Pater sodalitatis*, sive *vitae communis*. Si haec sub oculis habuissent La-Crozius & Boniurius, Copticam vocem, uti augurari mihi licet, continuo emendassent, eaque emendata, statim intellexissent, *S. Abbatem Pachomium* ⲫⲁϯⲕⲟⲓⲛⲱⲛⲓⲁ̀, tamquam *auctorem*, *institutoremque coenobiticae vitae commemorari*. Sic non alio lumine, quam Arab. versione Missalis Tukiani, usus est noster ille Aloys. Assemanus, ubi ⲁⲃⲃⲁ ⲡⲁⲩⲗⲉ ⲡⲓⲣⲉⲙⲧⲁⲙⲁⲩϩ,

ab eo

ab eo exponitur *Abba Paullus* الطموهى *Thmueensis*; nam sine illa difficile fuisset divinare, quid sibi vellet, aut mendosa vox ⲡⲓⲣⲉϥⲑⲁⲙⲙⲟⲥ in cod. Memphit. Naniano apud cl. Ab. Mingarellium p. CCCLIII., aut ⲡⲓⲣⲉⲙⲧⲁⲙⲁⲩⲥ, ut est in Missali Rom. edit., quum nec ⲑⲁⲙⲙⲟⲥ, nec ⲧⲁⲙⲁⲩⲥ, sed ⲑⲙⲟⲩⲓ, *Thmuî*, civitas a veteribus dicatur in Lex. La-Croz., & in aliis pluribus tum historicis, tum geographicis scriptoribus. Quamquam nec sic omne mendum sublatum puto. Nam ubi ⲡⲁⲩⲗⲉ legitur, ⲫⲓⲗⲉ, Gr. Φιλέυς & Φίλεας, SS. Martyris Thmuitarum Episcopi nomen legendum est (1).

Boniu-

(1) *Thmuis*, in indice Orientis Christ. cl. Lequienii, *olim* Mendes *ob hircum, qui in eo colebatur, & corrupte Mueth, Tambowa, Tamonowa, Tithmulus, nunc autem Themni, vel Themoi, seu potius Thamowia*, tam variis nominibus nuncupatur. Alia praeter haec censentur istius urbis nomina in praeviis observationibus illustrium Bollandianor. ad Act. S. Phileae: *Thamus, Thymus, Thynnis, Thynuis, Thynius, Thymnis, Thannis, Taphnis, Thumois, Thmois, Thennis, Chanai*, de quibus ad Act. *S. Donati* die 22. maii sic habent: *Satis erit monuisse ad* 12., *quas adduximus nominis* Thmuis, *corruptas scriptiones duas hic novas accedere, ubi loco* Thmuis *scribitur* Pothmuis, *&* Tithmulus (Gr. Ποθμούις, Τίθμυλος) *ideo fortassis, quod legitimae vocis initium pronunciatu erat durius ac difficilius*. In *D'Anvillii Mémoire sur l'Egypte* pag. 91. retinere dicitur: *Son nom sans beaucoup d'alteration dans celui de* Tmaié, *avec de grands vestiges d'antiquité Selon Saint Jerôme* Thmuis *devoit son nom dans la langue Egyptienne au bouc, qui étoit adoré en cette ville, ce que Herodote rapporte au nom de* Mendes *en particulier*. Thmuis *est aussi distingué de* Mendes *en qualité de nome dans Hérodote*. At non nomine tenus, sed & re & positione *Thmuin* a *Mendes* hodieque etiam in Tab. Geograph. distinctam D'Anvilius exhibet. Quare sublata confusione unius cum alia civitate, sequitur, ut Θμοῦις *lingua Aegyptiaca* dicta sit, sic observante La-Crozio, non *ab hirco*, sed *potius a leone*. Urbs erat sub exordia saec. IV. sede episcopali ornata: eique praeerat *Phileas* domo *Thmuites vir*, qui teste Euseb. l. 8. *H. E.* cap. 9. *cunctis* κατὰ τὴν πατρίδα πολιτίαις τε καὶ λειτουργίαις *in patria honoribus ac muneribus summa cum laude perfunctus, & in philosophiae studiis admodum clarus*, sed divinarum scripturarum doctrinis, & pastoralis administrationis, sanctaeque vitae exemplis longe clarior, recrudescente Diocletianea persecutione in christianos ex Maximini Imp. perfidia, Alexandriam ad Praesidem ductus, ibique pro Christi fide in agone constitutus paullo ante extremam iudicis sententiam ad Ecclesiam suam scripsit admirabilem illam pulcherrimamque epistolam, cuius illustre excerptum Eusebius ipse refert cap. 10. De Praeside de loco, & anno martyrii vid. Tillemont. tom. V. *H. E.* not. 5. in pag. 491. Hic vero unus Thmuitarum

Boniurius quoque vocem ϯⲙⲉⲧⲣⲉⲙϩⲉ explicaturus, inter varias tum Copticae tum Arab. تحليل significationes, eam adoptavit, quae *communionem*, aut *consociationem* designare poterat, altera deserta, quae *absolutionem* significat. Unde Renaud. in notis ad Liturgiam Graecam S. Basilii: *Haec Oratio titulum in Graeco cod. nullum habet, & in Copticis vocatur* Oratio absolutionis ad Patrem: *id enim & Coptica & Arabica verba significant non* communionis, *sive* consociationis, *ut existimavit vir clarissimus & doctissimus Guillelmus Boniour*. Et tamen in Rituali Coptico, sive in indice pag. 7., sive in textu pag. 6. & alibi ϯⲙⲉⲧⲣⲉⲙϩⲉ, aeque ac تحليل exponitur, non *absolutio*, sed simpliciter ⲓⲉ ⲡⲓϫⲓⲛⲥⲙⲟⲩ *benedictio*. Wilkinsius vero, qui non aliud, quam *liberationem*, seu *absolutionem* τῷ ϯⲙⲉⲧⲣⲉⲙϩⲉ significari putavit, illud Apostoli I. ad Timoth. I. v. 10. ⲛⲛⲓⲣⲉϥϯⲣⲉⲙϩⲉ ⲉⲃⲟⲗ contra divini scriptoris mentem vertit, *liberatoribus* pro ἀνδραποδισταῖς, *plagiariis*, ignorans, quod Boniurius in Gramm. tradiderat, vocem hanc ϯⲙⲉⲧⲣⲉⲙϩⲉ sumi etiam posse pro *mancipatione*. Qua de re nihil in praesentia disputo.

Verum hi leves sunt naevi, qui nihil detrahunt peritiae, qua & Lacrozius, & Boniurius in Coptica lingua pollebant. Nam optari quidem, sed fieri vix potest, ut qui omnium primi arduum incultumque novale colere aggrediuntur, non semel

b aut

rum Episcopus & Martyr insignis Φιλέας, Φιλεὺς a Metaphraste, & Φιλήας aliter etiam dictus, in act. *S. Donati* Thmueos Episcopi in locum *Phileae* divinitus instituti, apud Bolland. ad diem 22. maii, commemorari potuit in Missali Romano a Sac. Congreg. approbato. Ea enim huius sacri Senatus firma & constans lex est, ne ulli ignoti nominis, & suspectae fidei *Sancti* in sacrorum diptychorum tabulas intrudantur. *Abbatis* autem *Paulli*, vel *Paulle Thmuitae* nomen nullum umquam locum neque inter Martyres, neque inter Episcopos, aut Monachos, aliosve Sanctos urbis Thmueos, habuisse legitur. Non Paullus igitur, sive Paulle, sed *Phile*, vel ⲫⲩⲗⲉ, unde recentiorum Coptitarum vitio, *Paulle* nomen corruptum habemus, in Missali nostro Aegyptiaco legi omnino debet. Et reapse ፊሎ፡ኤጲስቆጶስ፡ *Felo Episcopus* commemoratur in Calendario Aethiopico, alias etiam Coptico, apud Ludolphum ad 4. febr., quo die in Martyrologio Romano. & in Actis Bollandian. memoria celebratur *S. Phileae Episcopi, & Martyris Thmuitarum*.

aut iterum, ſublabente in duro ſolo aratro, a recta linea ſulci aberrent. Rem nos ipſi experti miſere ſumus in Actis S. Coluthi, de quibus alibi redibit ſermo, quum dabimus, uti ſperamus, ex Thebaico apographo *genuinum* ſupplementum Miraculi II. nuper in Aegypto inventum.

Qui vero nonnullis editis, elapſo ſaeculo, Memphiticae verſionis monimentis, quaſi medii Kircherum inter & Boniurium inclaruiſſe traduntur, duo omnino ſunt, *Hottingerus* nempe, & *Theodorus Petraeus*. Ille an. 1660. Heidelbergae Coptice & Latine edidit 1. & alterum verſ. Pſalmi I. Hic vero an. 1663. Lugd. Batav. integrum Pſalmor. cod. Copto-Latinum evulgavit; uti & Latine convertit epiſtolam Apoſtoli Paulli ad Epheſios, quae, teſte La-Crozio, in reg. Berolini bibl. inter alia plura Coptorum mſs. aſſervatur. Sed morem Arabicae pronunciationis, quem Petraeus in efferendis Copticis ſequebatur, aegerrime tulit, improbavitque Wilkinſius. Neque enim Aegyptiis, ſed Latinis formis Aegyptium Pſalterii textum, unde Arabicae lectionis ratio dignoſci facile poterat, inops *Petraeus* impreſſit. Idemque de *lectione Liturgicae benedictionis, Petraeana ... utpote arabiſmi uſu corrupta*, antea ſenſerat La-Crozius, teſte Wilkinſ. ipſo in praef. ad editionem a Chamberlayn. adornatam, *Orationis Dominicae in diverſ. omnium fere gentium ling. verſae*.

Salmaſius quoque nonnihil contulit ad Copticarum quarûmdam vocum origines illuſtrandas. Quamquam de abſurda ac prorſus falſa interpretatione, qua Liturgicam formulam circa invocationem Spiritus S. ſuper Euchariſticorum ſymbolorum tranſmutationem, omiſſo Aegyptiaco, & uno adoptato Arabico textu, corrupit, conſulas velim Renaudotium Comment. in Liturg. Copt. S. Greg. p.306. & 307.

Hilligerum, eiuſque *Summarium Copticum* commemorat *Picqueſ.* in ep. ad *Menagium* ſcripta an. 1695.

Verum ſi pernoſcere modo aveas ſeriem, atque praeſtantiam aliorum fere omnium, qui tum ſuperiori, tum hoc etiam ſaeculo noſtro ad hos uſque dies Copticis litteris excolendis operam dederunt, videſis *Valpergae*, alias *Didymi Taurinenſis* ſcriptoris

ptoris *nobilissimi*, virique inprimis *doctissimi*, illustre prorsus, & elegans *Litteraturae Copticae Rudimentum* p. 22. & seqq. Inter hos non sine peculiari honoris praefatione commemorandi sunt idem ipse saepe laudatus Wilkinsius, qui an. 1716. Novum Testamentum Copto-Latinum, eademque forma an. 1731. Pentateuchum edidit: *Hadrianus Relandus*, qui de suis *veteris sermonis Aegyptiaci* λειψάνοις mentionem facit in epistola ad Wilkins. *Eusebius Renaudotius*, qui Liturgias Aegyptias & librum Pontificalem de ordinatione Patriarchae Alexandrini Romana civitate donatum in publicum protulit Parisiis an. 1716.: *Maturinus Wessiere La-Crozius*, qui an. 1720. iunio mense *Lexicon Aegyptiacum*, *cuius*, licet necdum editi, *fama*, ut scribit Wilkins. tom. I. *Thes. epistol.* pag. 340., *per totam inclaruit Europam*.

Sed quoniam suscepti argumenti occasio memoriae mihi suggerit praeclarum carumque nomen Aegyptii Praesulis *Raphaëlis Tukii*, qui an. superiori 1787. XVI. kal. novembris e numero mortalium in Christo Iesu excessit, suique desiderium bonis omnibus, qui eum norant, in urbe reliquit, imperare mihi non possum, quin de egregii huius hominis in Copticas litteras meritis, obiter licet, aliquid saltem dicam. Raphaël noster, domo Digergensis honeste in patria educatus, bonae indolis iuvenis, & ingenii acumine praeditus, interque Aegyptios Monachos diaconatus ordine initiatus, Copticam linguam apud suos docebat: sed mirifica Spiritus Sancti gratia illustratus, cognitis, atque abiuratis schismaticis, & haereticis, quibus antea imbutus erat, erroribus, duce & comite Missionario Etrusco O. M. O. Romam tamquam ad universae Catholicae Ecclesiae centrum, an. 1724. labente septembri, ingenti cum gaudio venit; & mox idib. octobr. inter alumnos Urbaniani Collegii de P. F. auspicato receptus, usitatum studiorum curriculum inire alacriter coepit. Eo absoluto Theologi Doctoris laurea condecorari meruit ann. 1735. VI. kalend. iun., nonis vero eiusdem mensis, ordinem sacerdotii pie sancteque suscepit. Post id temporis multo quam antea acrius, atque studiosius operam dare perrexit colligendis, describendis, ordinandisque codicibus, qui in pu-

 blicum

blicum Eccl. Copt. usum evulgari possent. Hinc an. sequenti, qui erat iuxta Aegypt. epocham an. Martyrum 1452., aerae Christianae 1736. (non autem, ut in Didymo & alibi legi, 1746.) Missale iam ante paratum, & mox ab amplissimis Sac. Congreg. Patribus approbatum edidit. Patriis Laribus, & quidem non sine religionis nostrae, & Ecclesiae catholicae emolumento, subinde revisis, Romam rediit, & an. non 1749., sed 1744. Psalterium cum Canticis, aliisque sacris Prophetarum lectionibus, or. Dominica, & Symbolo Nicaeno, absoluta impressione die 16. iulii, in lucem emisit: Diurnum Alexandrinum an. 1750. Partem I. vulgatae editionis *Arabice* versam, quae complectitur Pentateuchum, Iosue, Iudices, Ruth, IV. libros Reg., II. Paralipomen., II. Esdrae, & sacram Tobiae historiam ex Rutilianis typis an. 1752., Pontificalis Copt. par.I. an. 1761. & par. II. an. 1762., Rituale an. 1763., & Theotochias an. 1764. Quos, quantosve labores in haec Liturgica opera praeparanda ut prelo darentur, insumpserit, non semel mihi contigit admirari, cui provincia commissa fuerat adnotandi vel dubia, vel suspecta loca, quae iudicio Sac. Congregationis de libris Oriental. corrigendis, proponenda erant. Creatus Episcopus Arsenoviens. Eccl., etsi stationem teneret in aedibus monasticis S. Stephani Aethiopum post Vaticanam Basilicam, non sine magno incommodo in munere tradendae Copt. linguae Urbaniani Collegii alumnis diu perseveravit, donec Monachum ex Aegypto accersitum diligenter in Copticis litteris erudivit, eumque tandem ab Emis Collegii moderatoribus, ut in sui locum sufficeretur, obtinuit. Tum vero, deficientibus licet viribus, ut interdiu etiam lecto decumbere saepissime cogeretur, Grammaticam Aegyptiacam utriusque dialecti ex veteribus quibusdam Arabicis scriptis composuit: eaque est, quam Romae editam habemus ex typis Sac. Congr. de P.F. an. 1778.

Tukium nostrum laudat amicus & socius olim meus in Rom. Sapientiae Archigymnasio vir praestantissimus, omnique memoria dignus Aloysius Abbas Assemanus in *Cod. Liturg. Eccl. univ.* lib. II. *de Bapt.* Romae Copticis typis ab Angelo Rotilio impres-

impreſſo an. 1749. cum interpretatione Latina: in qua tamen alicubi magis, quam Copticum textum, ſequitur verſionem Arabicam, quae certe in ms. cod., unde *Ordinem* Coptorum exhauſit, exſtabat, ut liquet ex Rituali Tukiano paullo ante laudato. Sed miror, cur pag. 153. in adnot. ad margin. infer. nihil dicat de libris, de Miſſale nimirum, & Pſalterio a Tukio ante editis, ſed id unum referat ſe ex illius ore accepiſſe, quomodo Romam fuerat advocatus, *ut ad mſs. codd. fidem ritus omnes Eccleſiae Alexandr. Coptice & Arabice recenſeret ad illorum editionem ... procurandam*. Haec enim idem ipſe Tukius ſignificavit in approbatione huius Officii, illiuſque verſionis, praemiſſa tom.II. *Cod. Eccl. univerſae* eodem an.1749. edit. 21.maii.

Quod porro ſcribit pag. 193. de ſecundo quodam Baptiſmi Ordine: *Hunc Ordinem ex cod. quodam* Thebennenſi *a ſe deſcriptum nobis communicavit memoratus Raphael Tukius, qui & aſſeruit illo Aegyptios minime uti*, vide, ne ſic intelligas, quaſi Tukius dixerit, aut ordinem ipſum, aut codicem ſcriptum fuiſſe *Thebennenſi* dialecto. Lingua enim in eo Memphitica eſt.

Sequitur in lib. III. *Cod. Eccl. univ.* pag. 82. *Ordo confirmationis Eccl. Alexandr.* Copt. & Latine evulgatus ab Aſſemano ipſo an. 1760. De eo quoque ſtatim ab initio egregius editor & interpres haec adnotat: *Hunc Ordinem ſumma cura recenſitum ac deſcriptum nobis communicavit D. Raphael Tukius Aegyptius presbyter*. Verum dum ego confero ordinem iſtum cum eo, quem editum habemus eiuſdem Tukii opera in *Rituali Copto-Arab.* an. 1763. p. ϸⲁ. & ſeqq., non modo rituum & precum quarumdam ſeriem alicubi turbatam, ſed & alias aliquot varietates inter utrumque viſus mihi ſum detexiſſe. Anno tandem 1754. typis haeredum Io. Laur. Barbiellini Aſſemanus noſter tom. VII. *Cod. Eccl. univ.* in Miſſali Alexandrino par. II. a pag. 1. ad 90. uſque, prelo ſubiecit Copticam Liturgiam S. Baſilii a ſe latine redditam. Hanc vero totam excerptam video ex Miſſali Aegyptiacis formis typographii de Prop. Fide excuſo iam inde ab an. 1736. Nam & errata ipſa operarum,

ut

ut ⲫⲓⲙ̀ⲙ pro ⲫⲓⲟⲙ, ⲡⲉⲛⲉⲩⲙⲁⲧⲁ pro ⲡⲛⲉⲩⲙⲁⲧⲓ, ⲙ̀ⲙⲁⲓⲣⲏⲛⲓⲙ pro ⲙ̀ⲙⲁⲓⲣⲱⲙⲓ, & alia id genus in Barbellinianam editionem solide invecta leguntur. Ceterum doctissimus Assemanus interpretationem suam Latinam adornasse videtur, non ex Coptico textu, sed ex Arabica ipsa versione, quae Anaphoram Aegyptiacam in Tukiano Missali perpetuo comitatur. Tene rubricas *Copticas* ex Miss. Tukiano pag. ⲏ. *Sacerdos osculetur altare, seseque vertat in occidentem, ut seligat* ⲙ̀ⲡⲓⲕⲟⲣⲃⲁⲛ ⲉ̀ⲧⲉ ⲡⲁⲓ ⲡⲉⲛⲓⲱⲓⲕ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲣⲟⲑⲉⲥⲓⲥ, *Korban, idest panem propositionis*, sive *oblatam*; (de qua vid. Renaud. *Liturg. Copt. S. Basilii* pag. 189.). Pag. ⲑ. *accipiat* ⲛ̀ⲡⲓⲕⲟⲣⲃⲁⲛ *in manus suas*. Pag. 13. ϫⲱ ⲛ̀ⲡⲓⲕⲟⲣⲃⲁⲛ. Arabica translatio ⲡⲓⲕⲟⲣⲃⲁⲛ *Corban* iisdem in locis semper vertit الحمل *Agnum*; (de quo rursus cit. pag. Renaud. agit). Hanc fidissime sequitur Latina Assemani interpretatio: & quidem, non in his tantum, sed & in aliis plerisque rubricis, atque sententiis. Haec adnotanda erant, ne cui mirum fortasse videatur, si Latina versio in Barbiellinianis typis non exacte, nec semper Copticae lectioni respondet. Praemittere debueram *ordinem ad faciendum catechumenum* insertum *Coptice & Latine* tom. I. cit. cod. *Eccl. univ.* pag. 141. Sed, praeterquamquod eo soli Aethiopes, ut Assemanus ipse monet, utuntur, diversus est ab edito in Rituali Tukiano.

His addas velim admirandae doctrinae scriptorem *Paullum Ernestum Iablonskium* in *Rempha*, in *Pantheo*, in *Memnone*, & in dissertat. *de terra Gosen*, ubi ad Aegyptias antiquitates perscrutandas, multa ab eo scripturarum loca ex Coptica versione proferuntur, quin ab eo seiungas publicum Bernens. Lycei professorem *Iacob. Kocher* in Aegyptiaca lingua probe versatum, uti illius dissert. de Numine *Chneph* apud D' Orvil. in *Miscellan. observ.* tom. III. praeclare ostendit.

Adde etiam doctissimum Ab. *Ioh. Bernardum de Rossi* insigne Parmen. Academiae, & praeclarum Hebraicae cum primis litteraturae lumen, eumdemque Copticae linguae vindicem, & assertorem in Italico opere *Della lingua propria di Cristo*, quod iure

lau-

laudat meus ille *Didymus Taurinensis* p.35. Adde mecum & cum Didymo ipso non modo cl. Gallum Ab. *Barthelemy*, sed & Anonymum *Oratorii S.Philippi Nerii presbyterum*, eumdemque auctorem tum adnotationum, tum dissertationum in Romanam *Danielis* editionem *secundum LXX.*, qui mira cum eruditionis & doctrinae copia Copt. linguae vindicias alibi quidem agit, alibi vero versionis ipsius luce varia τῶν Ō dicta, sententiasque illustrat: etsi haec omnia lumina ex Aegyptia istius S. Prophetae versione educta, uti mihi haud temere persuasum est, non aliunde Romae accipi potuerint, quam ex apographo Boniurii ab Episcopo Tukio primum, deinde & ab aliis exscripto.

Quid porro commendationis, & laudis non meretur vir ille tam multis, magnisque nominibus in litteraria republica clarus, & in hoc maxime studiorum genere eruditissimus *Carolus Godofredus Woide*, cuius opera & studio Copticum Lacrozii *Lexicon*, tamdiu ante exspectatum, cum multarum vocum accessione, aliquando tandem, ipsa quoque *Scholtzii* manu obstetricante, an. 1775. in lucem faustis avibus prodiit? Quamquam multo proculdubio maiora erunt, quae de vetustissimis Aegyptiorum codd. atque fragmentis ex doctis *Woidii* curis, vigiliisque prodibunt. At *Scholtzii* Grammaticam, quam ad utramque Coptorum dialectum addiscendam affabre compositam, & iam Oxoniensibus formis impressam audivi, me necdum videre potuisse doleo.

Praeter hos haerent mihi in mente, haerebuntque, dum vivam, honestissimi illi clarissimique Dani *Andreas Christianus Hwiidius*, & *Andreas Birchius* orbi litterario ex illustribus egregiisque eorum lucubrationibus probe cogniti, aeque ac spectatissimus ille *Fridericus Munter*, qui an. superiori perdoctam exercitationem adornavit in Memphiticam atque Thebaicam versionem cap. IX. Danielis. Ac de iis equidem summopere laetor, quoties ego memini, semperque meminero, quo acri studio, adiuti praesertim subsidiis La-Croziani Lexici tum recens editi, animum in sacra Coptorum scripta Romae intenderint, nihilque ad summam diligentiam reliqui fecerint, ut in Aegyptia quoque eruditione excellerent, & eminerent.

Nunc ex eadem gente in hac urbe aeterna verſatur illuſtris iuvenis *Nicolaus Schow* Graecae cummaxime linguae peritiſſimus, qui apud auſpicatiſſimum Orientalium Muſarum Maecenatem cl. nempe Praeſulem noſtrum *Stephanum Borgiam*, admirandas ingenii & eruditionis ſuae vires in evolvenda, explicandaque Papyracea Aegyptiorum tabula Graecis litteris ab Iſidis ſacerdote ſcripta; tantae antiquitatis, ut ad priſcâ Romani imperii tempora accedere videatur. Et iam opus undequaque arduum ac difficillimum ad umbilicum fauſte perductum, & notis egregiis illuſtratum, nuperrime in lucem prodiiſſe gaudeo. Oh utinam diem ego videam, quo tam bona, & praeclara ingenia, in eadem *Fidei* regula, in qua nos tamquam ſanctae Catholicae & Apoſtolicae Eccleſiae filii, unius miſerentis Dei pietate & gratia, ſumus, eſſent & illa! Utinam & hac beata ſorte, (uti ego a Deo precabar), potitus fuiſſet laudatus ille *Hwiidius*, qui iam, dum illius nomen paullo ante commemorabam, ingenti cum Haphnienſium litteratorum maerore, vitam cum morte commutarat! Sic enim, quemadmodum ex Münteri epiſtolis ad cl. meum contribulem Amadutium, nuper accepi.

Interea vero, ut ſeriem claudam illuſtrium ſcriptorum, qui noſtras haſce litteras ſuis ipſorum nominibus exornarunt, coronidis loco erit vir doctiſſimus *Ioh. Aloyſius Abbas Mingarellius*, publ. in Bonon. Acad. Eloquentiae Profeſſor, idemque in ſingulari op. *de Aegyptior. codd. reliquiis*, Nanianorum fragmentor. interpres & illuſtrator, qui cum alibi frequentiſsime, tum vero maxime p. CCCLI. & ſeqq., more ſuo perdocte diſſerit *de duobus mſs. codd.* Memph. dialecto conſcriptis. Quamquam poſtremis hiſce diebus novus prodiit Memphiticae litteraturae cultor, vir eximius *Georgius Zoëga*, qui in inſigni op. *de Numis Aegyptiis* ex cimeliarchio Borgiano, exemplo ſuo docuit, quemadmodum & hoc litterarum genus rei numariae illuſtrandae inſervire quam oppido queat.

Ne denique huic noſtrae coronidi ſplendidum, quod maxime eſt, ornamentum deſit, huc ego nomen appello viri doctiſsimi *Gabrielis Fabricii*, e cuius ſapientia & aequitate hi noſtri, qualeſcumque ſint, Aegyptiaci conatus, iudicium ſortemque ſuam exſpectant.

Sed

Sed quo temporis puncto ad alia me vertere cogitabam, sub oculos mihi veluti de improviso venit, nova quaedam Aegyptiacae linguae adumbratio, in qua non illius modo excellentiores cultores summatim recognoscere, sed & nonnulla peregrina, de quibus reticere nefas sit, mihi deprehendere licuit. Huius auctor est vir sane & ingenio, & doctrinae laude clarissimus *Schmidtius de Rossan* ex uno Gallicanae Encyclopaediae articulo, quem idem ipse edidit, nuperrime cognitus. Linguam Copticam *mixtionem* definit *ex vocabulis antiquae Aegyptiae*, *& Graecis vocibus*, *quae in eam paullatim irrepsere*, *postquam Graiorum natio Aegypti imperio potita est*. *Eius ope vetustissima Aegyptiorum nomina*, *& plerasque fere omnes etymologias*, *quae in Herodoto*, *Diodoro Siculo*, *Plutarcho*, *aliisque vetustis scriptoribus reperiuntur*, *explicari posse tradit*. Ut enim, mox subdit, *Elle est un des principaux secours pour les antiquités de ce pays*, *qui est le berceau de plusieurs arts*, *de la plupart des sciences*, *& presque de toutes les superstitions*. *Bocharti* sententiam circa Aegyptiacae cum Hebraica lingua affinitatem gravate se ferre significat: Acoluthum, quod in epist. ad Picquesium Armenicam linguam obtruserit tamquam subsidium omnium aptius ad Aegyptiam intelligendam castigat: De Blumbergii Grammatica minus acriter, quam de Prodromo, & Lexico Copto-Arabico Kircherii sentit: Wilkinsium auctorem, editoremque Copto-Latinae versionis N. T. & Pentateuchi, Theodorum *Petraeum*, *Scaligerum*, *Renaudotium*, *Picquesium*, *Huntingtonum*, *Bernardum*, *Kocherium*, & *Guillelmum Boniurium* tamquam in hac lingua versatos, sed La-Crozium in primis, eiusque ms. Lexicon, ex quo illius discipulus *Iablonskius* profecerit, laudat: *Iablonskium* vero ob id maxime celebrat, quod huius linguae peritia, & usu de Aegyptiorum antiquitatibus opera omnium praestantiora ediderit.

De duplici superioris, & inferioris Aegypti dialecto *Dufour de Longueville* egisse scribit, memoriae lapsu, uti suspicor, ea de caussa deceptus, quod, quae legerat in *Commercio litterario Ludov. Picques* coniuncto in eodem volumine cum dissertationibus Abbatis *de Longuerue* sive *Longueville*, se legisse pu-

tarit *dans son Traité sur les époques des anciens*. In eo enim uno *Commerc. litterar.* pag.312. & seq. epistola legitur ad Menagium scripta, qua *Picquesius* refert, quid *Abbas de Longuerue* suspicaretur *de tertia Coptorum dialecto Basmurica* nuncupata. Sed, Schmidthio ipso fatente, *Iablonskius est*, qui ex mss. Oxoniensibus perspicue ostenderit utriusque dialecti varietatem, tametsi non magni momenti eam esse censeat: atque hanc omnem differentiam a vario pronunciandi more potissimum repetendam existimet: qua de re La-Crozius aliter olim visus est cogitasse. De *Lexico* demum (quod & Schmidthius composuit) haec auguratur: *S' il voit jamais le jour, il prouvera évidemment que les racines de l' ancienne langue Egyptienne ne sont presque que des monosyllabes, & n' ont aucune affinité avec quelqu' autre langue connue que ce soit. On trouvera encore quantité de verbes redoublés. On verra une langue dont la marche & la syntaxe sont extrêmement simples, & fort différentes du style métaphorique oriental.*

En studia, en monumenta, & volumina, quae *Memphitico* idiomate exarata, litterario orbi hucusque innotuere. Sola *Thebaica* toto fere superiori saeculo ignota erant philologis Europaeis. Unus Ludov. Picquesius die 30. septemb. an. 1695. scribens ad *Thomam Eduardum* veluti ad *Oedipum*, & *Hermetem suum*, se legisse dicit, *multas pericopas utriusque testamenti Saidica* (idest Thebaica) *dialecto*, adeoque scire cupit, *an sit aliquis liber v. g. psalmorum, vel liturgicus, qui sit conscriptus hac dialecto*? Quid ad haec Eduardus? *NULLAS* credens *superesse linguae Copticae, quae in desuetudinem abierint, DIALECTOS*, Arabica pro Thebaicis a Picquesio per errorem accepta suspicatus est. Sicque proinde ad Picquesium ipsum respondit: *Inepte facis, qui voces* Arabicas, *nulla necessitate coactus, Romana dones civitate*. Tanta erat tum temporis inter viros ipsos Coptice doctos Thebaicorum monumentorum ignoratio. Picquesius vero epistola sequenti ad eumdem Eduardum subdit: *Habeo psalmos Copticos scriptos THEBAICE* (quos fortasse post editam superiorem epistolam repererat) *item Bahirice*, hoc est *maritima*, & more nostro, *Memphitica* dialecto.

Prae-

Praeter hoc unum *Psalterium* Picquesio in Gallia compertum, alius nullus Aegyptius codex, qui *Thebaico* idiomate scriptus esset, sub universae Europae caelo cognoscebatur. Quamquam enim in magno catalogo Bodleian. bibliothecae an. 1697. Oxonii edito, nota iam essent inter Huntingtoni mss. *Fragmentum Evang. S. Iohan.*, & *Acta Apostolorum*, quae sunt Thebaice scripta; nemo tamen nec *Huntingtonus* ipse, nec *Eduardus Bernardus* catalogi auctor, pro Thebaicis habuit. Hoc idem accidit de cod., qui inter Huntingtonianos eodem catal. num. 131. inscribitur: *Liber cuiusdam Gnostici Copt. & Arab.* alias, ut suspicor, Didymo nostro pag. 19. nuncupatus: *De litteris Graecis &c.*, vel *de myster. litterar.* in *Sylloge* vocum *Saidicar.* Lexici La Croz.

At ego de Wilkinsio miror, qui in Prolegomenis ad N. T. Coptice editum an. 1716. postquam & viderat, & expenderat codd. Huntingtonianos exhibentes Fragm. Evang. Ioh., & Acta Apostol., eos scriptos dixerit lingua sibi prorsus ignota, eaque *a reliquis linguae Copticae mss. tam diversa, ut nullo modo cum iis conciliari, aut conferri possit*; adeo nihil ad ea usque tempora de Theb. dialecto ei subolfacere contigerat.

La-Crozius & Iablonskius *Fragmentum* ipsum *Ioh.*, & *Actorum* codicem perinde atque *discursum Gnostici* an. 1730. *Sahidica dialecto* conscriptum dixere. Quod & alii in Anglia, & alibi deinceps observarunt. At nemo, nisi eruditissimus Ab. Mingarellius anno demum 1785. notavit, emendavitque errata, *quibus librum suum* Wilkinsius *foedavit*, ubi pag. VII. prolegomenor. ex ignotae linguae defectu, tam male exscripsit tum v. 13. cap. 7., & 23. cap. 13. Evangelici fragm. Ioh., tum initium & v. 2. Actuum Apostol. Idem tamen ipse Wilkins. difficultatem, qua in huiusmodi scriptis legendis tenebatur, ingenue fassus est. Unde Iablonskius loquens de cod. describendo, cuius titulus est: *Discursus Gnosticus*: *Liber ille*, inquit, *initio erat mihi perdifficilis*, *eademque dialecto scriptus*, *quam Wilkins. memorat* prolegom. pag. VII. *Wilkinsium*, *quod ex ore ipsius didici*, *difficultas operis absterruit*. Sic ille in ep. VII. febr. an. 1719. *Londini* ad La-Crozium scripta, ad quem etiam non ita diu post codicem

 ipsum

ipſum a ſe deſcriptum miſit. Accedit his *Tomus ſecundus fidelis ſapientiae* (ſic inſcriptus) *Valentinianae doctrinae liber*, *qui exſtat Oxonii apud cl. Aſkew*, omniumque *Sahidicor. codicum*, iudice *Woidio*, *vetuſtiſſimus* & a *Didymo* noſtro laudatus in *Copt. Lit. Rudimento* adnot. 1. ad infimam pag. 19.

Non alia, quam quae hactenus retulimus, Thebaica ſcripta, maiorum noſtrorum memoria ad annum uſque 1777. in omni Europa exſtitiſſe cognovimus. Poſt id temporis ſolum nova, eaque non exigua copia, videre coepimus Sahidicae linguae fragmenta; quae ex Aegypto ſuperiori Romam ad cl. doctiſſimumque Praeſulem *Stephanum Borgiam* delata totidem viſa ſunt caeleſtis munificentiae dona. Nihil enim profani, nihil gnoſtici, nihilque Valentiniani figmenti in iis inerat; ſed alia antiquiſſimae verſionis *divinorum librorum* apud Thebaeos iam inde a primis evangelicae lucis ſplendoribus conditae, & publico dein earum eccleſiarum uſu in tota Thebaide receptae, alia vetuſtiſſimae Liturgiae reliquias, alia denique eccleſiaſticae hiſtoriae, monaſticae diſciplinae, & chriſtianae gloriae egregia quaedam ex iis, quae e barbarorum manibus effugerant, monumenta dabant. Quodque omittere nefas eſſe duco, haec omnia aurea ac tam pretioſa λείψανα ex antiquis Aegyptiarum Thebarum ruinis olim eruta, diuque ſervata, hiſce demum poſtremis ſaeculi noſtri temporibus ad nos pervenerunt, quibus bruta, ac impia inſanientium *incredulorum* factio adverſus divina Scripturarum oracula, & Chriſtianae religionis ſanctitatem, bellum eo turpius, quo inſidioſius quam Celſus, quam Porphyrius, quam Iulianus, exercere contendit. Nonne & haec lumina ſunt veluti fulgura coruſcantia de caelo, quibus orthodoxae fidei hoſtes mirum in modum perterreri, & confundi neceſſario debeant? Hinc ego totam hanc, quae nobis poſtremo obtigit, ſacrarum harum tabularum ſortem, ad opportunum religionis noſtrae praeſidium, divinitus partam haud temere iudicarim.

Interea temporis, an. ſcilicet 1778., Romanis formis ex typographio collegii de Propag. Fide in lucem prodiit Grammatica Copto-Thebaica ab Epiſcopo Tukio compoſita.

Optassem ego equidem, ut Antistes optimus *Elementis Aegyptiacae linguae* a Boniurio scriptis, & iussu Pont. Max. Clem. XI. a viro summo *Eusebio Renaudotio*, ut iam diximus, adprobatis, adderet de suo Rudimenta *Thebaicae*. Nam de Grammatica Boniurii edenda iamdiu ante a Sac. Cong. de P. F. decretum fuerat, dum praefecturam ageret immortalis memoriae Iosephus Cardinalis Spinellus, & a secretis sacri huius senatus esset magni nominis Praesul Nicolaus Antonellus ad meritos deinde Purpuratorum Patrum honores evectus. Tukius vero se ita, ut optabatur, praestiturum saepe spoponderat: eamque ob caussam tribus primum & amplius annis, deinde & alio rursus tempore repetitam Boniurii Grammaticam apud se diu retinuit, donec dies venit, quo expleto opere a se iam concepto, rogatus sententiam suam dicere, utrum praestaret edere, suamne? an Boniurianam grammaticam cum additamentis Thebaicis? suam respondit tamquam studiosae iuventuti utiliorem, licet alteram philologis, & eruditione provectis gratiorem, probatioremque crederet. Quo audito, Cardinalis Castellus S. C. Praefectus Tukianam ex Patrum decreto imprimi, evulgarique curavit. At ego tacitus mea studia ad Acta S. Coluthi, Praesulis mei Borgiae hortatu, statim converti, antequam quicquam scirem de Lexico La-Croziano Oxonii edito, vel de utriusque Aegyptiae dialecti Grammatica a cl. Scholtzio adornata.

Quae quum ego commemoro, non aliud consilii in mente gero, quam ut apparatum, & concentum mediter humanorum studiorum, quae uno propemodum tempore simul confluentia eruditorum animos ad sacras Thebaicorum voluminum reliquias avidius exquirendas mirifice provocarunt.

Multo vero magis id accidisse accepimus postquam nostra illa S. Martyris *Coluthi* miracula duo ex laciniis Theb. cod. in publicum prodiere. Ea enim ita, uti erant an. 1780. evulgata, tam multos ardentesque igniculos veri desiderii in animos litteratorum erga dilaniatas ipsas sactorum codicum membranas in Thebaide sepultas iniecere, ut boni omnes, & aequi rerum harum aestimatores in tota pene Europa, praesertim in Anglia, in Galliis, in Germania, & in Italia no-

noſtra ad biblica iſta & eccleſiaſtica Thebaeorum fragmenta colligenda aemulis ſtudiis viſi ſint incitari. Inter ceteros non ſine ingentium laudum praeconiis commemorari meretur Excellentiſſimus Venetorum Eques *Iohannes Nanius*, qui tribus ante annis Thebaeorum fragmentorum membranas *quatuor & ſexaginta* ex Aegypto aſportatas acquirere ſtuduit, eaſque mox ut accepit, Abbati Mingarellio Bononiam miſit, ut tanti viri cura & eruditione non una modo typorum elegantia expreſſae, ſed & Latinae verſionis, doctarumque adnotationum luce exornatae, gratum orbi litterario ſpectaculum exhiberent.

Scimus & v. cl. Woideum praeter vetera ex Sahid. verſ. N. Teſtamenti collectanea, quae in Oxon. Acad. hodieque aſſervantur, nova ſe fragmenta in XL. membranis recens comparatis habere.

Verum enim vero in diſperſis hiſce venerandae antiquitatis reliquiis acrius perquirendis omnium, ut auguror, induſtriam, atque ſortem longe vicit ſuperavitque ſtudioſa, quae eſt aſſidua ac fortunata *Borgiae* noſtri cura, & ſollicitudo; ut mirum non ſit, ſi in hoc cimeliorum genere domeſticum illius Muſeum Velitris celebre, ceteris omnibus hucuſque praecellat. Horum indicem protulit Danus eruditiſſimus, cuius ante memini, *Fridericus Münter*, tametſi nonnulla ei adhuc addenda ſuperſunt, quae partim e Munteri conſpectu fortuito effugerunt, partimque etiam nuperrime ex Aegypto advenerunt. Verum inter cetera Borgiana fragmenta illud eſt vere unicum, & ſingulare, quod verſionem exhibet quorumdam capitum Epiſt. 1. S. Paulli Apoſtoli ad Corinthios, non Memphitica, non Thebaica, ſed alia quadam Aegyptiorum dialecto ad id uſque temporis ignorata.

Quid ergo? An non tandem vel hoc uno argumento quaſi evidenti quodam τεκμηρίῳ plane convicti fatebimur, Deum O. M. qui providentia ſua admirabili omnia proſpicit, & ordinat in gloriam ſuam, & utilitatem noſtram, Deum, inquam, ipſum auctorem, inſpiratorem, excitatoremque eſſe publici huius mirifici, ac pene communis deſiderii? Eo enim eruditorum animi inflammati Thebeas divini inprimis, tum & eccleſiaſtici co-

dicis

dicis reliquias barbare dissipatas lugentes quaerunt, quaesitas vero & inventas hilari vultu excipiunt, festivum illud εὑρήκαμεν, non *Isiaco*, sed Christiano more, congeminantes. Quantum inde emolumenti in divinorum librorum maiestatem, in orthodoxae fidei praesidium, & christianarum antiquitatum laudem, splendoremque redundet, facile boni quique litterarum harum cultores, me quoque tacente, intelligunt.

Nos interim, qui, ut tam certis perspicuisque caelestis providentiae nutibus obsequamur, *Thebaica* ista monumenta in sanctissimae religionis nostrae commodum edere constituimus, ne ea cum Memphiticis, aliisve Coptorum scriptis confundantur, operae pretium ducimus brevem quandam informationem multiplicis *idiomatis*, quo usi sunt Aegyptii, huic omni editioni nostrae praemittere. Sit ergo

§. I.

Tres commemorantur Aegyptiacae linguae dialecti.

NON defuere quidem Arabici scriptores, immo & nonnulli Grammatici Copto-Arabes, qui de *tribus* Aegyptiae linguae *dialectis* mentionem fecerint. Makrizius *Memphiticae* & *Thebaicae* tantummodo meminit. Quid vero Grammatici de *tertia* dixerint, *Ludovicus Picquesius* refert in epist. ad *Mailletum Consulem Francicum Cairi* : *Ils ont*, inquit, (Aegyptii) *trois dialectes*, *scil. le* Bahiri, *qui est celle*, *qu' on dit ordinairement* : *le* Saydi, *qui est la* Thebaique, *& dont on voit quelque peu des fragments*. *Mais pour la derniere*, *qui est* Bashmuri بشموري *je vous avoue*, *que je ne le sçaurois deviner*. Idemque dein in ep. an. sequenti 1690. scripta, ut iam innuimus, ad Thom. Edwardum divinare aggreditur, quid tertia illa dialectus esse queat in haec verba : Sahidica *est Thebaica*, Baharica *est maritima*, *quid de nomine* بشموري, *num est* Nubiensis, *an est* Libyca, *an est* Coptica ? *Hic proponam tibi meam coniecturam*, *scil.* ⲡⲥⲁⲫⲣⲏⲥ, *&* ⲡⲥⲁϩⲓⲧ, (ⲡⲥⲁⲡⲉⲙϩⲓⲧ lege, ut postea monet Edward., non ⲡⲥⲁϩⲓⲧ, ut mendose scribitur in ep. Picquesii) *est pro* Saidico, *&* Bmalyo (pro

Sbma-

Shmalyo), *ergo* ⲡⲥⲁⲙⲏⲣ *erit pro mareotico, vel myrico. Aliquis dicet: quandoquidem radice non conveniunt* (dixerat enim ante ex Arabum grammaticorum auctoritate *duas primas radicibus convenire, non vero tertiam*) *heic Bashmuritica erit Abyssinia, quia scilicet Abyssinii dependent a religione Coptica. Starem sane pro hac sententia*. Subdit Edwardus ad haec: ⲡⲥⲁⲫⲣⲏⲥ *significat partem australem, &* ⲥⲁⲡⲉⲙϩⲓⲧ *septemtrionalem. Quid vis per Shmalyo? Nimirum* شمالي *partem sinistram seu borealem;* ⲡⲥⲁⲙⲏⲣ *significat quod est ad fines vel terminos regionis. Utinam videre liceret, unde haec* (de dialectis Aegyptiis) *hauseris. Nam ita me Deus amet, Shmaliace, & Busmurice,* (lege *Basmurice*) *loquentem audire videor*. Sed Picquesius in altera ad Edward. epistola rediens ad tertiam *Bashmuricam* dialectum quasi a *Bashmur* dictam, sic respondet: *Bashmur autem apud* Abulfedam *est provincia circa Damiatam*. Eodem vero an. 1691. scribens ad *Ludolphum*, de *tribus* Coptorum dialectis, *qui sont le* بحيري, *le* صعيدي, *& le* بشموري, *le sçavant Abbé de Longuerve soupçonne que la derniere, qui n' a quasi rien du Copte, ou du moin des deux premieres dialectes, est celle des Rois de* Nubie, *qui étoient Chrétiens*. Qua de re a Ludolpho ipso erudiri postulat.

Picquesius autem de tertia illa dialecto semper incertus an. 1668. 6. decemb. ad eumdem Ludolphum scribens suspicatur بشمورية Bashmuricam Coptorum abusive dici, linguam *Syriacam*, qua tamquam vernacula utebantur Syri Monachi Iacobitae in coenobio S. Mariae deserti *Scetis*, quia non أصل *origine, & radice* vocum, sed unius tantum *Iacobiticae* sectae communione cum Iacobitis Aegyptiis conveniebat. Quod ut Picquesius. coniiceret, occasionem ei praebuit celeberrimus cod. Ambrosianae bibl. *Estranghelis* Syrorum characteribus scriptus, & *emptus* ab eodem *Monast. S. Mariae Matris Dei in deserto Schytin*; cuius editioni egregiam modo operam navat alter eiusdem bibl. custos, πολυμαθέστατος, Canonicus ~~Befotius~~ Bugatius

Neque his contentus Picquesius, intercessore Alixio, de dialectis Copticae linguae consuluit *Huntingtonum*, qui iam in Ae-

gypto

gypto fuerat. Is autem Alixii votis ſatisfacturus: *Nunc etiam*, inquit, *reſpondere liceat eiuſdem D. Picques quaeſtioni de tribus Aegypti dialectis iam pridem per te tranſmiſsae, uti ex mſs. Regis pag. 153. ipſe citat. Prima igitur eſt lingua Aegyptiaca, ſeu Coptica proprie ſic dicta, a Coptis ſolum, & praecipue in Thebaide, ſeu ſuperiori Aegypto, quam Saïd Arabes vocant, uſurpata. II. dialectus eſt lingua Graeca, qua utebantur Alexandrini maritimique accolae, & Aegyptus inferior, ſeu ſeptemtrionalis. III. dialectus eſt Aethiopica inter cataractas, & ad ipſam uſque Nili originem in uſu. Priores norunt Arabes: hanc tertiam prorſus ignorarunt.*

Hoc demum aevo noſtro quotquot de Aegyptiacae linguae dialectis ſcripſere, aut nonniſi *duas*, Copticam ſic vulgo dictam inferioris Aegypti, & Thebaicam ſuperioris numerare norunt. *Tertiam*, aut uti incompertam penitus omninoque ignorabilem habuerunt, aut tamquam interminabilis controverſiae, & incertae perpetuaeque divinationis negotium fruſtra tentandum, deſeruere. Hodie tantummodo eam nobis detexit, manifeſtamque fecit Borgianum fragmentum. De illa tamen infra. Nunc *de Memphitica* ſic vulgo dicta agam.

§. II.

Memphitica dialectus, olim toti Aegypto communis, tamquam antiquior, & aliarum mater habenda eſt.

IAblonskius, aliique viri docti maioris antiquitatis gloriam Thebaicae deferunt. Sed hi (quod eorum pace dictum ſit) non ſatis attendiſſe videntur ad teſtimonium Herodoti, ubi lib. II. cap. 143. vocabulum memorat, quo *Thebaei ſacerdotes hominem* appellabant. Hoc autem eſt Memphitica dialecto **ⲡⲓⲣⲱⲙⲓ**, illud ipſum ſcilicet, quod in mſs. editiſque Coptorum libris hodieque legimus: ἐν Θήβησι ... οἱ ἱερέες τȣ̃ Διὸς, *apud Thebas ... ſacerdotes Iovis* (erant coram me, ait Herodotus) *qui* Hecataeo *originem ſuam recenſenti, & ad ſextum decimum Deum referenti, occurrebant e diverſo progeniem recenſentes, & in enumeratione non admittentes id quod ab illo diceretur*: hominem progenerari a Deo: *occurrebant autem in hunc*

 mo-

modum φάμενοι ἕκαστον τῶν Κολοσσῶν ΠΙΡΩΜΙΝ ἐκ ΠΙΡΩΜΙΟΣ γεγονέναι, *dicentes*, *unumquemque Colossorum* (qui scilicet lignea erant simulacra *Pontificum* suorum in magno coenaculo posita) *fuisse PIROMIN ex PIROMI genitum*. Si autem ex utroque nomine Graecam terminationem, ν & ος, auferas, *Piromi* ex *Piromi*, *hominem* ex *homine* procreatum intetpretaberis. Ergo Herodoti aevo in urbe ipsa Thebarum necdum audiri coeperat Sahidico, sive Thebaico idiomate **ⲡⲣⲱⲙⲉ**, aut **ⲡⲉⲓⲣⲱⲙⲉ**, sed una Memphitica dialectus toti Aegypto communis cognita tum temporis erat.

Hoc idem colliges ex nominibus Deorum, quos *vetustissimi in Aegypto mortales*, teste Diodoro Sic. lib.I. coluerunt, appellaruntque *Solem* in primis *Osirin*, & *Lunam Isin*, idest, sublata Graeca terminatione, *Osiri*, & *Isi*; quae duo profecto Memphitica nomina sunt ab ipsis quoque Thebaeis (teste Herod. lib. II. c. 42.) ex communi totius Aegypti superstitione sic perpetuo usurpata. Numquam enim superioris Thebaïdis incolae aut *Ise*, aut *Osire* Numina ista appellasse leguntur.

Cetera quoque antiquissima Aegyptiorum Numinum vocabula, *Busiri*, *Petosiri*, *Anubi*, *Atyri*, *Thermuthi*, *Api*, *Camephi*, *Ertosi*, *Sothi*, *Chnuphi*, *Onuphi*, *Bubasti*, *Bubasi*, *Paci*, aliaque id genus plura, nonne eamdem Memphiticam dialectum, de qua modo loquimur, referunt? Horum certe nonnulla, ut & alia complura sunt, quae efferuntur, litterisve mandantur, *per apocopen* Memphiticae illius terminationis τῦ **ⲓ**, ut Θερμουθ pro Θερμουθι, Φαρμουθ pro Φαρμουθι, Πατερμουθ pro Πατερμουθι, & cetera, quae heic enumerare non vacat. Id enim saepe fieri novimus apud eosdem ipsos inferioris Aegypti scriptores: sed ubi ea terminatio reperitur, index fere semper est dialecti communis, nempe Memphiticae. Nam Thebaei illud **ⲓ** vertere solent in **ⲉ** (1). Sic nomen urbis in Aegypto celeberrimae, Μέμφι,

(1) Vehementer doleo, eruditissimum illustratorem *chartae Papyraceae* Mus. Borg. *Nicol. Schow* videre non potuisse *Thebaica* eiusdem Musei *fragmenta*, quae nonnisi post egregii Schowiani operis editionem in lucem emissa innotuere. His enim vel primo aspectu pag.89. consideratis, facile deprehendisset omnia prorsus nomina Aegyptiaca in charta Borgiana graece descripta formam

Μέμφι, quod habent LXX., Is. 19. v. 13., fragmentum Borgianum Thebaice vertit : ⲙⲉⲛϥⲉ, Μενφε. Ita & Ταντ, Memphitice ϫⲁⲛⲏ, & ϫⲁⲛⲓ reddit ϫⲁⲁⲛⲉ, Hebr. צען : & Αἴγυπτον

d 2 Κημε,

mam referre *Memphiticae*, *non* vero *Thebaicae* dialecti. Unum esto ceterorum exemplo nomen Πανσις, *Paësis*, quod illustris Schow eadem pag. 89. idem facit cum Πουνσις, & Παΐσις, adeoque *quindecies* repetitum ab eo in columnis chartae Borgianae. Tollatur iam ex eo Graeca terminatio ς, & ecce Πανσι *Paësi* restat purum putum Memphiticum nomen. Hoc ipsum si Thebaica dialecto efferre velis, Πανσε, *Paese* dices, uti dicitur in Borgianis fragmentis *Actorum τῶν Paese, Theclae, & Pauli, & Apophthegmat. Ascetar.*, Thebaidensium dialecto conscriptis. At vero Aegyptio-Graecus Catalogi auctor non Πανσες, sive Πουνσες, aut Παΐσες Thebaice, sed Πανσις, Πουνσις, & Παεσις Memphitice scripsit. Ista igitur nomina sunt ex dialecto Memphitica, & non Thebaica. Talia sunt Οννωφρι, Τουανι, Απναχι, Παωφι, Αμασι, Τουφι, Πακηκκι, Πωλι, Πανουφι, Μιυσι, Καμηφι, Αβυι, Εκυσι, Κοτιλι, Αειωνι, Πασι, Παμουνι, Παλωτι, Κρονι, Ορσανουφι, Κορμουσι, Αντουσι, Αενι, Ηβελαρι, Λασι; Μεωσι, Παννιαλι, Παβωι, Ανταχι, Πενι, Παμουτι, Φαρμουθι, Κατασι, Ακωνι, Πεννι, Πακνι, Πτολεμαι, cuncta Memphitica cum uno additamento Graecae desinentiae in ς. Reliqua etiam Aegyptia nomina, praeter graia quaedam & latina, ad eamdem dialectum pertinere videntur. Nulla enim indolem Thebaici idiomatis spirant. Nam & ea, quae expresse non habent articulum πι, ex inferioris Aegypti sermone repeti debent. Stat enim, ut perspicue docet La-Crozius in Lex., π simplex loco τοῦ πι, quemadmodum τ loco τῆ ϯ articuli feminini: φα vero, & θα praeponuntur *patronymicis*, & *possessivis* nominibus Memphitarum. Eiusdem praeterea borealis linguae sunt alia quaedam composita ex ⲡⲉⲧϯ, & ⲡⲉⲧ, ut ⲡⲉⲧⲉϭⲟⲩϫ, & ⲡⲉⲧⲟⲩϥⲓ. Si quae denique videri possint partim Thebaica ratione articulorum, aut mutationis quarumdam aspiratarum, & partim etiam Memphitica, eorum spectata terminatione in ι, non aliunde, quam ex dialecto media derivata putabimus.

Dignum est peculiari observatione Aegyptiacum nomen Graece dictum Αντωνις col. XII. lin. 10., Memphitice Αντωνι, quo magnus ipse Abbas *Antonius* natus in vico prope Heracleam an. 252. insignitus fuerat. Ex eo enim confirmatur cl. Schowii sententia de Charta Borgiana exarata saec. saltem *tertio*. In Aegypto namque saec. tantum IV. *graece* scribi coepit in casu recto apud S. Athanasium, Palladium, aliosque Αντώνιος, quam formam sequuti deinde sunt Memphitae, & Thebaei; quum antea efferri consuevisset Αντωνις.

Nomina quaedam Memphitica apud recentiores Graecos desinere aliquando reperiuntur in ης, & η in dandi casu, latine vero versa in *es*, & *e*. Vide ne ea pro Thebaicis accipias deceptus ambiguitate terminationis. Exemplum esto Μενούθης, & Μενούθη recte in Actis SS. Martyrum Cyri & Iohannis c. 5. ad diem 31. ian. uti legitur in cod. bibl. Ang. scripto ab eodem Clemente monacho, a quo apud Montfaucon. scriptus legitur *Metaphrastis* december an. 1105. in cod. Colbertino, male in Act. Bollandianis *Manuthes*, & *Manuthe*. Perperam vero colligeretur Μενούθης factum esse ex

Κημε, a חם *Cham*, Χημι, Χεμι, & Χημία Memph. Hinc duae Χεμμι, altera in suprema Thebaide apud Herodot. lib. II. c. 101. πόλις μεγάλη νομȣ̃ τȣ̃ Θεβαικȣ̃ ἐγγὺς νέης πόλιος, *Chemmis nomi Thebaici prope novam urbem* (Καινὴ), unde genus *Danai* arcessit Marshamus pag. 129., altera in infima Aegypto (1), *insula* Χέμμις *pro-*

ex Theb. Μενουθε, Μένουθης, aut Μενουθη; est enim Memphitice Μενουθι Graece terminatum Μενȣθις. Eoque pertinet *famosa Inscriptio pro salute Imperatoris Antonini*, quam ex *Grutero scalptam in Aegypto* retulit *Boniurius* dissert. *de nomine Patriarchae Iosephi* pag. 19:

ΕΙCΙΔΙ ΦΑΡΙΑ
ΕΙCΙΝ ΤΗΝ
ΕΝ ΜΕΝΟΥΘΙ
ΥΠΕΡ CѠΤΗΡΙΑC
ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ΗΜΩΝ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟC
ΑΝΤΩΝΙΝΟΥ

Hinc Μένουθις, Αιγυπτία κώμη πρὸς τῷ Κανώβῳ. *Menuthis*, *Aegyptius vicus prope Canobum* in Stephano *de urb.*, & apud S. Epiphanium, ut adnotat cl. Pineda. Nam & in nostris hisce SS. MM. Actis *stadiis duobus* Menuthis a Canobo distare dicitur.

(1) Stephanus *de urbib.* utramque *Chemmin* visus est commemorasse, alteram, quae ψιτόχεμμις ab eo vocatur, alteram, quae ψωχέμμις. Prior illa sic dicta est a ⲠⲈⲤⲎⲦ *infra*, gr. κάτω, & χεμμις, quasi *Chemmis inferior*: posterior a ⲡϣⲱⲓ per *apocopen* τȣ̃ ι Memph., *supra*, graece ἄνω, & χεμμις, tamquam *Chemmis superior*. Hanc observationem Grammaticae mei Boniurii ego debeo. Sed, si χέμμις gr., & Copt. χέμμι idem sit ac χέμι *Aegyptus*, quemadmodum *Ammon* apud plerosque veterum idem est ac *Amon*, statim intelligimus, unde & quam vetus sit divisio Aegypti in *inferiorem*, *&* *superiorem*, ducta denominatione a duobus Aegypti terminis, quorum alter ad austrum *caput* & *principium* esset *Chemi prior* in nomo Thebaico, alter vero ad boream *finis* esset *Chemi posterior* in insula Buti. Indeque similiter coniicere licet cur Thebas ipsas ab Herod. l. 15. c. 15. p. 96. *Aegypti* uomine olim appellatas dixerit: τὸ δὲ ὡς πάλαι Θῆβαι Αἴγυπτος ἐκαλεῖτο. Quum enim *Misraim* nepotes *Cham* post Babelicam dispersionem ad evitanda nova, quae metuerent, diluvii fata, in elatiori Aegypti parte, ubi nomus Thebaicus ante Herodoti tempora constitutus erat, primas sedes posuerint, & *tentoria Cham* ab avo sic dicta in Ps. CIII. collocarint, ibi etiam pars illa totius regionis altior, atque sublimior, χέμι item a חם Cham, *Aegyptus*, ut puto, primum appellari coepit. Non ignoro apud La-Croz. in *Thes. epist.*, aliosque viros doctos χέμι, aut χήμι nomine peculiari significatione sic accipi, ut inferiorem Aegyptum designet. Sed id fieri coepisse arbitror, postquam *Thebis* iam conditis, superior Aegyptus *Thebais* solemni, communique vocabulo insignita est, interea dum χεμι nomen *uni urbi* inhaesit νομȣ̃, ut ait Herod., Θηβαικȣ̃. *Chemmis* deinde, sive *Chemmi* ab indigenis sic dicta, a Graecis novo veluti nomine πανόπολις (aut Πανῶν πολις apud Strabonem) teste Diodoro Siculo p. 19. nuncupata est. Herodotus πανόπολεως non meminit. Iablonskius l. II. *Panth.* c. 7. numen PAN ab initio χεμμι vernaculo sermone nuncupatum censet; & urbis ei primum dicatae nomen in *Achmin*, *Schmin*, servatum coniicit; praesertim quum *Chmin* genuina sermonis pronunciatione efferri de-

propter templum Buti p. 151. uti & Ἑρμουνθὶ (1) secundae Thebaidis non alia quam Memphitica, sive communi utrique Aegypto dialecto, mortalium omnium memoria, sic nuncupari consueverunt.

Idem evinci facillime posset ex nominibus regum, ac dynastarum Aegypti, quorum seriem cognitam habemus ex Manethonis catalogo, & Eratosthenis tabulis apud Africanum, Iosephum Hebraeum, aliosque. Inter haec ne unum quidem est, quod notam gerat Thebaici sermonis propriam. Quae enim indicium praeseferunt peculiaris dialecti, ea sunt omnia Memphitica. Quid multa? Nullum Thebaei dialecti vestigium in Herodoto, in Diodoro, aliisque eius antiquitatis scriptoribus mihi licuit invenire. Una est *Memphitica*, sive *communis*, quae vetustissimis illis temporibus in universa Aegypto sive τῇ ἄνω, sive τῇ κάτω, usitata conspicitur.

ϯⲟⲧⲑⲉⲱⲥ & ipsum Memphiticae originis, nomen est vici magni Magnae Heracleae in Aegypto, cognitum ex marmore Coemeterii Praetextati apud cl. Boldettium tom. II. *de' Cimiterj* pag. 585:

ΦΛΑΥΙΟϹ ΠΑΥΛΟϹ
ΗΡΑΚΛΙΔΟΥ ΑΠΟ
ΕΓΥΠΤΟΥ
ΚΟΜΗϹ ΜΕΓΑ
ΛΗϹ ϯΟΤΘΕΩϹ
ΜΕΓΑΛΗϹ ΗΡΑ (2)

Rufi-

debeat. PAN vero, adeoque *Chemmi*, & *Chemmo* eumdem ac *Solem* fuisse, pluribus ostendit. Atqui חמה Hebr. a חם idem est ac *calor*, *Sol*, *Titan*, Iob. 30. Inde ergo & Χέμι, Χέμμι, & Ψιτταχέμμι, & Ψωχέμμι, urbes simul & termini *inferior*, *& superior Aegyptus* appellari rectissime potuerunt.

(1) Ἑρμουνθὶ quoque dicitur, sed corrupto nomine Ἑρμουθὶ, Ἑρμεθὶ, & Ἑρμοθι apud Le-Quiennium ex ob. Chr. de Episc. prov. Theb. secundae. ⲉⲣⲙⲟⲛⲧ vero λυκόπολις in La-Crozii Lexico ex Kirchero inter geographica errata censendum opinor. In ea urbe vestigia exstant *Nilometri*, ex quo *Aristides* Niliaci incrementi altitudinem in ambitu illius nomi, Syenes, & Elephantinae, ad gradus usque 28. metitus est. Haec tamen Aristidis dicta D'Anvillius in *Mémoires sur l'Egypte* p. 207. de breviori graduum mensura, qua illarum regionum incolae uterentur, interpretatur.

(2) Hanc inscriptionem cum nomine ϯⲟⲧⲑⲉⲱⲥ, quod in *antigrapho* Canonici Boldetti romanis formis impresso, ut vacuum spatium punctis

Rufinus hanc Heracleam collocat in Thebaide, ut & Moſchus apud Le-Quienium. Et quoniam magnus Abbas Antonius Monachorum parens natus a Sozomeno dicitur in territorio huius Heracleae, Tillemontius vir ſummus exiſtimat Antonium proprie

ctis notatis oſtendit, omiſſum fuerat, mecum communicavit publicus tum in Rom. Sap. Archigymnaſio tum in Coll. Sac. Congr. de Prop. Fide Graecae linguae profeſſor, cl. Ab. Ioh. Chriſtophorus Amadutius, ex ſchedis poſtumis celebris Abbatis *Terribilinii*, quae in inſigni bibl. Emi doctiſſimique Ioſephi Cardinalis Garampii Montis Faliſci Eccleſiae antiqui exempli, & admirandae pietatis Epiſcopi, adſervantur. De ea ſubinde conſului amicum alterum eruditiſſimum Ab. Caietanum Marinium, qui magnum Chriſtianarum inſcriptionum opus brevi in lucem edendum hiſce ferme diebus molitur, ut nova, ſi quae haberet, de Boldettiano lapide lumina mihi impertiri vellet. Ac ille quidem ſe mire erga me liberalem exhibuit. Sed lapidem periiſſe dolens, quid inde lucis mihi praebere poſſet, non habuit. Ex uno tantum Boldetti αὐτογράφῳ germanam ϯΟΤΘΕⲰϹ lectionem mihi potuit confirmare. In reliquis ad Marangonii, Muratorii, & Gorii exempla, quibus eamdem *epigraphem* retulerant, me miſit. Quid vero? Marangonius vocem quidem ϯΟΤΘΕⲰϹ recte expreſſit, ſed epigraphen in 3. & 4. linea mire vitiavit; & ex ΗΡΑ pro ΗΡΑΚΛΕΙΑ, *Iunonem* ex templo fecit. Muratorius vir licet κριτικώτατος, magnique ingenii, & omnigenae eruditionis, doctrinaeque laude praecellens Marangonii errata in exemplum ſuum ex integro tranſtulit p. 2051. 6. *Append. Theſauri veter. Inſcription.*, ubi ſi tantum prae oculis habuiſſet Graecam epigraphen iam traditam pag. 2019. 1., ut ibi vocem ΑΛΕ ter ſculptam *Alexandrinum* ex coniectura legerat, ita & heic μεγάλης ΗΡΑ, ΗΡΑΚΛΕΙΑϹ legendum putaſſet. At quiddam eſt, quod mihi vocem ipſam ϯⲟⲩⲑⲉⲱⲥ ſuſpectam quodammodo reddit. Facile enim fuit, ut incurioſi ſcalptoris vitio omiſſa fuerit poſt articulum ϯ littera initialis ⲩ ſequentis nominis ⲧⲟⲩ: unde ϯⲟⲩ exſculptum fuerit pro ϯⲩⲟⲩ. Integra proinde vox cum ⲩϩⲏ (graece θη) compoſita, haec eſſet ϯⲩⲟⲩⲩϩⲏ, unde ϯⲧⲟⲧⲑⲏ cum addita terminatione Graeca ς, ϯⲩⲟⲩⲑⲏⲥ, & in genitivum inflexa ϯⲩⲟⲩⲑⲉⲱⲥ. Haec vero vox *praeſidium*, *auxilium*, & alia id genus ſignificare rectiſſime poteſt. Sic autem *vicus magnus magnae Heracleae* ϯⲩⲟⲧⲩϩⲏ, vel ϯⲩⲟⲩⲑⲏ nuncupatus fuiſſet, quod *praeſidium* eſſet *anteſtans* urbi. Nec te vici nomen moretur; nam & vici in Lex. mss. Photii ab Alberto Fabr. laudato ad Heſ., κῶμαι dictae ſunt αἱ βραχεῖαι πόλεις. Neque noſter iſte *vicus* ſimpliciter κόμη, ſed cum adiuncto μεγάλη appellatur. Sozomenus ſcribens de patria S. Antonii illius vernaculum, ac proprium nomen ignoravit. Moſchus, qui c. 62. *Prat. ſpirit.*, *Heracleam* collocat

prie indigenam fuiſſe Thebaidis, etſi Aegyptius paſſim appellari conſueverit, quatenus Aegyptus generatim accepta ipſam quoque Thebaidem complectitur. Nolim, quis de hoc etiam nomine, idem quod Tillemontius de Thebaeo *Antonio* ſentiat. Eſt enim omnino Memphiticum, & proprium dialecti inferioris Aegypti; ut vel unus articulus ϯ aperte demonſtrat. Ac, mea ſententia, ϯⲟⲩⲃⲉⲱⲥ compoſitum eſſe videtur ex ϯⲟⲓ, contracta ⲟⲓ in ⲟ, & ⲧϩⲏ quaſi ϯⲟⲧϩⲏ, graece τιοτθης, & in gignendi caſu per ϯⲟⲩⲃⲉⲱⲥ, vicus nempe magnus *poſitus ante magnam* Heracleam, ſive ei *proximus*, ac veluti προάστιον *ante urbium*. Ceterum Rufinus, ni egomet fallor, confudit natale ſolum Antonii cum loco ſeceſſus, & monaſticae vitae, quam vir ſanctiſſimus duxit in montibus Arabiam verſus ſpectantibus. Tota enim illa ſeries montium, quae ex orientali latere Nili longe protenditur, ab inferiori ad

cat in Thebaide, anſam fortaſſis errandi accepit ex ambigua illa loquendi formula τῆς ἄνω, qua uſi fuerant nonnulli veterum in Herculis civitate deſignanda. Sic enim *Heraclides* in Conc. Epheſino an. 431. Epiſcopum ſe dixit τῆς ἄνω Ἡρακλείας, *ſuperioris Heracleae*. At qui inter Graecos Aegyptiae chorographiae parum periti erant, nomine Ἡρακλείας τῆς ἄνω, facile intellexerunt *Heracleam ſuperioris* Aegypti, nempe *Thebaidis*; quae tamen ab indigenis ita appellabatur, ut diſtingueretur ab Heraclea *inferiore* vel in *Delta*, vel etiam in *Canobo* poſita. Nec mirum. Stephanus ex parte totius Aegypti media, & *Arcadia* generatim ſic nuncupata, unam facit urbem: ἔτι καὶ Ἀρκαδία Αἰγύπτου πόλις. Euſtathius in verſ. 251. *Dionyſ. Perieg*:

Ὅσσοι δ᾽ Ἑπτάπολιν μεσάτην ἤπειρον ἔχουσιν.

Heptapolim eo carmine deſcriptam, *Arcadiam* quoque ab Arcadio Imp. poſtremo cognominatam tradit, quae *antea* Heptonomos, *aut etiam* Heptonomia *a ſeptem* nomis, *quos continebat*, *nuncupata fuerat*. Pineda vero in Steph. ſic Euſtathium interpretatur, quaſi *Heptapolim*, aut *Arcadiam UNAM* & ipſe urbem feciſſet; quod falſum omnino eſt. Sequitur enim Euſtathius, & de *Heptapoli* haec commentatur. *Heptapolis*, antequam Arcadia cognominaretur, ita *dicebatur a civitatibus adiacentibus Nilo*, *quarum ſex erant a ſiniſtra*; Memphis nempe, Dioſpolis, Memnonia, Parvus Catarractes, Magnus Catarractes, & Syene: *a dextera vero una* Babylon: *alii aliter has urbes ſeptem numerant*: quatuor *Thebaidis*; *& hae ſunt PANOPOLIS*, *ANTINOOPOLIS*, *LYCOPOLIS*, *HERMOPOLIS*: *tres autem Arcadiae*: *Heraclea* ſcilicet, *Oxyrinchus*, & *Memphis*. Tanta eſt ſcriptorum, & Graecorum in primis medii infimique aevi in Aegyptiorum chorographia varietas, & inconſtantia. Ceterum ut ad inſcriptionem noſtram redeam, eam non uno *Arcadio*, ſed & *Magno Antonio* vetuſtiorem iure dici poſſe crediderim.

ad ſuperiorem uſque Aegyptum, *Thebais*, iudice Maileto, dicta eſt. Si autem politicas, civileſque Aegypti diſtributiones ſequamur, Thebais proprie, & quam primam appellat Le-Quienius perinde atque d'Anvillius, a finibus Lycopolis initium ſumit, ſecunda, eaque ſuperior a Thebis: Heraclea vero magna metropolis nomi Heracleenſis ſupra Memphiticum, erat in inſula late patenti inter nomum *Arſenoïtem*, ad occaſum, & *Aphroditopolitanum* ad ortum, praefecturae alias Aegypti *mediae* ſic etiam dictae *Ariſtidis aevo*, modo Woſtani ditioni ſubiecta. Eamdemque Ptolemaeus, & Strabo ſitam indicant verſus canalem, qui inſulam ipſam circumfluit, & in lacum *moeridis* defertur, hodieque dictus *Bahr-Juſaph*, quaſi a S. Patriarcha Ioſepho effoſſus. Huic itaque Heracleae, quae a *duabus aliis* apud Stephanum commemoratis, altera in Delta, altera ad Canobum poſitis, proximus erat vicus ϯⲟⲩⲑⲉⲱⲥ, ubi *Flavius Paulus Heraclidis* in hanc lucem editus non ἀπὸ Θηβάϊδος, ſed ἀπὸ Αἰγύπτου in laudata epigraphe dicitur. Atqui hunc eumdem vicum eſſe ſuſpicor, in quo natus etiam eſt magnus Antonius. Id enim ſignificare videntur Sozomenii verba lib. I. *H. E.* c. 13: *Fuit hic Aegyptius* τῷ γένει τῷ Εὐπατριδῶν ἀπὸ Κόμα. Κωμὴ δὲ ἄυτη ὁμοῦ Ἡρακλείας τοῖς παρ' Αἰγυπτίοις ἄκρασι. Mira eſt varietas lectionum, quam exhibet Valeſius in hunc omnem Sozomeni locum; unde alii colligunt Antonii patriam fuiſſe *Comà*, alii *cóma*, alii *Comana*. Alii rurſus *Heracleam*, cui vicina dicitur Κόμη ipſa, ἄρκασι, vel ἄκρασι ſic nuncupari tradunt, ut haec Heraclea ab altera cognomine diſtinguatur; (qua forte ſententia deceptus latinus interpres τὸ, ἄρκασι, vel ἄκρασι de *minori* Heraclea intellexit); alii denique de Heraclea accipiunt, quae veluti urbs *Arcadum* fuerit apûd Aegyptios, quando, ſi vox ἀρκάσι genuina ſit in Sozomeno, accipi debet *non de colonis*, ſed de *nomis Arcadicis*, qui ita appellari poterant ab ea Aegypti parte, quae, ſecundum diſtributionem ab Arcadio Imperatore factam, dicta eſt *Arcadia*. Vid. Euſtath. *in Dionyſ.*: περιηγ., *Hierapolis*, & *Arcadia* ὡς ἀπὸ τοῦ βασιλέως Ἀρκαδίου. Id unum ex Sozomeno certum, perſpicuumque eſt, Κόμην *vicum*, Antonii patriam, *prope* Heracleam fuiſſe ſitam. Huius vero no-

nomen ϯⲟⲩⲑⲉⲱⲥ, vel ϯⲟⲩⲑⲏ, aut ϯⲟⲩⲑⲓ nunc primum ſcimus ex hac antiquiſſima inſcriptione, qua etiam *vicus magnus* dicitur, adeo *Heracleae magnae* propinquus, ut tamquam illius *pars* indicetur : ΚΩΜΗϹ ΜΕΓΑΛΗϹ . . . ΤΗϹ ΜΕΓΑΛΗϹ ΗΡΑ, vicus ſcilicet non agreſtis, ſed urbanus; cuius generis plures Romae erant.

Verum non unum hoc nomen eſt, unde ego colligam Heracleenſium dialectum fuiſſe *Memphiticam*. Nam & id ſatis ſolide nobis ſuadere videntur tum confinia Nomi Heracleotae communia cum Memphitis, & Arſenoitis, tum vero magis inſignis ille catalogus operariorum, quorum nomina in aggeribus canalium Arſinoenſium Borgiana Papyrus nobis intacta ſervavit. Ea enim fere omnia (quod iam obſervavimus) ex Memphitico idiomate originem ducunt.

Non alia igitur quam hac una dialecto uti potuit ab ipſa infantia Antonius: hac tenellus puer in Chriſtianae fidei rudimentis inſtitutus fuerat: hac denique divinae Liturgiae myſteria in natalis ſoli eccleſia celebrari audierat, quo die, ut narrat illius vitae ſcriptor, & Doctor SS. Athanaſius, ex Evangelii lectione vernaculo ſermone recitata ad omnia deſerenda, & ad anachoreticae & monaſticae vitae propoſitum ſe divinitus vocari excitarique perſenſit.

Meminit Manetho *linguae ſacrae*, qua tamquam a *communi dialecto* diſtincta uterentur ſacerdotes Aegyptii, ubi apud Ioſeph. lib. I. c. Apionem de Paſtorum dynaſtia loquens: *Vocabatur*, inquit, *gens iſta* Υκσως *ideſt*, *Reges Paſtores*. Υκ Hyc enim, *ſacra lingua*, *ſignificat* Regem, Σως *vero communi dialecto eſt* Paſtor; *& ſic componitur* Υκσως, *Hycſos*. An ergo putabit quis, *Thebaicam* dialectum fuiſſe Herodoti temporibus uſu in Aegypto receptam non apud vulgus, ſed apud ſacerdotes tantum? At Herodotus omnium certe antiquior, etſi conſcius eſſet ſacerdotalium arcanorum, eorumque pluribus in locis lib. II. de Aegyptiis ſcribens meminerit, nuſquam tamen, vel leve indicium ſacrae huius linguae dedit, niſi forte ea fuerit, quae reſpondebat ſacrae Aegyptiorum ſcripturae. Nam cap. 36.

Aegyptios ſcribit, *litteris bifariis uti*, *quarum unas* γράμματα ἱερὰ, *ſacras*, *alteras* δημόσια *populares vocant*.

Uti autem ſacra Aegyptiorum ſcriptura tota erat *hieroglyphica*, atque ſymbolica, talis etiam eſſe debuiſſet ſacra illa lingua, cuius meminit Manetho. At nemo, credo, erit, qui *de Thebaica dialecto* tam inane commentum ſibi fingere velit, ut eam unam fuiſſe putet, quae tota ex indole, & inſtituto ſuo addicta eſſet *ſymbolico* uſui, & miniſterio linguae ſacrae ad arcanas, & hieroglyphicas Aegyptiorum figuras explicandas. Sic enim ſacra hac lingua pereunte, periiſſet & ipſa Thebaica; aut certe ignota populo ſemper fuiſſet, ab Herodoti aevo ad illud uſque temporis, quo primum priſci Thebaei, viri SS., ſcripturas noſtras vere ſanctas, vereque divinas in vernaculam linguam translatas Niliacis populis evulgare coeperunt.

Sed & quis Manethonis dicta ſatis ſe intellexiſſe iactarit? Obſervat Ioſephus ipſe, *vocem* Hyk, *in alio* (Manethonis) *exemplari non* Reges *ſignificare*, *ſed e diverſo* captivos *Paſtores*. Hyc *enim lingua Aegyptiaca*, *denſo ſono prolatum*, captivos *expreſſim denotat*. Quibus & haec ſubdit: Manetho *in alio quodam Aegyptiacorum libro tradit*, *gentem vocatam* Paſtores, *in ſacris eorum libris*, captivos *recte ſcribi*. Sic Ioſephus c. Apion. Mitto heic Marshami cenſuram in Ioſephum, quippe qui id unum meum eſſe putem, ut de geminis illis Aegyptiorum vocibus a Manethone prolatis parumper agam. *Hyc* ſi *Reges* in ſacra lingua ſignificabat, non aliud fuiſſe crediderim, quam Memphiticum ⲓϧ, *hich*, ſive *hych*, idem ac *hyk* leni ſono δαίμων, *ſpiritus*: quo nomine apud profanos ipſos Aegyptios inſigniri quandoque ſolent non uni mali daemones, ſed heroes etiam, magiſtratus, & principes. Ac rurſus, ſi *hyk* cum denſo ſono expromptum *captivum* deſignat, oriri potuit ex ϧⲏⲕ Memph., quod eſt, *conſtringere*, & *circumligare*. Haec certe in una Memphitica dialecto, quae duplicem ſpiritum, lenem ϩ *h*, & denſum ϧ *hh* parem hebraico ח, agnoſcit, locum habere poteſt. Σὼς, *Paſtor*, eodem Manethone teſte, ex *communi dialecto* erat; licet e Memphiticae lexicis ſubinde exciderit, nec niſi inter Thebaica vocabula reperiatur.

Iam

Iam vero, ſi, quod ante ſtatuere coepimus, Thebaei ipſi ad primigenia nomina imponenda homini, diis, & urbibus, immo & toti Aegypto, uſi ſunt dialecto communi, quae *Memphitica* dicitur, cur non eam iure omni appellabimus matrem Thebaicae? Sed audi hac de re iudicium longe graviſſimum mei *Didymi Taurinenſis* pag. 38. *Rudimenti litterar. Copt.*, quo ex elegantiſſimis Bodoniani ingenii formis praeclara lumina in utramque Aegyptiacae linguae dialectum accendit.

Praeter antiquitatis excellentiam dos etiam eſt fecunditatis, in qua Memphitica praecellit Thebaicae. Nam Aegyptiorum vocabulorum copia longe in illa uberior, quam in iſta deprehenditur. Quod item a cl. Didymo noſtro eodem loci egregie obſervatum eſt. Thebaica tandem ab aſpiratis litteris paſſim abhorret, eaſque in lenes frequentiſſime mutat; ϧ vero tamquam ſibi inviſam perpetuo exſilio mulctavit; eoque agendi more oſtendit ſe multo magis, quam Memphiticam, ab ingenio Aegyptiacae linguae, quam Pharaonicam dicunt, receſſiſſe. Variae enim aſpirationum ſpecies tamquam inſignes, peculiareſque orientalium linguarum characteres, & notae, eruditorum iudicio, haberi ſolent. Exemplo nobis ſunto Hebraica, & aliae ex ea natae.

Audio quid ſcribat Abbas ſapientiſſimus Mingarellius de Aegyptiacis hiſce dialectis. *Utra*, inquit pag. 18., *antiquior ſit, quis audeat definire*? At ego non definio, ſed exempla, ac teſtimonia veterum iam inde ducta ab Herodoti aetate profero, quibus Memphiticae uſus aut unicus, aut certe antiquior probatur. Sed nec illud decerno, utrum *Aegyptia* lingua *e ſuperiore Aegypto in inferiorem, an contra ex inferiore in ſuperiorem derivata probabilius dicatur*. Hoc unum dico, *utrique Aegypto* communem in vetuſtiorum hiſtoricorum ſcriptis Memphiticam dialectum, non vero Thebaicam, commemorari. Idque ex ipſis etiam eruditiſsimis Mingarellii obſervationibus in Naniano fragm. ſatis, ni fallor, evincitur. *Memphitis*, ait p. 153. ad fragm. VII., ⲣⲁⲕⲟϯ, *Racoti*, *Thebaeis* ⲣⲁⲕⲟⲧⲉ: *Racote* eſt *Alexandria*. *Nomen* Ῥακότις *Rhacotis in Strabone*, *Pauſania*, *& Stephano Byzantio legi monet etiam La-Crozius*. Ac rurſus

 Τεντύ-

Τεντύρις, & dempta Gr. terminatione, ς, Τεντύρι Memph.; in Ptolemaeo, Strabone, aliisque dicitur, quae Thebaice diu post ⲦⲈⲚⲦⲰⲢⲈ nuncupata legitur. Χνουβις, *Chnubis*, quam *Aegyptus antiqua*, & D'Anville in suprema Thebaide commemorat, quaeque Chnumis verso β in μ apud Cellarium iuxta vulgatos codd., *Chnum* in vita S. Pachomii esse poterit, vel etiam Κνȣφι, unde ἱερον κνȣφιδος Straboni, ductum a ⲚⲞⲨϤⲒ Memph. *bonum*, Thebaice ⲚⲞⲨϤⲈ in nonnullis fragm. Borgianis, immo & Νȣβε, in fragm. XV. Naniano, & adnot. 7. Ming. pag. 330., dicitur. Plutarchus pag. 362. menses παϋνὶ, & φαωφὶ iuxta *Lycopolitas*, Memph. appellat, quos Thebaei dicunt ⲠⲀⲰⲚⲈ, & ⲠⲀⲰⲠⲈ.

At Strabo, Ptolemaeus, Plutarchus Memphitica illa nomina, non tum primum Thebaicis locis, rebusque aliis imposuerunt, sed quae iam a veteribus imposita fuerant, retulere, aut si qua etiam Thebaica exstabant, uti ego equidem exstitisse reor, ea tam angustis ultimae Thebaidis finibus contenta, ac tam obscura, & a communi Aegyptiorum usu aliena erant, ut nullam propterea de iis mentionem fecisse deprehendantur. Quae omnia eo collineant, ut ostendant linguam universae Aegypto communem fuisse Memphiticam.

§. III.

Secunda Aegyptiorum dialectus, Thebaica.

Dialectus secunda a *communi* ac principe illa, de qua iam diximus, exorta, Thebaica est. Hanc vero, etsi antiquissimam appellare non dubitem, diu tamen post Herodoti aetatem inter indigenas supremae Thebaidis serius natam, sensimque propagatam coniicio, donec in superiori Aegypto popularis evasit. Nec aliter certe de huius nostrae, quam de Ionicae, Doricae, Aeolicae, & Atticae, Graiae linguae dialectorum origine sentiendum opinor. Quae res post ea, quae de *Memphitica* mox attulimus, tam perspicue, & extra omnem dubitationis aleam posita visa nobis est, ut fusiori demonstratione non egeat. Nam si Thebaei ipsi usi sunt Memphitica,

non

non vero Thebaica dialecto, necessario consequitur, ut & illa prior esse debuerit, ista vero posterior, atque secunda.

§. IV.

De indole Aegyptiacae linguae utrique dialecto communi.

Simplicitatem in Aegyptiaca lingua, generatim sic dicta, agnoscit S. Hieronymus, cumque eo Galli duo Boniurius, & Schmidtius. *Verum haec lingua*, ait cl. Mingarellius pag. 82., *non modo simplex mihi videtur, sed etiam rudiuscula insuavis, stridula, compositis quidem vocabulis abundans, inops tamen potius, quam copiosa, ideoque ambiguis vocibus, ac locutionibus referta.* Sic esto. Illud tamen fateamur necesse est, plura de prisca Niliacarum litterarum pronunciatione, deque veteri Aegyptiacae linguae ingenio nos latere, quae, si satis comperta & explorata essent, paullo fortasse mitiorem sententiam de ea ferre nobis persuaderent.

Quaedam sunt voces, quarum terminatio est concursus duarum consonantium, uti accidit e. g. in ⲁϥⲟⲩⲱϣ́ⲃ, ⲧⲏⲣ́ϥ Memph., aut etiam Theb. ⲧⲏⲣ́ⲡ, ⲉⲧⲃⲏⲏⲧ́ϥ, aliisque id genus. In his, si *lineolam*, quae superimminet duabus postremis consonis pro accentu sumpseris, oris organa in pronunciando magnopere laborabunt, ac sonum denique reddent, aut stridulum, aut asperum, aut certe ingratum, qualis esset *afuoschb*, *tirf*, *tirp*, *etbiitf*. Sin autem dulcem vocalem ⲉ inter penultimam & ultimam inserueris, quemadmodum facit Borgianum fragm. c.x. lib. II. Reg. ed. τῶν ō̄. in ⲧⲏⲣⲉϥ, multo mollius, atque facilius tum haec, tum alia eiusdem generis vocabula pronunciabis.

Similia tradidisse, video meum illum praestantissimum Didymum Taurin. pag. 34. & 53. Rudim. Copt. Quamquam *accentum* καταχριϛικῶς ille appellat, quem ego *lineolam* dico indicem supplendae vocalis ⲉ. Cetera quae huc spectant vide omnino apud eumdem cit. pag. 55. Boniurius in Elem. ling. Copt. pag. 15. *punctum eiusdem potestatis & figurae cum phatahh Ara-*

Arabum, ideſt noſtram illam lineolam, ſe *reperiiſſe* ſcribit, *ſupra* ϩ́ⲛ *pro* ϩⲁⲛ.

Cavendum praeterea eſt, ne de Aegyptiaci idiomatis indole certum iudicium feramus ex more pronunciandi, quem Copti adoptarunt poſt Arabum invaſionem. Ex hac enim veluti fatali epocha incredibile dictu eſt, quantum corruptionis in veterum Aegyptiorum linguam dimanarit. Indeque etiam fit, ut nomina quaedam *Arabice* pronunciata & mire corrupta tamquam Aegyptia habeantur, quae tamen multo aequius dici deberent *Arabico-barbara*. Exemplum exſtat praeclariſſimum apud celeberrimum Ab. noſtrum Mingarel. adnot.4. ad fragm. Nanian. VIII. pag.190. de menſe *παχων*. Pono heic Graecos, quoties *malum* *πάχων* appellant, non proprio, ſed Aegyptiaco Memphitarum vocabulo uti: nam ⲡⲁϣⲟⲉⲩⲥ Tukii erratum & ego ſuſpicor, neſcio an Arabis Grammatici, an typothetae, an alterius cuiuſpiam vitio. ⲡⲁϣⲟⲛⲥ vero, quod ex La-Crozio adfertur, nomen Thebaicum arbitror. Id ego colligo ex Borgiano fragm. (1) hiſtoriam complectente itineris habiti a diacono quodam, qui, uti ego coniicio, a Patriarcha Alexandrino negotiorum cauſſa miſſus fuerat Antiochiam (2). In hac narratione, cuius auctorem diaconus ipſe aperte ſe prodit, ſic ſibi indictum, ſcribit: *Nunc igitur dies veniendi ad te, erit no-*

(1) Autographum arbitror. Id enim & argumentum, quo de agitur, & formae litterarum, aliaque antiquae ſcriptionis indicia, ſatis oſtendunt. Sed duplici tantum membrana conſtat. Num altera alteri coniuncta ex ordine ſit, certo diſcerni non poteſt. Eſt enim utraque, praeſertim in ſuperiori margine tam foede lacera, ac mutilata, ut non modo paginarum numeri, ſi qui erant, ſed ne lineae quidem priores in earum fronte appareant.

(2) *Antiochiam*, ut tute ipſe intelliges, ex coniectura poſui. Nam periit membrana antecedens, in qua nomen urbis neceſſario expreſſum eſſe debebat. Sed in ſequenti, quae ſupereſt, *Archiepiſcopus*, eiuſque eccleſia, populus, & ⲛⲛⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ, *ſancti* Clerus nempe, & Monachorum coetus, a quibus mutua eccleſiaſticae communionis ſigna legatus Alexandrinus accepit, commemorantur. Ille vero alius eſſe non poterat, niſi Antiochenus Antiſtes, quocum communionis ſocietatem uterque Iohannes Alexandr. contraxerat. Nam a Conſtantinopolitano, & Hieroſolymitano in dogmate de gemina in Chriſto natura, deque Chalcedonenſis Concilii, Magnique Pontificis Leonis decreto ambo diſſidebant.

nonus (1) ⲡⲉⲥⲟⲩⲯⲓⲥ ⲙ̀ⲡⲉⲃⲟⲧ ⲡⲁⲭⲱⲛ ⲡⲁⲓ ⲡⲉ ⲧⲉ ⲡⲁϣⲟ́ⲛⲥ , *mensis PACHON*, *hoc est* ⲡⲁϣⲟ́ⲛⲥ , *maii*; ubi certe Memphiticum παχων , explicans Thebaica , qua ſcribebat (2) , dialecto, ⲡⲁϣⲟ́ⲛⲥ vocat. Diaconus poſtquam loca , ad quae diverterat (3), *Babylonem* nempe (Aſſyriorum), *Hieroſolymam*, & *Babylonem* ⲛ̀ⲕⲏⲙⲉ *Aegypti*, commemoravit, ſe tandem *Rhacote*, *Alexandriam*, navigio appuliſſe, ibique *chartas* (4) ſecum advectas *Aba Iohanni* Archiepiſcopo ſe tradidiſſe narrat. Haec autem ſi mihi divi-

(1) Dies notatur ſolemnis conventus , in quo Archiepiſcopus acceſſurus erat ad legatum Alexandrinae eccleſiae coram populo , excipiendum. Reſpondet is diei IV. maii noſtri.

(2) Thebaeum legatum haereticus Alexandriae Epiſcopus delegerat , quod nullos magis quam Thebaeos Dioſcori factioni addictos , & in Chalcedonenſi Concilio damnando pertinaciores noſſet. Vid. Renaudot. in *H. Patriar. Alex.*, & in *Commentar. Liturg. Copt.*

(3) In reditu ſe comitem & ducem ob viarum difficultatem habuiſſe ſcribit, quemdam ſanctorum haud dubie Antiochenorum ϣⲁⲛϯⲉⲓ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲙ̀ⲡⲕⲁϩ ⲛ̀ⲧⲃⲁⲃⲩⲗⲱⲛ ⲛ̀ⲧⲁⲓ ⲉϩⲣⲁⲓ ⲉⲡⲕⲁϩ ⲛ̀ⲑⲓⲗⲏⲙ , *donec* , inquit , *exirem e terra Babylonis. Ingreſſus ſum terram Hieruſalem* : ubi , addit , *ſancti* fauſta mihi precati *benedixerunt*; ſed de Archiepiſcopo ſanctae urbis , omnino ſilet.

(4) Sic col. I. & 2. p. I. membr. II. ⲛ̀ⲧⲉⲣⲉⲛⲃⲱⲕ ϫⲉ ⲉϩⲟⲩⲛ ⲉⲡⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲓⲟⲛ ⲁⲛϣⲗ ⲁⲛϩⲙⲟⲟⲥ ⲁⲡⲁⲣⲭⲓⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ϣⲁϫⲉ ⲛⲙ̀ⲙⲁⲓ ⲉϥϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ ϫⲉ ϯ..ⲧⲥ (duae heic litterae perierunt , quae eſſe poſſunt ϩⲏ , unde non inepte ſuppleatur ϯϩⲏⲧⲥ) ⲙ̀ⲙⲟⲕ ⲡⲁⲉⲓⲱⲧ ⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ ⲉⲧⲣⲉⲕⲧⲁⲙⲟⲓ ϫⲉ ⲛ̀ⲧⲁⲟⲩϣⲱⲡⲉ ⲙ̀ⲙⲟⲕ ⲕⲁⲓ ⲅⲁⲣ ⲁⲓⲣⲕⲟⲩⲓ ⲛ̀ϩⲏⲧ ϫⲉ ⲙⲏ́ⲡⲟⲧⲉ ⲁⲩⲁⲡⲁⲛⲧⲏⲙⲁ ϣⲱⲡⲉ ⲙ̀ⲙⲟⲕ ϩⲛ ⲛⲉϩⲓⲟⲟⲩⲉ.

ⲁⲡⲁ ⲓⲱϩⲁⲛⲛⲏⲥ ϫⲉ ⲡⲉϫⲁϥ ϫⲉ ⲡⲁⲉⲓⲱⲧ ⲙ̀ⲡⲉⲡⲉⲑⲟⲟⲩ ⲧⲁ... (deſunt plura) ϩⲟⲓⲁ ⲁⲗⲗⲁ ⲡⲉⲭ̅ⲥ̅ ⲡⲉⲧⲕⲟⲛ ⲁϥⲛ̀ ϩⲙ̀ ⲡⲁⲗ ⲁϥϫⲓⲙⲟⲉⲓⲧ ϩⲏⲧ ϣⲁⲛⲧϥ ϫⲓⲧ ⲉⲣⲁⲧⲟⲩ ⲛⲛⲁⲧⲟⲩⲁⲁⲃ. *Quum ingreſſi eſſemus Epiſcopium, ſediſſemuſque ſoli, Archiepiſcopus affatus me eſt, ſic dicens : Exordior, Pater mi ſancte , ut tibi ſignificem, quod tecum*

divinare liceat, accidisse putarim sub Iohanne I. vel II. Patriarchis, apud Renaud. & Le-Quienium, haereticis, non ita diu ante vel an. 507., quo prior, vel 515., quo alter occubuit (1).

Iam

tecum eram; etenim angustia cordis angebar, ne quid offensionis tibi occurreret in viis. At vero Abbas IOHANNES, quod dixit: Pater mi, non malo (sensu hoc dixit)... *Sed quod Christus tecum etiam erat, qui servum suum duxit, mihique viam praemonstravit, donec pervenirem ad sanctos illos.* Et mox ⲛ̀ⲧⲉⲩⲛⲟⲩ ⲁⲓϯⲛⲁϥ ⲙ̀ⲡⲉⲭⲁⲣⲧⲏⲥ ⲛ̀ⲧⲁⲓ ⲥⲉϩ ϩⲱⲱⲃ ⲛⲓⲙ ⲉⲣⲟϥ ⲙⲛ̀ ⲧⲁⲛⲉⲧⲟⲩⲁ// ⲁⲃ ϫⲟⲟⲩ ⲛⲁⲓ &c. *Eodem tempore tradidi* (eidem Archiepiscopo) *chartam, qua res omnes ad eum scriptae erant, & quaecumque sancti* (rectius *religiosi*) *illi miserunt*. Huius vero legationis ministrum fuisse *diaconum*, Cleri Alexandrini acclamatio, quae legitur in fine II. membranae, declarat, ⲁϥⲉⲓ ⲉⲃⲟⲗ, ibi dicitur, ϩⲏⲧ ⲙⲛ̀ ⲡⲉⲕⲗⲏⲣⲟⲥ ⲧⲏⲣ́ϥ ϩⲛ̀ ⲟⲩⲛⲟⲥ ⲛ̀ⲣⲁϣⲉ ⲁⲩⲱ ⲁⲩⲱⲗⲙ ⲉϩⲟⲩⲛ ⲉⲣⲟⲓ ⲉⲩ// ϫⲱⲙⲙⲟⲥ ϫⲉ ⲕⲁⲗⲱⲥ ⲁⲕⲉⲓ ϣⲁⲣⲟⲛ ⲱ̀ ⲡⲇⲓⲕⲁ// ⲓⲟⲥ ⲁⲩⲱ ⲡⲇⲓⲁⲕⲱⲛ ⲛ// ⲧⲏⲥ ⲉⲧⲛ̀ϩⲟⲧ. *Processit, ad me Clerus omnis ingenti cum gaudio, & anheli erga me ferebantur dicentes: Bene ad nos venisti, o Iuste, & diacone, stabilis, & firmae fidei!*

(1) Nulli aptius, quam Iohanni II. legationis huius negotium tribueris. Severus enim insolentissimus ille Monophysitarum patronus, & Acephalorum antesignanus, inauguratus Antiochenae ecclesiae Episcopus an. aer. Christ. 512. mense novembri, statim *scripsit litteras synodicas de communione fidei* ad hunc ipsum *Iohannem Alexandrinum* cognomento *Niciotam*, *qui eas litteras suscepit solemnes cum Episcopis suis, atque illas publice legi per totam Aegyptum curaverunt... Respondit deinde Iohannes Severo* suas & ipse *synodicas* ad eum ipsum mittens. Haec ex Severo Aschmoninensi Renaudotius in *H. P. Alex.*, qui mox subdit: *Ex eo primum tempore initium habuit consuetudo mutuarum de fide epistolarum inter Alexandrinos, Antiochenosque Patriarchas Iacobitarum, quae per saecula subsequentia perseveravit*. Sic & ex Renaud. cl. Assemanus tom. 2. *Bibl. Or.* dissert. *de Monophysitis* n. VIII. Iam si labente eodem an. 512. Severus scripsit ad Iohannem, facile fuit, ut is non ita diu post rescripserit missis litteris an. subsequenti 513. per diaconum, qui sub maii initium Antiochiam pervenerit, breviori fortassis itinere, quam quod peregit in regressu. Nam dum rediret *Babylone* in Aegypto non fuit nisi ⲛ̀ⲥⲟⲩ// ϫⲟⲩⲧⲏ ⲙ̀ⲡⲁⲣⲙⲟⲩⲧⲉ, Memphit. ⲫⲁⲣⲙⲟⲩⲑⲓ die 20. martii Aegypt. nostri 16. Flavianus quoque Antiochenus statim ab exordio Pontificatus communionis litteras scripsit ad Iohannem I. Alexandrinum cognomento Ἡμυλαν *Hemulam*, misso ad eum Salomone

Iam vero Abbas noster Mingarel. de ⲡⲁϫⲱⲛ loco laudato loquens, *Graeci*, inquit, *vocant* παχὼν : *idque nomen*, *Memphitico* ⲡⲁϣⲟⲛⲥ ... *tantum respondet*, *quantum fieri poterat*: *nam Graeci cum careant elemento* ϣ, *seu littera* S *aspirata*, *eam reddunt per* χ : *quam litteram Graeci aliquando*, *&* *Aegyptii pronunciant*, *ut* ϣ *terminationem vero in* ΝΣ *Graeca lingua non admittit*; *atque hac de caussa non* παχὼνς *dixerunt Graeci*, *sed* παχὼν. *Aegyptii vero nostra aetate pronunciant* bescenes, *teste doctissimo Praesule Borgia* (*Praef. in Acta S. Coluthi pag.*38.) *ideoque pro* p *dicunt de more* b : *pro* a *dicunt* e : *pro* ω *megalo* (*sive pro* ωου, *ut ab Aegyptiis vocatur*) *dicunt itidem* o : *quod idem plane est*, *ac omnia sus deque vertere*. Ita quidem. Sed ⲡⲁϫⲱⲛ purum putumque est Memphitarum, non Graecorum

mone Presbytero : & Iohannes suas vicissim ad Flavianum rescripsit: *At certe*, ut ait Le-Quienius, *in hisce litteris a Synodo Chalcedonensi damnanda Iohannes* abstinuit. Quamquam *Leontius Ioh. Hemulam* ceteris Alexandrinis Episcopis, qui ante, & post eum sanctam illam Synodum diris devoverant, adiicere non dubitarit, quod etiam ex Liberato colligit Valesius in lib. 3. Evagrii c.23. Idemque praestat Renaudotius, apud quem *Severus* Aschmon. id unum generatim de Iohanne scribit, quod *patrum praedecessorumque suorum secutus sit exempla*. Verum quod ad litteras spectat ad Flavianum missas facile Le-Quienio assentiar; quippe qui satis intelligam ea arte usum fuisse *Hemulam*, ut significaret Flaviano unum se *Zenonis Henoticon* amplecti nulla facta aperta mentione de Synodo Chalcedon. damnanda. Sic enim ille communicare potuit cum aliis Orientis Episcopis, praesertim vero cum *Elia Hierosolymit.*, sequutus fortasse exemplum *Athanasii* decessoris sui, *qui*, teste Liberato in Brev., *&* *ipse in edicto Zenonis Constantinop.*, *Antioch.*, *&* *Hierosolym. communicavit Ecclesiae*. Vid. Le-Quien. ipsum tom.2. *O C.* p.424. in fine. Ac de Elia quidem intelligenda sunt, quae Monachi Palaestinae apud Evagr. l.3. c.32. in ep. ad *Alcisonem* narrant de fidei formula Episcopi Hierosolym., *quam ille cum edidisset*, *per sectatores Dioscori misit ad Imper*, *&* *ea quidem*, *quam ipsi proferunt*, *anathematismum continet eorum*, *qui duas in Christo naturas praedicarunt*. *Ipse vero* Hierosolymorum Episcopus, *eam ab illis falso confictam dicens*, *aliam profert absque huiusmodi anathematismo*. *Neque id mirum* : *Nam* *&* *libros SS. Patrum saepenumero corruperunt*. At vero si aliquamdiu Elias cum Iohan. Hemula communicavit, *hoc certe*, ait Le-Quien., *non admisit*, *nisi quia* in synodicis ad Flavian. *a Concilio proscribendo ille sibi temperaverat*. Quid plura? Epocham mutuarum synodicarum inter Patriarchas Antiochenum, & Alexandrinum repetunt Iacobitae, non a I., sed ab Iohanne II. cognomento *Habis*, gr. ἐγκλείστῳ, sive *Recluso* nuncupato, domo vero *Niciota*. Ad huius igitur II. Iohan. tempora referendum est Borgianum fragmentum de rebus gestis a diacono Thebaeo Patriarchae Alexandr. legato.

corum nomen : ⲡⲁϣⲟⲛⲥ & non ⲡⲁϫⲟⲛⲥ, Thebaicum : بشنس, *bescenes* denique vox, uti eam effert testis laudatissimus Praesul Borgia, vel uti Le Quien. tom.II. *O. C.* p.426. *Boscinas*, *seu Pachon.... maii*, versio est, & pronunciatio *Arabici* interpretis utrique tum Memphiticae, tum Thebaicae eiusdem mensis voci a Tukio accommodata; quam certe nemo unus, qui Aegyptiorum elementorum sonum cognovit, adoptare volet. Ita & Thebaicum ⲉⲡⲏⲫ, de quo Mingarellius ipse cit. loco plura tradit, per apocopen ⲧⲉ ⲓ, idem est ac vetus Memphitarum ⲉⲡⲏⲫⲓ, mensis *iulius*, sive *quinctilis*. Sed ab Arabico ابيب (quod *spicam* significat) ⲉⲡⲏⲡ dici postmodum coepit.

§. V.

Num quid affinitatis inter Hebraicam, & Aegyptiacam linguam intersit?

LOngum nimis esset, & importunum de ea controversia pluribus agere, qua quaeritur, de utraque Aegyptiacae linguae dialecto, num, & quam affinitatem habeat cum Hebraica lingua? Nullam Schmitdius agnoscit: & Bochartum qui contra opinatur satis acriter, ut ante audivimus, reprehendit. Picquesius & Thomas Edwardus in mutuis epistolis ambo pro re certa ponunt linguam *Chamicam seu Aegyptiacam fuisse a Chananitica, seu Hebraea quam longe diversam : Ioseph enim linguam, quam non noverat, audivit*. Mihi in hac controversia mirum in modum arridet Didym. Taurin. sententia, qui P. II. Rudim. Copt. pag.71., omissa disquisitione de primigenia ac *remotissima* utriusque linguae cognatione, in ea tantum, quae *proxime* inter Hebraicam & Aegyptiam intercedat, vim omnem collocat investigationis suae. De hoc itaque affinitatis genere loquens, *pauca modo superesse* arbitratur *vestigia coniunctionis alicuius quasi avitae in verbis NON ASSUMPTIS, SED INGENITIS utrique linguae, Israëlis, & Pharaonum*. Inter haec ו *vau*, *et* coniunctionem cum ⲟⲩⲟϩ Memph. (ⲁⲩⲱ Theb.) comparatam numerat. Sed quod eum magis *movet*, *sunt notae* *perso-*

perſonarum ſuffigendae vocibus, in quibus certe utraque Aegyptia dialectus ingenium Hebraicae aemulari videtur.

Nemo tamen iure negare poterit, quin plura Hebraicae linguae vocabula in Aegyptiacam irrepſerint ex longa illa tam multorum annorum conſuetudine, quam cum Aegyptiis *Iſraëlis* filii duxerunt, quamquam in *Miſraimitarum* ore ex vitio pronunciationis, nativam veluti indolem amiſiſſe videantur. Eademque de cauſſa Iablonsk. in ep. ad La-Croz. tom.I. *Th. Ep.* pag. 183. ſcribit in gloſſis Hebr. codicis *multa ſine dubio Aegyptiacae linguae . . . veſtigia* latere, ut ⲞⲨⲎⲂ in אוב *Python ſacrificus*. Plura etiam ex his protulit in Grammatica ſua, & alibi Boniurius; quaedam nos etiam, Mingarel., & alii.

§. VI.

De tempore, numero, & ordine Graecarum litterarum, quas Aegyptii, patriis deſertis, in vulgarem ſcripturam primitus adoptarunt.

REgnante Pſammitico magnam variationem Aegyptiacam linguam ſubire coepiſſe, eruditi fere omnes conſentiunt. Nam formae ipſae litterarum, quibus uſi ſunt olim, hodieque etiam utuntur Coptitae vel vivente, vel non ita diu poſt e vivis erepto Pſammitico, Graecis Ionibus & Caribus (1) feruntur acceptae. Unde La-Crozius ad Sigefridum

(1) Si a Graecis *Caribus* Aegyptii uti non modo Καρια apud La-Croz. in *Lex.* ex Kirchero *caſſidem*, vel potius τὰ καρικὰ generatim, ſic & Graecae ſcripturae, & linguae uſum didicere, haud difficile erit intelligere, unde tanta Graii ſermonis corruptio in communem eorum loquendi, ſcribendique morem irrepſerit. De illis dixerat Homerus *Il.* B. v.867:

Νάςης αὖ Καρῶν ἡγήσατο βαρβαρο φώνων.

At Naſtes Cares ducebat barbari lingues.

Μάσθλης legit Strabo, *Nauſtes* alii, ſed ex plurimis, & accuratioribus codd. *Naſtes* habet Euſtathius. Mitto litem, quam movet Strabo Thucydidi, & Apollodoro de *Caribus*, an qui *barbarilingues*, iidem etiam & *Barbari* dicti ſint ab Homero? Affirmat enim Strabo, illi negant: attamen ſimul concedunt *recte* dici βαρβαροφώνυς *barbarilingues*. Hinc nova inter eos ſuboritur quaeſtio de cauſſa, cur iam *Cares*, tamquam *barbarilingues* a poeta notentur. Thucydides fortaſſis, aut Apollodorus eam adfert ὅτι βραχυτατη ἡ γλῶττα τῶν Καρῶν, *quod*

Bayerum tom. III. *Thes. Epistol.* pag. 22. *Coptorum litteras nemo sanus* (priscas) *Aegyptiacas esse censebit*, *sero*, *ut puto*, *& post*

quod brevissima (ideft *decurtata admodum*, *diminuta*, *& in arctum nimis redacta*) sit *lingua Carum*. Xylander relinquit in textu tamquam in *loco ancipiti* βραχυτάτη : sed pro βραδυτάτη accipit, unde illi est *lingua Carum tardissima*. Casaubonus τῷ, βραχυτάτη substituit τραχυτάτη, ut intelligatur *asperrima*; *idque*, subdit, *sequentia confirmant*. Quid vero, si neutra Xylandri, & Casauboni lectio cum dictis, quae mox sequuntur, Strabonis satis apte conciliari queat? Non modo enim non confirmat in sequentibus Strabo, quod Cares *Barbarilingues essent* ob summam earum linguae in pronunciando vel *tarditatem*, vel *asperitatem*, sed rotunde & expedite negat sive unum, sive alterum vitium, quod in hypothesi alterutrius vel Xylandrianae, vel Casaubonianae lectionis linguae Carum opponebatur. *Neque ea etiam*, respondet Strabo, *vera est caussa*, cur βαρβαρόφωνοι fuerint appellati Cares, quod eorum lingua (iuxta novas Xylandri, & Casauboni lectiones) sit *pronunciatu* βραδυτάτη *tardissima*, aut τραχυτάτη *asperrima*: οὐ γάρ ἐστιν. (heic animum ad sequentia attende) ἀλλὰ καὶ πλεῖστα ἑλληνικὰ ὀνόματα ἔχει καταμεμιγμένα, ὥς φησι Φίλιππος ὁ τὰ καρικὰ γράψας: *neque enim est*: *quum habeat plurima vocabula admixta*: *ut quidem testatur Caricarum scriptor Philippus*. Ex his vero verbis postremo loco positis, quis non intelligit quam inepte se gessisset Strabo, si ad negandam vel tardissimae, vel asperrimae pronunciationis barbariem in lingua Carum, pro caussa attulisset Graeca verba eorum sermoni admixta? Annon haec eadem & tardo, & aspero ore exprimere potuissent? Tene ergo lectionem βραχυτάτη; qua posita facile percipitur, cur Strabo ad repellendam accusationem *sermonis nimis contracti*, *ac decurtati*, confugit ad *Graeca verba* eorum linguae *admixta*. Quum enim Strabo a *Philippo* scriptore *Caricarum* accepisset verba illa apud Cares talia mansisse, qualia apud Graecos erant; eaque proinde pristinam, atque nativam retinuisse integritatem putaret, nihil metuebat affirmare, *veram non esse caussam*, quam *adversarii*, ut Cares *Barbarilingues recte dictos* ostenderent, a βραχυτάτη eorum *lingua repetebant*. Ego vero utri contendentium adhaeream, plane nescio. Illud unum scio, dici non iniuria posse βραχυτάτης γλώττης nimis contractae & decurtatae linguae vitium hodieque latere in Graecis vocabulis, quae Aegyptiaco sermoni admixta cernuntur. Nomina siquidem & verba praesertim a Graiis gentibus derivata, tam mutilata, & decurtata in Aegyptia scriptura hodieque sunt, ut modos omnes & inflexiones, quas antea habebant, undequaque amiserint. Quicquid tamen sit de hac βραχυτάτη lingua, dubitari nulla ratione potest, quin *Cares*, Strabone ipso iudice, quales & in Aegypto erant, gens bellicosa, & militiae ubicumque exercendae, mercedis gratia addicta, *barbari*, & βαρβαρόφωνοι, *male* Graece loquentes *dicerentur*. Alii *Barbarilingues*, dictos volunt Cares, *quod quum coloni essent* Cretensium, *Graecam linguam depravaverant*, *aut agrestium more* tamquam ἀγριοφωνοι *loquerentur*, aut etiam masculini generis nomina, tamquam feminina, & viceversa, proferrent. De quibus omnibus vide Eustathium in hoc carmen Homeri. Brevi Henricus Stephanus Cares βαρβαροφώνους dictos autumat, *quod lingua Graeca non pura uterentur*, *sed corrupta*. Hos iam tu finge magistros principes Aegyptiorum in Graecis vocibus suae ipsorum linguae admiscendis, & vide quibus auctoribus debeas quicquid barbari, & inconcinni in Graiorum vocabula ab Aegyptiis primum adoptata, irrepsit.

& post Psammeticum a Graecis colonis acceptas. Hi enim primum contra *mare* paullo supra Bubastin ad ostium *Nili* Pelusiacum, domibus & praediis a Psammetico circa utramque fluminis ripam donati, sibi invicem e regione, fluvio ipso medio, spectantes habitarunt. Iisque Rex *Aegyptios pueros Graeca lingua imbuendos commisit*; e quibus deinde orti sunt Aegyptii illi, qui a patribus in Graecis litteris eruditi dicti sunt ἑρμηνέες, *interpretes*. Inde coepit commercium Aegyptiorum cum Graecis; quod magis invaluisse oportuit sub *Amasi*, quo tempore a prioribus sedibus ad urbem Memphim Graii coloni translati sunt, teste Herod. lib. II. cap. 154. Sed quoniam priscae Aegyptiorum litterae multo maiori numero fuisse putantur, quam Graecae, uti Thomas Edwardus ad Picquesium scripsit, admodum credibile fit, uti suadentibus *hermeneutis*, *interpretibus* nempe contribulibus, atque cognatis, ductique praesertim facilioris scripturae, & commercii commodo, Graecorum litteras, eorumque *alphabetum* progressu temporis adoptarint. Boniurius ab Alexandri Magni regno epocham ducit Graeci alphabeti apud Aegyptios, Montfauconius a Ptolemaeis.

Plutarchus lib. de Iside & Osir., *quadratum*, inquit, *quinarius numerus producit a se quantus est numerus litterarum apud Aegyptios, & quot annos vivere solet Apis*. Teste igitur Cherronensi philosopho Aegyptiorum litterae erant XXV. Iablonskius locum Plutarchi interpretari videtur *de antiquis Aegyptiorum litteris* (1), quod Thomae Edwardo improbabile, ut iam diximus, visum est. Ac ego quidem Plutarchum de Graecis litteris, quibus ipsius aevo utebantur Aegyptii, intelligi debere opinor. Nam nec Plutarchus, credo, *antiqua* Aegyptiorum elementa norat, nec Herodotus, etsi *de popularibus*, *& epistolographicis* eorum *litteris* mentionem fecerit, quicquam usquam innuit de illarum numero cum

(1) Vid. Iablonsk. in *Panth.* l.4.c.2. num.10., ubi Plutarchi verba recitat: Ποιεῖ δὲ τετράγωνον ἡ πεντὰς ἀφ᾽ ἑαυτῆς, ὅσον τῶν γραμματων παρ᾽ Αἰγυπτίοις τὸ πλῆθός ἐστι, καὶ ὅσον ἐνιαυτῶν ἔζη χρόνον ὁ Ἄπις; ex quo *loco sequitur*, subdit Iablonsk. ipse, *quod iamdudum ex La-Crozio me audivisse memini*, antiquas Aegyptiorum litteras fuisse numero XXV., *& totidem annos libros sacerdotales constituisse vitae Apidis*.

cum eo praesertim comparato, quem Aegyptii sacerdotes tamquam sacrum habebant, & vitae Apidis tribuebant.

Neque te moveat numerus litterarum XXIV. quem tibi exhibet alphabetum Graecorum. Quod enim adoptarunt Aegyptii, unam supra XXIV. habebat *fei*, vel *phei*, nuncupatam, eamque similem Phoeniciae, Cadmeae ϥ *koph*, & Hebraicae inversae ק. Hanc, quod & Boniurius in Gram. adnotat, veteres Graeci appellarunt ἐπίσημον κῶππα, vel, ut alii scribunt, κόππα. At ἐπίσημον κόππα non littera erat, sed *nota arithmetica*, sive *numerica*, a Cadmo addita, numeri *nonagenarii* index, ut ἐπίσημον βαῦ *senarii*, & ἐπίσημον σὰν πῖ *novies centesimi*. Sic erat apud Phoenicios, & Atticos, aliosque deinceps Graecos, postquam ii easdem Cadmeas notas receperant. Aegyptii vero, ut ego sentio, multo serius arithmetica ἐπίσημα duo τοῦ βαῦ, & τοῦ κόππα admiserunt. Ab initio unum ἐπίσημον κόππα adoptarunt, non ut *arithmeticam notam*, sed ut *veram* litteram, quae vim haberet τοῦ digammatis Aeolici F, sive PH; unde nomen *fei*, sive *phei* obtinuit.

Multum ego debeo ingenio, & eruditioni egregii Dani Nicolai Schow, qui ex *Aegyptiaca Papyro* Antistitis nostri Borgiae id quod antea avide quaerebam, mihi opportune suppeditavit. Detexit in tabulis eiusdem *Chartae Papyraceae criticis*, *& palaeographicis adnotationibus* abs se illustratae, *litteram* ϥ fei *apud Graeco-Aegyptios in usu fuisse*, *eamque*, *ut in lingua Coptica frequenter observatur*, *cum Graeco* φ *permutari*. Sic ille in *praefat.* pag. XLI. (δ), & pag. 29. *adnot. crit.*, φ *in nomine* ορσανουφις *permutatur cum* ϥ *Aegyptiaca*, *ut littera eidem aequivalenti*. Idem observat pag. 91. 117. 119. 120. Tandemque tab. II. in *alphabeto Chartae Papyr.* varias formas τοῦ ϥ ex prototypo expressas exhibuit sub lit. φ. Hinc cernis, opinor, τὸ ϥ *fei* apud Graeco-Aegyptios non tantum *notam arithmeticam*, sed veram etiam propriamque fuisse litteram specie, & sono fere similem τοῦ φ. Quumque haec ipsa inveniatur in nominibus Aegyptiis, dubitari non potest, quin peculiarem quoque locum in eorum alphabeto tenuerit. Si igitur XXIV. Graecis hanc etiam, quae est ϥ *fei* addideris, habebis litteras XXV., totidem

dem ſcilicet, quot in Aegyptiorum alphabeto, ex myſtica Niliacorum ſacerdotum conſtitutione, numerabat Plutarchus. Adde, quod ϥ adeo propria eſt Aegyptiorum littera, ut in plurimis efformandis vocabulis vim genuinae *radicalis* obtineat. Necdum enim ἐπίσημον βαῦ ϛ notam numeri VI. in alphabetum ſuum induxerant. Antea namque vel antiquis notis, vel integris vocibus numeros exprimebant.

Memphitas omnium primos haud diu ante Plutarchi tempora addidiſſe putarim alphabeto Coptico litteram, ſive notam ⲋ, *sto*, vel *so*: & τὸ ϥ, praeter propriae litterae munus, numeralem etiam feciſſe, ad indicandum numerum 90. Nam ii ſunt, qui in textu ipſo ſacro, ubi *nomina numeralia* occurrunt, ad ea indicanda *notis arithmeticis per litteras* frequenter utuntur. Harum notarum ſeriem ab unitate ad ⲣ̅ⲛ̀ⲑⲃⲁ 1000000. uſque tradit in Gram. ſua ms. Boniurius pag. 113. 114. Thebaei notas haſce in divinis praeſertim codd. deſcribendis, immo & in ipſis etiam privatae ſcripturae monumentis, numquam, (ſi rem probe teneo,) aut certe raro, adhibuiſſe cernuntur. Eas enim in paginis tantummodo librorum numerandis uſurpaſſe videntur.

Si quis autem ſit, qui velit multo ante Plutarchum, alphabetum Graecum cum duobus ἐπισήμοις, ſive cum *duabus notis arithmeticis* ⲋ & ϥ, βαῦ, & κόππα a Coptitis admiſſum, huic ego non refragabor, dummodo id factum ſtatuat in privatum uſum, & apud Grammaticos, quemadmodum accidit Athenis, ubi Ionicum alphabetum, obſervante H. Valeſio, & adprobante Bouherio in diſs. *de priſcis Gr. & Lat. litt.* ad calcem *Palaeogr. Montfaucon.* pag. 573. privatorum ſtudiis permittebatur, licet in uſum publicum nonniſi ſero, & Archonte Euclide an. 17. Olymp. XXV. receptum fuerit. In Aegypto profecto ſacerdotalis ratio ducta ab annis vitae *Apis*, & a ſacro cyclo annor. XXV., (de quo plura loco laudato Iablonsk.) poſtulabat, ut publicum Memphiticae gentis alphabetum totidem omnino XXV. conſtaret litteris.

Siquidem vero in Graecis ipſis Coptici alphabeti litteris ordinandis magnam intercedere video inter eruditiſſimos homines Montfau-

Montfauconium, Didymum, Mingarellium, aliosque varietatem, e re nostra putamus, utrumque sub oculos ponere: & primum quidem illud, quod puris litteris constat XXV. sine ἐπισήμοις βαῦ, & κόππα, alterum deinde cum iisdem ἐπισήμοις, & notis arithmeticis:

I.	II. ex Boniurio
Α Β Γ Δ	1. α, 2. β, 3. γ, 4. δ., 5. ε,
Ε Ζ Η Θ	6. ς, 7. ζ, 8. η, 9. θ, 10. ι,
Ι Κ Λ Μ	20. κ, 30. λ, 40. μ, 50. ν,
Ν Ξ Ο Π	60. ξ, 70. ο, 80. π, 90. ϥ,
Ϥ Ρ Σ Τ	100. ρ, 200. σ, 300. τ, 400. υ,
Υ Φ Χ Ψ	500. φ, 600. χ, 700. ψ,
Ω	800. ω.

Extra primum VII. *sunt propriae Aegyptiorum litterae* ϣ, ϭ, ϫ, ϩ, ϧ, ϯ, & ϛ numeralis.

Extra secundum VI. *tantum* ϣ, ϭ, ϫ, ϩ, ϧ, ϯ; *nam* ϛ, sto, *vel* so, *loco* sexto *posita*, *est ipsum* ἐπίσημον βαῦ, *seu arithmetica nota* ς.

§. VII.

De litteris utrique Graeco alphabeto additis, an sint ex antiquis elementis vulgaris scripturae Aegyptiorum?

Coniicere quis posset litteras hasce extra ordinem positas ex iis esse, quibus Aegyptii ante receptum Graecorum alphabetum antiquitus utebantur. Sed id parum credibile fit. Narrat Montfauconius *Palaeogr.* pag. 317. se vidisse Romae in schedis Boniurii inscriptionem in Aegypto repertam, eoque characterum genere sculptam, quod *vulgaris usus habebant Aegyptii veteres, sed prorsus ignotum, nullamque habens cum quibusvis litterarum formis affinitatem*. Illud igitur longe verisimilius est, uno dempto ς, quod, ut diximus, Cadmeum est, & arithmetica nota Graecorum, reliquas sex fuisse excogitatas ab Aegyptiis postquam experimento didicerunt, satis non fuisse

Graii

Graii alphabeti litteras ad omnia propriae linguae nomina exprimenda. Hinc Graeci ſcriptores, qui unis illis gentis ſuae elementis uſi ſunt in Aegyptiis ipſis vocabulis deſcribendis eorum plurima mire corrupta & vitiata dederunt. Quod quidem hodieque etiam cernimus tum in nominibus ſive Deorum, ſive Angelorum, ſive Decanorum ſphaerae aſtronomicae ex Celſo apud Origenem, Salmaſium, alioſque, tum in monſtris *Abraxeis*, quae paſſim occurrunt, Baſilidianorum. Aegre Graeci ferebant Aegyptios ſive dum ſcriberent, ſive dum loquerentur. Hos enim ut & *Syros*, teſte Orig. lib.VI. adverſus Celſ., βαρβαρίζειν, dicebant; unde illud Luciani eſt in *Philopſeude* αἰγυπτιάζειν φωνῇ. Contra Aegyptii apud Herodot. βαρβάρους appellabant quotquot *lingua* utebantur a ſua *diverſa*. Attamen Iulius Caeſar cum Niliacis ſacerdotibus de *nov. anni* ordinatione collocutus, & Zenobia Palmyrenorum Regina Aegyptiam linguam didiciſſe traduntur: & Gordiani Imp. monumentum eiuſdem quoque linguae epigraphe ornatum commemoratur.

§. VIII.

Nomen, valor, & varia forma ϛ Aegyptii exponitur.

DE genuina illarum ſex litterarum pronunciatione nihil eſt cur plura dicam. De una ϛ, quae *ſextum* locum tenet in alphab. numeralium, pauca mihi liceat adnotare. Hanc *sto* nominat in Gram. ſua ms. Boniurius, quod eam putet aequivalere nexui τῷ ϛ Graecorum. Unde in ſubnotatis haec adiicit: *Quod ſpectat litteram ϛ, indicem numeri ſenarii, & quam Graeci non uſurpant niſi in numeris, vix eam reperies in alio Aegyptiorum uſu. Niſi quod ſicut Graeci geminantes ς cum τ, ſive* s *cum* t, *inde efformant litteram ϛ, ita & Aegyptii, cogentes in unam figuram* ⲥ *&* ⲧ. *Inde enim crucem Graece dictam* ϛαυρὸς, *Aegyptii, retento eodem vocabulo, ſcribunt modo* ⲥⲧⲁⲩⲣⲟⲥ, *modo* ⲋⲁⲩⲣⲟⲥ; *quamquam id rariſſime contigit.*

Montfauconius tamen, qui in hac re magnae apud me auctoritatis eſt, Didymus, Tukius, aliique hodierno more efferunt, ut ϛο. At ego quidem nil dubito, quin II. eccleſiae

 ſaecu-

faeculo Aegyptii ἐπίσημον ϛ pro *st* usurparint. Marcus ex *Basilidis* stirpe, & *Colorbasii* schola, praestigiator, & magus, (de cuius nomine dicti sunt *Marcosii*, haeretici, si qui alii umquam, impurissimi) inter cetera, eaque omnia portentosa numeralium Graecarum litterarum mysteria, quibus Valentinianorum *Aeonum* fabulam commendare, augereque studuit, ea etiam tamquam praecipua, & a divina *Sige* sibi revelata iactabat, quae in uno ἐπισήμῳ ϛ, nota senarii numeri, latere docuit. Singula referre huius loci non est. De eo tantummodo dicam, quod ad rem nostram facit. Apud S.Irenaeum lib.I. c.15.p.76. ed.Paris. sic loquitur Marcus: *Dicitur autem* καὶ υἱὸς Χριστὸς τουτέστιν ἡ δωδεκὰς, *& FILIUS CHRISTUS DUODECAS. Etenim nomen hoc* υἱὸς *litterarum est QUATUOR*, Χριστὸς *autem OCTO: quae quidem simul iuncta DUODECADIS magnitudinem ostenderunt. Enim vero priusquam, inquit* (Sige cum Marco loquens) τούτου τοῦ ὀνόματος τὸ ΕΠΙΣΗΜΟΝ φανῆναι τουτέστι τὸν ΙΗΣΟΥΝ τοῖς υἱοῖς, *huius nominis INSIGNE appareret, hoc est IESUS, filiis, in magna ignoratione, & errore homines versabantur*. Ita & apud Epiphanium in haer.34. Marcosior. n.IX. Quae ut probe intelligantur, ubi scriptum cernis υἱὸς Χριστὸς δωδεκὰς, cum Petavio, & Massueto vv. doctissimis legas necesse est, Χρειστὸς, nempe ει pro ι, ut apud Aegyptios frequenter usuvenire novimus, unde & Σειγη in Marcosiorum scriptis pro σιγη legendum monent laudati interpretes, & adnotatores. Tunc enim & υἱὸς erit litterarum *quatuor*, & Χρειστὸς litterarum *octo*; quibus simul iunctis *dodecas* conficitur. Ac certe Χρειστὸς per ει expresse legebatur in *Acrostichide* versuum Sibyllae sive *Erythraeae*, sive magis *Cumeae* apud magnum Augustinum lib.XVIII. *de Civ. Dei* cap.23., etsi Χριστὸς ab eodem SS. Doctore exprimatur. Ponendum praeterea est Marci haeresiarchae aevo in more fuisse, ut integrum Christi nomen expansis litteris scriberetur: Χρειστὸς per ἐπίσημον βαῦ, & non per disiuncta elementa duo σ τ, Χρειστὸς. Aliter enim nec Marcus ulli mortalium persuadere potuisset mysterium, quod in ἐπισήμῳ vocis Χρειστὸς latere praedicabat, nec S. Irenaeus passus umquam esset, haereticum adversarium in huius divini nominis scriptionem figuram τοῦ ϛ, quam nemo nosset, mentien-

mentiendo inducere. His semel positis, facile, ut arbitror, intelligis ex Marcosiorum hypothesi τὸ ἐπίσημον ς in hoc nomine Χρειςος notam esse *numeri senarii*, quo novum mysterium, nomen nempe ἑξαγράμματον *sex litterarum*, Ἰησοῦς, indicatur. Sic adnotat doctissimus S. Irenaei editor Massuetus *nominis* Χριςὸς ἐπίσημον *est* ς, *quo* Ἰησῦς *sex constans litteris designatur*. Sic etiam *Grabius*, & *Petavius* accuratissime tradunt. At simul etiam in eodem ipso nomine Χρειςὸς τὸ, ς vice fungitur duarum litterarum σ τ, quae cum aliis coniunctae *ogdoadem* Χρειστος, aut, si dixeris υἱος Χρειςος, *duodecadem*, ut iam audisti, componunt. Et ob id, credo, Marci Sige dixerat c.14. n.7. τὸν ἐπίσημον *insignem*, in praesenti apparentem ἀπὸ ἐπισήμου a superiore *insigne efformatum*, *eum esse*, *qui velut divisus* ἢ διχοτομιθέντα *aut bisariam* (in duas nempe litteras ς τ, quasi) *sectus est*, *forisque mansit*. Iam plura non addam. Satis enim haec sunt ad confirmandam Boniurii sententiam de numerali littera ς, quam *sto* nuncupavit, & eamdem fecit cum ς Graecorum.

Forma restat, quae triplex a Montfauc. traditur. I. Eadem est ac Graecorum ς, nota senarii numeri, siquidem, ut ait doctissimus palaeographus, *in serie litterarum Graecarum post ε antiquitus poneretur*, *ut notat Epiphanius contra Marcosios*. II. Digamma Aeolicum. III. C: nam ς *nonnumquam in inscriptionibus per* C *effingitur*, KC *videlicet pro* Kς. Id vero negat Bruherius: & Scaligerum, qui Montfauconio praeiverat, deceptum censet fallaci lectione saxi litterati, in quo quum *verius scriptum* esset Kς, *vel* Kς, *exscriptor in* KC *mutavit*. Eumdem vide Bruher. in loco mox citando. Ego equidem in fragmento Borgiano *Proverbior.*, & in aliis quibusdam eam similem deprehendi notae arithmeticae *senarii* numeri Graecorum ς, cuiusmodi est ϛ in inscriptionibus cl. Fabretti, & nota *nonagenarii* num. in alphabeto Montfauconii. Hanc ipsam figuram adfert cl. Mingarellius p.LXXX. & LXXXI. ex fragm. Naniano, ubi plura de numero, quem praecise denotet, divinare conatur; tandemque in eam opinionem propendere videtur, ut ductus testimonio, & fide Marii Victorini ϛ pro nota habeat numeri *nonagenarii*. Bene

 habet.

habet. Sed Bruherius locum Marii Victorini aperte falsatum censet, & sic eum emendat, ut formam ϟ pro certa nota numeri *senarii*, non vero *nonagenarii* in Marii dictis agnoscat. Vid. pag. 568. ad calcem *Palaeogr.* Montfauconii, ibique consule *Cadmeum alphabetum*, ubi Bruherius *sexto* loco collocat ϟ tamquam propriam notam unius numeri *sex*. Alii eamdem ipsam formam simili plane modo pictam, uti videre licet in alphabeto Montfauconii, referunt, & uti notam aeque propriam τοῦ ἐπισήμου κόππα, numeri nempe *nonagenarii* statuunt. Et hinc confusio & difficultas oritur de valore & potestate unius eiusdemque notae ϟ, ut plerumque nescias, quando vel *6.*, vel *90.* designet. Ceterum verus τοῦ κόππα character, & XC num. index apud Graecos est ϥ : idem qui & apud Coptos, & Graeco-Aegyptios in *Specimine Chartae Papyraceae Mus. Borgiani* edito a spectatissimo Schow ad col. IX. lin. 10., & col. XII. lin. 14.

Heic nova quaedam senar. num. nota, speciesque ex Aegyptiaco alphab. Boniurii mihi spectanda offertur; quae veluti composita ex nexu duarum C & T videri possit: sed T decurtatum latere transversae, respectu intuentium, sinistro, unum retinet integrum dextrum, quo, ope quasi ansulae ex parte sui extrema demissae innectitur apici τοῦ C, ibique cum eo ita coniungitur, ut hanc denique figuram Ϛ reddere videatur. Eademne fuerit, quam ex codd. quadrati, rotundique characteris indicarint Marchosii, doctorum, peritorumque hominum iudicio decernendum relinquam.

§. IX.

Post susceptum Graecorum alphabetum multa ab eis vocabula acceperunt Aegyptii, sed Thebaei magis quam Memphitae.

NEmo iam mirabitur, si Aegyptii, postquam prisco deserto, novum a Graecis alphabetum acceperant, magnam quoque ab iis *vocabulorum* copiam in patriam linguam derivasse dicantur. Id quidem inde usque a Psammitici temporibus praestare coeperant, sed multo magis praestiterunt sub Alexandri Magni, & Ptolemaeorum imperio, quo aevo Graecae litterae Alexandriae in primis, & in tota inferiori Aegypto mirum in modum florebant. Erit,

Erit, qui ſuſpicetur, Memphitas tamquam novis ſive Ioniarum, ſive Macedonianarum Muſarum coloniis proximiores, longe plures uberioreſque Graecorum nominum, verborumque rivulos, quam Thebaeos, in ſuam ipſorum *dialectum* deduxiſſe. Sed a vero aberrabit quammaxime. Multo enim maiori numero ſunt, quae Thebaei acceperunt a Graecis. Cuius rei cauſſa non alia, mea quidem ſententia, pobabilior, & aptior reddi poteſt, quam quod haec Memphitica dialectus, quo primum tempore Graeci coloni apparere coeperunt, ſenior iam erat, Aegyptiis omnibus communis, & ſatis de fundo ſuo dives; nec, niſi, unius forſan commercii cauſſa, externis vocibus indigebat. Thebaica vero utpote iunior, adoleſcens, adeoque etiam inops nimis & parum cognita, quum de alienis fundis ditari, & inclareſcere poſtularet, multo maiorem, quam Memphitica a novis colonis verborum numerum mutuata eſt. Et tamen vix ullum exſtat orientalis antiquitatis monumentum, in quo vox reperiatur, quae propria, & *characteriſtica* ſit Thebaicae dialecti. Quaedam tantum inſcriptio apud Iablonskium p.91. an.XV. Hadriani in ſtatua Memnonis inciſa refertur, qua nomen Thebaicum *menſis* ⲕⲟⲓⲁⲕ, Memph. ϧⲟⲓⲁⲕ legatur.

§. X.

Cognitio, & uſus Thebaicae dialecti uni debetur Scripturae S. verſioni priſcis eccleſiae ſaec. eo idiomate elaboratae, & per univerſam Thebaidem mirifice propagatae.

UNA Chriſtiana religio effecit, ut Thebaeorum idioma orbi terrarum innoteſceret, quod alioquin ſine memoria in tenebris perpetuo iacuiſſet. Quicquid de huius dialecti ingenio, & praeſtantia ſcitur, totum debetur priſcis tum evangelii propagatoribus, tum Epiſcopis, ceteriſque in Thebaide Chriſtianae plebis magiſtris, & inſtitutoribus, quorum opera divina Scripturae ſanctae oracula, in eam quoque dialectum iam inde a ſecundo eccleſiae ſaeculo converſa, cenſentur. Atque huius quidem ſacrae translationis exempla, etſi barbarorum perfidia membratim laniata, & iniuria temporum diutiſſime igno-

ignorata, ac veluti intermortua latuerint, hodie tamen & olim exstitisse novimus, & quasi revixisse laetamur.

Debetur & magno Pachomio, qui non modo Thebaica illa tum veteris, tum novi testamenti versione (quam unam ab initio cognoverat) in erudiendis rudibus ineunte saec. IV. utebatur, sed & ex immenso propemodum Monachorum suorum grege neminem patiebatur, qui Scripturis sanctis, aut saltem Psalmorum, maxime vero Evangeliorum codicibus legendis, ac meditandis aptus non esset. Ecquis hinc non intelligat, quam multi esse debuerint vel in unis ipsis Pachomianis monasteriis scriptores, qui tam ingenti numero fratrum necessaria sacrorum Bibliorum exemplaria suppeditarent?

Nihilo certe minora tu coniicies de cura, quam gesserint in divinis hisce codicibus propagandis Thebaidenses Episcopi, sacerdotes, litterati fideles, *ascetriae* virgines, & quae maxime in monasteriis degebant. Huc spectat quod Nicephorus de studiis sacrarum Scripturarum apud Aegyptios loquens, testatur, ea quidem in tota Aegypto, sed in Thebaide potissimum floruisse.

Quanta, heu! esse oportuit barbarici furoris, & ignis vis, quae dirutis monasteriis, eversis templis, & incensis distractisque divinorum librorum thesauris, tantam sacrorum exemplarium copiam vastare, ac disperdere potuit. In hac tam lugubri calamitate Dei iram cum celebri Mailleto ep. X. *de relig. Aegypti* pag. 59. agnosce. Sic enim scribit: *Alors l'Evangile, prêché dans cette region produisit de si grands fruits... Alors fleurirent, à la suite des Apostres du sauveur sur le fameux siege patriarchal d'Alexandrie les Athanases & les Cyrilles. Dioscore leur disciple, & leur successeur, en voulant se frayer une route différente de celle qu'ils avoient suivie, infecta depuis ce pays* (Thebaidem praesertim) *de ses erreurs. Il fut ensuite livré en proie aux visions du Mahométisme; en sorte que de cette église, autrefois si florissante à peine reconnoit-on aujourd'hui quelques vestiges, tristes restes de ce qu'elle fut iadis, qui ne servent qu'à nous faire déplorer l'état où nous la voyons réduite.*

§. XI.

TABULA T

Textus Memphit. dialecti ex Wilkinſ. ı Muſ.Borg.

Verſ. 9. :.. ϧⲁ ⲛⲓⲉ̀ϩⲙⲟⲩ :

10. ϣⲁⲛ ⲡⲁⲛⲧⲱⲥ ⲁϥϫⲱⲙⲙⲟⲥ ⲉⲑⲃⲉ ϯⲃⲏⲧⲉⲛ.
ⲧⲉⲛⲉ̀ⲧⲁⲩⲥϧⲏⲧⲟⲩ ⲅⲁⲣ ⲉⲑⲃⲉ ⲧⲉⲛ ϫⲉ ⲥϣⲉⲙ ⲩϣⲏ ⲉⲡⲉ//
ⲡϣⲁ ⲛ̀ⲧⲉϥⲫⲏⲉⲧⲥϧⲁⲓ ⲛ̀ⲧⲉϥⲥϧⲁⲓ ϧⲉⲛ ⲟⲩ/ ⲱ ⲡⲉⲧϩⲓ
ϩⲉⲗⲡⲓⲥ ⲟⲩⲟϩ ⲫⲏⲉⲧϩⲓ ⲛ̀ⲧⲉϥⲉⲣϩⲉⲗⲡⲓⲥ ⲉ̀ϩⲓ. ϯϫⲓ.

11. ⲓⲥϫⲉ ⲁ̀ⲛⲟⲛ ⲁⲛⲥⲓϯ ⲛⲱⲧⲉⲛ ⲛ̀ⲛⲓ// ⲛⲉⲡ̅ⲛ̅ⲁⲧⲓ//
ⲡ̅ⲛ̅ⲁⲧⲓⲕⲟⲛ ⲟⲩⲛⲓϣϯ ⲡⲉ ⲉ̀ϣⲱⲡ ⲁ̀ⲛⲟⲛ ⲁⲛ// ϯⲛⲁⲱ́ϩⲥ
ϣⲁⲛⲱⲥϧ ⲛ̀ⲛⲉⲧⲉⲛⲥⲁⲣⲕⲓⲕⲟⲛ.

12. ⲓⲥϫⲉ ϩⲁⲛⲕⲉϫⲱⲙⲟⲩⲛⲓ ⲉⲧϭⲓ ⲉ̀ⲃⲟⲗ// ⲙⲉⲧⲉϫⲓ
ϧⲉⲛ ⲛⲉⲧⲉⲛⲉⲣϣⲓϣⲓ ⲛ̀ϩⲟⲩⲟ̀ ⲙⲁⲗⲗⲟⲛ ⲁ̀ⲛⲟⲛ ⲛ· ⲁⲗⲗⲁ
ⲁⲗⲗⲁ ⲙ̀ⲡⲉⲛⲉⲣⲭⲣⲁⲥⲑⲉ ⲙ̀ⲡⲁⲓⲉⲣϣⲓϣⲓ ⲁⲗⲗⲁ ⲓⲁ ⲉⲛⲃⲓ//
ⲧⲉⲛⲱ̀ⲟⲩ ⲛ̀ϩⲏⲧ ϧⲉⲛ ϩⲱⲃ ⲛⲓⲃⲉⲛ ϩⲓⲛⲁ ⲁⲡ ⲙⲡⲉ//
ⲛ̀ⲧⲉⲛϣⲧⲉⲙϯ ϩⲗⲓ ⲛ̀ϭⲣⲟⲡ ⲙ̀ⲡⲓⲉⲩⲁⲅⲅⲉ// ⲓ
ⲗⲓⲟⲛ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲭ̅ⲥ̅:

13. ⲛ̀ⲧⲉⲧⲉⲛⲉ̀ⲙⲓ ⲁⲛ ϫⲉ ⲛⲏⲉ̀ⲧⲉⲣϩⲱⲃ ⲉⲗϩⲱⲃ
ⲉ̀ⲛⲓⲉⲣⲫⲏⲟⲩⲓ̀ ϣⲁⲩⲟⲩⲱⲙ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲡⲁⲓⲉⲣ// ⲡⲉⲗⲡⲏ//
ⲫⲉⲓ ⲟⲩⲟϩ ⲛⲏⲉⲑⲛⲁⲙⲏⲛ ⲉⲡⲓⲙⲁⲛⲉⲣϣⲱⲟⲩϣⲓ ⲁⲩⲡⲱϣ
ϣⲁⲩⲫⲱϣ ⲉ̀ϩⲣⲁⲓ ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲙⲁⲛⲉⲣϣⲱⲟⲩϣⲓ.

14. ⲡⲁⲓⲣⲏϯ ϩⲱϥ ⲡϭ̅ⲥ̅ ⲁϥⲑⲱϣ ⲛ̀ⲛⲏ// ⲛⲏⲉⲧ//
ⲉⲧϩⲓⲱⲓϣ ⲙ̀ⲡⲓⲉⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲓⲟⲛ ⲉ̀ⲱⲛϧ ⲉ̀ⲃⲟⲗ// ϩ ⲉⲃⲟⲗ
ϧⲉⲛ ⲡⲓⲉⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲓⲟⲛ.

15. ⲁⲛⲟⲕ ⲇⲉ ⲙ̀ⲡⲓⲉⲣⲭⲣⲁⲥⲑⲉ ⲛ̀ⲟⲩⲟⲛ ⲛⲉⲓ·ⲛⲁⲓ
ⲛ̀ⲛⲁⲓ ⲛ̀ⲉ̀ⲧⲁⲓⲥϧⲉ ⲛⲁⲓ ⲇⲉ ⲁⲛ ϩⲓⲛⲁ ⲛⲥⲉϣⲱ// ⲛ̀ϩⲏⲧ:
ⲡⲓ ⲙ̀ⲡⲁⲓⲣⲏϯ ⲛ̀ϧⲣⲏⲓ ⲛ̀ϧⲏⲧ ⲛⲁⲛⲉⲥ ⲅⲁⲣ ⲁ ⲓⲥ ⲇⲉ
ⲛⲏⲓ ⲙⲁⲗⲗⲟⲛ ⲉ̀ⲙⲟⲩ ⲓⲉ ⲡⲁϣⲟⲩϣⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲉ// ϥϣⲱⲡⲓ
ϣⲧⲉⲙϩⲗⲓ ϣⲟⲩⲱϥ ⲉ̀ⲃⲟⲗ.

16. ⲉ̀ϣⲱⲡ ⲅⲁⲣ ⲁⲓϣⲁⲛϩⲓϣⲉⲛⲛⲟⲩϥⲓ..:.

Specimina characterum utriuſque

§. XI.

Codex Aegyptio-Vatic. complectens vitam S. Pachomii, & aliorum Monachorum scriptus est non Theb., sed Memphit. dialecto.

PUtabat La-Crozius tom.III. *Thes. Ep.* p. 188., idemque sibi persuasit Iablonskius, praeclara lumina ad decernendum de Thebaicae dialecti praestantia, & antiquitate haurire se potuisse ex *codice Vaticano, quem memorat doctissimus Assemanus* (ad calc. Ind. tom.I. *Bibl. Orient.*) *in quo PACHOMII, & aliorum Aegypti Monachorum vitae continentur, si*, ut optabat, *illius specimen aliquod nactus fuisset*. Sed utrumque & cogitata, & vota fallebant. *Codicem* sane egregium *in membrana* an. (ni fallor) 1060. descriptum, ob eam omnino caussam dedita opera & ego vidi. At Memphitica inferioris Aegypti, non Thebaica lingua exaratus est.

Modo vero si quis Thebaicae rudimenta, & grammatica praecepta exquirat, adeat is Tukium, Scholtzium, & Didymum Taurin. in *Additam. Gram.* pag.104. & seqq. Nam ad me quod attinet, de uno illius aevo, usu, atque fortuna, quantum sat erat, & instituti ratio ferebat, me dixisse opinor. Ad tertiam venio.

§. XII.

Tertia Aegyptiorum dialectus, quasi media inter Thebaicam, & Memphiticam, ex uno Borgiano fragmento Epist. I. S. Paulli ad Corinth. novissime detecta.

TErtiae indolem cernis in Tab., quam ante oculos habes. Hanc tu meditari stude, dum ego interea *versiculos* totius *pericopae* ex nostro illo Borgiano fragm. excerptae interpretari primum, deinde nativa ipsa novae dialecti vocabula modo cum Thebaicis, modo cum Memphiticis, modo cum utrisque conferre aggrediar, ut earum originem, & formationem clarius perspicere queas. Esto igitur

Ex

Ex cap.IX. ep.I. ad Corinth. vers. 9. ϩⲁ ϩⲛ̄ⲁϩⲁⲩ *de bobus*. Haec nostra dialectus vertit primo ϧⲁ Memph. in ϩⲁ, & ⲱⲟⲩ, Memphit. pluralis ⲛⲓⲉϩⲱⲟⲩ, & ϩⲁⲛⲉϩⲟⲟⲩ Theb. in ϩⲛ̄ⲁϩⲁⲩ. Unde colligitur illius proprietatem esse commutare ϧ in ϩ, ϩⲁⲛ in ϩⲛ̄, ⲱ vero, & ⲟ in *a*.

Vers. 10. ϫⲉⲙ̀ⲙ ⲙⲁⲛ ⲁϥϫⲱⲙ̀ⲙⲟⲥ ⲉⲧⲃⲏⲧⲉⲛ̀ ⲛ̀ⲧⲁⲛ- ⲧⲥϩⲉⲓ ⲅⲁⲣ ⲉⲧⲃⲏⲧⲉⲛ̀ ϫⲉ ϣϣⲏ ⲉⲡⲉⲧⲥⲕⲉⲓ ⲉⲥⲕⲉⲓ ϩⲛ̄ ⲟⲩϩⲉⲗⲡⲓⲥ ⲁⲩⲱ ⲡⲉⲧϩⲓ ⲉϫⲉⲛ ⲟⲩϩⲉⲗⲡⲓⲥ ⲉⲧ- ⲙ̀ⲧⲣⲉϥⲙⲉⲧⲉϫⲓ. *An certe, hoc dixit propter nos? propter nos enim scriptum est: oportet eum, qui arat, arare in spe; & eum, qui triturat, in spe esse, ut particeps* de fructu *fiat*. Utraque dialectus & *Thebaica*, & *tertia* omittit ⲉϩⲓ, *triturare*, quod est in Memphitica, male tamen redditum a Wilkins. oportet ... *triturans ut speret triturare*. Rectius enim, opinor, vertisset: *ut spem suam faciat trituram*. Genuinus enim sensus est: eum, *qui triturat, ut spem* (idest fructum speratum) *percipiat, triturare*. Ceterum nostra sequitur Thebaicam. ϫⲛ̄ autem, latine *an*, vertitur, ni fallor, in ϫⲉⲙ̀ⲙ. Ne te tamen turbet lineola supra ⲙ̀ⲙ; haec enim, ut vides in hoc eodem versiculo bis superponitur ultimae syllabae geminae vocis ⲉⲧⲃⲏⲧⲉⲛ̀, ubi locum non habet; nisi fortasse munus ei tribuas meri *accentus*; quo tamen carent eaedem voces in Thebaico, & Memphitico versiculo. ⲙⲁⲛ proximum interpretor ⲙⲉⲛ Theb., *certe*, mutato ⲉ in ⲁ. Sic respondere poterit τῷ πάντως Gr., & Memphitico, quod in Theb. deest. Mox in ⲁϥϫⲱⲙ̀ⲙⲟⲥ vides tum Memph., tum etiam Theb. ⲉϥ mutatum in ⲁϥ. At vero ex duplici ⲏ in ⲉⲧⲃⲏⲏⲧⲛ̄ Thaebaeo, unam tantum dialectus nostra retinet. Sequens autem Theb. ⲛ̄ⲧⲁⲩⲥⲁϩ̀ϥ, ubi forte lineola supplet ⲓ, sive *ει*, corrige & lege ⲛ̄ⲧⲁⲩⲥϩⲁ̀ϥ; nam & in Memph. Wilkins. ⲉⲧⲁⲩⲥϧⲏⲧⲟⲩ positum suspicor pro ⲉⲧⲁⲩⲥϧⲏⲟⲩⲧ: & cer-

& cerne deinde in voce dialecti tertiae ⲥϩⲉⲓ (*scriptum*) Thebaicam ⲥϩⲁⲓ, cuius τὸ ⲁ vertitur in ⲉ. At in ϣⲉϣⲏ pro ϣⲉϣⲉ Theb., mutatio est τοῦ ⲉ in ⲏ: & rursus τοῦ ⲁ in ⲉ: ⲥⲕⲁⲓ scilicet in ⲥⲕⲉⲓ sequenti. Si Memphiticam sententiam, quacum Thebaeam, & tertiam dialectum compares, cupis, haec est: ⲥⲉⲙⲡϣⲁ ⲛ̀ⲧⲉϥⲫⲏⲉⲧⲥϧⲁⲓ ⲛ̀ⲧⲉϥⲥϧⲁⲓ. Ultima huius vers. vox est ⲉⲧⲙ̀ⲧⲣⲉϥⲙⲉⲧⲉϫⲓ. Duo heic observes velim; primo ⲉⲧⲙ̀; ubi ⲙ̀ sumi non debet pro particula negante *non*, sed potius pro affirmante, ut vim habeat quasi articuli coniungendi cum suffixo ϥ, eoque pacto significet, τὸ, ⲉⲧⲙ̀ⲧⲣⲉϥ-ⲙⲉⲧⲉϫⲓ sic esse exponendum: (*ut de eo particeps fiat*); deinde terminationem verbi ⲙⲉⲧⲉϫⲓ in ⲓ, non in ⲉ Theb., tamquam indicem *dialecti Memphiticae*.

Vers. 11. ⲓϣϫⲉ ⲁⲛⲁⲛ ⲁⲛϫⲡⲁ ⲛⲏⲛ (nisi legendum sit ⲛⲏⲧⲉⲛ) ⲛ̀ⲛⲉⲡⲛ̀ⲁⲧⲓⲕⲟⲛ ⲟⲩⲛⲁϭ ⲡⲉ. ⲉϣϫⲉ ⲁⲛⲁⲛ ⲛⲉⲧⲛⲁⲱϩⲥ ⲛⲛⲉⲧⲉⲛ ⲥⲁⲣⲕⲓⲕⲟⲛ. *Si nos genuimus vobis spiritualia, magnum est, si nos metamus carnalia vestra?* Bis ⲁⲛⲟⲛ habent Memphitica, atque Thebaica transl., *tertia* ⲁⲛⲁⲛ, verso ⲟ utriusque dialecti in ⲁ. Idem fit in ⲁⲛϫⲡⲁ, & ⲟⲩⲛⲁϭ pro Thebaico ⲁⲛϫⲡⲟ (male in fragmento ⲁⲛϫⲟ) & ⲟⲩⲛⲟϭ. Sed ⲁⲛϫⲡⲟ a ϫⲡⲟ Theb. *generatio*, etymon grammaticum sequuti vertimus, *genuimus*; pro quo Gr. ἐσπείραμεν, & Memph. ⲁⲛⲥⲓϯ *seminavimus*, habent. Verum sicuti σπείρειν, *seminare*, & *serere* non raro sumitur pro *gignere*, nil mirum erit, si *gignere* in hac nostra, & in Theb. dialecto pro *seminare* sumatur. ⲛⲉⲧⲛⲁⲱϩ́ⲥ *metamus*, melius certe nostra, quam Theb. ⲡⲉⲧⲛⲁⲱϩⲥϣ legit in numero plurium. Quin & ultimam ϣ in eadem voce rectissime mutat in ⲥ simplex. Nam Memphit. habet ⲛⲉⲧⲛⲁⲱⲥϩ. Ex quo illud etiam colligitur, *Thebaicam*, & *tertiam* per *me-*

tathesim τȣ ϩ, ⲱϩⲥ, vel ⲱϩϣ posuisse pro ⲱⲥϩ *metere*.

Vers. 12. ⲉϣϫⲉ ⲟⲩⲁⲛ ϩⲛ̀ⲕⲉⲕⲁⲩⲛⲓ ⲙⲉⲧⲉϫⲓ ⲉⲧⲉⲛ ⲉⳅⲟⲩϭⲓⲁ· ⲉϩⲟⲩⲁ ⲇⲉ ⲁⲛⲁⲛ. ⲁⲗⲗⲁ ⲙ̀ⲡⲉⲛⲉⲛϫⲣⲱ ⲛ̄ⲧⲉⲓ ⲉⳅⲟⲩϭⲓⲁ ⲁⲗⲗⲁ ⲉⲛⲃⲓϩⲁϩⲱⲃ ⲛⲓⲙ. ϫⲉ ⲛ̀ⲛⲉⲛϯ ⲛⲟⲩϫⲗⲁⲡ ⲙ̀ⲡⲉⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲓⲟⲛ ⲙ̀ⲡⲉⲭ̄ⲥ̄. *Si quidam alii participes fiunt potestatis vestrae, magis vero nos. Sed non utimur hac potestate, verum omnia sustinemus, ut non demus offendiculum evangelio Christi*. Praeter constantem conversionem τȣ *o* in *a*, quam tenet dialectus *tertia*, in prioribus praesertim huius versiculi verbis adhaeret modo Thebaicae, modo etiam Memphiticae. ⲉϣϫⲉ ⲟⲩⲛ theb. (lege ⲟⲩⲟⲛ) nam ⲟⲩⲁⲛ mutato *o* in *a*, habet eadem nostra dialectus. In sequenti ϩⲛ̀ ⲕⲉⲕⲁⲩⲛⲓ ⲙⲉⲧⲉϫⲓ refert Memphit. ϩⲁⲛ ⲕⲉϫⲱⲟⲩⲛⲓ, non theb. ϩⲉⲛ ⲕⲟⲟⲩⲉ ⲙⲉⲧⲉϫⲉ. ⲉⲧⲉⲛ, sic fortasse in hac dialecto pro ⲉⲧⲉⲧⲛ̀ theb. Nota in versione theb. sententiam, quae per interrogationis notam ita effertur: ⲛ̀ϩⲟⲩⲟ ϭⲉ ⲁⲛ ⲁⲛⲟⲛ. *Nonne vero nos magis*? At Aegyptia III. dialecti ad Memphiticam accedit. Apparet hinc exemplum versionis huius dialecti non idem omnino fuisse cum Thebaico. ⲉⲛⲃⲓϩⲁϩⲱⲃ pro ⲉⲛϥⲓϩⲁϩⲱⲃ Theb., verso ϥ in ⲃ; quod mutationis genus commune est, & frequentissimum in Aegyptiis dialectis. ⲟⲩϫⲗⲁⲡ factum ex ⲟⲩϫⲣⲟⲡ, mutatis ⲣ in ⲗ, & *a* in *o*. Ut enim ex fragmento nostro intelligere potui, haec dialectus frequentissime vertit ⲣ in ⲗ, & *o* solitarium in *a*.

Vers. 13. ⲉⲛⲧⲉⲧⲛ̀ ⲥⲟⲟⲩⲛ̀ ⲉⲛ ⲇⲉ ⲛⲉⲧⲉⲗϩⲱⲃ ⲉⲡⲉⲗⲡⲏⲏⲓ ϣⲁⲩⲟⲩⲱⲙ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲛ̀ ⲛⲁⲡⲉⲗⲡⲏⲏ̀ⲓ ⲛⲉⲧⲙⲏⲛ ⲉⲡⲉⲑⲩⲥⲓⲁⲥⲧⲏⲣⲓⲟⲛ ϣⲁⲩⲡⲱϣ ⲉϫⲱⲟⲩ ⲙⲛ̀ ⲡⲉⲑⲩⲥⲓⲁⲥⲧⲏⲣⲓⲟⲛ. *Ignoratis vos, quod qui dant operam templo, comedunt de iis quae sunt templi, & qui deserviunt altari, partiuntur inter se & altare*? En iterum ⲣ Memphit. & The-

& Thebaicum cum ⲗ commutatum. ⲛⲏⲉⲧⲉⲣϩⲱⲃ, ſive ⲛⲉⲧⲉⲣϩⲱⲃ facit III. dialectus ⲛⲉⲧⲉⲗϩⲱⲃ. Aliae in numero plurium habent ⲉⲛⲓⲉⲣⲫⲏⲟⲩⲓ, & ⲉⲛⲉⲣⲡⲏⲩ: noſtra vero, ni fallor, in ſingulari. Sequitur in ceteris Thebaicam, ſed *in terminatione* Memphiticam. At ⲛⲉⲧⲙⲏⲛ confer cum ipſa Memphitica ⲛⲛⲉⲑⲛⲁⲙⲏⲛ; nam Thebaica legit ⲛⲉⲧⲉⲣⲟϥ́ⲧ pari ſenſu eos ſignificans, qui ſe aſſidue in altaris miniſterio exercent. Poſtrema verſiculi ipſiſſima ſunt Thebaei interpretis verba.

Verſ. 14. ⲧⲉⲓⲧⲉⲃⲏ ⲛ̀ⲧⲁⲡϭ̅ⲥ̅ ⲧⲁϣ́ⲥ ⲛ̀ⲛⲉⲧⲧⲁϣⲉ ⲟⲉⲓϣ ⲙ̀ⲡⲉⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲓⲟⲛ ⲉⲩⲟⲩⲱⲛϩ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲙ̀ ⲡⲉⲑⲩ//ⲥⲓⲁⲥⲧⲏⲣⲓⲟⲛ: *Ita Dominus ordinavit, ut ii, qui evangelium annunciant, de altari vivant.* In voce verſiculi priore noſtra vertit τὸ ⲁ Theb. in ⲉ, & poſtremam ⲉ in ⲏ. In ſecunda aperte retinet *compendiariam ſcripturam* Memphitarum ⲡϭ̅ⲥ̅ ubi Theb. habet ⲡϫⲟⲉⲓⲥ. Nam forma τȣ̃ ϭ tam manifeſta eſt, ut cum ⲟ quaſi initiali τȣ̃ ⲟ̅ⲥ̅ confundi, niſi a caeco homine, poſſit. Non eſt igitur neque ⲑ̅ⲥ̅ Θεὸς Wilkinſ., neque ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ πιστὸς La-Crozii (dummodo ita ſcripſerit, ut typi ferunt illius epiſt. ad Iablonſk. p.161. *Theſ. Epiſtol.*), ſed vel ϭⲱⲓⲥ Didymi Taur. pag.59.60., vel certe, ut omnium princeps ſaec. ſuperiori in *Elementis L. Aeg.* pag.7. ex *tribus* Grammaticis Copto-Arab. Vatic. tradiderat Boniurius. ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅, ⲡϭⲟⲓⲥ, al. ⲡϫⲟⲉⲓⲥ. ⲙⲛ̀ ⲡⲉⲑⲩ//ⲥⲓⲁⲥⲧⲏⲣⲓⲟⲛ, lectio ſingularis eſt, quam nec Graeci, nec Memphit., nec Theb. codd. habent. In ⲧⲁϣ́ⲥ, vertit ⲱ Theb. in ⲁ.

Verſ. 15. ⲁⲛⲁⲕ ⲇⲉ ⲙ̀ⲡⲓⲭ̀ⲣⲱ ⲛ̀ⲗⲁⲁⲩ ⲛⲛⲉⲓ. ⲛⲁⲓ ⲥϩⲉⲓ ⲛⲛⲉⲓ ⲉⲛ ϫⲉ ⲉⲩⲉϣⲱⲡⲓ ⲛ̀ⲧⲉⲓϩⲉ ⲛ̀ϩⲏⲧ. ⲛⲁ//ⲛⲟⲩⲥ ⲅⲁⲣ ⲛ̀ⲛⲏⲓ ⲉⲧⲣⲁⲙⲟⲩ ⲉϩⲟⲩⲁ ⲉⲓⲥ ⲉⲡⲁⲭ̀ⲟⲩϣⲟⲩ ⲉⲙⲉⲛⲗⲁⲁⲩ ⲛⲁϣ ⲧⲣⲉϥϣⲱⲡⲓ ⲉϥⲥⲟⲩⲉⲓⲧ. *Ego autem nullo iſtorum ſum uſus. Scribo haec non iam ut fiat ita in me.*

Bonum enim mihi magis est, ut moriar, quam ut gloriationem meam inanem quis reddere possit. Iam ut solet, *o* in *a* verso, ⲁⲛⲁⲕ legit pro ⲁⲛⲟⲕ Theb., Memphitica habet in plurali ⲁⲛⲟⲛ, *nos*. ⲛ̀ⲛⲉⲓ, mutato ⲁ in ⲉ ponit pro ⲛ̀ⲛⲁⲓ: ⲛⲁⲓ mox (nisi error sit) pro ⲛ̀ⲧⲁⲓ Theb: ⲉⲛ, *non*, pro ⲁⲛ: ⲛⲏⲓ pro ⲛⲁⲓ; versa heic ⲁ in ⲏ: ⲉϩⲟⲩⲁ pro ⲉϩⲟⲩⲟ, ut alias; ⲉϥⲥⲟⲩⲉⲓⲧ pro ⲉϥϣⲟⲩⲉⲓⲧ. Premit vestigia Theb. versionis, & dial. Theb., sed in ϣⲱⲡⲓ Memphiticam repraesentat. Corrige tu tamen ⲉϩⲣⲩ, & ⲧⲣⲉϥϣⲱⲡⲉ errata Theb., ut & hoc *secundum* in nostra, praemisso πρὸς ⲉ.

Vers. 16. ⲉⲓϣⲁⲛ ⲉⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲓⲍⲉ (tacita ⲅⲁⲣ Gr., & Memph.) *si evangelizavero*, ut in Theb.

Verum, ut de hac nostra dialecto paullo certiorem coniecturam facias, accipe brevem hanc seriem vocabulorum, quae cum Memphiticis contuli; nam Thebaica desunt.

Ex cap. VII. v. 36. ⲉϫⲉⲛ ⲛ̀ⲧⲉϥϣⲏⲛⲗⲓ, m. ⲉ̀ϫⲉⲛ ⲛ̀ⲧⲉϥⲙⲉⲧⲡⲁⲣⲑⲉⲛⲟⲥ, ἐπὶ τὴν παρθένον αὐτοῦ, *super virginem suam*: ϣⲏⲛⲗⲓ scilicet ex Theb. ϣⲉⲉⲣⲉ cum Memphitica terminatione τοῦ ⲓ. ⲁⲥⲉⲗⲛⲁϭ pro ⲁⲥⲉⲣⲛⲟϭ Theb., Gr. ὑπέρακμος, *superadulta*. ⲙⲁⲗⲉϥⲉⲓϥ, m. ⲙⲁⲣⲉϥⲁⲓϥ, ὅ.. ποιείτω (illud) *faciat*. ⲛϥⲉⲗⲛⲁⲃⲗⲓ (l. ⲛϥⲉⲗⲛⲁⲃⲓ) ⲉⲛ, m. ⲛⲡⲉϥⲉⲣⲛⲟⲃⲓ ⲁⲛ, οὐχ ἁμαρτάνει, *non peccat*. ⲙⲁⲗⲟⲩϫⲓ, ⲙⲁⲣⲟⲩϭⲓ, γαμείτωσαν, *nuptui tradant*. Vers. 37. ⲉⲁⲗⲉϩ ⲧⲉϥϣⲏⲛⲗⲓ, m. ⲁⲣⲉϩ ⲉⲧⲉϥⲡⲁⲣⲑⲉⲛⲟⲥ, τηρεῖν, τὴν ἑαυτοῦ παρθένον, *servare virginem suam*. ⲕⲁⲗⲟⲥ ϥⲛⲁⲉⲓⲥ, m. ⲕⲁⲗⲱⲥ ϥⲛⲁⲁⲓⲥ. Vers. 38. ϩⲱⲥⲇⲉ pro ϩⲱⲥⲧⲉ, ὥστε, *igitur*; ⲇ pro ⲧ usurpatur; quod saepe fieri deprehendi. Vers. 39. ⲧⲉⲥϩⲓⲙⲓ ⲙⲏⲣ, m ⲧⲉⲥϩⲓⲙⲓ ⲥⲟⲛϩ, γυνὴ δέδεται, *mulier alligata*: ⲡⲉⲥϩⲉⲓ ⲁⲛⲁϩ (fortasse ⲁⲛϩ), m. ⲉϥⲟⲛϧ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲉⲥϩⲁⲓ,

ζῇ

ζῇ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, *vir eius vivit*; ⲟⲩⲗⲉⲙϩⲏ ⲧⲉ, m. ⲟⲩ//ⲣⲉⲙϩⲉ ⲧⲉ, ἐλευθέρα ἐστὶν, *liberata est*. Verſ.40. ⲛⲁⲓⲉⲧⲥ̄ ⲇⲉ ⲛϩⲟⲩⲁ, m. ⲱⲟⲩⲛⲓⲁⲧⲥ ⲇⲉ ⲛ̀ϩⲟⲩⲟ, μακαριωτέρα δὲ, *beatior autem*; ⲙ̀ⲡⲛⲟⲩϯ, m. ⲛ̀ⲧⲉⲫϯ, Θεοῦ, *Dei*.

Ex cap.VIII v.1. ⲡⲥⲁⲟⲩⲛ (pro ⲡⲥⲱⲟⲩⲛ m.) ϣⲁϥ//ϫⲓⲥⲓ, m. ⲡⲉⲙⲓ ϣⲁϥϭⲓϭⲓ, ἡ γνῶσις φυσιοῖ, *scientia inflat*. Verſ.2. ⲡⲉⲧϫⲱ̀ⲙⲙⲁⲥ, m. ⲫⲏⲉⲧ ϫⲱⲙⲙⲟⲥ, *qui dicit*, εἰ δέ τις δοκεῖ, *si quis autem existimat*. Verſ.3. ⲉϥϫⲉ ⲟⲩⲁⲛⲟⲩⲉⲉⲓ ⲇⲉ ⲙⲏⲓ (ex ⲙⲁⲓ, & ⲙⲉⲓ) ⲙ̀ⲡⲛⲟⲩϯ, m. ⲫⲏ ⲇⲉ ⲉⲧⲉⲣⲁⲅⲁⲡⲁⲛ ⲙ̀ⲫϯ, εἰ δέ τις ἀγαπᾷ τὸν θεὸν, *si quis autem diligit Deum*. Nostra Graecae ed. adhaeret. Verſ.4. ⲛⲥⲁⲟⲩⲉⲉⲓ, m. ⲉ̀ⲃⲏⲗ ⲉ̀ⲟⲩⲁⲓ, *praeter unum*, εἰ μὴ εἷς, *nisi unus*. Verſ.5. ⲧⲡⲏ, memph. ⲧⲫⲉ, theb. ⲧⲡⲉ, *caelum*. ⲡⲕⲉϩⲓ, m. ⲡⲓⲕⲁϩⲓ, theb. ⲡⲕⲁϩ, *terra*. V.6. ⲉ̀ⲃⲟⲗϩⲓⲧⲁⲁⲧϥ, bis, pro trino m. ⲉⲃⲟⲗϩⲓⲧⲟⲧϥ, theb. ⲉⲃⲟⲗϩⲓⲧⲟⲟⲧϥ, ἐξ οὗ, δι' αὐτοῦ, (bis) *ex quo, per quem, per ipsum*. Verſ.8. ⲟⲩⲇⲉ ⲉⲛϣⲁⲛⲟⲩⲱⲙ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲛⲁⲉⲗϩⲟ//ⲩⲁ ⲉⲛ, m. ⲟⲩⲇⲉ ⲁⲛϣⲁⲛⲟⲩⲱⲙ ⲧⲉⲛⲛⲁⲉⲣϩⲟⲩⲟ ⲁⲛ, οὔτε ἐὰν φάγωμεν περισσεύομεν, *neque, si manducaverimus, abundabimus*. V.9. ⲥⲁⲙⲉ ⲇⲉ ⲙⲏⲡⲟⲥ, m. ⲁⲛⲁⲩ ⲇⲉ ⲙⲏⲡⲱⲥ: βλέπετε δὲ μήπως, *videte autem ne forte*. ⲛ̀ϫⲗⲁⲡ, m. ⲛ̀ⲟⲩ//ϭⲣⲟⲡ, πρόσκομμα, *offendiculum*. Verſ.10. ⲉⲣϣⲁⲛ ⲟⲩⲉⲉⲓ ⲅⲁⲣ ⲛⲉⲩⲉⲣⲁⲕ, m. ⲁϥϣⲁⲛⲛⲁⲩ ⲅⲁⲣ ⲉⲣⲟⲕ ⲛ̀ϫⲉⲟⲩⲁⲓ, ὁ ἐὰν γάρ τις ἴδῃ σε, *si enim quis viderit te*. Verſ.11. ⲡⲥⲁⲛ, m. ⲡⲓⲥⲟⲛ, ἀδελφὸς, *frater*. V.12. ⲧⲉⲓⲧⲉⲑⲏ, m. ⲡⲁⲓⲣⲏϯ, οὕτω, *similiter &c.* ⲗⲱϩⲧ pro ⲣⲱϩⲧ, m. ⲙⲓϣⲓ, τύπτοντες, *laedentes, percutientes*. Verſ.13. ⲟⲩϩⲣⲏ, m. ⲟⲩϩⲣⲉ, βρῶμα, *cibus, esca*. ⲡⲁⲥⲁⲛ, m. ⲡⲁⲥⲟⲛ, ἀδελφόν μου, *fratrem meum*. ⲛ̀ⲛⲁⲟⲩⲁⲙⲉϥ, *eum non manducabo*, m. ⲛ̀ⲛⲁⲟⲩⲉⲙ, μὴ φάγω, κρέα addit Graecus.

Ex cap. IX. v. 1. ⲙⲏ ⲛⲁⲛⲁⲕ ⲟⲩⲁⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲟⲥ ⲉⲛ. ⲙⲏ ⲛⲁⲛⲁⲕ ⲟⲩⲗⲉⲙϩⲏ ⲉⲛ. *Memph.* sequitur ordinem cod. Alexandr. ⲙⲏ ⲁⲛⲟⲕ ⲟⲩⲣⲉⲙϩⲉ ⲁⲛ ⲙⲏ ⲁⲛⲟⲕ ⲟⲩⲁⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲟⲥ ⲁⲛ. Hinc etiam apparet versionem nostram ex Graecis codd., qui omnes, ut ait Christian. Fridericus Matthaei, habent primo Ἀπόστολος, deinde ἐλευθέρος, fuisse confectam. Ceterum haec III. dialectus ⲁⲛⲟⲕ, & ⲣⲉⲙϩⲉ Memphitica effert ⲁⲛⲁⲕ, & ⲗⲉⲙϩⲏ. Inde tene ⲙⲏ ⲙ̀ⲡⲓⲛⲉⲩ, m. ⲙⲏ ⲙ̀ⲡⲓⲛⲁⲩ, οὐχὶ ἑώρακα, *nonne vidi?* Quae pone sequuntur ⲙⲏ ⲛϯⲁⲩⲛ ⲉⲛ ⲡⲉⲡⲁϩⲱⲃ ϩⲙ ⲡϭⲥ̄, versio nostra cum Gr. codd. adtexere videtur tamquam conclusionem vers. 1. Wilkins. vero ea ad initium 2. refert, ⲙⲏ ⲛ̀ⲑⲱⲧⲉⲛ ⲁⲛ ⲡⲉ ⲡⲁϩⲱⲃ ϧⲉⲛ ⲡϭⲥ̄. Reliqua omnia vers. 2., quae desunt, *errore festinantis librarii*, in cod. Alexandr. ut adnotatur in nuperrimis observationibus ad *variantes* eiusdem cod., exstant tum in Copt. Wilkins., tum in Aegypt. vers. III. dialecti. Vers. 3. ⲙⲙⲁⲓ, m. ⲙⲙⲟⲓ, ἐμὲ, *me*, Vers. 4. ϩⲓ pro ⲛⲉⲙ, καὶ, *et*, heic & alibi passim. Vers. 5. ⲙ̀ⲙⲉⲩ ⲉϥϯⲙ ⲉⲗϩⲱⲃ, m. ⲙ̀ⲙⲁⲩ ⲉϥⲧⲉⲙ ⲉⲣϩⲱⲃ, τοῦ μὴ ἐργάζεσθαι, *illud*, vel *hoc non operandi?* Vers. 7. ϣⲁϥⲉⲣⲙⲁⲧⲁⲓ, m. ⲉ̀ϣⲁϥⲉⲣⲙⲁⲧⲟⲓ, στρατεύεται, *militat*: ϣⲁϥⲧⲱϭⲓ ⲛⲟⲩⲙⲁⲛⲉⲗⲁⲁⲗⲓ, m. ⲉ̀ϣⲁϥϭⲟ ⲛⲟⲩⲓⲁϩⲁⲗⲟⲗⲓ, φυτεύει ἀμπελῶνα, *plantat vineam*. ϣⲁϥⲙⲁⲁⲛⲓ ⲛⲟⲩⲁϩⲓ ⲛⲉⲥⲁⲩ, m. ϣⲁϥⲁⲙⲟⲛⲓ ⲛⲟⲩⲟϩⲓ ⲛⲉⲥⲱⲟⲩ, ποιμαίνει ποίμνην, *pascit gregem ovium*. Vers. 9. ⲛ̀ⲛⲉⲕϯϭⲗⲏⲃ ⲉⲗⲉ̀ ⲛ̀ⲁϩⲏ ⲉϥϩⲓ, ubi ne ⲉⲗⲉ ⲛ̀... pro ⲉϩⲣⲉⲛ accipiatur, *duo* impediunt: absentia τοῦ ϩ in ⲉⲗⲉ, & ⲛ̀ nota articuli praefigendi τῷ ⲁϩⲏ pro ⲉϩⲉ, *bovi*: m. ⲛ̀ⲛⲉⲕϯⲥⲁϫⲟⲗ ⲉ̀ϩⲣⲉⲛ ⲉ̀ϩⲉ ⲉϥϩⲓ, οὐ φιμώσεις βοῦν ἀλοῶντα: *non alligabis os bovis triturantis*. Cetera habes

habes in parallelis versionum triplicis dialecti superius editis.

Sequentia, omisso Gr. textu maioris brevitatis gratia, cum vocibus unius Memphiticae versionis contulimus. Ex cap. 14. epist. 1. ad Cor. v. 34. ⲛⲉϩⲓⲁⲙⲓ, ⲛⲉϩⲓⲟⲙⲓ, *mulieres* : ⲉϣⲉϫⲓ, ⲉⲥⲁϫⲓ, *loqui*. 35. ⲉⲉⲓⲙⲓ, ⲉⲉⲙⲓ, *scire*, *discere* : ⲛⲉⲩϩⲉⲓ, (ⲛⲓϩⲁⲓ m.), *mariti*, sed versio ⲛⲟⲩⲣⲱⲙⲓ. 36. ⲟⲩϣⲗⲁϥ (an ex ⲟⲩϭⲣⲟⲡ) m. versio habet ⲟⲩϣⲱϣ, *turpe*, *opprobrium* : ⲟⲩⲥϩⲓⲙⲓ nostra & memphit. (ⲥϩⲓⲙⲉ Theb.) *mulier* : ⲡϣⲉϫⲓ ⲙ̀ⲡⲛⲟⲩϯ, ⲡⲥⲁϫⲓ ⲙ̀ⲫϯ, *verbum Dei* : ⲉⲓ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲓ̀ⲛ (cum theb.) ⲓ̀ ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ, *exire*, *prodire* : ⲡⲱϩ, ⲡⲟϩ, *pervenire*. 37. ⲙⲏⲏ, ⲙⲉⲩⲓ, *existimare*, *putare* : ⲟⲩⲉⲓ, ⲟⲩⲁⲓ, *quis* : ⲉⲗⲁϥ, ⲉⲣⲟϥ, *se*, alias *eum* : ⲙⲁⲗⲉϥⲉⲓⲙⲓ, ⲙⲁⲣⲉϥⲉⲙⲓ, *sciat*, *cognoscat*. 38. ⲥⲉⲛⲉⲉⲗⲁⲧⲥⲟⲟⲩⲛ ⲉⲗⲁϥ, revocata ad memphitica ⲥⲉⲛⲟⲓ ⲛⲁⲧⲉⲙⲓ ⲉⲣⲟϥ sonant : *ignoratus fiet ille*, idest ut Vulg. nostra habet, (ignorans) *ignorabitur*. Similia interpretans Wilkins. *κακῶς* certe vertit : (ignorans) ... *ignorans sit*. 39. ⲙ̀ⲡⲉⲗ, ⲙ̀ⲡⲉⲣ, *non* : ⲉϣⲉϫⲓ ϩⲉ̀ⲙ ⲡⲗⲉⲥ, ⲉⲥⲁϫⲓ ϧⲉⲛ ϩⲁⲛⲡⲗⲁⲥ, *loqui linguis*. Ex cap. 15. v. 1. ⲙ̀ⲙⲁⲧⲉⲛ, ⲙ̀ⲙⲱⲧⲉⲛ, *vobis* : ⲱϩⲓ, ⲟϩⲓ, *stare* : ⲉⲗⲉⲧⲉⲧⲏⲛⲟⲩ, ⲉⲣⲁⲧⲉⲛⲑⲏⲛⲟⲩ, *vos*. 2. ⲁⲧⲉⲧⲛ̀, ⲉⲧⲉⲧⲉⲛ, *vos* : ⲟⲩϫⲉⲓ (ab ⲟⲩϫⲁⲓ) in vers. memph. ⲛⲟϩⲉⲙ, *salvamini*, *salvi estis* : ⲉⲃⲟⲗϩⲓⲧⲁⲁⲧϥ, ⲉⲃⲟⲗϩⲓⲧⲟⲧϥ, *per eum* (heic *per quod*) : ⲉϣϫⲉ, ⲓⲥϫⲉ, *si* : ϩⲓⲃⲁⲗ ⲙⲙⲁⲛ, ⲥⲁⲃⲟⲗ ⲙ̀ⲙⲏϯ, *nisi*, *si non*. 3. ⲛ̀ϣⲁⲣⲡⲉⲡ, ⲛ̀ϣⲱⲣⲡ, *primum*, *in primis* : ⲕⲁⲧⲁ ⲛⲉⲕⲣⲁⲫⲏ, ⲕⲁⲧⲁ ⲛⲓⲅⲣⲁⲫⲏ *secundum scripturas*. 4. ⲙ̀ⲡⲙⲉϩ ⲅ̅, ⲙ̀ⲙⲁϩ ⲅ̅, *tertius* : ⲁϥⲟⲩⲁⲛϩϥ, ⲁϥⲟⲩⲱⲛϩϥ, *apparuit* : ⲡⲓⲓⲃ, sic & memphitica, *duodecim*. 5. ⲉⲫ ⲛⲥⲁⲛ, ⲛ̀ⲫ ⲛ̀ⲥⲟⲛ, *quingen-*

quingentis : ⲛⲟⲩⲥⲁⲡ ⲛⲟⲩⲱⲧ , *simul in unum* (congregatis) ⲉⲩⲥⲟⲡ , *simul* . 6. ⲁⲩⲉⲛⲕⲁⲧ , ⲁⲩⲉⲛⲕⲟⲧ , *dormierunt* . 8. ⲛⲟⲩϩⲟⲩϩⲏ , ⲙⲡⲓⲟⲩϭⲉ , *abortivo* : ⲁϥⲟ-ⲩⲁⲛϩϥ ⲉⲗⲁⲓ ϩⲱ̀ , ⲁϥⲟⲩⲱⲛϩϥ ⲉⲣⲟⲓ ϩⲱ , *visus est, apparuit & mihi* : ϩⲉⲛϯ ⲙ̀ⲡϣⲏ ⲉⲛ , ⲛ̀ϯ ⲙ̀ⲡϣⲁ ⲁⲛ , *non sum dignus* : ⲙ̀ⲡⲛⲟⲩϯ , ⲛ̀ⲧⲉⲫϯ , *Dei* . 10. ⲛⲑⲉ ϭⲏ ⲉϯⲁⲓ ⲙ̀ⲙⲟⲥ ϯⲁⲓ ⲙ̀ⲙⲁⲥ ϩⲉ̀ⲙ ⲡⲉϩⲙⲁⲧ ⲙ̀ⲫϯ , *sic igitur, quod sum , sum gratia Dei* . Ita & Thebaicam versionem , quam sequi solet dialectus III, habuisse arbitror . Ex ea Tukius locum hunc , licet alicubi , ut intelligo , corruptum , adfert pag. 2;6 Rudiment. , ubi ⲑⲉ pro ⲛⲑⲉ *nostro* legit , & ⲑⲉ demto ⲛ significare tradit *munus* , & *gratiam* . Memphitica legit ϩⲉⲛ ⲟⲩϩⲙⲟⲧ ⲛ̀ⲧⲉⲫϯ ϯⲟⲓ ⲙ̀ⲡⲉϯⲟⲓ ⲙ̀ⲙⲟϥ . Est heic observandum nomen ⲫ̄ϯ , *Deus* , in dialecto nostra scriptum compendiosa nota , more veterum Memphitarum , uti iam vidi in codd. Vatic. saec. XI. , nam recentiores sine hac nota scribunt ⲫϯ . Hinc apparet ⲫⲛⲟⲩϯ fuisse olim lectum : unde & lis inter eruditos de significatione , & pronunciatione τῦ , ⲫϯ excitata ex novo huius dialecti lumine dirimi posse videtur . Quamquam non ⲫⲛⲟⲩϯ hi tertiae linguae Aegyptii , qualescumque fuerint , pronunciarent , sed ⲡⲛⲟⲩϯ partim nempe thebaice , & partim memphitice . Vers. 12. ⲛⲉⲧⲙⲟⲟⲩⲧ , ⲛⲛⲉⲑⲙⲱⲟⲩⲧ m. , ⲛⲉⲧⲙⲟⲟⲩⲧ theb. , quam etiam vocem , ut versionem ; nostra quandoque adoptat , *mortui* . 15. ⲡⲏ , ⲫⲁⲓ , *qui* , *quem* . 19. ⲉϣϫⲉ ⲉϩⲗⲏⲓ ϩⲙ ⲡⲉⲓⲱⲛ'ϩ ⲙⲙⲉϯ ⲁⲛⲛⲉϩϯ ⲉⲡⲉⲭ̄ⲥ̄ ⲉⲁⲛⲁⲛ ϩⲛ ⲉⲃⲓⲏⲛ ⲉϩⲟⲩⲁ ⲓⲥ ⲇⲉ ⲉⲣⲱⲙⲉ ⲛⲓⲙ : *Si in hac vita tantum confidimus Christo , miseri sumus prae omnibus hominibus*, theb. apud Tuk. p. 109. in mox laud. *Rudim. l. Copt.* , ⲉϥϣϫⲉ ϩⲣⲁⲓ (l. ⲉϩⲣⲁⲓ) ϩⲉ̀ⲙ ⲡⲉⲓⲱⲛϩ , ⲙⲙⲁⲧⲉ ⲉⲛⲛⲁϩⲧⲉ ⲙ̀ⲡⲭ̄ⲥ̄ ⲉⲓⲉⲁⲛ ϩⲉⲛ ⲉⲃⲓⲏⲛ ⲉϩⲟⲩ ⲉⲣⲱⲙⲉ ⲛⲓⲙ :

ⲛⲓⲙ : memphit. ⲓⲉϣϫⲉ ⲇⲉ ⲛ̀ϩⲣⲏⲓ ϩⲉⲛ ⲡⲁⲓⲱⲛϩ ⲙ̀ⲙⲁⲩⲁⲧϥ ⲁⲛⲉⲣϩⲉⲗⲡⲓⲥ ⲉⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲓⲉ ⲧⲉⲛϭⲓ ⲛ̀ⲟⲩⲛⲁⲓ ⲉⲣⲟⲛ ⲉϩⲟⲧⲉ ⲣⲱⲙⲓ ⲛⲓⲃⲉⲛ . Tu confer trinae dialecti varietates . Tertia enim praeter usitatam litterarum quarumdam mutationem, semper miscet aliquid de Thebaica , & Memphitica . 21. ⲟⲩⲗⲱⲙⲓ , bis : ⲟⲩⲣⲱⲙⲓ , *homo* . 25. ⲉⲩⲣⲉϥⲉⲗⲉⲣⲣⲟ , ⲛⲧⲉϥⲉⲣⲟⲩⲣⲟ , *ut regnet* . Ibi, & 26. ϫⲉϫⲓ , ϫⲁϫⲓ , *inimicus* . 28. ⲡⲉϣⲏⲗⲓ , ⲡⲓϣⲏⲣⲓ , *filius* : ⲛⲏϥ , ⲛⲁϥ , *ei* : ⲉⲥⲉⲗⲉⲡⲫ̀ϯ ϣⲱⲡⲓ ⲉⲡⲧⲏⲣϥ : ⲛ̀ⲧⲉⲫ̀ϯ ϣⲱⲡⲓ ... ϩⲱⲃ ⲛⲓⲃⲉⲛ , *ut Deus sit omnia* . 29. ⲉⲙⲙⲁⲛ ⲉⲩⲛⲁⲉⲗⲗⲟⲩ , pro ⲉⲩⲛⲁⲉⲗⲟⲩ : ⲉⲙⲙⲟⲛ ⲉⲩⲟⲩⲛⲁⲁⲓϥ , *alloquin quid faciant* : ⲗⲱ idem ac ⲣⲱ , *item* , (he c) *iterum* , *rursus* , deest in Theb. & Memph. : ϩⲁⲣⲁⲩ (ϩⲁⲣⲟⲟⲩ in Theb. apud Tuk. pag. 232.) ϩⲉⲣⲏⲓ ⲉϫⲱⲟⲩ in Memph. *pro illis* . 30. ⲛⲛⲉⲩ ⲛⲓⲙ , ⲛ̀ⲟⲩⲛⲟⲩ ⲛⲓⲃⲉⲛ , *omni hora* : theb. ⲛ̀ⲛⲁⲩ ⲛⲓⲙ . Deinde corrige ex hoc nostro vers. in ipso Theb. post ⲁϩⲣⲟⲛ ϩⲱⲱⲛ apud Tuk. p. 231. ⲧⲉⲛⲕⲩⲛⲇⲏⲛⲉⲕⲉ . Noster enim legit : ⲓⲉⲉⲧⲃⲉⲟⲩ ⲛϩⲱⲱⲛ , (dial. sua) ⲧⲉⲛⲕⲓⲛⲇⲉⲛⲉⲩⲉⲓ , memph. ⲧⲉⲛⲉⲣⲕⲓⲛⲇⲓⲛⲉⲩⲉⲓⲛ . Vers. 31. ϯⲙⲁⲟⲩⲧ , ϯⲙⲱⲟⲩⲧ , *morior* : ⲡⲉⲭ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲥ̅ ⲡⲉⲛϭ̅ⲥ̅ : ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲓⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲉⲛⲟ̅ⲥ̅ , *Christus Iesus Dominus noster* . 32. ⲗⲉⲥϯ , ⲣⲁⲥϯ , *cras* . 33. ⲙⲡⲉⲗⲡⲗⲁⲛⲁ ⲛⲉⲥⲛⲏⲩ : ⲙ̀ⲡⲉⲣϭⲱⲣⲉⲙ , *ne seducamini fratres* ; sed *fratres* in Memph. deest . 34. ⲁⲩⲱ (sic semper , ut Thebaeus) ⲙ̀ⲡⲉⲗⲉⲗⲛⲁⲃⲓ , ⲟⲩⲟϩ ⲙ̀ⲡⲉⲣⲉⲣⲛⲟⲃⲓ , *& peccatum ne facite* .

Ex hisce vestigiis satis , credo , ut leonem ex unguibus , indolem tertiae ipsius Aegyptiae dialecti cognitam habes . Itaque haec nostra ex ingenio suo convertere amat ⲁ in ⲉ , ϣⲉϫⲓ efferens , ϫⲉϫⲓ , ϫⲉⲓ , pro ϣⲁϫⲓ , ϫⲁⲓ : ac

rursus ⲁ in ⲏ, ut ⲙⲡϣⲏ pro ⲙⲡϣⲁ, ⲛⲏϥ pro ⲛⲁϥ, & iterum ⲁ in ⲱ cum Theb., ut Corinth. I. XV. vers. 25. ϣⲁⲛⲧⲉϥⲕⲱ, *donec ponat*, pro Memph. ϣⲁⲧⲉϥⲭⲁ. Ita & ⲉ in ⲏ, ut ⲛⲑⲏ, *sicut*, ⲛⲧⲉⲓϩⲏ, *ita* c. 15. laud. ep. ad Cor. v. 22: ⲛⲧⲁⲓⲧⲉⲑⲏ, *sic*, *eodem modo*, & ⲛⲉϣⲉⲛϩⲏ, *quomodo*, pro theb. ⲛⲑⲉ, ⲛⲧⲉⲓϩⲉ, ⲛⲁϣⲛϩⲉ ⲛⲧⲉⲓ-ⲧⲉⲑⲉ; quod etiam accidit de ⲉ tum Theb., tum Memph., ubi v. 15. cap. 15. Paullinae ep. ⲙⲛⲧⲣⲉ, & ⲙⲉⲑⲣⲉ, fit ⲙⲉⲧⲣⲏ ex ⲓ in ⲉ, ut eodem loci ⲥⲉⲛⲉϭⲉⲛⲧⲉⲛ (forte ⲥⲉⲛⲉϭⲉⲛⲉⲧⲉⲛ) ⲥⲉⲛⲁϭⲓⲛⲉⲧⲉⲛ ex ϭⲓⲛⲉ theb., ⲥⲉⲛⲁϫⲉⲙⲉⲛ memph., εὑρισκόμεθα, *invenimur*: itemque in ει, ϩⲉⲓⲥⲓ pro ϧⲓⲥⲓ; ⲟ vero passim, & ⲱ etiam in ⲁ, ut ⲱ in ⲟ, ⲙⲉⲛⲉⲛϭⲟⲥ pro ⲙⲉⲛⲉⲛϭⲱⲥ, ⲟⲩ in ⲩ, ϩⲩ in ϩⲏ bis ϩⲏⲡⲟⲧⲁⲥⲥⲉ legens vv. 27. 28. laud. cap. 15. ad Cor. semel ϩⲏⲡⲟⲧⲁⲥⲥⲓ, & bis ϩⲩⲡⲟⲧⲁⲥⲥⲓ: ⲣ in ⲗ, ⲗⲱⲙⲓ dicens pro ⲣⲱⲙⲓ, ⲫ memph. in ⲡ, ⲡⲛⲟⲩⲧⲓ; aut ϫ, exceptis quibusdam nominibus, in ⲕ. Aliquando tamen libere utitur alterutrius dialecti vocibus, ut quum Theb. ⲣⲱⲙⲉ dicit (nisi error sit amanuensis) pro ⲗⲱⲙⲓ (*homo*) aut memph. ⲛⲟⲃⲓ *peccatum* pro ⲛⲁⲃⲓ.

Numquam in paucis hisce fragmenti nostri tabulis mihi occurrit τὸ ϧ *chei* memphiticum, sed unum ϩ *hori*: qua in re Thebaicam aemulatur. Unde v. 26., ubi Copt. vers. habet ⲡⲓϧⲁⲉ, nostra legit ⲡϩⲁⲏ, Theb. ⲡϩⲁⲉ. Quamquam vero aspiratam ⲫ vertere soleat in ⲡ: attamen in ⲫϯ memph., ut iam observavimus, nihil mutat. Plura, quae heic adnotanda occurrerent, missa facimus, ne diutius in molestissimis hisce tricis versemur.

§. XIII.

§. XIII.

Tertia Aegyptiorum dialectus tertiam sibi facile peperit Scripturae sanctae versionem.

QUod ad versionem ipsam spectat, eam *tertiam Aegyptiacam* esse puto, & propriam huius tertiae dialecti. Quamquam enim Thebaicam plerumque sequi videatur, ut & alicubi Memphiticam, indicia tamen sunt plura, quae eam a Graeco textu ἀμέσως ductam ostendant. Inter cetera illud est non obscurum, quod nobis suppeditat vers. 34. ex Copt. *estote* ⲉⲣⲉⲧⲉⲛⲣⲏⲥ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲙⲉⲑⲙⲏⲓ, *vigilantes in iustitia*, quo cum Thebaicum quoque convenit ⲛ̄ⲧⲉⲧⲛ̄ⲣⲟⲉⲓⲥ apud Tuk. pag. 402. Rudim. *vigilantes*, seu *vigilate*. Versio vero nostra ⲛⲓⲫⲏ ⲇⲓⲕⲉⲟⲥ manifeste habet ex Graeco ἐκνήψατε δικαίως. Ἐκνήψατε enim est ex *them.* νήφω *vigilare*, quo simpliciter sumpto, & ceteris Graeci verbi affectionibus, modisque neglectis, fecit ⲛⲓⲫⲏ, & δικαίως mutato αι in ε, & ω in ο fecit δικεος, *vigilate iuste*; quae lectio valet ad veriorem illam, antiquioremque Graeci textus lectionem confirmandam. Nam, ut Millius post *Estium* observat, quum scribae aut interpretes, quid sibi vellet ἐκνήψατε δικαίως *non intelligerent*, δικαίως mutarunt in δίκαιοι, ut inde haec esset sententia: *vigilate iusti*. Neque putandum est *tertiae* huius dialecti versionem eam fuisse, quae unam Apostoli Paulli epistolam ad Cor. complecteretur. Nam publicum commodum populorum, qui hoc idiomate utebantur, postulabat, ut & alios Scripturae S. libros eadem lingua vulgatos haberent. Sed eos inter Libyae Nubiaeve deserta post Mahumedanas clades interiisse oportet. Totum enim, ac ferme unicum istius versionis vestigium in hoc uno Borgiano fragmento positum est.

§. XIV.

Quorumnam populorum ſermo haec tertia dialectus in Aegypto fuerit?

Reliquum modo eſt, ut cuius gentis lingua haec noſtra dialectus fuerit, inquiramus. Verum ne in longum nimis inveſtigationis negotium protrahamus expeditiſsime dicam, tertium iſtud Aegyptiaci idiomatis genus fuiſſe *proprium Ammoniorum*: qua in ſententia me mirifice confirmavit dignitas, & auctoritas mei illius cl., doctiſsimique Praeſulis Borgiae, qui eam ſe iam diu ante in animo conceptam geſsiſse mihi ſignificaverat. Audiamus nunc Herodotum lib. 2. c. 42., ubi poſtquam cauſſam attulit, quamobrem Thebani *ſimulacrum Iovis arietina facie* facere inſtituerint, ſcribere pergit: ἀπὸ δὲ Αἰγυπτίων Ἀμμώνιος, ἐόντες Αἰγυπτίων τε καὶ Αἰθιόπων ἄποικοι, καὶ φωνὴν μεταξὺ ἀμφοτέρων νομίζοντες· δοκέειν δ᾽ ἐμοὶ καὶ τοὔνομα Ἀμμώνιοι ἀπὸ τοῦ δὲ σφι τὴν ἐπωνυμίην ἐποιήσαντο. Ἀμμοῦν γὰρ Αἰγύπτιοι καλέουσι τὸν Δία. *Ab Aegyptiis autem acceperunt* Ammonii, *qui ſunt Aegyptiorum atque Aethiopum coloni & LINGUAM INTER UTROSQUE USURPANTES*, (*ideſt*, ut in nota ad imum pag. 106. edit. Londinenſ. an. 1689., clarius exponitur, *lingua utentes*, *quae cum utrorumque lingua commune habet*). *Qui etiam mihi videntur*, *ideo ſe Ammonios cognominaſſe*, *quod Aegyptii Iovem* Ammonem *appellant*. Quae quum ego lego, videor mihi videre Herodotum, qui dialecti noſtrae linguam in *Ammoniis* Libyae ad vivum depingat. Haec enim una eſt, quae cum lingua diverſorum colonorum, quorum meminit Herodot., aliquid commune habeat.

At fortaſſe dices, tertiam hanc Aegyptiorum linguam conſtare partim ex Thebaica, & partim ex Memphitica dialecto: quae tamen *Ammoniorum* ab Herodoto dicitur, partim compoſita erat ex Aegyptiaca, partim vero ex Aethiopica.

Quaeſo te qui haec obiicis, paulliſper depone Thebaicae, & Memphiticae dialecti nomina, quae ad unum ab altero idioma diſcernendum nuper excogitata ſunt. Neque enim ignorare potes, hiſce fere diebus, quibus tandem Thebaica ſcripta per Europae urbes evulgari coeperunt, duo haec veluti *diacri-*

diacritica nomina uſurpari conſueviſſe. Arabes quoque Grammatici alteram ex his linguam صعيد *Sahid*, *partis*nempe *ſuperioris*, alteram *inferioris Aegypti* nuncupare ſolent. Quin & alii ſunt, qui *priorem auſtralem*, *ſecundam borealem*, *ſeptemtrionalem*, aut بحيرى *Bahiri*, *maritimam* vocant. Sed haec recentia nimis ſunt, quam quae ad expiſcandam originem, & naturam duarum linguarum, unde tertia *Ammoniorum* ante Herodoti tempora coaluerat, quicquam conferre valeant. Ut igitur rem hanc certioribus, quae haberi poſsint, argumentis comprehendamus, ad unius Herodoti dicta, ceteris dimiſſis, confugere neceſſe eſt. At vero Herodotus *unam* tantummodo linguam, quae hiſtorici noſtri aevo toti Aegypto non modo inferiori, verum etiam ſuperiori, immo & Thebis ipſis, unde univerſa Thebaidis regio nomen accepit, *communis* erat. Atqui haec una lingua eadem eſt ac illa quam *Memphiticam* hodie appellamus; quemadmodum ſatis ſolide, ni fallimur, in ſuperioribus demonſtravimus. Qui ergo inter Ammonios *coloni* erant, teſte Herodoto, Aegyptiorum, hanc unam *Memphiticam*, quae deinde cum aliorum colonorum lingua coniuncta eſt, ſecum in Ammoniacas regiones contulerunt.

Longe maior difficultas eſt in ea, qua coloni Aethiopum utebantur, quo primum tempore cum Aegyptiis convenerunt, inveſtiganda. Nemo, credo, erit, qui in rebus hiſce vel tantillulum eruditus, hanc Aethiopicam fuiſſe, qualis hodieque dicitur, & ſub hoc nomine vulgo cognita nobis eſt, ſuſpicari velit. Mirum enim quantum Aethiopica ab Aegyptia diſtet. Id probe norat Herodotus, nam lib.3. c.19. narrat de Cambyſe, qui exploratores miſſurus ad Regem Aethiopum Ichthyophagos in Aegyptiam civitatem *Elephantinam* accerſivit τοὺς ἐπισταμένους τὴν Αἰθιοπίδα γλῶσσαν, *maxime gnaros Aethiopicae linguae*. Oportebat igitur, ut hi noſtri coloni Aethiopum (1), lingua uterentur, quae commu-

(1) Non alii ii eſſe poterant, quam qui *ſacrorum communionem* cum Aegyptiis Thebaeis habebant, teſtibus Herodoto ipſo, Diodoro, Euſtathio, aliiſque: *Quod mirum nemini videri debet*, ait Iablonsk. l. II. *Panth.* pag.165., *cum talis ſacrorum inter Aegyptios, Libyes, & Aethiopes communio, tempore etiamnum Theodoſii iunioris Imperatoris ſervata fuerit, quod teſtatur Priſcus Rhetor in Eclogis legationum*. Ex hoc vero communionis genere linguae quoque communio coniici facillime poteſt.

commune aliquid haberet cum Aegyptia. Ecquae vero alia esse illa poterat nisi huius dialectus, quam Aethiopes Aegypti superioris finitimi, ante Herodoti tempora, sibi veluti propriam, nativamque fecissent? Quid enim eo verisimilius cogitari potest, quam ut contermini Aethiopes quotidiani commercii caussa, primi fuerint, qui Aegyptiacae linguae vocabula inusitato quodam ac spurio pronunciandi more, novam veluti illius linguae dialectum, iamdiu ante Herodoti dies, sibi creare coeperint: quae deinceps latius diffusa fuerit supra Elephantinam, & Aegyptum inter Aethiopes ad *insulam* usque Nilo circumfluam, nomine *Tacompso*? Scribit enim lib. 2. cap. 29. Herodotus *ab Elephantina desuper iam Aethiopes incolere*, *&* *dimidium insulae*; *nam alterum dimidium incolere Aegyptios*. *Insulam contineri ingenti stagno accolentibus circum Aethiopibus pastoribus*, quos Νόμαδες appellat, unde fortasse *Nóbatum* nomen derivatum est. Omnium proximiores fuere Blemmyes Aethiopes, qui Prophetas suos, adeoque & superstitionis suae ritus Aegyptiorum instar habebant. Quid non etiam coniicere liceat de Aegyptia lingua inter Aethiopes invecta, & propagata, quo tempore *ducenta & octo millia* Aegyptiorum bellatorum a Psammeticho Rege defecerunt, & e praesidiis Elephantinae urbis ad Aethiopiae Regem confertim accessere? *Illis enim colonis*, scribit Herodot. lib. 2. c. 30., *inter se collocati*, Aethiopes *facti sunt mansuetiores*, *moribus Aegyptiacis imbuti*.

Sed ab his quam longissime dissitis ad alios Aethiopes Thebaidi conterminos redeamus. Sunt hi *Nubitae*, quibus Cellarius, aliique geographi varias tribuunt sedes. De iis nos loquimur, qui in Libya ad latus occidentale Nili degebant. Hos autem, Herodoti aevo, non alio nomine, quam Νωμάδας appellatos arbitror; nam ille de Libyae habitatoribus lib. 4. scribens, quum dixisset cap. 187. *Libyas ab Aegypto ad Tritonidem paludem esse NOMADES*; & c. 197. ait: *a quatuor eam nationibus*, *&* *non a pluribus incolis*: *quarum duae sunt* indigenae, *totidem* non indigenae. *Libyes quidem*, *&* *Aethiopes* αὐτόχθονες indigenae, *quorum alteri* (nempe *Libyes*) *ad aquilonem Libyae*, *alteri* (Aethiopes nimirum) *ad austrum incolunt*: advenae *vero* *Phoeni-*

Phoenices, *&* *Graeci*. Utrique indigenae & *Libyes*, & *Aethiopes* finitimi erant, illi *ad ſeptemtrionem* inferioris Aegypti & Memphitarum, iſti *ad auſtrum* Thebaidis, qua cum, florentibus Thebis, longe maiora ac frequentiora commercia *Nomades*, iſti, ſive *Nubae* Aethiopes exercebant, uti & hodie exercent. Nec dubitat Valeſius ad not. in cap. 7. lib. 1. *H. Eccl.* Evagrii Scholaſtici, ubi epiſt. refertur impii Neſtorii ad Theodoſium Imp. de exſilio ſuo in *Oaſim* ſcribentis, quin *Nubae* ex Procopio lib. 1. *Perſicor.* Νωμάδες fuerint appellati. Eoque etiam refert teſtimonium Stephani *de Urb.*, quo *Nubas*, *ſeu Nubaeos* (ἔθνος Λιβύης) *vocitatos quoque fuiſſe Numides*, inquit, ſed appoſite ad haec Thomas de Pinedo ſubiungit: *Nomen mihi ſuſpectum*, *pro quo puto legendum* Νωμάδες. *Meam coniecturam confirmat Strabo*, *qui de eiſdem loquens eos* Nomades *appellat* lib. 17. *Reliqua ad auſtrum incolunt Troglodytae*, *Blemmyes*, καὶ Νέβαι, & Nubae, *&* *Megabari*, *qui ſupra Syenen* Aethiopes: εἰσὶ δ' ὗτοι Νομάδες, *ſunt autem hi Nomades*. Nulli vero magis, quam *Nubaei* ſuperioris Thebaidis confines, iidemque Aethiopum coloni, apti erant ad ſocietatem & morum, & *linguae* coëundam cum Libybus colonis & conterminis inferioris Aegypti. Si igitur dixero ex his finitimis populis primam traxiſſe originem eam dialectum, quam coloni Aethiopum tamquam ſymbolam contulerint ad tertiam illam Ammoniacam linguam cum Aegyptiorum, ſive Memphitarum colonis componendam, nihil me protuliſſe putavero, quod & Herodoti dictis, & rerum, de quibus agitur, eventui maxime conſonum videri non poſſit.

An igitur, dicet aliquis, *Thebaicae dialecti*, uti ea modo appellatur, auctores feceris *Nubas*, alioſve Aethiopas ſub Aegypto poſitos, eoſdemque Thebaidi conterminos? Verum, ut id ego faciam, nemo a me exſpectet, velim. Hoc unum affirmare audeo, nullum, ut iam ante obſervavimus, huius dialecti veſtigium nobis reliquiſſe Herodotum. Fieri tamen potuit, ut & ante Herodoti tempora, in plebeiorum Thebaidenſium ſermone verſaretur, unde confines Aethiopes Thebaicam, qualis modo dicitur, linguam acceperint. Nam & ſimili fere

fere modo nonnulli eruditorum originem Italicae linguae repetunt a veteri, eaque plebeia Latina. Quamquam, si etiam crediderim, finitimos Aethiopas principes fuisse Aegyptiaci (alias *Memphitici*) sermonis corruptores, novaeque auctores dialecti, non admodum difficile erit intelligere, quo demum pacto, post Herodoti obitum, accidere quiverit, ut ea a confiniis in sinum totius Thebaidis immigrarit; ibique tandem ad certas purioris elocutionis leges redacta, tamquam propria, & a Memphitica communi lingua distincta, non a vulgo tantum, sed ab ipsis quoque litteratis viris usurpata fuerit.

Quocumque tandem modo res ista evenerit, illud mihi prope certum videtur, colonos illos Aethiopas, de quibus loquitur Herodotus, dialectum Thebaicam impuram adhuc atque corruptam contulisse ad Ammoniacae linguae societatem cum Aegyptiorum colonis conflandam.

Quae si mihi eruditi viri concesserint, nullus ego dubitavero *Ammoniacam* appellare tertiam illam Aegyptiorum dialectum, qua certe scriptum est *fragmentum* nostrum Borgianum epist. I. ad Corinth.

§. XV.

De aetate fragmenti, & de illius auctore, quaerendusne sit inter Ammonios?

AN vero codex, unde excerptum est istud ipsum fragmentum, exaratum fuerit ab indigena *Ammoniacae* regionis, obiter saltem quaeri, indagarique poterit. Improbabile profecto non est, tum primum Scripturae sanctae, praesertim vero novi Testamenti versionem fuisse ea dialecto sacris tabulis commendatam, quum Iustiniani Imperatoris opera *Ammoniae* gentes ad Christianam religionem e turpissima *Iovis Ammonis* superstitione, quam a Thebanis Aegyptiis antiquitus acceperant, divinae pietatis munere, adductae fuere. Non dubito, quin iamdiu ante SS. Alexandrinae ecclesiae Antistites, interque ceteros Athanasius, iique in primis, qui ex *sex* Thebaidis Episco-

Episcopis, teste eodem magno Doctore *Apol. ad Constantium* n.32., tamquam exsules catholicae fidei caussa, εἰς τὴν Ἀμμωνιακὴν τῆς Λιβύης *in Ammoniacam Libyae* missi, eoque vivi, Deo duce, incolumesque pervenerant, operam omnem dederint, ut caecos *Thebani Iovis* adoratores ad unius veri Numinis cultum revocarent; sed frustra fortasse. Nam ecce, quid scribit Procopius lib.6. *de aedif.* c.2. *Duae sunt urbes unius nominis: utramque enim Augilam appellant... Antiquae ambae, eosque habentes incolas, qui priscis sacrorum ritibus dediti fuerunt. Nam omnes ad nostram aetatem superstitione laborarunt.... Vetusta hic erant templa* Ammoni & Alexandro Macedoni *sacra, quos ad* Iustiniani *principatum indigenae victimis coluerunt. Erat autem turba eorum quos vocant* Hierodulos. *Imperator praeter cetera quae liberaliter eis providit, mentes ipsorum religione sancta adeo feliciter imbuit, ut a patriis institutis ad Christum omnes converterit: quibus & DEIPARAE templum aedificavit, praesidium salutis, & verae fidei urbibus futurum.* Quae heic autem *Augilae* dicuntur, eaedem mihi esse videntur ac *duae* illae Aegypti civitates *Oases*, alias etiam *Avases parvae* nuncupatae respectu *maioris*. *Tres* enim Strabo lib.17. pag.813. diserte commemorat: Κατὰ τὴν Ἄβυδον ἡ πρώτη Ἄνασις (l. cum doctis viris ex mss. Ἄυασις) ἐκ τῶν λεχθεισῶν, τῶν τριῶν ἐν τῇ Λιβύῃ, δ᾽ ἔχουσα ὁδὸν ἡμερῶν ἑπτὰ ἐνθένδε δι᾽ ἐρημίας εὔυδρός τε κατοικία καὶ εὔοινος, καὶ τοῖς ἄλλοις ἱκανή· δευτέρα δ᾽ ἡ κατὰ τὴν Μοίριδος λίμνην. τρίτη δὲ ἡ κατὰ τὸ μαντεῖον τὸ ἐν Ἄμμωνι· καὶ αὗται δὲ κατοικίαι εἰσὶν ἀξιόλογοι. *Contra* Abydum *est* Avasis prima *ex tribus quae sunt* in Libya *dissita inde iter* per desertum *dierum septem: habitatio aquis, & vino abundans, neque aliarum rerum indiga.* Hinc intelligimus, cur magnus Athanas. in H. Arianor. ad Monachos n. 72. scripserit, impios, & crudeles Arianos extorres fecisse ex Libya Episcopos sanctissimos *Ammonium, Hermen, Anagamphum, & Marcum* εἰς τὴν ἄνω Ὄασιν *in superiorem*, primam nempe, *Oasim* contra *Abydum* positam: *Muim* vero, aliosque plures ex Thebaide εἰς τὴν Ἀμμωνίακην, *in Ammoniacam* (subintellige ex Strabone Oasin) *non alia mente, quam ut* διὰ τῶν ἐρήμων *per deserta loca transeuntes interirent*; quemadmodum interierant *quinquaginta*

millia delectorum militum, qui, quidem, iussu *Cambysis*, *e Thebis* moventes adversus *Ammonios*, ducesque sequuti, ad *Oasin* usque *beatorum* insulam nuncupatam iamque *a Thebis itinere dierum septem* διὰ ψάμμου *per arenas distantem*, *pervenerunt*, quum ab *Oasi* ultra progressuri, iterum διὰ τῆς ψάμμου *per arenas iter facerent*, *iamque medio fere spatio inter* Oasin, & Ammonios *pranderent*, (teste Herodoto ex Ammoniorum ipsorum narrationibus) *irruente valido*, *atque horribili austro*, *eoque ingestis magnis arenae cumulis* misere obruti *repente evanuerunt*.

Plures erant in Africa Avases. *Aegyptii* enim, ait Strabo eodem lib. p.791., Ἀνάσεις (αὐάσεις) *vocant regiones habitatas*, περιεχομένας, κύκλῳ μεγάλαις ἐρημίαις ὡς ἂν νήσους πελαγίας, *& maximis desertis circumdatas*, *quasi quasdam insulas Pelagi*. Unde La Crozio *Oasis* est *quasi locus in mediis arenis arboribus tectus* ab ⲟⲩⲁϩⲥⲓ, *Ouahsi*, ϛέγη, *tectum* sic dicta. Sed ex multis *Oasibus tres* tantum τρεῖς δ' εἰσὶν αἱ πρόσχωροι τῇ Αἰγύπτῳ, καὶ ὑπ' αὐτῇ τεταγμένοι, *sunt Aegypto finitimae*, *& ei* (post Ptolemaicos Reges, Romanorum nutu, auctoritateque) *subiectae*; tres illae scilicet, quas ante cum Strabone ipso ex p.813. numerare coepimus: *MAIOR*, sive *PRIMA*, quae est *e regione Abydi*, *SECUNDA iuxta Moeridis lacum*. *TERTIA Ammonis oraculo proxima*. Et *hae quoque*, nempe *secunda*, *& tertia*, subdit Strabo, *optimae sunt habitationes*.

Quod si *Augila* idem est ac *Auasis*; (nam uti ad τὰ Ἄυγιλα Ptolemaei adnotat regius cosmographus Petrus Bertius Boverius, *Augila*, seu *Augela*, & Avasis *regio hac etiam aetate via publica de Mauritania in Aegyptum*;) *Augilae* duae a Procopio indicatae, duae illae erunt *Oases*, sive *Avases* Strabonis, *secunda* nimirum ad lacum Moeridis versus Aegyptum, & *tertia ad Oraculum Ammonis*, in quibus, eodem Procopio teste, novam Iustinianus Imp. episcopalem sedem erigi curavit. Cetera de *Augilorum* nomine vide in *Oriente Christ.* cl. Le-Quienii tom.II. pag.637.638., ubi τὰ Ἄυγιλα *Ptolom.*, *aliis voce feminea* Ἀύγιλαι dicuntur, Plinio *Augilae* litteris latinis; unde fortassis sub Romanorum imperio quae *Avasilae*, *diminutivorum* more, quasi *parvae Avases*, dicebantur *Ausilae* contracte, & inde σ in γ con-

converso 'Αύγιλαι graece etiam scribi pronunciarique coeperunt. Ibi & allatum Procopii testimonium offendes, ex quo tamen male, ni egomet fallor, colligitur, *Augila*, idest *utramque* urbem *Augilam nuncupatam*, *illic stetisse*, *ubi Iovis Ammonis oraculum fuerat*. Ibi enim *unica* tantum *urbs Augila*, *tertia* nempe Strabonis *Avasis*, uti iam observavimus, exstabat.

In eo Le-Quienius probatissimus mihi est, quod *primum AUGILON*, sive *AUGILORUM Episcopum fuisse* censeat *Theodorum*, *qui an.* 553. *quintae synodo generali*, *Iustiniano Imperatore*, *interfuit*. Atqui sub haec ipsa susceptae Christianae religionis exordia novo *Ammoniorum* gregi nihil eo magis congruum, magisque optabile, & propitium erat, quam ut a publicis sacrorum curatoribus divinae Scripturae, sanctorumque inprimis Evangeliorum, & Paullinarum, aliarumque *Catholicarum* epistolarum versionem vernaculo sermone elaboratam acciperent. Est igitur unde ego credam, non unam modo huius nostri fragmenti aetatem cum epocha Iustinianaei imperii, circa dimidium saec. eccl. VI. coniunctam esse, sed & illius scriptorem indigenam fuisse ex ipsis *Ammoniacae Augilae* civibus, patriae linguae, & Scripturae sanctae egregie peritum.

§. XVI.

Dialectus, *quae* Ammoniaca, *eadem* Psamyritis, Nubiis, *&* Nigritis *communis putatur*.

VErum ab hac sententia nonnihil me distrahunt testimonia illa, quae Ludovicus Picques ex Grammaticis Copto-Arabicis de *tertia* Aegyptiorum dialecto بشموري *Bashmurica* appellata, uti iam ante audivimus, recitabat. Loca, quae vir doctissimus in *Commercio litter.* passim, sed praesertim in epist. an. 1695. die 15. martii ad *Consulem Francicum Mailletum* retulit, in memoriam revoca: *J'ay cherché*, inquit, *par tout* بشموري, *& je ne l'ay trouvé dans aucun moderne* *mais seulement en deux endroits d'ABULFEDA* *je prennois ce mot comme venu du Copte* ⲠⲤⲀⲘⲞⲨⲢ *versus Myrin* ... *Mais voicy* Abulfeda, *qui dit* ... *à l'endroit où le Nil se partage en deux bras*,

 dont

dont l'un va à Oſchmoun Tanai , *qui eſt le plus oriental*, *& l'autre à* Damiette , *qui eſt le plus occidental* : *l'Isle compriſe entre ces deux bras s'appelle* Al Baſchmour : *& après cette deſcription particuliere il dit d'* Oſchmoun Tanai : *c'eſt la capitale de la contrée* Al daqla , *& de celle de* Bahsmour . *Elle eſt ſur le Nil oriental* . *Tel donc qui parle* Copte , *parle ou* Bahiri , *ou* Bahsmouri . *J'ay ſoupçonné long temps* , *que le dernier fût un jargon des Chrêtiens de Syrie* , *ou de Grece* , *ou d'autres étrangers* . Sed ſemper adhuc incertus , & errans Mailletum rogat : *C'eſt ſur quoi je vous prie de me procurer quelque éclairciſſement* . Ubique ſcilicet deceptus eſt Arabica voce بشموري . Haec enim in Grammaticis illis *Copto-Arabibus* , quorum meminit Picqueſ. , ex Ⲡ-ⲤⲀ-ⲘⲎⲢ Aegyptia facta eſt ; idemque ſonat ac *partem*, ſive *regionem trans fluvium poſitam* . Quamquam Thomas Edwardus in epiſt. , qua ad priores Picqueſ. litteras reſpondit , بشموري . ⲠⲤⲀⲘⲎⲢ & ipſe exponens , ⲠⲤⲀⲘⲎⲢ , dixerit , *ſignificat* , *quod eſt ad terminos* , *ſeu fines regionis* . Verum & haec ipſa ſignificatio a re noſtra aliena non eſt .

Ubi ergo Grammatici Copto-Arabes *tertiam* Aegyptiorum dialectum بشموري dicunt , iure nos arbitramur eam intelligi , quae in ⲠⲤⲀⲘⲎⲢ , ideſt in *regionibus trans Nilum fluvium* Libyam verſus uſurpabatur . Sic etiam cauſſam recte percipimus , cur laudati ſcriptores eamdem dialectum بشمالي *in parte ſiniſtra* , nempe in Libyca Nili ripa , uſitatam agnorint . Conſona ſunt haec dictis Strabonis , qui ἐν τῇ περαίᾳ *trans fluvium* poſitas ſcribit urbes illas , quae ad latus *Libycum* Nili erectae erant, ut *Oxyrinchus*, ut *pars altera Thebarum* ἐν τῇ περαίᾳ , ubi *Memnonium* , & *Hieraconpolis* . Sed in hoc *transfluviali* Libyum latere , late nimium patenti , quinam praeciſe ii populi eſſent , qui *Bahsmirica* dialecto uterentur , res eſt obſcura ſatis , & inquiſitu difficilis . Nullas enim certas tertio huic idiomati ſedes Grammatici illi Arabes aſſignarunt .

Ex una Renaudotii *Patriarcharum Alexandrinorum Hiſtor.* de *Chail* Patr. XLVI. , certi aliquid de populis , qui *Basmiricam* linguam , tamquam propriam , & vernaculam habeant , mihi colli-

colligere licuit. Sunt hi *Bſchamiritae* ex Elmacino pag. 99. بشامرة, *Bſamyri*, a بشموري, Copt. ⲡⲥⲁⲙⲏⲣ ſic dicti, quaſi *transfluviales* in *ſiniſtro*, eoque *Libyco*, & *occiduo* latere Nili. Iſtorumque *provincia* erat in *Sahide* ſuperioris Aegypti. De his audi, quae ex pag. 226. eiuſdem Hiſt. refero, teſtimonia: *In tanto rerum tumultu Coptitae, ſeu Chriſtiani Aegyptii, adverſus Abdelmelicum rebellaverunt duabus in provinciis:* Bſchammyritae quidem in Sahide, *duce Menna filio Bekirae, alii circa* Oſiout: *adverſus quos cum duxiſſet exercitum Abdelmelicus, magna ſuorum parte amiſſa, debellatus eſt. Cum Meruan adverſus eos collectas tam ex Aegypto inferiori, quam adductas ex Syria copias miſiſſet, Coptitae inacceſſa loca obtinentes expugnari non potuerunt, multos imo hoſtes occiderunt, cum improviſo ex munitionibus egreſſi eos adorirentur.* Ne lictor, uti a duce Kuzaro iuſſus fuerat, gladii ictum impingeret in *Chailis* Patriarchae cervicem, vox illa *Praefecti* impedivit, qua dixit: *Quid utilitatis percipiemus ex ſeniculi iſtius caede? immo* ad Bſchammyritas *ſcribet, efficietque ut nos impugnare deſinant....* Bſchammyritae *captivos Muslemanos, quos in munitionibus ſuis habebant, partim occiderunt, partim eiecerunt. Adverſus eos Meruan partem copiarum miſit, quae regionem incendiis, caedibus, rapiniſque vaſtaverunt: Monaſteria ſpoliata diruerunt. Inter illa celebre erat quoddam virginum.... Exercitus Choraſianorum* (contra Meruan) *erat* ex altera Nili parte, *quia inter eos erant* Bſchammyritae, *qui inter alias rebellandi cauſſas praeſeferebant vindictas iniuriarum, quas Chriſtiani, & praecipue* Patriarcha *a Meruani factione, & eius ducibus paſſi fuerant*. Pag. 227. *Abdalla filius Meruani maior patrem aggreſſus eſt, monens, periculoſum eſſe talem caedem Patriarchae committere coram utroque exercitu, qui Nili tantum alveo dirimebantur: futurum inde, ut Coptitae iam ſatis infenſi, omnes undique Choraſaitis ſe adiungerent, aut ſi fugiendum eſſet, vindicaturos proculdubio ſanguinem eius, quem patris loco haberent; NIGRITAS* (1) *praeſertim in quorum regionem evadendum eſſet.* Quae

(1) *Nigritas* Chronicon Paſchale collocat ſub climate primo *in Aegypto*, Chriſtianae, ut puto, religionis cauſſa, quum a Patriarcha Alexandrino ob eam penderent. Nam alioquin a Plinio lib. 1. cap. 8. *Aethiopum gentes*

Quae quidem omnia apud Renaud. a Severo Aſchmonin. narrantur tamquam excerpta a *Iohanne* ſcriptore *Synchrono* Patriar. *Chailis*. Adde ex Actis Iacobi Patr. L. pag. 272., ubi *Coptitae, ſeu veteres Aegyptii, iique non uni; nam* Bſammyritae, *& alii, quorum memoria paſſim his in hiſtoriis occurrit, locis, genere, moribus plurimum inter ſe diſcrepabant*. Tandem in v. *Iuſabi*, ſive *Ioſephi* Patr. LII. pag. 280. narrata hiſtoria legationis Patriarcharum duorum, Alexandrini nempe *Ioſephi*, & Antiocheni *Dionyſii* ad *Bſammyritas* (1) ſub *Almamone*, haec ſubduntur: *Praeci-*

tes Nigritae dicuntur, ſed, ut Cellarius animadvertit p. 945. eorum *Aethiopum*, qui ſupra Aegyptum ſedes tenebant ad orientem ſolem in plaga auſtrali Aethiopiae. Vide & Dionyſii Periegetae carmen, quod laudat Stephan. *de Urbib.* cum notis Thomae de Pinedo ad vocem Νιγρῆτες *Nigrites*. Sunt & hi *Nubis* proximi, eorumque regiones deſignat Nubienſis geographus ex P. Clim. 1., ubi etiam pag. 18. nonnulla tradit de Chriſtiana religione a Nigris ſuſcepta Coptitarum temporibus ante ſectam Muſſelmanorum. Quinimmo *Nigri Nubae* a *Bar-hebraeo*, ſeu Abulpharagio, *ſuperiori Thebaidi finitimi* appellantur, & communi Aethiopum *nomine includuntur*, apud cl. Ioſ. Sim. Aſſemanum tom. II. *Bibl. Orient.* p. 330.; quo loci vir ſummus addit, eoſdem Chriſtianam fidem ſub Conſtantio Imp. fuiſſe amplexos, quemadmodum ſe antea ex Theophane oſtendiſſe dicit tom. 1. pag. 360., ut ita fabulam a Monophyſitis excogitatam & a *Bar-hebraeo* fuſe deſcriptam de *Iuliano Presbytero* Iacobita ſub Iuſtiniano principe malis uxoris *Theodorae artibus* ad *Nubas*, *Aethiopaſque* in religione noſtra erudiendos miſſo, reiiceret.

(1) Ignoſcat pius animus mei quondam amantiſſimi, doctiſſimique Praeſulis Aſſemani audaciae hominis, qui ferre neſcit *incogitantiae* notam ab eo hoc in loco Renaudotio impactam. Contendit, Renaudotium *non advertiſſe Byamitas, de quibus Eutychius, & Bar-hebraeus* pag. 346. tom. II. *Bibl. Or.* loquuntur, *eos ipſos eſſe, quos Elmacinus, & auctor vitae Iuſabi Bſamyritas appellant apud eumdem Renaud.* p. 279. At Elmacinus eos tantum *Bſamyritas* ſub *Patr. Chaile vocat*, quos Iohannes & ex eo Severus in vita eiuſdem *Chailis* ipſiſſimo nomine explicate deſignat. De *Bſamyritis* ſub aliis Patriarchis, qui *Chailem* exceperunt, ne γρῦ quidem apud Elmacinum habes. Rectius proinde Aſſemanus noſter dixiſſet *Bymaitas*, *de quibus Eutychius*, *& Bar-hebraeus* eos ipſos fuiſſe, quos Elmacinus non ſub Patriarcha *Iuſabo*, ut eidem Aſſemano viſum eſt, ſed ſub *Iacobo* pag. 137. اهل التيما appellat *populum*, ſive ut Erpenius vertit, *cives Taimae*, *quae ditionis eſt Aegyptiacae*; eoſque ab *Almamone* bello oppreſſos, & in captivitatem abductos narrat, nulla ibi facta mentione de *Dionyſio* comite Almamonis; quemadmodnm Aſſemanius ipſe fatetur; ſed, nec quicquam de Dionyſio memorat Eutychius, ubi *Bimaidarum* calamitatem deſcribit. Auctor vero vitae Iuſabi apud Renaud. pag. 279. nihil omnino de *Bymaitis* dicit. De unis agit *Bſchamiritis*, e quibus Renaudotius numquam arguere poterat, neque vero debebat, eoſdem fuiſſe ac *Byamitas*, *Bimaidas*, ſive *Bimaios* ab Eutychio, & Bar-hebraeo indigitatos. De his enim ſcribens pag. 273. in vita Iacobi Patr. ait:

Praecipuam eorum arcem nominant ; ſed vox ita ſcripta eſt in cod. ms. , ut qua ratione legenda ſit , quive locus intelligatur divinare non potuerimus . Haec Renaudotii teſtimonia excerpta ſunt ex lib. I. Hiſt. Severi Aſchmoninae Epiſc. exarata ſaec. x. vertente , ubi ea praeſertim , quae de *Bſammyritis* , aliis magno numero caeſis , aliis Bagdadum in ſervitutem avectis , ſciri poſſunt , habentur .

Atque ait : *Quinam illi* Bimai *fuerint hucuſque ſcire non potuimus , ob hiſtorici illorum temporum obſcuritatem* . Quumque Eutychius (quod ab Aſſemano noſtro accuratius obſervatum vellem) *Bimai* interpretatus fuiſſet *quadraginta virorum* , ſeu patrumfamiliarum , *progeniem* , nec *Bima* , nec *Taima* , ut habet Elmacinus , ſed *Nima* , per numerales nempe Coptorum litteras MA , XLI. , uti exſtat in codicibus duobus , altero *Regio* antiquiſſimo , altero *Seguieriano* Syriacis litteris exarato , legendum cenſuit Renaudotius . Quid plura ? Perperam confunduntur *Bſamiritae* cum *Byamitis* . Illi in provincia *Sabidis ſuperioris Aegypti* , iſti in *Aegypto inferiori* ſedes tenebant . De illis ſcribunt apud Severum Thebaidenſes hiſtorici in vit. Patriarchar. *Chailis* , *Iacobi* , & *Ioſephi* , de his ſcribunt Miſraitanus *Eutychius Miſrae* natus, atque in ea Aegypti regione commorans ; & ex ipſo Elmacinus . Utroſque ceu rebelles ferro , igne , & ſervitute ultus eſt Almamon ; ſed illos , ſic teſtantibus Thebaeis ſcriptoribus , duce *Afſchino* , iſtos , ut narrat Eutychius , duce, & (ex Elmacino) Aegypti praefecto *Almotaſemo* Almamonis fratre . Ut autem in Syrorum rebus, Aſſemano ipſo iudice , Syris ſcriptoribus maiorem quam Aegyptiis fidem adhibere praeſtat , ita & in Thebaicis , Sahidiciſve hiſtoriis gentiles magis quam ~~exteris~~ ſcriptores audire oportebit . Quod itaque *Bar-hebraeus* , ſive *Abulpharagius* Syrorum Iacobitarum ſcriptorum princeps unos ܒܝܐܡܘܝܐ *Biamoios* , vel *Biamitas* commemoret , neminem movere debet , ut credat eoſdem eſſe ac Bſamyritas *Shaidis* . Vix enim ex hoc Syriaco nomine intelliges eos ipſos fuiſſe , quos iuxta vulgatam Pocokii lectionem *Bimaidas* inferioris Aegypti dixit Eutychius . Duo propterea facta in unum miſcuit Bar-hebraeus . Neque ad illius fidem vindicandam dicere iuvat, eum , quaecumque de Biamitis ſcribit , e teſtimoniis accepiſſe *Dionyſii* Patr. Antiocheni , qui rebus hiſce in Aegypto geſtis una cum Patr. Coptitarum Ioſepho praeſens aderat . Nam unde , quaeſo , haec Dionyſii teſtimonia accepit ? Non ex ipſius certe ore ; obiit enim Dionyſius an. 845. , Bar-hebraeus an. 1286. Non ex illius *Chronico* , cuius Abulpharagius hoc loci non meminit , quodque ante Epiſcopatum Dionyſius ad an. uſque 775. ſcripſit , nec certo ſcitur , an aliquid ei poſtmodum addiderit ; etſi illud abſolviſſe dicatur p. 347. tom. II. *Bibl. Or.* ad an. uſque emortualem 844. His adde , quod vel Chronicon ipſum , uti mutilum exſtat eodem to. II. p. 102. & ſeqq. Aſſemanio ipſo ingenue fatente, varias alicubi luxationes & menda ſubiit . Praeterea , Dionyſii teſtimonium a Bar-hebr. laudatum iunioris additamenti , & fraudis ex eo ſuſpectum redditur , quod aevo ſuo in Aegypto inter Chriſtianos Coptitas ſe vidiſſe teſtetur , *regnantem ubique ſimoniam ; & quod ſacramentum baptiſmi differre ad quadrageſimum , & octogeſimum diem ſolerent , cum maximo ſalutis puerorum periculo* . Sunt enim haec partim vera , partim excogitata criminationum capita , ſed omnia multo poſt *Dionyſii* obitum cognita .

cæteros

Atque haec quidem, si paullo attentius consideraveris, ipso quasi indice tibi monstrare videntur populosam Bschammyritarum regionem supra provinciam *Osiut*, sive *Lycopolis* in *Sahide* trans fluvium Nilum ad latus Libycum. Ut enim tradit Mailletus in *Descript. Aegypti* pag. 298: *Tout le païs, que s' étend au dessus de Faoume jusqu' aux montagnes de Nubie, est à proprement parler la haute Egypte. C' est ce qu' on appelle au jour d' hui le SAIDI ... Essené est la capitale de cette province, qui n' a gueres moins d' étendue que tout le reste de l' Egypte ensemble. Elle renferme les plaines admirables, qui fournissent au Caire la quantité de bled, d' orge, de feves, & d' autres grains ou legumes* Et pag. 303: *Essené, qui est la Syené des anciens, & qui comme je l' ai dit, passe pour la capitale de la haute Egypte Après Essené les deux plus considerables de cette province sont* Sicut, *&* Monfelout. *C' est aux environs de cette derniere ville, & A' LA GAUCHE DU NIL, que se trouve la vallée des* Elouahs (1). Ce

(1) Vallem, regionemve *Oasitarum* ex *Oasi*, sive *Avasi* Strabonis *Alvahat* Arabice dictam, duce & auctore cl. D' Anvillio in egregio opere inscripto: *Memoires sur l'Egypte ancienne & moderne* pag. 186. 187. & seq., facile coniicies. Strabo distantiam inter *Abydum*, & *Oasim magnam* septidui itinere metitur, & hanc parem ei facit, quam Herodotus posuit inter *Oasim* & *Thebas*. Sed spectata proximiore positione *Abydi*, hinc ad *Oasim* iter circiter *quintidui* cogitari posse existimat. Cetera ex verbis ipsis tam excellentis geographi melius intelliges. *Un mémorie*, inquit pag. 187., *dressé au Caire en* 1701. *par* M. du Rolle ... *m' apprend, que trois jours de marche dans le desert, & vers le couchant, en partant de SIOUT, font arriver à une montagne de Sable, nommeé par cette raison* Ramlih, *& que le quatriéme jour on entre dans le pays d'* El-Ouah, *ou* Al-Vah. *Le lieu principal, ou la ville de ce canton, est à une journée & demie de la montagne, & son nom est* Hargué. *M. du Roule ajoute un détail des lieux que l' on rencontre dans un espace de trois journées depuis* Hargué, *sur la route qui conduit en* Nubie ... *Cet* El-Vah *est une plaine, qui dans sa longueur du Nord au Sud, n' ayant de largeur qu' environ une demi-journée, est arrosée par des sources, que les habitans, font couler sur leurs terres, qui rapportent de l' orge & du frument, mais qui sont principalement couvertes de dattiers ... il faut regarder comme un trait de l' imagination des Grecs, qu' ils l' aient appellée selon Herodote* l' isle des Binheureux (μακάρων νήσον). Plura addit de Oasi, sive *El-Vba minori*, deque utraque ut olim addicta *Eptanomidi*, sic & hodieque subiecta *Monf-lot* in *Vostani*, sive Aegypto media. Inter utramque intervallum agnoscit *centum mille passuum*: sed in *minori*, parvaque *Oasi* angulum peculiarem cum Olympiodoro discernit, qui a *maiori* penderet pari licet distantia dissitus. *Hibe* vero, sic dictum militare

Ce petit canton situé au milieu d' une vaste campagne de sables arides est fertilisé par les eaux de ce fleuve, qui y sont portées par un canal, dont l' ouverture est à trois journées delà.

Verum ut antiquiorem imaginem habeas illius *Sabidicae* provinciae, quam nos tamquam propriam sedem Bsammyritarum spectamus, accipe quid Geographus Nubiensis circa medium ecclesiae saeculum XII. de ea scribit in 4. parte Climatis primi: *Asuan (quae est ex propugnaculis Nubiae) terminos Sayd superioris, habet ab occidente coniunctam sibi* Alvahat, *quae modo deserta est ac diruta, priscis vero temporibus habitata, & fontibus irrigua erat: & ad haec usque tempora cernuntur in illa quaedam arborum reliquiae, & oppidorum destructorum, atque inhabitabilium rudera.* Haec p. 17. 18. Finitimas quoque habet *Nigritarum*, (de quibus supra loquebatur filius maior Mervuanis) regiones: unde subdit, *si quis ex* Alhuath *egrediatur ad terram Couar, & Kuku* (maiores Nigritarum urbes) *deprehendet in terris illis multa palmeta, variaque aedificiorum vestigia*: Eique (pag. 41.) *annexam* dat *ad meridiem terram Taguitarum.* Praeterea p. 19. *maior pars* Alvahat *protenditur* inferius una cum terra Aegypti, *& in illa cernuntur quaedam aedificiorum reliquiae*. Quin etiam pag. 97. terminum terrae Aegypti facit *ab occidente Alvahat*. Quae autem ad latus Nili occidentale una cum Aegypto protenditur, & terminus est Aegypti *ad occidentem*, quid aliud, nisi Liby-Aegy-

litare praesidium, in *prima*, & *Trinythreos* stationem in *secunda*, Duci Thebaidis antiquitus subiectas tradit. De montis Θινώδεος *arenosi*, *Ramlie* Arab., positione, eam observat *ultra El-Vab* meridiem versus designatam in Ptolemaeo videri, quam ex recentioribus notitiis *citra*, aquilonem versus, aptius statuendam putat. Non omnes tamen terminos, quos in *El-Vab* infimae aetatis geographi agnoscunt, D'Anvillius indigitat. Quare ad huius regionis statum & amplitudinem, qualis erat saec. VIII. IX. & sequentibus, indagandam, *Edrisium* quoque, Nubiensem scilicet, *Makrizium*, aliosque consulere praestat. Ex his vero tamquam terminos *El-Vab* indicatos habemus *Assuanam*, sive *Sienem*, *Nubas*, & Liby-Aegyptios Ptolemaei ad meridiem, ab oriente Siout, seu Lycopolim, & Aegyptum, ad occidentem *Nigritas*, quibuscum *Gademez* regionis, idest, ex Petri Bertii Reg. geographi adnotatis, *Oaseos* populi *negociantur*. Eademque, in tab. III. Africae apud Ptolem., via est inter occasum & septemtrionem ad proximum *fontem Solis*, deinde ad *Ammoniacam*, ubi *Oasis* a Plinio dicta *Ammoniensis*. Unde, si *El-Vab* habitatores erant *Psamyritae*, *transniliaci*, illud etiam coniicies, credo, quam facile & hi tertiam Aegyptiorum dialectum communem cum *Ammoniacis* habere potuerint.

ptiaca esse potuit illa, inquam, Libyae *exterioris* pars, quae superiori, inferiorique Aegypto adiacet. Porro & *orientali parti* Alvahat *coniunctus erat fluvius Almonhab, ibique diducebatur in rivos ad multum solum irrigandum. Et ab hoc eodem deductae, atque effossae fuerunt canales fluminum Fium*. Atque is idem *fluvius exiens e principaliore alveo Nili*, uti scribit cit. *Nubiensis* pag. 42. & 43., *originem habet prope Saul, fluitque ad plagam occidentalem, & illic vocatur* Almonha, *tum decurrens inter occidentem, & aquilonem spatio quatuor stationum attingit urbem* Albanhasa (1), *quae iacet ad ripam eius occidentalem*. Tandemque post varios alios, longosque circuitus *pervenit hic fluvius ad* Fium, *immergitque se stagno Acnae, & Tibamt*. Accedit his quod pag. 42. ab occidentali ripa Nili, supra ostium fluvii *Almonah* collocat urbem *Zamacher*, a qua per eamdem occidentalem Nili ripam *Montem Tilamon* (2) quin-

(1) Alias *Benhesê* vetus *Oxyrinchus* sub Graeco Ptolemaeorum imperio, a pisce *acuti rostri* cognomine ita dictus: civitas mediterranea, provinciae ut olim, sic & hodieque apud christianos Coptos metropolis, ingenti populorum multitudine, prodigiosoque monachorum, sacrarumque virginum numero, testibus Rufino in *vit. Patr.* c. 5., aliisque saec. IV. scriptoribus, refertissima. Vide insignem virum D'Anvillium in *Monument. Geograph. Aegypti* p. 169. 170., ubi reiecta duplici huius urbis positione, altera Pocockii iuxta Nilum in hodierno *Abu-Girge* situ, altera *Sicardii* longius quam par est transducta, *la ville*, inquit, *connue aujourd'hui sous le nom de* Benhesé, *sur le canal appellé* Bar-Jusef, *& dont l'emplacement est le plus convenable à* Oxyrinchus, *conserve également dans l'Eglise Copte la même dignité de métropole*; *& BENHESE'* (in latere Libyco Aegypti) *domine sur un district particulier*, *comme* Oxyrinchus *sur un nome de l'ancienne Egypte*. Vereor, ne iustos limites excesserit Mailetus, qui fines *Banbesé* in tabula sua produxisse videtur infra lacum *Moeridis*, aut *Carontis*, ad templum fere ipsum Ammonis, & desertum S. Macarii.

(2) الطيلمون, *Al-Tilamon*, in Arab. textu habet Nubiensis, alias Edrisius; ubi post ea, quae de distantia 5. mill. pass. Tilamonis a Zamacher recitavi, ita subiungit geographus: *Mons iste procedens ab occidentali parte* Tarib *alveum Nili praecludit*: *quare aqua rapido eum impetit fluxu, nec eum superat nisi cum difficultate, & praecipitio tali, ut* cymbis *tam ex Mesr* (Babylone) *ad* Asuan (Syenem) *ascendentibus, quam aliis aditum praecludat*. Confer tu ista cum particula fragm. X. Naniani apud Ab. Mingarellium ad pag. CCLX. & CCLXI., ut intelligas *Tilamonem* a Nubiensi ad alveum Nili descriptum, locum esse, ubi *navis* a pio quodam viro sub vitae exitum relicta monasterio S. Matthaei, naufragio periit. *Teilamon* appellat D'Anvillius p. 196. a *Tel* Arabica voce, *collis*, *mons*, & *arx* p. 116.; eumque totum latus occiden-

quinque tantummodo *millia paſſuum* diſtare ſubiungit. Eſt autem mons iſte Libycus ad occiduum latus *Lycopolis*, idemque celebratiſſimi. Hoc nomen acceperunt Arabes a ⲡⲧⲟⲟⲩ ⲛⲁⲙⲟⲩⲛ Aegyptiorum, illudque verterunt in *Teilamon*. Per hunc ipſum montem recta eſt navigatio, teſte Nubienſi, e civitate Babylone in Syenem, & hinc Babylonem. At vero, ſi quid lucis, quamvis exiguae, ad hanc ipſam Naniani fragm. particulam illuſtrandam, adiicere iis liceat, quae tam praeclare ab eruditiſſimo Mingarellio allata ſunt, quaeſo te, & haec pauca accipe. Mulier illa vidua, quae damnum ſubmerſi navigii ſenſit, quod mariti fidem de eo integre offerendo ſacris S. Abbat. Matthaei aedibus, daemonis fraude abducta, uti credebatur, fefellerit, dicitur ⲟⲛ ⲛ̀ⲣⲙ̀ⲡⲟⲗⲓⲥ ⲥⲛⲏ *civis & ipſa urbis SNE*, ſed habitans *Babylone*. Heic meus Mingarellius quaerit, *quaenam eſt urbs haecce, quam Aegyptius noſter vocat SNE? An Syene, an Cyne? an alia?* Neutra, inquam ego, nec alia quam *Aſna*, ſive *Eſne*, *Latopolis* ſub gr. lat. 25. Quum enim Aegyptii recentiores, ut in pronunciando, ita & in ſcribendo ſoleant pleriſque nominibus, (quemadmodum iam ante animadvertit Iablonsk.) praemittere modo *a*, modo *e*, aut *i*, quam illi urbem, alterutra harum litterarum praefixa, *Aſna*, aut *Eſne*, immo & *Iſne* appellant, veteres dixere ſimplici nomine *SNE*. De ea haec habet D'Anvillius pag. 208. *Latopolis ſe nomme ajourd' hui Aſſna, ou Eſſneh, comme qui diroit la brillante, ce qui chez les Chrêtiens Coptes peut ſe rapporter au ſang d' un prodigieux nombre des Martyrs, répandu dans un champ voiſin, ſous la perſécution de Diocletien. Quoi qu' il en ſoit*, Lato *ſelon la maniére Egyptienne d' employer ce nom, eſt la*

occidentale Nili a cataracte ſummo, & gr. latitud. paullo ſupra 24. ad Heracleopolim & Ptolemaida uſque ad 29. & ultra comitari obſervat. Idemque eſt ac *mons Libycus*, cui e regione ad latus orientale fluvii reſpondet mons Arabicus *Mokatam* Arab. dictus. Sed in ea parte, qua *Tilamon* a *Tarib*, circa *Siut*, ſeu *Lycopolim*, Nilum verſus procedit, ibi creat navibus pericula naufragii tum in aſcenſu, tum etiam in deſcenſu. Atque is ipſe locus, & mons eſt, de quo ſermo fit in pag. NT. Naniani fragmenti. Sic enim unus ex nautis, qui ſalvus forte fortuna e naufragio evaſerat, Babylonem uſque deſcendens natum infortunium mulieri boni quondam illius viri uxori enarrat:

ⲁⲩⲛⲟϭ ⲛ̀ϯⲏⲩ ⲧⲱⲟⲩⲛ ⲉϫⲱⲛ ϩⲁϩⲧⲉ̀ⲙ ⲡⲧⲟⲟⲩ ⲛⲁⲙⲟⲩⲛ· ⲁⲡϫⲟⲓ ⲧⲁⲕⲟ:

Magni ſuper nos venti inſurrexerunt APUD MONTEM Amonis: navis periit. Non eſt igitur *mons iſte*, ut hypotheſis cl. Mingarellii vellet in adnot. 7. ad cit. p. NT. Nan. fragm., quaſi *a S. Amun Nitrienſium monachorum auctore*, montis Amonis *nomen habuiſſet*, .. *in Nitria quaerendus*. Neque neceſſe eſt montem Nitriae paullo proximius ad parvam Hermopolim admovere, ut *navigium*, quod ex *Hermopoli verſus auſtrum aſcenderat, per alium Nili alveum Babylonem verſus* deſcendiſſe comprehendatur. Neque cogimur *Aegyptiis haec* illuſtrando *relinquere*: neque tandem huius *vocabuli* Ναμουν *prima littera radicalis eſt*, ut proinde *mons ille* vocaretur Namon: *il monte Namun*. Mons enim Amonis ab antiquis Aegyptiis dictus eſt de nomine profani numinis Amonis in Thebaide & Libya ce-

celebris in act. S. Matthaei Abbatis. At صول, *Saul* (1), prope quam fluvius artificialis *Almonha* initium sumit, ipsa est civi-

la même ville qu' Asna *dans les dictionaires Coptes*; quibus adde اسنا *Asna* apud Nubiens. pag. 43. Erat igitur haec mulier nata *Latopoli*, ubi hodieque etiam in tab. II. eiusdem D'Anvillii collocatur *Monasterium S. Matthaei*. Et ideo illa quoque civis dicitur *Latopolitana*, quasi natale solum commune cum eodem Abbate Matthaeo sortita fuisset Latopoli. De actis istius sancti viri fragmentum exstat in Borgiano Museo, sex & ipsum membranis constans, paginasque numerans a κ ad λα, & iisdem, quibus Nanianum, litteris exaratum. Et quoniam ex vit. S. Pachomii n. 72. in *Pachnum* Latopolis claruisse novimus Monasterium eiusdem instituti, verisimile fit, Matthaeum in eo Abbatem, sive Archimandritam fuisse, quidem, nisi me mea coniectura fallit, paullo ante Dioscori tempora. Quamquam in fronte fragmenti nostri calamo nescio cuius recentis scriptoris, qui latinam linguam aliquantulum norat, *Matthaeum* nuncupatum videam, *Abbatem in monasterio Asphon Latunopolis*. *Asphon* vero, *Asphun*, *Asphunis*, *Asphynis* apud Aegyptios loco τῆς *Aphrodites polis*, D'Anvillii iudicio, positum, & nomine, & situ a *Pachnum* in Latopolitano nomo differre videtur. Qua de re plura addere in praesentia non vacat. Alia alibi dabimus. Modo, ut eo redeam, unde paullo longius, quam par esset, diverti, uni Naniano fragmento me debere profiteor quicquid illud est, quod dixi de *Lybico monte* ad Lycopolim, *Teilamone*, eoque *Ammonis monte* Aegyptiace nuncupato.

(1) صول, ut me Golius docet, idem fere est ac صهل *Sabel*, *saeviens*, *hinniens*. In hac D'Anvillius *Saul* urbem a Nubiense indicatam agnovit. Sed non ita certum est, an *Saul* illa sit propter quam D' Anvillius ostium *Almonba* fluvii positum innuit. Nullum enim huius sive rivi, sive fluminis vestigium eo loci detexere neque *P. Protasius* Capuccinus, neque *Lucas* licet ambo in Baiura portu *Sabel* fuerint, alter an. 1666. apud Vansleb. & Thevenotum, alter an. 1717. ex tom. II. *Itiner.* lib. V. pag. 97., ubi *Sabet* pro Sahel, habet. Quodque mirum est, D'Anvillius *Baiouram*, adeoque & *Sabel* collocat in parte Nili occidentali, illi in orientali; qua data positione comprehendi non potest ostium canalis Almonha in latere occiduo fluvii: esse enim deberet ad ortum. An igitur *Sabel*, quae *Baiourae* portus appellatur, diversa erat a صول *Saul* Edrisii? Ita ego suspicarer, si mihi tantisper liceret a coniecturis, & ab opinione D' Anvillii recedere. Distantia, quam exhibet Nubiensis ab urbe برمنت *Armant* ad oppidum *Saul*, unde originem sumit *Almonab*, *est iter unius quasi diei*. Ac *Armant* ad occidente Nili aliud non est, quam *Lycopolis*, seu *Osiout*, vel *Siut*. Nam etsi superius mendosum dixerim in Lex. Copt. La-Crozii ⲉⲣⲙⲟⲛⲧ ex Kirchero, quatenus ita scriptum *Ermont*, idest *Hermonthim*, designat; si ⲁⲣⲙⲁⲛⲧ, aut ut est in Arab. ⲡⲁⲣⲙⲁⲛⲧ cum articulo legatur, & sine articulo, *Armant* ارمنت idem nomen est quod ارمنت Arab. loco laud. apud ipsum La-Croz. Hac spectata distantia, quaerenda esset urbs *Saul*

civitas *Sahel*, de qua vide D'Anvillium in *Geograph. Aegypt.* pag. 185. Non omnes tamen, qui per eas regiones itinera sua descripserunt, de *Sahel* tamquam de loco, unde originem trahat *Almonba* mentionem faciunt. Alii enim alibi ostium huius fluvii indicare videntur. Ad lacum, seu piscinam, quae statim ab egressu Lycopolis Nilum versus occurrebat, *les Egyptiens*, inquit Paullus Lucas in Oedeporico superioris Aegypti lib. 5. pag. 81., *avoient encore pratiqué autrefois, près de cet étang, un canal pour répandre les eaux dans la campagne voisine, & on le passe encore ajourd' hui sur un pont de pierre. Il ne faut pas confondre ce canal avec celui de* Joseph *dont j' ai parlé, puisqu' il ne commençoit qu' a* Melavi, *qui est à dix, ou douze lieves plus bas que SIOUT.* Illeque fortasse canalis est, quem *Vanslebius*, *Relation d'Egypte* pag. 369. *Dovideir* Nilum artificialem a *Siout* non multo procul dissitum, appellat.

Elovah, *petit canton*, inter arenosa latifundia, a Maileto dicitur ex recentiori Arabum topographia. Multo tamen maiora spatia non modo Nubiensis, verum etiam Makrizii aevo, complectebatur. Sic enim apud Renaudotium pag. 454. *de Patriarcha Alexandrino* tom. I. *Liturg. Or.*, eam describit Makrizius: *Est autem regio illa* Chaba, *&* Elwakhat *arenosa*, *& late patens*, *ex altera Nili parte occidentali*, *scilicet prope* montem Teilamon, *qui ad eam ripam extenditur. Ea autem regione significari Makrizius testatur, omne terrarum spatium a tractu Alexandriae, & Chairae inter* Sahid, Nubiam, *&* Aethiopiam; *& eius initium provinciae assignat ad terminos regionis* Assuan *Geographia Nubiensis*. Quibus Renaud. addit: *an Episcopi illic fuerint*, *dicere non possumus*, ob confusionem, ut puto, in urbium nomina ab Arabibus inductam.

Nunc

Saul haud multo supra *Douvideir* a Vanslebio, & ab ipso D' Anvillio in tabulis indicatum. Contra, distantia ab Osiout ad *Baiuram*, & *Sahel* ipsi fere *Diospoli* magnae *Thebisve* proximam, aequat spatium milliarium fere 90. Nec difficultas, ut recte monet idem ipse D' Anvillius, sita est in nominibus quasi diversis *fluvii Almonah*, & *fluvii* sive rivi, vel canalis *Almenib*; nam in textu Arabico Nubiensis idem omnino vocabulum est; nec *Almonab* dicitur nisi in Latino illustrium Maronitarum *Sionitae*, & *Hesroinitae* interpretum.

Nunc vero ſi iuxta chorographicas *Nubienſis*, *Makrizii*, aliorumque notas ſtatueris, provinciam *Alvabath* conterminam, habuiſſe *Syenem* in *Sayd*, illiuſque partem *orientalem* fuiſſe coniunctam cum territorio Lycopolis, eamque deinde protraxeris una cum fluvio *Almonah*, aut cum rivulis etiam atque canalibus ex eo derivatis, per arenoſos colles ad vaſtiſſimas uſque regiones *Marmaricae*, non alibi *Bſamyritas*, qui inito foedere cum populis verſantibus circa *Siout* contra Mahummetanos Aegypti principes rebellarunt, certius invenies, quam in *Alvahat* contigua eidem ipſi provinciae Siout ad montem *Tilamon* procedentem ex *Tarib*. Rurſus, ſi, ut ego intelligo, pars erant potior, atque validior ceterorum *Bſamyritarum* ii, qui per longum, ſabuloſumque Libyae Aegyptiae tractum ad Alexandriam uſque, *trans Nilum* in occidentali *latere* diffundebantur, non ſine cauſſa coniicies, tum eos, tum ultimos praeſertim habitatores *Elovah* inter africum & boream poſitos, vel pertinuiſſe olim ad *Ammoniacum* regnum, de quo ſcribit Herodotus, vel certe fuiſſe Ammoniis finitimos. Habes enim Mailetum, qui ad haec cogitanda te provocet. Sic enim de *templo Iovis Ammonis* pag. 295. ſcribit: *Et il ne faut, pas s'imaginer que ce temple autrefois ſi fameux fût la ſeule habitation les canaux & les acqueducs que les anciens Rois d'Egypte avoient pratiqués, pour faire paſser les eaux du Nil au delà des montagnes de la Libye, en portant le fertilité dans ces terrains ſtériles, avoient peuplé ces ſolitudes des villages, des bourgs, & même des villes conſiderables. Les ruines fréquentes que l'on rencontre encore aujourd'huj depuis le lieu où ce temple* (de Jupiter Ammon) *étoit ſitué en remontant vers la* Nubie *juſqu' à la valée des* Elovah, *ſont les preuves certaines de ce fait, qui nous eſt d'ailleurs atteſté par toutes les traditions Arabes*.

Quamquam autem *Bſamyritae* eſſent ii, qui cum *Lycopolitanis* rebellionem excitarunt in MerWanum, ſedeſque in *Elovah* provincia tenebant, eo tamen nomine veluti communi, atque generali, ante VIII. ſaeculum, appellatos puto eos omnes populos, qui *trans fluvium Nilum*, & ultra magnas Tilamonis moles, per ampliſſima Libyae Aegyptiae ſpatia, perque *Oaſes* duas, & loca ipſa Ammoniaci nomi longe lateque ad *Tinodem* montem,

ad

ad Nubas, ad Nigritas, & ad Aethiopes uſque porrigebantur; quemadmodum Thebaidis incolae dici conſueverunt quotquot dextrorſum, & ad orientalem ripam Nili ſedes obtinent in tota illa elatiſſimorum montium ſerie, quae a Cahira ad ſuperiorem uſque Aegyptum protrahitur.

Ut igitur Hebraica lingua ab עבר *trans*, & עברי *hebraeus transfluvialis*, unde *Ibri* R. Azariae apud Montfauc. *litterae transfluviales*, ſic & III. Aegyptiorum dialectus a ⲡⲥⲁⲙⲏⲣ, بشمور (1), *trans*, بشموري, *Bſamyritis transfluvialis*, quaſi ſcilicet *tranſniliacis* propria, haud temere dicta cenſetur. At illa eadem *Ammoniaca* eſt; quippe quae, ni egomet fallor, communis fuerit non unis modo Ammoniis, ſed & aliis pleriſque Libyae Aegyptiae populis, *Bſamyritis* in primis, qui *trans Nilum* fluvium ad meridiem, & occidentem ſolem in Sayde, & Elovah Ammoniis ipſis contermina, tum ante tum poſt Arabum invaſionem habitarent. Neque ab his diſiungendi ſunt aut *Nubii*, ſive *Nobatae*, qui a Diocletiano Caeſare ab Oaſeos, adeoque & ab Ammoniacae finibus adducti fuere ad Nilum prope *Elephantinem* extremam Aegypti urbem in latere Libyae, ibique demum Chriſtianae religioni nomen dederunt, aut etiam *Troglodytae*, quos Plinius ex iis fortaſſe, qui apud Strabonem, non ad unum Arabicum ſinum, ſed & ad auſtrum una cum Nubiis, & Blemmybus erant, in Ammoniaca collocat; vix enim dubitari poteſt, quin & ii eadem cum Ammoniis, & Bſamyritis, dialecto uterentur; utpote qui ex Libya & ipſi eſſent Aegyptia *trans* Nilum, quo iamdudum tamquam novi coloni conceſſerant.

Non me fugit, quid Arabes grammatici ſcripſerint de indole tertiae huius Aegyptiorum dialecti, quam بشموري *Bſamyricam* vocant. Sic enim eam depingunt, ut in *radicibus nominum*, atque *verborum* nullam habeat ſive cum *Memphitica*, ſive cum *Thebaica* coniunctionem. Quod quum faciunt, mihi propemodum ineptire videntur. Ecquod enim Aegyptiacae dialecti genus eſt, quod nullam prorſus vocabulorum deri-

(1) بشمور *Bſamyr*, ne hoc vocabulum aliud quid eſſe putes a *Pſamyr* Aegyptio. Quum enim Arabes *p* littera careant, *b* utuntur pro *p*, & *Bſamyr* ſcribunt pro *Pſamyr*.

derivationem, originemque a matre lingua agnoſcit? In hunc certe modum *Bſamyrica* lingua diverſa dici poterit ab Aegyptiaca, numquam vero illius dialectus. Quid, quod de re loquuntur, quam ſe penitus ignoraſſe ſignificant? Ita enim factum eſt, ut ne ullam quidem huiuſmodi dialecti voculam ſive ore, ſive ſcripto expreſsam nobis indicare valuerint. Hinc tanta illa ac tam varia eruditorum opinio orta eſt, ut alii tertiam iſtam Aegyptiorum dialectum *Baſmuricam*, ſic dictam a *Baſchmur* (1) inſula, in infimo *Delta* ad orientem, alii in **ⲡⲥⲁ-ⲣⲏⲥ**, vel **ⲡⲥⲁ-ⲙⲁⲣⲏⲥ** in *Auſtralibus* nempe locis, alii in *Scethi* tamquam *Syriacam* apud Monachos Syros quaeſierint: alii vero *Arabicam*, alii *Aethiopicam*, alii *Nubicam* ex *Arabicis*, & *Aethiopicis*, immo & ex Copticis vocabulis, ſed iis longe pauciſſimis, mixtam, alii *Graecam*, alii denique, & hi vero propius, *Oaſiticam* appellarint.

Nos *Ammoniacam* iam inde ab Herodoti temporibus cognitam, & a Bſamyritis *transniliacis* populis in Libya Aegypti, eaque maxime, quae in latere occidentali Sahidis, & Nubiam, Aethiopiamque verſus protenditur, ad Arabum uſque invaſionem ac fortaſſe etiam ultro, diu uſurpatam, excultamque, vocavimus. Iure ne, an iniuria, aequi iudices, doctique viri decernant.

§. XVII.

(1) *Baſchmour* inſulam, unde vir longe erudititiſſimus Ludovicus Picques tertiam Aegyptiorum dialectum *Baſchmuricae* nomen traxiſſe putabat, ille idem cum alibi, tum vero maxime in ep. ad Mailletum 15. martii an. 1695. ex Abulfeda deſcribit. Hoc tamen vocabulum vel in Abulfeda ipſo, vel in cod., qua utebatur Picques, vitiatum ſuſpicor. Nam D Anvillius illam eamdem inſulam in tab. 1. *Aegypti inferioris* ad p. 218., non *Baſchmour*, ſed *BAHSMOUT* expreſſe vocat. Nemo autem ſtudioſius, & accuratius, quam D'Anvillius de veteri, novaque Aegypt. geographia ſcripſit. Quamquam ſi quis legere malit *Baſchmour*, tum ego dixerim, non niſi diu poſt Almamonem inſulam iſtam eo nomine appellari coepiſſe a reliquiis *Bſamyritarum*, qui Bagdado ab exſilio revocati novas in ea ſedes ſibi deſtinari impetrarint; qua de re vid. Renaud. in *Hiſt. Patriar. Alexand.* pag. 281.

§. XVII.

Data hypotheſi de verſione Paullinae epiſtolae tertia Aegypt. dialecto inter Bſamyritas primum condita, ex diviſione capitum quid de tempore, & auctoribus fragmenti noſtri coniicere liceat, diſquiritur.

NOſtra modo refert pauca quaedam ſubiicere de aetate codicis, unde excerptum eſt fragmentum, verſionem exhibens Paullinae epiſtolae, *tertia* iſta Aegyptiorum dialecto, elaboratam, ex quo dubium oriatur, *an alibi quam intra Ammoniacae ditionis fines iſtud ipſum* ἀποσπασμάτιον *exaratum fuerit*. Profecto, ſi codex ſcriptus eſt inter Bſamyritas *Saydis*, aut *Elouah*, quum ii, uti credibile ſit una cum *Nubiis*, atque *Nigritis* (1) Chriſtianam fidem, Conſtantino, aut Conſtantio Imperatore, ſaec. IV., ante Ammonios ſuſceperint, non multo poſt eorum converſionem exaratus dici poſſet.

Sed forma diſtributionis rerum & argumentorum, quae in hac noſtra Paullinae epiſtolae verſione cernitur, tam nova, & obſcura mihi eſt, ut quibus auctoribus, aut quo maxime tempore in divinis hiſce Apoſtoli litteris adhiberi coeperit, nec coniicere, nec divinare ulla ratione queam. Prima diviſio & ſubdiviſio capitum Paulli epiſtolis praefixa auctorem habet ad an. aer. vulg. 396. *ſapientiſſimum quemdam*, & φιλόχριστον *Patrem*, natione Syrum, & in Syria Aegypto proximiore ſcribentem, quem, tacito nomine, quaſi incognitum laudat Euthalius num. II. Prologi in eaſdem epiſtolas. Vide doctiſſimi Zaccagni Praefationem n. L., & alibi in collectanea veter. monumentor. Altera *diviſio* Paullinar. epiſtolar. in *Lectiones*,

(1) *Nigritarum* nomine شودان Abulpharagius tum in dynaſtia VII., tum in Chronico Syriaco *Nubas* & *Aethiopes* generatim appellat. Hinc cl. Ludov. Picques ſcribens ad Aegid. Menagium die 18. april. 1698., ubi ex catalogo librorum *Haggi Calpha* num 911. recenſet *hiſtoriam Nigritarum & Abyſſinorum auctore ABILPHARAG Bagdadenſi an. Chriſti* 1171., *de NIGRITIS*, inquit, *ce ſont les NUBIENS*. Golius in شودان *Nigritas* interpretatur *Aethiopes*, ſed eos *peculiariter* ex Geog. Nubien, qui ſunt per Libyam, *Africamve diffuſi*. Similia habes apud Renaud. & Aſſeman. tom. II. *B. O.* pag. 331.

ctiones, & *versus* tota est *Euthalii Alexandrini*, *vel alterius Aegypti ecclesiae* diaconi, ab eo edita an. CCCCLVIII., ut idem Zaccagnius praeclare ostendit. Neutram ex his nobis observare licuit in variis, quae ex Borgiano cimeliarchio habemus, Thebaicae versionis fragmentis. Quod invicto argumento est, *prototypum* saltem huius versionis vel *primae* ipsius iam indicatae divisionis tempora praecessisse.

Unum est hoc nostrum fragmentum *tertia* dialecto exaratum, in qua *triplex nota* divisionis conspicitur. Prima est *capitum*. Perierunt ex *margine exteriori* col. 1. pag. (ΛΓ) membranae 1. superstitis, *litterae numerales* Z (7), & H (8), sed in *interiori* col. 2. integra manet Θ, quasi index cap. IX., cuius tamen initium est vers. 5. capitis VIII. secundum vulgatam divisionem Graeci textus. Pag. ΛΔ (34) col. 1. lit. I. indicare videtur cap. X. respondens vers. 7. cap. IX. eiusdem Graecae numerationis. Pag. ⲙⲅ (43) membranae II. col. 1. ad marg. exteriorem legitur ΙΗ veluti nota cap. XVIII., quod respondet v. 1. cap. XV. Gr. Ad marginem vero interiorem col. 2. numerales sunt ΙΘ, designantes fortasse cap. XIX., in Gr. caput XV. v. 12. Tandem pag. ⲙⲇ (44) in marg. interiori col. 2. character Κ notam refert cap. XX., quod apud Graecos est v. 32. eiusdem cap. XV.

Versiculorum numeri nulli sunt: sed eorum vices gerere quam aptissime possunt lata spatia, quae inter unum, & alterum orationis membrum, sive periodum, veluti certa distinctionum signa, perpetuo intercedunt.

Praeter pauca quaedam *lemmata*, & *hypolemmata*, quae ad marginem praesertim col. 2. pag. μλ cernuntur, nec tamen quid sibi velint intelligo, observari merentur litterae initiales maximae formae, eaeque floribus, aliisque figuris eleganter pictis illuminatae. Hae quidem initiales *plerumque* sunt illius primae vocis, unde incipit capitulum, uti accidit in exordiis capitum Θ. Ι. ΙΗ. ΙΘ. & Κ. Sed alibi etiam occurrunt, ubi nulla est novi capitis inchoatio. In his vero locis quid aliud muneris eis tribuendum putaveris, nisi hoc unum fortasse, quod est indicare *pericopas* Paullinae epistolae in divina

litur-

liturgia certis quibusdam diebus legendas? Ita & ego credo, nihil tamen firmi, quod statuam, discernere valeo; praesertim quum alicubi dubitem de fide, diligentia, & peritia amanuensis.

Iam formam omnem habemus illius *divisionis*, quae in *tertia* Aegyptiaca versione epist. 1. Paulli ad Cor. observata est. Quid modo dicemus? Quodnam exemplum ea sequitur? Illud ne quod antiquius est & a *Syro*, *venerandoque Patre* litteris commendatum a. 396. an recentius istud, quod est ab *Euthalio* diacono Alexandrino? Si una vel altera ex postremis *fragmenti* membranis, quae perierunt, exstaret, sciri proculdubio posset, num praeter K, *vigesimum* nempe caput, alia deinceps capita *quinque*, in quae residuum epistolae divisum esset a versu 35. cap. XV. ad finem usque XVI. numerantur. Tum enim numerus capitum KE (25.) in integris tabulis huius tertiae Aegyptiacae versionis Paullinae epistolae responderet numero pleno *capitum* simul, *&* *subdivisionum* antiquioris partitionis, quam *Euthalius* ipse retinuit pag. 591. apud Zaccagnium in *Elencho capitum*, *quae in Paulli epistola prima ad Corinthios continentur*, *quorum nonnulla particulares quasdam subdivisiones habent*, *rubris numerorum notis exaratas*. Nam *capita novem* erant, *subdivisiones sexdecim*; quae in unum redacta productum dabant summam KE (25). Sic autem scriptor fragmenti mutatis *subdivisionibus* in *capita*, plenum horum numerum ad *quintum* usque & *vicesimum* dedisset in partitione totius epistolae, imitatus *quodammodo* exemplum antiquioris divisionis, an. primum 396. institutae. Nec sic tamen nostra exacte responderet locis a Syro illo Patre in *subdivisionum* praesertim *Elencho* adnotatis. Verum hanc omnem discrepantiam unius librarii licentiae, ut & imperitiae, quae alicubi in oculos incurrit, tribuendam esse putarem.

Quid vero? Nonnisi divinando haec dicere potui. Desunt enim membranae illae, e quibus optata lux ad meas coniecturas fulciendas esset unice expetenda. Satius ergo erit, formam *partitionis* Paullinae epistolae, uti exstat in tertia Aegyptiorum versione, tamquam *mediam* spectare inter antiquio-

rem illam a Syro Patre editam, & recentiorem iſtam ab *Euthalio* an. 458. evulgatam; unde coniicere mihi liceat, Borgianum verſionis huius, hactenus incognitae, fragmentum, ſi inter *Bſamyritas* in lucem prodiit, non in inferiori Aegypto, neque in Thebaide ad oram Nili orientalem, ſed trans fluvium in occiduo, & Lybico eius latere, *quinto* labente, vel ſaltem ineunte *ſexto* fuiſſe exaratum. Sed ubicumque, & quocumque demum tempore editum velis, ſcriptum non eſt, niſi *tertia* illa Aegyptiorum dialecto, quam nos *Ammoniacam* dicimus, alii *Baſmuricam*, ſive rectius *Bſamyricam* vocant.

§. XVIII.

Thecla Aegyptia, femina ſanctiſſima, & Chriſtianae fidei cauſſa ſuppliciis affecta, quae ſaec. IV. *ſcripſiſſe traditur codicem Regio Alexandrino Britanicum, ex inſigni Muſei Borgiani fragmento nunc tandem detegitur.*

TEſtimonium de *traditione* codicis Alexandrini *Theclae* manu in Aegypto ſaec. IV. deſcripti, auctorem habet *Cyrillum Lucaris* Patriarch. olim Graecor. Alexandrinum, & Proteſtantium communioni addictum, de quo videas velim cl. Le-Quienium in *Patriarch. Alexand.* num. LXXXVIII. pag. 505. & ſeq. Is enim, qui ſederat *Alexandriae cum Meleſio* Piga *primum*, *deinde* ſolus *per novemdecim annos, ac totidem dies, donec an.* 1621,, *die* 5. *novembr. Conſtantinopol. urbis Patriarcha renuntiatus eſt*, nactus tanti pretii, tantaeque antiquitatis codicem, tamquam donum regia maieſtate dignum *Carolo I.* Britannorum Regi per *Thomam Roe* miſit an. 1626. cum hac epigraphe codici ipſi adſcripta: *Liber iſte Scripturae ſacrae N., & V. Teſtamenti, prout ex traditione habemus, eſt ſcriptus manu Theclae, nobilis feminae Aegyptiae, ante mille, & trecentos annos circiter, paullo poſt Concilium Nicaenum. Nomen* Theclae *in fine libri erat exaratum; ſed extincto Chriſtianiſmo in Aegypto a Mahometanis, & libri una Chriſtianorum in ſimilem ſunt redacti conditionem. Extinctum ergo & Theclae nomen & laceratum; ſed memoria, & traditio recens obſervat.* Hoc idem confirmat *Arabica*

bica inſcriptio *receniori* quidem *manu*, ſed ante *Lucaris* tempora poſt ſacrorum Bibliorum codicem, iuxta Grab., ſic exarata: نكروا ان هذا ال كتاب بخط تقل الشهد *Memorant hunc librum ſcriptum fuiſſe calamo Theclae Martyris*. Sunt quidem hae ambae inſcriptiones notiſſimae; ſed eas repetere eadem propemodum, qua cl. Woidius, neceſſitate compellimur; quippe quae totum intercidentis diſquiſitionis argumentum atque materiem nobis ſuppeditent.

Mirum profecto eſt quam magno animorum impetu Ariſtarchi quidam liberioris ingenii, Oudinius inter ceteros, & Werſtenius in huius traditionis memoriam ad eam dehoneſtandam, penituſque delendam irruerint. Nec eos aut Waltonii, aut Erneſti Grabii auctoritas compeſcere ac frenare valuit. De Waltonio, quod ſibi criticorum aſſenſum conciliare nequiverit, nil miror. Sic enim *Lucarianam*, & *Arabicam epigraphem* ſimul iunctam interpretatur, ut ambigat, *utrum a Thecla Martyre*, *in cuius laudem exſtat Or. S. Chryſoſtomi* ... *ſcriptus ſit codex*; *an vero*, *ita dicatur*, *quod ad monaſterium aliquod S. Theclae nomini*, *ac memoriae dedicatum pertinuerit*? Horum *prius tamquam abſurdum*, ne ipſi quidem Grabio arriſit, alterum obſcurat magis quam illuſtret nativum inſcriptae traditionis ſenſum.

At Grabii dicta & cogitata, quae de huius monumenti fide vir praeſtantiſſimus nobis expoſuit cap. 1. *Prolegomen. in V.T. iuxta LXX. Interpr.*, rem omnem in eo tam bono lumine videri poterant collocaſſe, ut ſatis virium ad impetum adverſariorum moderandum cenſerentur habere. Nam *Theclam a Protomartyre* primi ſaeculi plane diverſam, (ita ſcribit eo loci Grabius) *inveniſſe mihi videor apud GREGORIUM NAZIANZENUM*, *qui circa Concili Nicaeni tempora natus*, *provecta iam aetate THECLAE cuidam familiaris*, *tres ad eam dedit epiſtolas* 200., 201., 202., *in quibus quae ſcribit*, *huic* traditioni *non repugnant*, *immo bene conveniunt* ... *Atqui ſi vitam* Gregorii Nazianz. *inſpiciamus id omnino verum comperiemus*, *ac locum quoque monaſterii Theclae inveniemus*, *nempe SELEUCIAM* ... *Huic igitur* Theclae *eiuſque in vita monaſtica ſociis vel ſociabus codicem*

noſtrum

noſtrum attribuere nihil vetat: immo non ſolum hoc ſuadet, quod haud alterius cuiuſpiam Theclae, *Concilio Nicaeno recentioris, ulla in hiſt. eccleſiaſticae, ac priſcorum Patrum monumentis mentio occurrat, ſed & ratio temporis id omnino perſuadere videtur. Quippe claruit illa, uti modo vidimus, haud diu poſt Concilium Nicaenum primum quo ipſo tempore ſacrum hunc Bibliorum codicem ſcriptum fuiſſe, memorata a* Cyrillo Lucari *traditio itidem perhibet, ſicque adeo bene ſecum convenit, ut hoc ipſo fidem aliquam mereatur.*

Haec tamen Grabii dicta, probabilibus licet coniecturis innixa, acrioris cenſurae anſam Wetſtenianis, Oudinianiſque calamis praebuere. Coactus proinde eſt doctiſſimus Woidius Praef. in *N. T. ms. Cod. Alexandr. deſcriptum*, & editum *Londini an.* MDCCLXXXVI. *ſect. quarta de aetate codicis* novas cudere vindicias, quarum aliis *Lucaris teſtimonium*, aliis *Arabicam inſcriptionem*, aliis denique *Grabii ſcripta* ab Oudinii, & Wetſtenii vexationibus tueretur. Quae omnia Woidius egregie praeſtitit. Primo contra Oudinium, & Wetſtenium a mendacii, & fraudis crimine, deinde contra alios honeſtioris nominis criticos ab erroris accuſatione Lucarim, teſtimonii auctorem, defendit. Quin & Wetſtenium caſtigat, *qui ut* ex libidine ſua *Cyrillum rideret, atque refutaret, ea ipſi tribuit, quae ipſe non dixerat.* Temere a cenſore affirmari Lucarianum teſtimonium fundatum eſſe in Arabica inſcriptione, a qua & verbis, & ſenſu quam longiſſime differt: nec, niſi per ſummam iniuriam, dicam inſcribi Cyrillo, quod evitandi anacroniſmi cauſſa *Theclam Protomartyrem*, qualem facit Arabica *epigraphe*, ſtudioſe verterit in *nobilem feminam Aegyptiacam*. Quodque ad eamdem epigraphem ſpectat, illius auctorem coniicit unum fuiſſe ex Monachis, qui *virginem Aegyptiam permutaverint*, non cum *Thecla Protomartyre* primi ſaec., ſed *cum Thecla Martyre, cuius martyrium una cum Timothei, & Agapiti martyrio 19. auguſti celebrabat eccleſia Graeca*, & Euſebius narraverat lib. VIII. *H. E.* c.3. & *6*.

Pergit porro ad Grabium, & ad eum vindicandum ſuppetias, lucemque petit ab epiſtola aurati equitis *Thomae Rhoe* ad Abotum Epiſcopum Cantuarien. edita poſt Grabii obitum,

eique

eique proinde penitus ignota. Nam inter cetera de codice isto, tamquam sacro quodam liberalique dono Regi Britanico *dedicato* ea in epistola haec habet Roe: *Patriarcha* (Lucaris) *manu sua testatur Biblia haec scripta esse per virginem* Theclam, *filiam alicuius celebris Graeci* 'Αβγερίνος *dicti*, *qui monasterium in Aegypto in Castello Pharaos* (upon Pharaos ToWar) *fundavit*, *piam & doctam virginem*, *quae persecutionem passa est in Asia*, *& ad quam Gregorius Nazianzenus plures epistolas scripsit*. Quae quum Roe dicit, intelligo, plura ex ore Lucaris equitem accepisse, quam quae ille vel scheda, cuius meminit Grabius, vel in epigraphe ipsa adscripta codici explicaverat. Ex his tamen iure existimat Woidius, vim longe maioris, splendidiorisque probabilitatis addi *coniecturae* Grabii, qua cum Lucaris dicta, fido calamo a *Roe* explicata, tam bene apteque conveniant; etsi quae Roe scripserat, ignorarit Grabius. Alacrius proinde instaurata pugna cum Wetstenio & Oudinio, contendit, non confundi in Grabiana hypothesi *Theclam Protomartyrem saec. primi cum monasterio saec. quarti eidem dicato*; quia nemo, multo vero minus Grabius, *Protomartyris nomen* Theclae illi, quae saec. IV. Alexandrin. cod. scripsisse dicitur, tribuit: neque, ut defendatur Grabius, necesse esse *pro nobili muliere Aegyptiaca substituere virgines Seleuciae degentes*, quia nobilis *virgo* Aegyptia eodem saec. IV. facile potuit *Seleuciae monasterium adire*; neque Grabium Theclae nostrae, licet Nazianzeno coaevae, *centum* annorum aetatem tribuisse umquam; aut Seleuciensis monasterii virgines quamvis Theclae τέκνα *filias* a theologo Gregorio nuncupatas, tamquam ab ea natas, sed tantum educatas dixisse: neque etiam Theclam sive centenariam, sive octogenariam, sive septuagenariam κόρην *tenellae aetatis puellam* appellasse, sed *virginem*. Κόρη *enim non semper* κοράσιον, *sed etiam virginem* dici Hesychius, aliique magni nominis Graeci scriptores affirmant. Oudinium tandem vehementer falli, qui Theclam *a senescente Gregorio*, *& an.* 79. *saeculi quarti mortuo*, κόρην *teneram puellam* nuncupatam, codicem nostrum eodem saeculo scribere non potuisse decernit. Nam in Gregorii operibus, ac praesertim in carminibus ab eo de vi-

de vita sua editis epitheton κόρης, τῆς αἰδίμου κόρης Theclae antiquissimae Martyri, & fidei *pugili* cum Apostolis coniunctae non recentiori Theclae adscribitur. Grabium vero *errasse* dicit, *dum hoc* alibi *factum fuisse*, *memoriter* asseruit. Concludit postremo defensor, *Theclae nomen*, *Cyrilli Lucaris traditionem neutiquam erroris convincere*, adeoque *sine iactu cavillationis*, *hac* Theclae *appellatione* in posterum uti se posse confidit.

Praeclare Woidius! Facile & ego tam aequis, tamque etiam honestis, & ingeniosis vindiciis album adiiciam calculum. Sed vereor, ut quod res est ingenue dicam, ne nova illa equitis Roe de *Thecla* lumina novam immorigeris criticis cavillandi materiem praebeant? Quid enim est, quod Lucaris nonnulla eorum, quae *manu sua* testatus est apud Roe, reticuit in epigraphe adscripta codici? unde nomen illud Αβγερίενος Aegyptio-Graeca mixtione compositum? Qua lege Graeci genitoris filia *nobilis femina* Aegyptiaca appellatur? si iure domicilii, quid ni potius dicitur *Seleuciensis*? quid caussae fuit, ut Thecla, magno adhuc Athanasio vivente, monasterium desereret in *Pharaos* a parente erectum? Quo eventu accidit, ut in Asia magis quam in Aegypto *persecutiones* sustulerit? qua demum probabili ratione putabitur, codicem Alexandrinum fuisse a Thecla scriptum *Seleuciae*, & non in Aegypto, ubi diu ante Lucarim Aegyptiis monachis cognitus erat?

Unum est, crede mihi, *Borgianum fragmentum* mox proferendum, quo *traditio* de codice Alexandrino a *Thecla Aegyptia* descripto, iure omni evinci, & confirmari possit.

Specimen characterum, quibus exaratum est, damus in tabula seorsim posita. Ex eo coniicies quam magnae ac venerandae antiquitatis fuerit *Thebaicus codex*, unde illud excerptum est. Hunc non prototypum, sed exemplum esse arbitror satis accurate scriptum sexto vel septimo ecclesiae saeculo ante Arabum irruptionem. Acta, uti ego coniicio, complectebatur *SS. Martyrum*, qui excitata in christianos persecutione a Diocletiano & Maximiano Impp. passi fuerant in Aegypto. Haec visa mihi sunt omnino sincera, ac genuina. Nihil prorsus fabulosi praeseferunt: omnia in iis sine fuco, brevi, simplici,

perspi-

perſpicuoque ſtilo narrantur. Plura video, quae cum lib. VIII. *H. E.* Euſebii de Martyribus Aegypti comparari merito poſſint, Doleo ego tamen immane fatum codicis.

In poſtremo faſciculo fragmentorum nuper accepto, unicam, quae integra eſt, membranam forte fortuna invenimus ex eodem cod. avulſam. Paginas in margine ſuperiori numerat $\mu\theta$ & N: octerniones ⲇ. Deſunt igitur pag. 48., & octerniones 3.

Sed & duo, quae antea habebamus, ſuperſunt miſera *ſegmenta* ex duabus membranis ita a ſummo ad imum tranſverſe ſciſſis, ut diſperſis dein amiſſiſque ſuperioribus, *inferiora tantum ſegmenta* habeamus. Deeſt conſequenter in ſummo margine numeratio, & ordo paginarum: qua ex iactura illud etiam fit, ne certo ſcire queam, cuinam ſegmentorum priorem locum tribuere debeam, aut quam coniunctionem haec ipſa habeant cum priori illa membrana nuper inventa.

Interim Acta dabimus *Theclae* Aegyptiacae, & fratris eius *Paëſis*, uti ſunt ſumma fide excerpta.

Ex membrana I.

Pag. $\mu\theta$. col. I. ⲧⲟ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲛⲁⲧⲁⲝⲓⲥ ⲙⲛ ⲡ//
ⲙⲏⲏϣⲉ ϯⲛⲁⲗⲟ ⲉⲓϭⲟⲛⲧ (forte ⲉϭⲟⲛⲧ) ⲉⲣⲟⲕ
ⲙⲙⲟⲛ ϣⲁⲧ ⲛⲟϭ ⲛⲛⲟⲩⲧⲉ ⲡⲁⲡⲟⲗⲗⲱⲛ ϯⲙⲉ
ⲙ̀ⲙⲟⲕ ⲉⲙⲁⲧⲉ : —

ⲁⲩⲱ ϯⲛⲁⲥϩⲁⲓ ⲙ̀ⲡⲇⲟⲩⲝ ⲛ̀ⲑⲉⲓⲃⲁⲓⲥ. ⲉⲧ//
ⲃⲏⲛⲧⲕ ⲛ̀ϥⲧⲁϩⲟⲕ ⲉⲣⲁⲧ́ⲕ ⲉϫⲛ ⲙⲛ́ⲧ ⲛ̀ϯⲙⲉ
ϫⲱⲣⲓⲥ ⲡⲉⲕϯⲙⲉ ⲙⲙⲓⲛ ⲙ̀ⲙⲟⲕ

ⲁⲩⲱ ⲛⲉⲕⲥⲱϣⲉ ϯⲛⲁⲕⲁ. ⲛⲉⲩⲇⲩⲙⲟⲥⲓⲟⲛ ⲛⲁⲕ
ⲉⲃⲟⲗ

ⲁⲩⲧⲁⲙⲟⲓ ⲅⲁⲣ ϫⲉ ⲛⲧⲕⲟⲩⲅⲉⲛⲟⲥ ⲉϥⲧⲁ//
ⲉⲓⲏⲩ ⲁⲩⲱ ⲛⲉⲩⲅⲉⲛⲏⲥ

ⲡⲉϫⲉ ⲡⲡⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ ⲛⲁϥ ϫⲉ ϯⲛⲁⲥⲱⲧⲙ̀

ⲛ̄ⲥⲱⲕ ⲁⲛ· ⲁⲩⲱ ⲁⲩⲉⲓⲛⲉ ⲙ̄ⲙⲟϥ ⲉ̀ⲧⲉⲫⲩⲗⲁⲕⲏ ⲁⲩ//
ⲧⲁⲙⲉ ⲛⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ ⲉⲧⲁⲡⲟⲗⲟⲅⲓⲁ ⲙ̄ⲡϣⲁϫⲉ ⲙ̀ⲡ//
ⲇⲟⲩⲝ·

Col. 2. ⲁⲩⲣϣⲡⲏⲣⲉ ⲛ̄ϭⲓ ⲛⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ ⲁⲩϯⲉⲟ//
ⲟⲩ ⲙ̄ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ· ⲡⲉⲧⲛⲟⲩϩⲙ̄ ⲛ̄ⲟⲩⲟⲛ ⲛⲓⲙ. ⲉⲩ//
ϩⲉⲗⲡⲓⲍⲉ ⲉⲣⲟϥ

ⲙ̄ⲡⲉϥⲣⲁⲥⲧⲉ ⲇⲉ ⲁϥϩⲙⲟⲟⲥ ⲁϥⲧⲣⲉⲩⲉⲓⲛⲉ
ⲛⲁϥ ⲙ̄ⲡⲙⲁⲕⲁⲣⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁⲡⲁⲛⲥⲉ ⲁⲩⲱ ⲛ̀ⲕⲉⲥⲧⲱ//
ⲛⲁⲣⲓⲟⲥ· ⲁⲩⲥⲱⲛϩ ⲛ̄ⲛⲉϥϭⲓϫ ϩⲓ ⲡⲁϩⲟⲩ ⲙ̄ⲙⲟϥ
ⲁⲩϯ ⲛⲟⲩⲕⲟⲗⲗⲁⲣⲓⲟⲛ ⲉⲡⲉϥⲙⲁⲕϩ ⲁⲩⲛⲧ́ϥ ⲉⲃⲟⲗ
ϩⲙ̀ ⲡⲉϥϣⲧⲉⲕⲟ

ⲁⲥⲧⲱⲟⲩⲛ ⲛ̀ϭⲓ ⲧⲉϥⲥⲱⲛⲉ ⲁⲥⲡⲱⲣ́ϣ ⲛ̄ⲛⲉⲥϭⲓϫ
ⲉⲃⲟⲗ ⲉϩⲣⲁⲓ ⲉⲧⲡⲉ ⲁⲥϣⲗⲏⲗ ⲉⲥϫⲱⲙ̄ⲙⲟⲥ ϫⲉ
ⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲡⲡⲁⲛⲧⲟⲕⲣⲁⲧⲱⲣ ⲡⲉⲛⲧⲁϥ//
ⲧ́ⲛⲟⲟⲩ ⲙ̄ⲡⲉϥϣⲏⲣⲉ ⲙ̄ⲙⲉⲣⲓⲧ ⲉⲡⲕⲟⲥⲙⲟⲥ ⲁϥ//
ⲥⲱⲧⲉ̀ ⲙ̄ⲙⲟⲛ ϩⲓⲧⲙ̀ ⲡⲉϥ//

Pag. N. col. 1. ⲥⲛⲟϥ ⲙⲛ̄ ⲡⲉⲥⲛⲟϥ· ⲁⲩⲱ
ⲁϥⲁⲁⲛ ⲛ̄ⲣⲙ̄ϩⲉ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲛ̄ ⲧⲙ́ⲛⲧϩⲙ̄ϩⲁⲗ ⲙ̄ⲡ//
ⲇⲓⲁⲃⲟⲗⲟⲥ ⲉⲕⲉϯ ϭⲟⲙ ⲛⲁⲓ ⲙⲛ̄ ⲡⲁⲥⲟⲛ ϣⲁⲛⲧⲉ//
ⲛϫⲱⲕ ⲉⲃⲟⲗ ⲙ̄ⲡⲉⲛⲁⲅⲱⲛ. ϫⲉ ⲡⲱⲕ ⲡⲉⲡⲉⲟⲟⲩ ⲙⲛ̄
ⲡⲧⲁⲉⲓⲟ ⲙⲛ̄ ⲡⲉⲕⲙⲉⲣⲓⲧ ⲛ̄ϣⲏⲣⲉ ⲙⲛ̄ ⲡⲉⲡⲛ̄ⲁ ⲉⲧⲟⲩ//
ⲁⲁⲃ ϣⲁ ⲉⲛⲉϩ ϩⲁⲙⲏⲛ

ⲁⲥⲧⲱⲟⲩⲛ ⲇⲉ ⲛ̄ϭⲓ ⲧⲙⲁⲓ ⲛⲟⲩⲧⲉ ⲑⲉⲕⲗⲁ ⲁⲥ//
ⲙⲟⲟϣⲉ ⲙⲛ̄ ⲡⲉⲥⲥⲟⲛ ϩⲛ̄ ⲟⲩⲛⲟϭ ⲙ̄ⲙⲛ̄ⲧϫⲁⲣϩⲏⲧ

ⲛ̄ⲧⲉⲣⲟⲩ ⲡⲱϩ ⲇⲉ ⲉⲧⲉⲃⲏⲙⲁ ⲁⲩⲁϩⲉⲣⲁⲧⲟⲩ
ⲙ̄ⲡⲉ̀ⲙ̄ⲧⲟ ⲉⲃⲟⲗ ⲙ̄ⲡϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ

ⲡⲉϫⲉ ϩⲁⲣⲙⲉⲛⲓⲟⲥ ⲛ̄ⲁⲡⲁⲡⲁⲛⲥⲉ ϫⲉ ⲁⲙⲟⲩ ⲛ̄ⲅ

Col. 2. ⲑⲩⲥⲓⲁⲍⲉ ⲉ̀ⲙ̄ⲡⲛⲟϭ ⲛ̀ⲛⲟⲩⲧⲉ ⲛ̄ⲁⲡⲟⲗⲗⲱⲛ·
ⲛ̄ⲅ ⲃⲱⲕ ⲉⲡⲉⲕⲏⲓ ϩⲛ̄ ⲟⲩⲉⲓⲣⲏⲛⲏ

ⲁⲥ//

ⲁⲥⲟⲩⲱϣ'ⲃ ⲛϭⲓ ⲧϫⲱⲱⲣⲉ ϩⲛ ⲧⲉⲥ ⲯⲩⲭⲏ ϫⲉ ⲉϥϫⲉ ⲟⲩⲛ ϭⲟⲙ ⲙ̀ⲡⲉⲕⲛⲟⲩⲧⲉ ⲉⲧⲃⲉⲟⲩ ⲙⲡⲉϥ-ⲧⲁⲗϭⲟⲕ ϩⲙ ⲡⲉⲕϣⲱⲛⲉ

ⲡⲇⲟⲩⲝ ⲇⲉ ⲁϥⲁⲡⲟⲣⲉⲓ· ⲡⲉϫⲁϥ ϫⲉ ⲧⲁⲧⲱⲛ ⲧⲉ ⲧⲁⲓ ⲉⲥⲁⲡⲟⲗⲟⲅⲓⲍⲉ ⲛⲧⲉⲓϩⲉ.

ⲡⲉϫⲁⲩ ⲛⲁϥ ϫⲉ ⲧⲥⲱⲛⲉ ⲙ̀ⲡⲁⲏⲥⲉ ⲧⲉ

ⲡⲇⲟⲩⲝ ⲇⲉ ⲡⲉϫⲁϥ ϫⲉ ⲁⲓϫⲟⲟⲥ ϩⲙⲱⲧ ϫⲉ ⲟⲩⲅⲉⲛⲟⲥ ⲛⲁⲧϣⲓⲛⲉ ⲧⲉ· ⲁⲩⲱ ⲡⲉϫⲁϥ ⲛⲁⲥ ϫⲉ ⲑⲩϭⲓⲁⲍⲉ ⲙ̀ⲡ̂ⲣⲙⲟⲩ ⲕⲁⲕⲱⲥ

ⲁⲥⲟⲩⲱϣⲃ ⲛϭⲓ ⲑⲉⲕⲗⲁ ϫⲉ ⲛϯⲛⲁⲑⲩϭⲓⲁⲍⲉ ⲁⲛ.

Ideſt: *a militaribus ordinibus, & a plebe te vexari ſinam, niſi ſacrificaveris Deo valde magno vici tui* (1) Apollini. *Sed ſcribam duci Thebaidis pro te, ut te conſtituat ſuper medietatem vici, praeter eam vici partem, quae tui ipſius propria eſt. Et dimittam tibi agros tuos, & publica tributa tibi condonabo. Significatum enim*

(1) Hinc diſcimus, quae fuerit provincia, & patria *Theclae*, eiuſque fratris *Paëſis*. Provincia, *Thebais* erat *ſecunda*, patria, *Apollinis parva civitas*, ſic dicta a Ptolemaeo, in itinerario vero Antonini *Vicus Apollinis*, qualis & in hoc noſtro Borgiano fragm. appellatur. Nam, teſte Photio ſuperius laudato, vici magni *civitates parvae* dicuntur. D'Anvillius p. 197., *Vicum Apollinis*, duce Ptolemaeo, collocat in nomo *Coptite*. Sed ubi de diſtantia agitur, quae inter urbem Κόπτον *Coptum*, & *parvam Apollinis civitatem* intererat, eam in *Itinerario* a numero XXII. M. P. redigit ad XII., nec tamen patitur, ut quis cum *Scultenſio* breviorem faciat, illamque ad *tres* tantum *paraſangas* reſtringat. Poſitionem denique huius *vici* eamdem fuiſſe ſtatuit, quam poſtea tenuit *Kous*, civitas illa, quae ex magnificis ruderibus antiquioris *Apollinopolis* conſtructa tam celebris, & florentiſſima poſterioribus temporibus evaſit, ut una omnium maxime & opulentiſſima in tota Thebaide haberi ac nominari meruerit. Praeter hanc *parvam* in latere Nili Arabico erat & alia *Apollinopolis magna* in Libyco a Ptolemaeo commemorata ſupra *Latopolim*, atque multo ei proximior quam *parva*, infra ipſam, immo & infra *Thebas* in nomo, ut mox dicebamus, *Coptite* poſita. Quod ſi *Latopolis*, ubi tam multorum Martyrum memoria adhucuſque celebris viget, theatrum fuit glorioſi certaminis *Theclae*, & *Paëſis*, iam ſcimus *Vicum Apollinis* eum eſſe, unde hi fidei noſtrae athletae nobiliſſimi attracti fuerint ad decertandum pro nomine Chriſti: ſed neſcimus, qua in urbe dux Thebaidis tum temporis domicilium teneret. Nam ab ea, in qua prima iudicii actio in ſanctos confeſſores inſtitui coepit, *Dux* abfuiſſe videtur. Vide ſequentia in actis ipſis.

mihi est, de genere tuo, quod honoratum sit, & nobilitatis origine clarum. Dixit ei Sanctus: Non obaudiam tibi: & advenerunt custodes milites: & annunciarunt sanctis, caussam esse dicendam apud ducem (1). *Admirati sunt sancti, gloriamque dederunt Deo, qui salvat omnes, qui confidunt in eo. Postero autem die sedit* (2) (dux pro tribunali) *ut ad se adduceretur Beatus* Abba (3) Paëse: *& quae-*

(1) Qui hucusque loquutus est, & vario illecebrarum genere a Christianae fidei confessione ad falsi numinis cultum Beatum *Paësim* abducere studuit, non alius esse potuit, quam *Adiutor*, qui, ut habet notitia Imp. Orient., inter *officiales* ducis Thebaidis diserte commemoratur: ille scilicet, qui *vices gerebat* Praesidis absentis; ne is confundatur cum aliorum officialium adiutoribus, de quibus mentio quandoque fit apud Romanar. antiquitatum scriptores. Licuit ei delatum *Paësim* tamquam christianum, cuius praedia, ut ex actis liquet, fuerant iam fisco addicta, blanditiis tentare, & in carcere inclusum detinere: at ius legitimae quaestionis uni duci servatum erat. Et ideo *Commentariensis*, ad quem spectabat capitalium praesertim iudiciorum dispositio, praeco, & alii carcerum custodes indixisse dicuntur sancto confessori *Paësi*, eiusque sorori *Thecla*e, aliisque, ut scirent, responsa defensionis dari debere *Duci* ipsi interroganti & inquirenti. Vide Acta *S. Pionii Martyris* apud Ruinart p. 147. Quum enim Pionius, aliique socii iuberentur e carcere in templum adire, ut ibi interrogarentur, ait ille ad Polemonem, & ad Magistratum, eorumque satellites compulsores: *Eos, quos carcer incluserit, mos est adventum Consulis opperiri. Quid rem alteri debitam illicita temeritate praesumitis?* Nihilominus per vim in templum rapti, postquam nullis victi gentilium vexationibus, fortes & immobiles in fidei confessione perstitissent, reducti fuerunt in carceres, donec post paucos dies *Smyrnam Proconsul venit, oblatumque Pionium coepit audire*. At heic officiales ipsi sunt, qui exspectandum denuntiant adventum Ducis.

(2) *Sedere*, verbum sine alio adiuncto simpliciter usurpatur, ut & apud Latinos, Graecos, ipsosque divinos scriptores, pro eo actu, quo quis componitur ad solemne iudicium. In Actis magni Ep. & M. *Cypriani* apud Ruinart. p. 217. *Galer. Maximus Proconsul* Cyprianum *sibi offerri praecepit in atrio sauciolo sedenti*.

(3) *Abba Paëse*, ⲁⲡⲁ ⲡⲁⲏϭⲉ. Eo τȣ̃ *Abbà* titulo sanctus confessor *Paësis* insignitur; quod vel *ascetae*, seu monachi vitam egerit, vel *presbyter* fuerit. Neutrum certo scire possumus ex miseris hisce fragmenti nostri reliquiis. Sed ut magnus Antonius a S. Athanasio, ut *Pachomius*, Ammon, Pambo, aliique ineuntis saec. IV. monachi τȣ̃ Πατρὸς, aegyptiace ⲁⲡⲁ, aut Ἀββᾶ titulo appellabantur, ita & *Paësis*. Idem tu de presbyteris dicito. Iis enim & *Papae*, seu *Papatis nomen tributum fuisse* ex Mabillonio tom. 3. Analect. in Acta SS. Mammarii, & aliorum Martyrum Africanor. observavit Ruinart. p. 345., ibique adnot. 9. illustrans locum Actor. SS. MM. *Theodoti Ancyrani, & VII. Virginum*, ubi Papa *Beatus Fronto* laudatur, haec addit: *Graecum hic habet* ὁ Παπᾶς, *quo nomine donatur* Antonius *presbyter in Actis SS. Iuliani, & Basilissae in vetustissimo Lectionario Luxoviensi*: Παπᾶ scilicet, ut alias dixi, ab ⲁⲡⲁ cum addito articulo π.

& quaestionarii (1) *ligaverunt ei manus post tergum ; collare imposuerunt collo eius , & eduxerunt ipsum ex carcere .*

Tum surrexit illius soror , & extensis manibus in caelum , oravit dicens : Domine Deus omnipotens , ille qui misit Filium suum dilectum in mundum , & nos salvavit per corpus , & sanguinem eius a servitute diaboli , da mihi , & fratri meo virtutem , ut certamen nostrum perficiamus : quoniam tibi est gloria & honor , cum dilecto Filio tuo , & Spiritu Sancto in saecula : Amen . Surgens mox Dei amatrix THECLA perrexit una cum fratre magna cum animi fortitudine , & alacritate . Quum autem pervenissent ad tribunal steterunt coram praeside . Dixit ARMENIUS (2) *ad* Abba Paëse : *veni , & sacrifica magno deo* Apollini , *& domum tuam abi in pace . Interloquuta est illa quae fortis animi erat : si deus tuus potens est , quare te non sanat in infirmitate* (3) *tua ? Dux autem turbatus , & haesi-*

(1) *Quaestionarii* : sunt ii carnifices , & tortores , ita pariter nuncupati in Actis sinceris , & antiquissimis SS. MM. apud Ruinartium p.167. , ubi vir doctissimus inter cetera adnotat , eos , ut habet Du-Cangius in Glossar. Latino , Κουεστιοναρίους vocari . Sic enim dicti sunt in Romanorum Principum constitutionibus. Adde & κουεστιονάριος ex Gloss. Gr. eiusdem Du-Cangii . Apud Thebaeos heic ⲡⲕⲉⲥⲧⲱⲛⲁⲣⲓⲟⲥ dicuntur .

(2) *Armenius* . Novus est in serie *Ducum Thebaidis* , & hactenus incognitus : sed novum in Thebaide non est illius nomen . Nam inter monachos , qui n.60. vit. S. Pachomii primitiae appellantur contubernii exterorum ab eodem instituti , sub cura *Theodori* Alexandrini , ut is munere fungeretur interpretis apud eos, qui *Aegyptiacae linguae erant ignari* , numeratur *Domninus Armenius* , Δομνίνος Ἀρμένιος , sic dictus , non quia natione Armenus ; quum ex Ῥωμαίοις . *Romanis* , sive ex Constantinopolit. Patriarchatus , ut adnotant Bollandiani , esset ; sed quia id nominis , ut ego puto , gereret . Hinc & *Armenia* , mulieris nomen a Xenophonte commemoratur apud Stephanum *de urbibus* .

(3) Thecla , quae ex ore ducis *magnum deum Apollinem* appellari audierat , eumdem etiam consequenter *potentem* dici intellexit . Unum enim sine altero consistere nequit . Quoniam vero *Apollo* a gentilibus colebatur tamquam deus Ἀλεξίκακος *depulsor malorum* , & propter *medicinam effector , & auctor salutis* , hinc *Thecla* , divini Spiritus instinctu , occasionem nacta ex mala valetudine *Praesidis* fratrem suum *Paësim* compellentis ad immolandum deo Apollini , continere se non potuit , quin , praeoccupatis responsis germani sui ad confusionem *Armenii Ducis* , veluti ex obliquo continuo subderet : *Si deus tuus potens est, cur te sanum ab eo , quo laboras morbo non facit ?* Vid. Acta *S. Achatii Ep. & Mart.* apud Ruinart. pag. 153. , ubi *Marcianus Consularis ACHATIO* praecipit, ut sacrificet *Apollini servatori nostro , famis & pestilentiae depulsori , per quem omnis mundus servatur & regitur* . Aegyptii , & Thebaidenses gentiles , sub *HORI* nomine Apollinem venerabantur . Qua de re consule Iablonsk. lib. II. *Panth.* cap.4. inscripto *HORUS , Apollo* .

& haesitans dixit : unde isthaec est, quae sic pro sui defensione loquitur. Dictum ei fuit : soror Paësis est. Dux vero subiunxit : aio & ego iterum, quod hoc genus (subintellige Christianorum) *inverecundum est : & ad eam, sacrifica, dixit, ne infelici morte moriaris. At Thecla respondit : non sacrificabo.*

Col. I. *pag.* 2. *segmennti* II.

. ϫⲟⲉⲓⲥ . . ⲙⲙⲟⲟⲩ . . . ⲉⲛⲧⲁⲣⲉϩⲱⲃ́ⲥ ⲛⲛⲉⲧⲕⲏⲕⲁϩⲏⲩ · ϯⲛⲁⲧⲣⲉⲩϩⲱⲃ́ⲥ ⲙ̀ⲡⲟⲩⲥⲱⲙⲁ ϩⲱⲱⲧⲉ ⲁⲩⲱ ⲡⲉⲧⲛⲁϩⲱⲃ́ⲥ ⲙ̀ⲡⲉⲩⲥⲱⲙⲁ · ϯⲛⲁ ⲁⲥⲕⲉⲡⲁⲍⲉ ⲛ̀ⲧⲉϥⲯⲩⲭⲏ : —

ⲑⲉⲕⲗⲁ ⲇⲉ ⲛⲉⲥⲙⲁⲕϩ ⲛ̀ϩⲏⲧ ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲉⲓϣⲁϫⲉ ⲛ̀ⲧⲁⲡⲁⲅⲅⲉ (supple) ⲗⲟⲥ

Col. II.

. ⲛ́ . . . ⲉⲓⲉⲣⲉ ⲛⲉⲑⲩⲣⲓⲟⲛ ⲛⲁⲟⲩⲟⲙⲧ ⲛ̀ⲥⲉⲙ ⲕⲱⲱⲥ ⲙ̀ⲡⲁⲥⲱⲙⲁ ⲛⲁⲅⲁⲡⲏ :

ⲁⲩⲱ ⲁϩⲁϩ ⲛ̀ⲣⲉⲙⲙⲁⲟ ⲛ̀ⲧⲉⲩⲡⲟⲗⲓⲥ ϫⲟⲟⲩ ϣⲁⲣⲟⲥ · ⲉⲩⲟⲩⲱϣ ⲉϫⲓⲧ ⲥⲛⲁⲩ ⲛⲥϩⲓⲙⲉ · ⲁⲩⲱ ⲙ̀ⲡⲉⲥⲟⲩⲱϣ : ⲛⲉⲥⲡⲣⲟⲥⲕⲁⲣⲧⲏⲣⲉⲓ ⲉⲛⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ ⲉⲥⲇⲓⲁⲕⲟⲛⲉⲓ ⲉⲣⲟⲟⲩ · ⲛⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ ⲇⲉ ⲛⲉⲩⲥⲙⲟⲩ ⲉⲣⲟⲥ ⲉⲩϫⲱⲙⲙⲟⲥ · ϫⲉ ⲉⲣⲉⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲥⲙⲟⲩ ⲉⲣⲟ · ⲙ̀ⲡⲟⲩⲥⲟⲛ · ⲙⲛ ⲡⲟⲩⲕⲟⲩⲓ . . . *Reliqua perierunt.*

Praecesserat, credo, in superiori, eoque maximo huius col.I. segmento historia de *Thecla*, impio iudicio praesidis, addicta *supplicio siphonis*, de quo infra. Et quoniam eo supplicio damnati, toto nudato corpore, vinculis constricti ignominiosum spectaculum de se dare miseri cogebantur, ne mulier castissima pudoris metu ob nuditatem membrorum nimio plus angeretur, sed ignominiae vim pro Christo fortiter, patienterque ferret, ϫⲟⲉⲓⲥ *Dominus* per *Angelum* suum, sic eam, dum iam esset applicanda *siphoni*, in aperta visione affatur : (Ego) *qui nudos operio, operiam & corpus, & qui corpus protego,*

tego, *protegam & animam eius*. *THECLA autem de hoc sermone ANGELI secum ipsa recogitans* Quid heic? Ecce iterum referre non possumus, uti erat, historiae textum, qui avulsus evanuit, avulso toto superiori segmento sequentis col. II. Quid tamen egerit, dixeritque *Thecla*, satis colligitur ex his, quae integra in inferiori segmento supersunt. Nam fortis & admiranda femina, ubi verba Angeli meditata est, & quid sibi significarent, intellexit, ardentiori divini spiritus flamma succensa, magna cum fiducia palam testata est eo se esse animo comparatam ad graviora quaevis, & extrema supplicia pro Christi nomine perferenda, illudque inter cetera, dum nuda, ut puto, e siphone penderet, postremo dixit: *Veniant & bestiae*, *devorent me*, *& corpus meum confringant*. *Hoc cupio*. *Tum multi civitatis divites ad eam eripiendam miserunt mulieres duas*, *sed illa renuens constans perstitit*, *SANCTORUM administrationi incumbens*. *SANCTI vero benedicebant ei*, *dicentes*: *Deus benedicat illam*, *& fratrem*, *& ceteros* Hucusque fragmentum.

Quae de Thecla dixi *siphonis* ignominia, & cruciatu affecta, lucem accipiunt a facie, sive pag. 1. col. 1. eiusdem *trunci*, aut segmenti *secundi*. Ibi enim haec leguntur de quodam *Paullo* amico *Paësis*: ⲡⲁⲓ ⲇⲉ ⲛⲉⲟⲩⲛⲧⲁϥ ⲙⲙⲟⲟⲩ ⲛⲟⲩⲛⲟϭ ⲛ̀ⲭⲣⲏⲙⲁ· ⲁⲩⲱ ⲡⲉϥⲣⲁⲛ ⲡⲉ ⲡⲁⲩⲗⲟⲥ. ⲁⲩⲱ ϣⲱⲡ ⲙ̀ⲡⲥⲓⲫⲟⲛ ⲙⲧⲁϣ ⲧⲏⲣ'ϥ (ⲉⲧⲙ) ⲙⲁⲩ· ⲡⲁⲓ ⲇⲉ ⲉⲛⲉⲟⲩⲣⲱⲙⲉ ⲡⲥⲉϥⲉⲣϩⲟ// ⲧⲉ ⲛ̀ϩⲏⲧ'ϥ ⲙ̀ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲉϥϯ ⲙⲛ ⲟⲩⲛⲁϩⲉ ⲛⲟⲩ// ⲡⲉⲑⲏⲧ· ⲁⲩⲱ ⲛⲉϥⲟⲛ ϣⲃⲏⲣ ⲉⲡⲁ́ⲏⲥⲉ. ⲉⲡⲓⲇⲏ ⲛ̀ⲧⲟϥ ⲡⲉⲧϣⲱⲡ ⲙⲡⲥⲓⲫⲟⲛ ⲧⲏⲣ'ϥ ⲛ̀ⲧⲉϥⲥⲱϣⲉ: ⲉⲡⲓⲇⲏ ⲛⲉⲣⲉ ⲡⲁⲏⲥⲉ ϫⲟ ⲛ̀ϩⲁϩ ⲛ̀ⲥⲱ (ⲡ) *Huic magna erat opum*, *& mercium copia*: *& is erat PAULUS nomine dictus*: *& sententia de toto* siphone *eo in loco statuta in ipsum fuit*. *Is vero homo erat timens Deum in corde suo*, *eique inconcussa fide inhaerens*, *& amicus etiam PAESIS*. *Ille postea fuit in siphone ad totam eius altitudinem*. *Quoniam pluries Paësi dixe-*

dixerat O infortunium! Et heic maior membranae ſuperioris pars in malam rem abiit.

Nihilo tamen minus ex paucis hiſce laciniis intelligimus, ſiphonis ſupplicium decretum fuiſſe in eos, qui iam *damnatorum* numero ob conſtantem Chriſtianae fidei confeſſionem accenſebantur. Confer haec cum actis *Theclae*, ne putes, iis me temere, ubi ſic narrationis ſeries, & circumſtantiarum nexus ferebant, *ſiphonis* ſpectaculum inſeruiſſe. De ſiphone vero quale ſupplicii genus eſſet, vide in ſubiecta adnotatione (1).

Nullus iam dubito, quin haec acta priſcis Aegyptiae eccleſiae Patribus cognita fuerint. Nam in *Calendario* ipſo *Aethiopico-Coptico* apud Ludolphum *Comment. ad Hiſt. Aethiop.* pag. 401. inter *Sanctos* die VIII. Aeth., & Aegypt.; *quarta* vero *Iuliani decembris*, commemorantur እሲ፡ ወቴክላ፡ እኅቱ። *ESI, ET THECLA SOROR EIUS*: licet in *Arab.* Copticarum mentio fiat unius تكلا *Theclae*. *ESI* nomen Aethiopibus idem eſt ac ⲠⲀⲎⲤⲒ memph., theb. in fragmento noſtro ⲠⲀⲎⲤⲈ, cum articulo *praepoſitivo* ⲠⲀ, quo tacito, Aethiopes fecerunt *Eſi*.

Atque

(1) CIPHONIS, & mutato c in Σ, Graeco-Aegyptia voce ⲤⲒⲪⲞⲚ, *ſiphonis ſupplicium* ab Antonio Gallonio Rom. Congr. Oratorii presbytero lib. *de SS. Martyrum cruciatibus* pag. 12. ſic depingitur: *Scribit Rodeginus antiquar. lect. l.* 10. *c.* 5. *fuiſſe a veteribus hocmet ſupplicii genus* Cyphoniſmus *a* Cyphone *nuncupatum*: *unde* Cyphon *in Ariſtophanis* Pluto, *ait*, *id nominatur*, *quod ligneum erat vinculum*, *ſive* (*ut nunc etiam*) *ferreum*, *vulgus* Berlinam *vocat*, *quo quis videlicet* (*adde tu*) *ad ignominiam ligatus detinebatur melle delibutus*, *ſic muſcis expoſitus*. *Hinc fit* (*ſubiungit idem auctor*) *ut improbis quoque* Cyphonis *adhaeſerit nomen*, *&* cyphoniſmus *pro ſupplicio*. *Deinde paullo inferius*. *Apud quoſdam*, *ſequitur ita cautum animadverto*, *ut quiſquis per audaciam* legum placita riſui habuiſſet, *diebus* 20. *in archivo*, (*ideſt in loco*, *quo ducebantur* damnati ad mortem) *vinctus* cyphone *perſeveraret* nudus, *melle ac lacte delibutus*, *ut* apibus muſciſque *eſſet pabulum*. Formam *Cyphonis* pictam dedit cl. Gallon. pag. 31. in *Ectypo* ſub lit. *E*. De nomine *Cyphonis* pro *improbo*, convenit Heſych. Σίφων, ῥυπαρὸς ἄνθρωπος, *ſordidus*, *turpis homo*. Hoc omne ſupplicii genus, vel leviter meditanti ſtatim occurret animo, quid cauſſae fuerit, cur *Angelus Theclae* ſiphonis, adeoque & nudati corporis ignominiae addictae divinae protectionis praeſidium ſpopondérit: & cur denique Thecla occaſione arrepta ab apibus, veſpis, & muſcis, quibus nuda & melle, lacteque delibuta pabulum de *ſiphone* erat, ad exemplum S. Ignatii M. tam vehementer optare ſe dixerit, ut pro Chriſti nomine, non hae tantum beſtiolae, ſed & beſtiae immaniores ad ſe devorandam accederent.

Atque hoc quidem nomen *duodecies* ſaltem in *Papyracea charta* ex Muſeo Borgiano apud eruditiſſimum laudatiſsimumque amicum Nicolaum Schow, repetitum, graecoque more terminatum, ex Memphitico ⲡⲁⲏⲥⲓ, quemadmodum in ſuperioribus animadvertimus, factum eſt πανεις, quod ex Theb. dialecto eſſet πανσες.

De *Thecla*, quae *fratrem* haberet, teſtatur actorum particula, ubi *Theclam* poſt primi certaminis gloriam, una cum eius *fratre* praeconiis, & votis ſanctorum cumulari audivimus. Quod vero *ſoror* eſſet *Abba Paëſis*, non modo ex priori fragmenti noſtri membrana accepimus, ſed etiam ex Aethiopico calendario nunc ſcimus^. Plura de Theclae actis non exſtant. ^verum et id quoque v. Errata p. 487

Quae ſequuntur, iuxta diſtributionem noſtram, in ſegm. I. col. I. & II. ad illius fratrem *Paëſim*, & ad huius amicum *Paullum* unice ſpectant.

Col. I.

. : : : . . ⲡⲉ̀ⲡⲛ̅ⲁ (forte ⲡⲉⲓⲡⲛ̅ⲁ) ⲉⲑⲟⲩⲁⲁⲃ ⲉⲓ
ⲉϩⲣⲁⲓ ⲉϫⲱϥ ✣ ⲡⲉϫⲁϥ ϩⲉⲣⲁⲓ (pro ⲉϩⲣⲁⲓ) ⲛ̀ϩⲏ//
ⲧϥ. ϫⲉ ⲉⲓⲥϩⲏⲏⲧⲉ ⲁⲡϣⲏⲣⲉ ⲙ̀ⲡⲣ̂ⲣⲟ ⲕⲱ ⲛ̀ⲥⲱϥ
ⲙ̀ⲡⲉϥ ⲁⲝⲓⲱⲙⲁ. ⲙⲛ̀ ⲛⲉϥ ϩⲩⲡⲁⲣⲭⲱⲛⲧⲁ ⲧⲏ//
ⲣⲟⲩ. ⲁϥⲧⲁ (pro ⲁϥϯ) ⲙ̀ⲡⲉϥⲥⲱⲙⲁ ⲉϩ//
ⲣⲁⲓ ⲛ̀ⲑⲩⲥⲓⲁ ⲙ̀ϫⲟⲉⲓⲥ ⲙ̀ⲡⲉϥⲥⲱⲧ̀ⲙ ⲛ̀ⲥⲁ ⲡⲉⲡⲣⲟ//
ⲥⲧⲁⲅⲙⲁ ⲙ̀ⲡⲣ̂ⲣⲟ. ⲁⲗⲗⲁ ⲁϥϥⲓ ⲙ̀ⲡⲉϥⲡⲥⲧ̂ⲣⲟⲥ
ⲁϥⲟⲩⲁϩ́ϥ ⲛ̀ⲥⲁ// : . : . .

Col. II.

. : : . . ϥⲛⲁϫⲓⲧⲟⲩ ⲛϩⲁϩ ⲛ̀ⲕⲱⲃ: ⲁⲩⲱ ⲛ̀ⲥⲉ̀//
ⲕⲗⲏⲣⲟⲛⲟⲙⲉⲓ ⲛ̀ⲧⲙ́ⲛ̀ⲧⲉ́ⲣⲣⲟ ⲛ̀ⲛⲙ̀ⲡⲏⲩⲉ: —
ⲉⲧⲃⲉ ⲟⲩ ϭⲉ ϯⲉⲛⲟⲩ ⲉⲓ ϩⲙⲟⲟⲥ ⲉⲓⲛⲁⲩ ⲉⲛⲉⲧⲟ//
ⲟⲩⲁⲃ ⲉⲩϫⲓ ⲉ̀ⲙⲟⲟⲥ ⲡⲉⲓⲛⲟϭ ⲛ̀ⲧⲁⲓⲟ· ⲉⲙⲉⲓ ⲧⲱⲟⲩⲛ
ⲛ̀ⲧⲁⲉⲓϥ ⲙ̀ ⲡⲁⲥⲧ̂ⲣⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲁⲟⲩⲁϩⲩ ⲛ̀ⲥⲁ ⲡϫⲟⲉⲓⲥ
ⲓ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅

ⲁⲙⲏ ⲛⲁⲛⲟⲩⲓ ⲛ̀ⲑⲉ ⲛⲟⲩϩⲙ̀ϩⲁⲗ ⲛⲟⲩⲱⲧ ⲉⲡⲉⲓ=
ϣⲏⲣⲉ ϣⲏⲙ. ⲛⲁⲓ ⲉϥϫⲱⲙⲙⲟⲟⲩ ϩⲙ̀ ⲡⲉϥϩⲏⲧ
ⲛ̀ϭⲓⲡⲙⲁⲕⲁⲣⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁⲡⲁⲛⲥⲉ ⲁϥⲉⲓ ⲉϩⲟⲩⲛ ⲉⲡⲏⲓ ⲙ̀
ⲡⲁⲩⲗⲟⲥ : ⲁⲟⲩⲱⲙ ⲙⲛ̀ ⲛⲉⲩⲉⲣⲏⲩ

Col. III.

. . . . ⲁⲩⲱ ⲁⲩ

ⲉⲩϣⲁϫⲉ ⲙⲛ ⲛⲉⲩⲉⲣⲏⲩ ⲉⲡⲉϥⲧⲁⲓⲟ ⲁⲡⲉⲡⲛ̄ⲁ̄
ⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ ⲉⲓ ⲉϩⲣⲁⲓ ⲉϫ́ⲙ ⲡⲁⲛⲥⲉ.

ⲁϥϣⲟⲣⲡ́ϥ ⲙ̀ⲡⲉϥⲣⲁⲥⲧⲉ ⲁϥⲉⲓ ⲉⲃⲟⲗ ⲙⲛ
ⲡⲉϥⲕⲟⲩⲓ ⲛ̄ϩⲙϩⲁⲗ· ⲁϥϯⲛⲁϥ ⲛ̀ϫⲟⲩⲱⲧ ϩⲟⲗⲟ=
ⲕⲱⲧϯⲛⲟⲥ· ⲁϥⲁⲁϥ ⲛ̄ⲣⲉⲙϩⲉ· ⲡⲉ̀ϫⲁϥ ⲛⲁϥ ϫⲉ
ϥⲓ ⲛⲁⲓ ⲛⲁⲕ : ⲛⲅ̄ ⲱⲛ́ϩ ⲉⲣⲟⲟⲩ· ϫⲉ ⲛⲁⲓ ⲛⲉⲛⲧⲁ=
ⲩⲥⲉⲉⲡⲉ ⲉⲣⲟⲓ ϩⲛ ⲛⲉⲛⲟⲩⲃ ⲛ̀ⲧⲁⲓ ⲉⲛⲧⲟⲩ ⲛ̀ⲙⲙⲁⲓ.
ⲁⲩⲱ ϩ́ⲛ ⲧⲉⲩⲛⲟⲩ ⲉⲧ̀ⲙ̀ⲙⲁⲩ ⲁϥⲃⲱⲕ ⲉϩⲟⲩⲛ ⲉⲡⲉ=
ⲡⲣⲁⲓⲧⲱⲣⲓⲟⲛ· ⲁϥϫⲓϣⲕⲁⲕ ⲉⲃⲟⲗ ⲉϥϫⲱⲙⲙⲟⲥ·
ϫⲉ ⲁⲛ́ⲅ̄ ⲟⲩⲭⲣⲓⲥϯⲁⲛⲟⲥ ⲡⲁⲣⲣⲏⲥⲓⲁ.

Col. IV.

ⲉϩⲟⲩⲛ . . . ⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ . . . (ⲡⲉϫⲁϥ) . . .

ⲡⲇⲟⲩⲝ ⲛⲁϥ. ϫ (ⲉ) . . ⲡⲉⲣⲙⲟⲩ ⲕⲁⲕⲱⲥ.

ⲉⲓ ⲉⲙⲡⲉⲕⲥⲱⲧ́ⲙ ⲛ̄ⲧⲁⲕ ⲉⲧⲃⲉ ⲡϣⲏⲣⲉ ⲙ̀ⲡⲉ=
ⲥⲧⲣⲁⲧⲏⲗⲁⲧⲏⲥ ⲙ̀ⲡⲣ̀ⲣⲟ ϫ́ⲙⲡⲓϯ ⲥⲁ ⲉⲣⲟϥ ⲙⲁ=
ⲗⲓⲥⲧⲁ ⲛ̀ⲧⲁⲕ.

ⲡⲉϫⲉ ⲡⲙⲁⲕⲁⲣⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁⲛⲥⲉ ⲛⲁϥ. ϫⲉ ⲕⲁⲗⲱⲥ
ⲁⲕϫⲟⲟⲥ· ϫⲉ ⲡϣⲏⲣⲉ ⲙ̀ⲡⲉⲥⲧⲣⲁⲧⲏⲗⲁⲧⲏⲥ ⲙ̀ⲡⲉ=
ϥⲑⲩⲥⲓⲁⲍⲉ ⲛ̀ⲛⲉⲕⲛⲟⲩⲧⲉ ⲉⲛⲃⲟⲧⲉ· ⲁⲗⲗⲁ ⲁϥⲟ=
ⲩⲁϩϥ ⲛ̀ⲥⲁ.

Col. I. scilicet, *Spiritus Sanctus venit super eum* (Paësim), *& dixit in corde suo: Ecce filius Regis dimittit post se dignitatem*

tem suam, *& omnia quaecumque possidet*, *offerens suum ipsius corpus in sacrificium domino*, *ne obediat edicto Imperatoris*, *sed novit tollere crucem suam*, *& sequitur ipsum* . . . In iis porro, quae excisa amisimus, intimae cogitationes *Paësis* gradum, quasi in exstasi, fecisse videntur ad futura dona eorum, qui suis omnibus derelictis crucem suam tollunt, & sequuntur Christum: Istorum proinde feliciorem ampliorem que retributionem meditans, pergebat secum ipse dicere.

Col. II. *Multiplicatam remunerationem recipient*, *& hereditate possidebunt regnum caelorum*. *Utinam essem veluti unus servorum huius adolescentis*. *Haec dicens in corde suo beatus PAESIS ingressus est domum PAULLI*, *& manducaverunt simul* . . . *&* . . . *quum simul loquerentur de illius honore*, *Spiritus Sanctus venit super PAESIM*: *& die sequenti egressus diluculo cum uno servorum suorum dedit ei viginti* holocottinos (1), *eumque libertate donavit*, *dicens*

propterea — vide Errata p. 487

(1) *Holocottinos*, ὁλωκωττινος, cum duplici ττ in Theb. fragmento, cum simplici vero τ, ὁλοκοτινος ex ὁλοκοτίνιν apud Du-Cangium legitur, & *nummus*, seu *solidus aureus* ab eo exponitur. Sed quoniam *Etymologiae ex Orione Thebano in cod. Reg.* ὁλοκοτίνιν sic dictum ferunt, quod διὰ τὸ τὸν ὅλον κότον ἐν αὐτῷ, vir doctissimus multa profert ex *Theodoreti*, *Theophanis*, *Hist. miscell.*, *Anastasii*, *Zonarae*, *Cedreni*, *Apophthegm. PP.*, *Paralipomen. de SS. Pachomio & Theodoro*, aliorumque veterum scriptorum testimoniis, quibus ὁλοκοτίνον *aureum* fuisse statuit; *sed*, tandem concludit, *unde vox orta*, *manet incertum*. Henschenius, & Papebrochius etymon repetunt a *fructu* oleastri κότινος dicti ab Aristotele, *cuius ponderi respondens par auri quantitas*, *solita fuerit subdividi in species minutiores*, *sicut uncia* (apud Romanos) *subdividitur varie*: *atque ita* holocotinus *fuerit numismus*, *integri auri unciam vel amplius appendens*, *pro ratione* cotini *respectu librae*, *cuius hic pars aliquota esset*. Non audeo inter doctissimos hosce viros meam interponere opinationem. Sed si quid mihi quoque mussitare liceat crederim, etymologiam ab Orione Thebano traditam sic esse intelligendam, ut indicare possit aureum *solidum capitationis*, quod idem est ac *nomisma census capitalis* apud Thebanos. Nam de ὅλον haec habet Valesius in c. 16. lib. II *H. Eccl.* Theodoriti: *Assentior* Epiphanio, *qui* ὁλοκοτίνȣς *solidos vertit*; ὅλος enim, *quod praecedit in huius nominis compositione*, *solidum significat*. Restat pars altera etymi κοτος. At lege ὁλοκοττίνȣς cum duplici ττ, ut est in Theodorito edit. Basil., & in hoc nostro Borgiano fragm., tum vero κόττος in Orione habebis: κόττος vero apud Hesych. est *caput*; quo nomine censum *capitationis* personarum, animalium, atque praediorum in Imperatorum legibus designari ex Gothofredo, Cuiacio, Du-Cangio, aliisque eruditissimis viris intelliges. Quamquam & κότος esse potuit ex Aegyptiaco ϧⲱϯ, *boti*, quod, verso in graeci nominis compositione ϧ in κ, *censum*, atque *tributum* significat. Valorem collige ex Du-Cangio ad vocem ὁλοκοτίνιν.

dicens ei : hos tolle tibi , eisque vive : hi enim mihi restant de auro , quod mecum habeo . Et in illa hora introivit in praetorium , clamans libera voce : Ego sum christianus Sequentia interciderunt .

Ea vero aliud fere nihil continere potuisse opinor , quam *revelationem Spiritus Sancti* patefactam *Paësi* de glorioso *certamine* pro Christi fide *a filio* ducis regiae militiae subeundo , eique stimulos a Paësi ipso , nescio qua occasione , additos , ut *agonem* viriliter consummaret . Nam post trunca illa verba : *in sanctus* quibus scriptor fortasse significare voluit , fuisse *Paësim* adductum ad tribunal praesidis , actorum textus sic ea , quae sequuta sunt , narrare pergit : (Dixit) *ei dux , malae mortis auctor tibi es ! Veni , ut te audiam de filio* (1) *magistri militum Imperatoris , cui & ille non obedit , & tu maxime . Respondit ei beatus PAESIS : Bene dixisti : quia filius ducis exercitus non sacrificat diis tuis abominandis , sed sequitur . . .* Desunt digniora scitu . Quamquam ut sciamus & generis , & sanctitatis nobilitatem , qua praestabat *PAESIS* , plura non requiruntur . Hic erat (quod iam ab initio audisti) frater germanus *Theclae* ; quumque dein in insigni illa *Sanctorum acclamatione*, qua invictam Theclae constantiam mirifice laudari percepimus , is unus , nec alius quisquam aut *vir* , aut *sponsus Theclae* commemoretur , consequitur necessario , ut hinc etiam praeclarum de sororis ipsius , de Theclae nimirum virginitatis professione , testimonium emergat .

PAULLUS quoque in eodem Aethiop. Calend. *Sanctorum* albo inscriptus legitur ad diem III. februarii Iuliani , IX. Aethiop. *una cum Esi & Thecla* . Ac nos quidem iam antea ex fragm. nostro

(1) Ne putes *filium* ϛρατυλάτης pro ϛρατηλάτης ducis *militiae* Caesareae in Thebaide eumdem esse ac *filium ducis Thebaidis* , vide Du-Cangium in Glossario : ΣΤΡΑΤΗΛΑΤΑΙ , inquit , *magistri militum , quibus exercituum in singulis provinciis cura demandabatur . Glos. Gr. Lat.* Στρατηλάτης *magister militum In provinciis enim praesidum alteri politicarum , alteri militarium rerum cura demandata erat .* Etsi igitur uterque *dux appellari* communi nomine posset , ille tamen unus , qui in provincia Thebaidis, tamquam ἡγεμὼν *praeses* , populis iura dabat , dux Thebaidis proprie appellabatur ; alter vero *magister* , sive etiam *dux* erat in eadem provincia, sed unius caesareae militiae , & ideo Στρατηλάτης in fragmento nostro vocatur , quod diversus esset a duce ⲙ̀ⲡⲇⲟⲩⲝ.

nostro tradidimus, quae ad acta eiusdem *Paulli* pro Christo Iesu suppliciis affecti spectabant, nunc vero superest, ut illius vitae extrema teneas ex col. II. segmenti II.

: . . . : ϣⲉ ⲛ̀ϭⲓ ⲡⲁ (ⲩⲗⲟⲥ) ⲉϥϣⲁⲛ ⲛⲁⲩ ⲉⲡⲁⲏ// ⲥⲉ :—

ⲁⲥϣⲱⲡⲉ ⲇⲉ ϩⲙ̀ ⲡⲉⲃⲟⲧ ⲙ̄ⲡⲁⲣ (ⲙ) ϩⲁⲧⲉ ⲁϥⲧⲱⲟⲩⲛ ⲛ̀ϭⲓ ⲡⲁⲩⲗⲟⲥ ⲡⲉⲡⲣⲁⲅⲙⲁⲧⲉⲩⲧⲏⲥ. ⲁϥⲉⲓ ⲉⲣⲁⲕⲟⲧⲉ ⲙⲛ̀ ⲧⲉϥⲡⲣⲁⲅⲙⲁⲧⲓⲁ̀ ⲧⲏⲣⲥ́.

ϩⲙ̀ ⲧⲣⲉϥⲃⲱⲕ ⲇⲉ ⲉϩⲟⲩⲛ ⲉⲧⲡⲟⲗⲓⲥ ⲁϥϫⲁ// ϫⲉⲗ (pro ϫⲁϫⲉⲃ) ⲉϥⲛⲁⲙⲟⲩ.

. . . . *statuit* (sic forsan praecedebat in textu) *abire Paullus quum vidisset Paësin*.

Factum autem est in mense aprili quum surgens Paullus negotiator descendit Alexandriam cum omni negotiationis suae supellectili.

Quumque ingressus esset urbem deficiens, mortuus est.

Plura ex his omnibus sua veluti sponte fluunt.

I. Ac principio quidem illud perspicuum est, *Paullum* & *Paësim*, non perfectos & consummatos *Martyres*, qui mortem in tormentis & agonis campo subierint, sed egregios tantum christianae fidei *Confessores* fuisse, quales iam fuerant magni Antonii, & Pachomii tempore Abba *Paphnutius*, *Dionysius* presbyter Tentyritanus, aliique quamplurimi variis & ipsi cruciatibus pro Christo affecti, quorum immensam fere seriem colligere poteris ex *SS. Cypriani* & *Eusebii* operibus.

II. Idem omnino iudicium ferendum esse liquet de *Thecla* virgine, & sorore *Paësis*, quae, etsi *Martyr* in Arabica epigraphe cod. Alaxandr. adscripta, eo nomine appellari potuerit, quod carceri, ignominiis, & suppliciis, in damnatorum loco, pro Christo invicta pugil addicta fuerit, fideique nostrae confessione mirifice inclaruerit (1), aliquando tamen libertate donata

(1) Accipe heic Ruinartii verba, quae habet in *Act. sinc. & select. mm.* p. 203. ad passion. S. M. Cypriani contra Dodwellum: *Non imus inficias inter eos, quos passim laudat Cyprianus, alios CONFESSORES tantum fuisse, alios vero Martyres. Confessores appellabantur, qui coram iudicibus interrogati*

nata quod reliquum fuit, vitae suae spatium caste, sanctеque apud suos transegit. Eaque una caussa est, cur in *Copto-Aethiopico Kalendar.* sine perfecti Martyris titulo *Thecla* inter sanctos una cum *Paullo* & *Paësi fratre* reperiatur inscripta.

III. Verissimum est, quod scribit Ruinartius *praef. generali in Act. Martyrum* pag. 68. adversus Dodwell., *parum referre, qua auctoritate Martyrum caedes patratae fuerint, siquidem ex dictis constat, christianos etiam in vicis, & quibuscumque locis interemtos fuisse*; & quidem ubique terrarum, atque ob hanc, ut puto, caussam in ea tam longa, ac tam acerbissima persecutione, quam Diocletianus an. 293., sed in Aegypto 294., pro vulgari *epocha*, quae *Martyrum* dicitur, apud Coptos proinde recepta, multo vero acrius an.303. (1) idem ipse & *Galerius Maximianus*, omniumque demum immanius *Maximinus* ad an. usque 312. in Libya, in Aegypto, & in Thebaide adversus christianam religionem, illiusque cultores exercuerunt, duo tantum *Thebaidis* provinciae Praesides tamquam huius horrendae carnificinae administri commemorabantur, *Arianus* nempe, & *Culcianus* ad annum usque 305., quo ille divinae gratiae prodigio non aliter atque magnus Apostolus Paullus ex immanissimo christianorum persecutore ad Christum repente conversus una cum Apollonio Diacono, Philemone, aliisque sociis martyrii coronam obtinuit. Ariano in Thebaidis administratione successisse *Culcianum* an. 306. coniicit Tillemontius. Is enim est, auctore Valesio in c.11. lib.IX. *H. Eccl. Eusebii*, de quo S.Epiphan. haer. 68. scribit: Κελκίανος μὲν ἦν ἔπαρχος τῆς Θεβαΐδος. Ἀλεξανδρείας δὲ Ἱεροκλῆς. *Kulcianus erat Praefectus Thebaidis, Alexandriae Hierocles.* At *Culcianus*, eodem observante Tillemontio, sub *Maximino* ad maiorem dignitatem evectus, creatus est Praefectus Aegypti. Iam nullum habes quem des successo-

gati Christum confessi erant; Martyres vero, qui post Christi confessionem, etiam (ex epist. Cypr. 66. ad Florent. *quaestionati, & torti in fide perseverarunt. At si isti in tormentis, vel postea ex tormentis animam exhalarent, tum MARTYRES CONSUMMATI, sive CORONATI dicebantur. De his omnibus videsis Baronium in not. ad Martyrol. Rom. die 2. ianuarii.*

(1) Fragmentum ex Mus. Borgiano habemus de edicto Diocletiani in Thebaide promulgato.

ſucceſſorem *Culciano* in praefectura Thebaidis, niſi *Armenium* ex hoc ipſo Borgiano fragmento cognitum. Hinc novum veluti lumen noſtris hiſce Actis affulget. Quamquam manet adhuc in obſcuro ſitus & nomen *civitatis*, ubi beati Confeſſores *Paëſis*, *Thecla*, & *Paullus* glorioſum certamen pro Chriſti fide ſubierunt. Unum eſt, quod mihi prope certum videtur, haec omnia ſcilicet accidiſſe in *ſuperiori*, ſeu in *ſecunda* Thebaide, unde & *Paullus* diſcedens iter *Alexandriam* verſus ſuſcepit.

IV. Ex deperditis fragmenti noſtri, quae adhuc ſuperſunt, laciniis ſatis intelligimus, admirabilem *Theclae* curam, & ſollicitudinem, qua nullis neque minis, neque ſuppliciis territa operam ſuam omnem collocarat in miniſterio *Sanctorum*, eorum videlicet chriſtianorum hominum, qui in carceribus detenti, erant iam ad necem deſignati pro Chriſto.

V. Acta, quae ex fragmento noſtro edidimus, notas praeſeferre videntur anni 312., quo labente finem habuit praeſertim in Aegypto perſecutio, quae iamdiu ante a Diocletiano excitata, ceſſaſſe viſa eſt ex edicto Maximiani Gallerii pro chriſtianis an. 311. prid. kal. mai., ſed ſub Maximino recruduit. Hiſce poſtremis temporibus paſſus eſt *S. Petrus* Alexandrinus, qui propterea dici ſolet ultimus *Martyrum*, quod & magnus Athanaſius in vita S. Antonii n. 47. ſignificare voluiſſe perſpicitur. Iter tamen *Paulli* Alexandrinum in *aprilem* an. 313., quo *Culcianus* Licinii iuſſu occiſus, Euſebio teſte, miſere periit, conſignari depoſcit.

Ecce, quae, & qualis fuerit Aegyptiaca *Thecla*. Ut autem facile deprehendere queas, quam apte illius aetas congruat cum *traditione* de epocha ſcriptionis Alexandrino-Britannici codicis, univerſam Theclae vitam in ſequentes *periodos* diſtributam mecum una tantiſper conſidera. Pone *Aegyptiam* virginem *Paëſis* ſororem annos natam *quinque* circiter & *viginti*, quo tempore iuſſu ducis Thebaidis ob chriſtianae fidei profeſſionem carceri mancipata, & infamiae notis, ſuppliciiſque affecta, tandemque ſimul cum fratre *Paëſi*, & *Paullo Confeſſoribus* dimiſſa eſt an. 312. vel 313. Tum vero ſi ſcribere coepit codicem hunc celeberrimum, magnam ſaltem antiqui foederis

deris partem abſolvere percommode potuiſſet anno aetatis ſuae 38. concurrente cum an. 325. Nicaeni Concilii epocha. Ab ea deinde ſi vitam *Theclae* protraxeris ad annum uſque *ſexageſimum*, reliquos habebis poſt Nicaenam ſynodum *annos* omnino *duos atque viginti*, quibus integrum cod. tum Vet., tum Nov. Teſtamenti cum tabulis Euſebianorum canonum, & titulis Pſalmorum S. Athanaſii, aliiſque adiunctis, uti ea exſtant in laudato cod. Muſei Regio-Britannici, SS. Femina exarare, ac perficere facillime valuiſſet. Anno enim *ſexageſimo* Theclae reſpondet ex hoc noſtro *hypothetico* quidem, ſed admodum *probabili* calculo, annus aer. chriſt. 347., quo *Euſebius* evangeliorum canones, & *Athanaſius* titulos pſalmorum ediderant.

Quod ſi *diaconiſſam* tibi lubeat conſtituere *Theclam*, eamque dicere annos natam XL., quo tempore, victo certamine, ſuperatiſque cruciatibus, fortis & conſtans in *miniſterio ſanctorum*, ⲉⲥⲇⲓⲁⲕⲱⲛⲉⲓ ⲛⲧⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ, perſtitiſſe traditur, in promptu erit illius vitae curſum ad an. uſque LXXV. producere. Id enim facere, nihil in ſe habet, quod abſurdum videri debeat, & a recta, probabilique ratione alienum.

Sic iure, & ſine metu Wetſtenianarum, Oudinianarumque ludificationum defenditur modo, & in poſterum expeditius atque animoſius defendi poterit antiqua illa Aegyptiorum traditio de πολλυθϱηλλίτῳ ſacroque Alexandrino-Britannico codice manu *Theclae* (1) circa tempora Nicaeni Concilii deſcripto.

Hoc omne vindiciarum genus hiſce demum diebus ſuppeditavit Thebaicum fragmentum tribus circiter ante annis ex Aegypto advectum, & Velitris in Muſeo Borgiano aſſervatum, ad epocham ſcriptionis laudati codicis confirmandam.

Sed optandum eſt, ut qua ingenui animi fide, & iudicii aequitate uſi nos ſumus erga Anglicanos ſcriptores in ſymbolis

(1) De Thecla, ſi Alexandrinum codicem exſcripſit, id unum monitum eſto. Aut praeclara, & docta virgo imitata eſt ſcriptionem *prototypi* alicuius cod. Alexandrinae eccleſiae, aut certe nata licet in *Apollinopoli II.* Thebaidis, morem graece ſcribendi, quo utebantur Alexandrini, aliique in inferiori Aegypto, didicerat. Codex enim nihil habet, quod ingenium ſpiret Thebaicae peregrinitatis.

Specimen fragmenti Evangelii S. Ioannis Graeco-Copto-Thebaicum ad prototypi fidem

ad pag. CXIII.

Textus Graecus

ΕΥΡΗϹΕΤΕΜΕ
ΚΑΙΟΠΟΥΕΙΜΙ
ΕΓΩΫΜΕΙϹΟΥ
ΔΥΝΑϹΘΕΕΛΘΕΙ
ΕΙΠΟΝΟΥΝΟΙ
ΙΟΥΔΑΙΟΙΠΡΟϹ
ΕΑΥΤΟΥϹΠΟΥ
ΟΥΤΟϹΜΕΛΛΕΙ
ΠΟΡΕΥΕϹΘΑΙ
ΟΤΙΗΜΕΙϹΟΥΧ
ΕΥΡΗϹΟΜΕΝ
ΑΥΤΟΝΜΗΕΙϹ
ΤΗΝΔΙΑϹΠΟΡΑ
ΤΩΝΕΛΛΗΝΩΝ

ΚΑΙΕΚΡΑΞΕΝ
ΛΕΓΩΝ·ΕΑΝΤΙϹ
ΔΙΨΑΕΡΧΕϹΘΩ
ΠΡΟϹΜΕΚΑΙ
ΠΙΝΕΤΩΟΠΙ
ϹΤΕΥΩΝΕΙϹ
ΕΜΕΚΑΘΩϹΕΙ
ΠΕΝΗΓΡΑΦΗ
ΠΟΤΑΜΟΙΕΚ
ΤΗϹΚΟΙΛΙΑϹΑΥ
ΤΟΥΡΕΥϹΟΥϹΙΝ
ΫΔΑΤΟϹΖΩΝ
ΤΟϹ·ΤΟΥΤΟΔΕ
ΕΙΠΕΝΠΕΡΙΤΟΥ

Versio Copto-Thebaica

ⲧⲛⲧⲙ̄ϩⲉⲉⲣⲟⲓ·
ⲁⲩⲱⲡⲙⲁⲁⲛⲟⲕ
ⲉϯⲛ̄ⲙⲟⲟⲩⲛ̄ⲧⲱ
ⲧⲛ̄ⲛ̄ⲧⲉⲧⲛⲁϣ
ⲉⲓ̈ⲁⲛⲉⲣⲟϥ
ⲡⲉϫⲉⲛ̄ⲓ̈ⲟⲩⲇⲁⲓ̈ϭⲉ
ⲛ̄ⲛⲉⲩⲉⲣⲏⲩϫⲉ
ⲉⲣⲉⲡⲁⲓ̈ⲛⲁⲃⲱⲕ
ⲉⲧⲱⲛ·ϫⲉⲁⲛⲟⲛ
ⲛ̄ⲧⲛ̄ⲛⲁϩⲉⲁⲛⲉ
ⲣⲟϥ·ⲙⲏⲉϥⲛⲁ
ⲃⲱⲕⲉϩⲣⲁⲓⲉⲧ
ⲇⲓⲁⲥⲡⲟⲣⲁⲛ̄ⲛ̄
ϩⲉⲗⲗⲏⲛ ⲛϥϯ

ⲙⲟⲥ·ϫⲉⲡⲉⲧⲟ
ⲃⲉⲙⲙⲣⲉϥⲉⲓ̈ϣⲁ
ⲣⲟⲓ̈ⲛϥⲥⲱ·ⲡⲉⲧ
ⲡⲓⲥⲧⲉⲩⲉⲉⲣⲟⲓ̈
ⲕⲁⲧⲁⲑⲉⲉⲛⲧⲁ
ⲧⲉⲅⲣⲁⲫⲏϫⲟⲟⲥ
ϫⲉⲟⲩⲛ̄ϩⲉⲛⲉⲓ
ⲉⲣⲱⲟⲩⲛⲁϩⲁⲧⲉ
ⲉⲃⲟⲗⲛ̄ϩⲏⲧϥⲙ̄
ⲙⲟⲟⲩⲉϥⲟⲛϩ̄
ⲛ̄ⲧⲁϥϫⲉⲡⲁⲓ̈ⲇⲉ
ⲉⲧⲃⲉⲡⲉⲡⲛ̄ⲁ
ⲉⲧⲟⲩⲛⲁϫⲓⲧϥ̄
ⲛ̄ϭⲓⲛⲉⲛⲧⲁⲩ

ſis noſtris conferendis pro ſui ipſorum codicis vetuſtate fulcienda, eadem & ipſi erga nos uti velint in intacta relinquenda aetate codicis noſtri: unde avulſum eſt fragmentum Evangelii S. Iohannis Graeco Copto-Thebaicum, quod modo in publicam lucem ex Muſeo Borgiano proferimus. Hic enim, quantum coniectura nobis augurari licet, aut aliquantulum ſuperat, aut prorſus aequat antiquitatem codicis Regio-Alexandrino-Britannici; & eſt IV. eccleſiae ſaeculo, ut mox, Deo dante, videbimus, exaratus.

§. XIX.

Borgianum fragmentum Evangelii S. Iohannis Graeco-Copto-Thebaicum iure coniicitur quarto eccleſiae ſaeculo ſcriptum, & Codici Regio-Alexandrino-Britannico aut paullo antiquius, aut certe coaevum.

Quandoquidem codicis noſtri γενέθλια ad eos vetuſtiores eccleſiae dies, quibus doctiſſimi Anglorum viri *Regio-Alexandrinum* deſcriptum, editumve celebrant, pari iure revocari oportere contendimus, utile nobis erit, tibique maxime commodum, ſi exemplum ἀποσπασματίου ſcriptura tum Graeca, tum Thebaica exſculptum prae oculis habeamus. En igitur *ſpecimen characterum*.

At primum velim, ut Graecam in eo ſcriptionem ſpectes. De iſtius namque antiquitate iudicium longe facilius eſt, quam de Thebaicae: de qua poſtea. Adde & illud, quod vel una ipſa *verſio* cum Graeco textu coniuncta perſuadere unicuique poteſt, noſtrum hocce fragmentum fuiſſe in Thebaide a Thebaeo *calligrapho* exaratum. Haec tu tene: nam ego cetera exſequi connitar.

Magni equidem hactenus feci, ſemperque faciam, dum vixero, ingenium, doctrinam, & eruditionem ſummam cl. *Caroli Godofredi Woidii*. Sed vir modeſtiſſimus hanc mihi veniam, uti ſpero, dabit, ut in iudicio, quod ipſe tulit de codicis noſtri aetate reiecta *in ſaec. circiter ſeptimum* pag. XXII. praef. ſuae ad regiam editionem Britannici cod. Alexandrini, in aliam

plane diverſam ſententiam, opinionemque diſcedam. Id enim propoſitum mihi eſt, ut illius epocham retraham ad IV. eccleſiae ſaeculum. Quod quidem pluribus argumentis praeſtare tentabo. Eſto igitur

ARGUMENTUM I.

Ductum ab elegantia ſcriptionis, quae cum moribus, cumque Graecae linguae atque ſcripturae uſu apud Thebaeos ſaec. VI., *& praeſertim* VII. *directe pugnat.*

PRincipio quidem neminem fore auguror, qui, dum huic noſtro iudiciorum generi parumper aſſuetus ſit, & a praeiudicatae mentis opinione alienus, tribuere velit huiuſmodi *Graecae ſcriptionis formam*, *qualis* in dato fragmenti *ſpecimine* cernitur, iis temporibus, quibus Graecae linguae, adeoque & Graecae ſcripturae uſus in Thebaide defecerat, ac fere penitus obſoleverat. Atqui *ſaeculo quinto* poſt Dioſcorum, multoque vero magis *ſexto*, & *ſeptimo* Graeca & lingua, & ſcriptio extremum pene fatum in Thebaide ſubierat. Ac certe, ut ὕστερον πρ[illegible], ώτερον quod aiunt, agam, quae fuerit Graecae linguae fortuna in Thebaide, ubi codex noſter ſcriptus eſt, audire liceat ab Euſebio Renaudotio ſcriptore omnium fide digniſſimo, & cui in Aegyptiarum hiſtoriarum peritia nefas ſit alium quemvis praeponere. Is enim vir ſummus in diſſert. *de Coptitar. Alexandrinor. liturgiis* n.IV. ita loquitur: *Scriptae ſunt* (hae liturgiae) *lingua Aegyptiaca, ſive Coptica, ea nempe, quae cum Mahumedani Aegyptum ſubegerunt, erat in uſu vulgari; Alexandriae quidem minus, ubi omnes Graecam linguam ſatis noverant, ſed in ſuperiore parte provinciae in pagis, & agris vix alia quam Aegyptiaca uſurpabatur*. Et n.V. *Cum Beniamin Iacobitarum Patriarcha duodecim annis in monaſteriis Thebaidis delituiſſet, ubi Graecae linguae uſus erat prope nullus, unde Alexandriam reverſus, auctoritate Califarum omnes Alexandriae eccleſias obtinuiſſet: Coptitae, hoc eſt nativi Aegyptii*, prope omnes odio Chalcedonenſis fidei *inexpiabili tenerentur, orthodoxi Alexandriae, & in*

& in inferiori Aegypto, ubi graece sacra celebrabantur, nec Patriarcham, nec Episcopos, nec ecclesias, vix paucos sacerdotes habuissent per integrum ferme saeculum, SOLIUS COPTICAE LINGUAE USUS in sacris apud Aegyptios fuit. N. XXX. Non tam ex Severo Aschmoninae, quam ex Eutychio catholicorum Patriarcha indigena, & saec. IX. *historiographo, intelligitur*, inquit, *STATIM A CONCILIO CHALCEDONENSI cum maximis turbis agitaretur ecclesia Alexandrina, GRAECOS, hoc est qui vel aliunde advenissent, vel Alexandrini cives forent (nam in ea urbe obtinebat Graecae linguae usus) concilii definitioni paucissimos adhaesisse: Coptitas sive nativos Aegyptios* Dioscoro eiusque successoribus, *atque unius naturae professioni, ut renuntiarent, numquam adduci potuisse. Unde odia tam longe processerunt, ut statim atque Arabes urbis moenibus copias suas admoverunt, COPTITAE duce quodam, quem* Mocaucas *Arabici libri appellant, suo & Beniamini qui in monasteriis latebat nomine, infidelibus libenter se subiecerint. Rediit* Beniamin *& ex ducis Muhamedani praecepto in christianos omnes summam auctoritatem obtinuit. GRAECUS PATTRIARCHA, & qui eum agnoscebant GRAECI OMNES pulsi, ita ut per annos* nonaginta septem *ecclesia orthodoxa Episcopis caruerit. Sacerdotes Constantinopoli ordinabantur, aut Caesareae: publicae synaxes nullae erant: IN THEBAIDE & MONASTERIIS USUS GRAECAE LINGUAE VIX ERAT: & ab eo tempore in sacris omnibus libris omnia Aegyptiaca scripta reperiuntur, graece paucissima. Utramque linguam ante Mahumedanos usurpatam fuisse negari non potest: sed ab imperii Muhamedanorum Aegyptii primo saeculo, neque Iacobitas Graeca lingua, neque orthodoxos Coptica, usos in ecclesiis invenire facile est*. Pag. XLII. in dissert. *de liturgiar. orig. & auctor.* c. VI., ubi linguas memorat, quibus liturg. Orient. celebrari consueverunt: *Post schisma*, inquit, *Monophysitar. servatum est per totam Aegyptum, ut sacra officia omnia aegyptiace celebrarentur*.

Luculentiora sunt quae addit in *Hist. Patriarch. Alexandrinor.* Nam pag. 84. caussam quaerens, quamobrem tam pauca de admirandis magni Athanasii scriptis, eiusque rebus gestis *legantur in historicis orientalibus*, eam esse sibi suadet, *quod cum*

omnis rerum antiquarum notitia, ecclesiasticarum praesertim, litteris Graecis consignata foret, atque a DIOSCORO USQUE AD *MAHUMEDANORUM TEMPORA, Episcopi eius sectatores ... urbe* (Alexandrina) *caruerint, & in* SAHID, SEU *Thebaide ad* S. M*acarium latuerint*, UBI NULLUS AUT EXIGUUS ERAT GRAECAE LINGUAE USUS, *eo intervallo codices antiqui, quos habere potuerant, perierunt; si qui evaserant, qui eos intelligerent, aut interpretarentur, pauci admodum reperirentur.* Et pag. 122. *Cum igitur rerum omnium quae Alexandriae gererentur, ignari essent exsules illi Patriarchae, & per longa illa exsilia* (in Thebaide) *Graecae linguae usus apud eos obsolevisset, ubi integram a Romanis legibus securitatem nacti sunt, nihil ferme habuere unde praeteritorum temporum historiam discerent.*

Iam si post infandum *Dioscori* schisma Patriarchae Alexandrini Monophysiticae sectae duces, si Episcopi, si sacerdotes, si monachi, si laici Coptitae, quum metu Romanorum, Graecorumve Imperatorum, eorumque legum per longa centum & octoginta annorum spatia exsules, & extortes coacti fuere in Thebaidis monasteriis, aliisque remotioribus locis perfugia, & latebras sibi quaerere, graece loquendi scribendique usum, quem antea familiarem Alexandriae, & in Aegypto inferiori habuerant, amiserunt: si Graeci sermonis usus post bellum Chalcedonensi concilio indictum, saeculo certe VI. & VII. aut exiguus admodum, aut nullus in Thebaide erat: si Thebaidenses hoc maxime temporum intervallo sive odio in Graecos Chalcedonenses implacabili, sive alia quavis de caussa *Evangelia*, quae antea in liturgia graece primum, deinde etiam aegyptiace legebant, mutato ritu, unico demum linguae suae idiomate recitare coeperunt, quo iure, aut quo certe vel probabilis coniecturae genere noster iste tam excellens non unius modo Iohannis, sed aliorum etiam Evangeliorum codex *saeculo* VII. scriptus dici poterit? Tale quid opinari mihi profecto idem esse videtur ac si quis vel *amphitheatrum*, vel *Pantheon* Romanum, vel *Pompei* columnam in Alexandrino foro primum erectam, ad Gothorum, Hunnorumque saeculum

lum pertinere contendat. Neminem igitur esse arbitror, qui satis ex his non intelligat, quam longe sit a vero, immo & ab omni similitudine veri alienum codicis nostri scriptionem in *septimum* reiicere ecclesiae *saeculum*. Quicquid enim codicem componit non iam obsoletae, sed iam vigentis, atque florentis Graecae linguae, & scripturae statum, qualis esse poterat in *Thebaide*, aperte enunciat.

ARGUMENTUM II.

Petitur a comparatione instituta inter tria Graecae scriptionis genera apud Thebaeos cognita, quorum primum in cod. nostro ad IV., *alterum in cod. Diaconico ad* V., *tertium in fragm. liturgici officii ad* VI. *pertinere posse coniicimus.*

ANtequam vero veniam ad codicis nostri scriptionem, quae cum Graeca saec. IV. conferri queat, aequi bonique iudices monendi sunt, ut meminerint, nos non in Graecia, non Romae, non in Gallia, in Anglia, in Hispania, in Germania versari, ubi frequens suppetit copia mss., e quibus quae singulis quibusque saeculis a quarto, quinto, sexto, & septimo ad decimumsextum usque propria fuerit scribendi ratio apud magnum palaeographum Montfauconium dignoscitur. Sed nec de Alexandria, inferiorique Aegypto agitur. Nam *Alexandria celebris*, ut ait idem Montfauconius lib. I. *Palaeogr.* cap. 9. pag. 108., *Graecarum omnium μαθήσεων schola elegantissimaeque SCRIPTIONIS GRAECAE officina fuit*; multis in hanc rem adductis exemplis, ut inde sciamus, *scriptionis artem Alexandriae maxime spectabilem fuisse. Quae quidem ad irruptionem usque Arabicam perduravit: calligraphorum enim in obitu Mauricii Alexandriae frequentiam fuisse subindicat Theophylactus Simoccata* lib. III cap. 8. testis *oculatus. Sub haec Arabes, an. circiter triginta post Mauricii caedem Aegyptum occuparunt; deindeque paullatim ibi a prisco calligraphiae ritu, & elegantia desitum. Inde vero fit, ut ... paucissimi ex Aegypto*, codices, *huc transmearint: quoniam remotioris aevi codices plerique omnes vetustate perie-*

perierunt; eademque alibi repetit lib. praesertim III. pag. 256. & seq. Quid multa? Non de his, inquam, regionibus, ubi Graecae scriptionis usus, & elegantia viguerit, sed de *Thebaide* agitur, in qua una vernacula dialectus, & scriptio, tamquam indigenis familiaris, & propria ante Arabum invasionem retenta perpetuo est: nam teste eodem ipso Montfauc. pag. 108. *quo tempore Alexandriae admodum frequentata & culta Graeca scriptio fuit, ceteris in urbibus & locis, praesertim remotioribus priscus Aegyptiacae linguae usus permansit*. Sola necessitas conservandi *primigenios textus*, unde Thebaica versio tum divinorum librorum, tum liturgicorum officiorum pendebat, sanctissimae religionis nostrae antistites, & propagatores compulit, ut peregrina lingua, atque scriptione, qualis erat Graeca, in Thebaeorum regionibus uterentur.

Et tamen *tria* ex Borgiano cimeliarchio fragmenta habemus, quae nobis Graecae scripturae formam, secundum sequiorum temporum cursum pristinam faciem apud Thebaidis *calligraphos* paullatim mutasse demonstrant. Quod ut tibi persuasum sit, vide iterum *specimen* scriptionis Evangelii S. Iohannis. Nam mihi quidem non alii magis similis ea videtur, quam eidem illi, quae cernitur in cod. Alexandrino scripto, ut ponimus, saeculo IV. Ac si quid discriminis inter utramque (sic tibi insinuante cl. Woidio) intercedere videbitur, exspecta parumper: mox enim faciam, ut intelligas, hoc ipsum notam esse paullo maioris antiquitatis prae laudato codice Alexandrino. Sed perge porro, & hoc *primum* confer cum *specimine secundo*, quod formam refert scripturae *codicis Diaconici*, quodque inter cetera incisum habes in aerea tabula praefationi nostrae praemissa sub indice huius pag. CXVIII. Eo namque exemplum dari putamus Graecae scriptionis usitatae inter Thebaeos saec. exeunte IV., aut etiam ineunte V. Deinde alterum hocce confer ibidem cum *tertio*, eoque excerpto *ex liturgico fragmento Graeco-Thebaico* sub finem *quinti*, aut certe sub initium saeculi *sexti* descripto, post impias *Petri Fullonis* Antioch. Patr. haeretici novitates. Continet enim *Trisagium* praeconiis *SS. Pachomii*, & *Psois*, aliisque *canticis* particulatim immi-

immixtum (1) cum appendice eius simili, quam *Fullo*, alias *Cnapheus*, addiderat ad an. circiter 468.

Potuis-

(1) Accipe heic exemplum huius *Trisagii* ex membrana, quae paginam inter alias numerat ⲣⲙⲅ 143.

ⲧⲣⲓⲥⲁⲅⲓⲟⲥ ⲉϫⲛ ⲛⲁⲣ//
ϫⲓⲙⲁⲛⲇⲣⲓⲧⲏⲥ. ϫⲁⲓⲣⲉ
ⲡⲁϫⲩⲙⲓⲟⲩ ⲧⲱⲛ ⲁⲣ//
ϫⲏⲙⲁⲛⲧⲣⲓⲧⲟⲩ ⲕⲁⲡ//
ⲡ̄ⲁⲧⲱⲫⲟⲣⲟⲩ ⲧⲱⲛ ⲗⲟ//
ⲅⲓⲅⲟⲛ ⲡⲣⲟⲃⲁⲧⲱⲛ ⲡⲉ//
ⲙⲉⲛ ⲁⲅⲓⲟⲥ ⲟ ⲑ̄ⲥ̄ ϫⲁⲓ//
ⲣⲉ ⲡⲣⲟⲫⲏⲧⲱⲛ ⲕⲁⲓ ⲛⲟ//
ⲙⲟⲑⲉⲧⲱⲛ ⲙⲟⲛⲟⲥⲟⲛ:
ϫⲁⲓⲣⲉ ⲡⲁⲧⲏⲣ ⲧⲟⲩ ⲗⲁⲟⲩ
ⲕⲁⲓ ⲧⲉⲗⲓⲟⲥ ⲙⲟⲛⲟⲥⲟⲛ
ⲁⲅⲓⲟⲥ ⲉⲓⲥϫⲩⲣⲟⲥ. ϫⲁⲓ//
ⲣⲉ ⲇⲓⲇⲁⲥⲕⲁⲗⲱⲛ· ⲕⲁⲓ
ⲁⲅⲉⲗⲁⲣϫⲏⲥ ⲁⲗⲏⲑⲱⲥ·
ⲕⲁⲓ ⲗⲁⲙⲡⲧⲏⲣ ⲧⲏⲥ
ⲉⲕⲕⲗⲉⲥⲓⲁ ⲡⲣⲉⲥⲃⲉⲩⲥⲟⲛ
ⲩⲙⲱⲛ ⲁⲅⲓⲟⲥ ⲁⲑⲁⲛⲁ//
ⲧⲟⲥ ⲟ ⲥⲁⲣⲕⲱⲑⲉⲓⲥ ⲉⲓ//
ⲡⲉⲣ ⲏⲙⲱⲛ.

Haec ad Graecam integritatem sic restituenda putarim: Χαιρε Παχυμιε αρχημανδριτα, και πνευματοφορε των λογικων προβατων ποιμην, Αγιος ο θεος· χαιρε προφητα, και νομοθητα μοναχων· αγιος ισχυρος· χαιρε διδασκαλε, και αγελαρχη αληθες και λαμπτηρ της εκκλησιας· πρεσβευσον (υπερ) ημων· αγιος αθανατος ο σαρκωθεις υπερ ημων. *Trisagios pro Archimandritis*, in eorum scilicet, ut ego interpretor, ordinatione: *Salve Pachumie Archimandrita, & spiritu Dei plene rationalium ovium pastor. SANCTUS DEUS. Salve propheta, & legislator monachorum. SANCTUS FORTIS: Salve magister, & gregis ductor vere, & lampas ecclesiae: intercede pro nobis. SANCTUS IMMORTALIS, qui INCARNATUS ES PRO NOBIS.* Appendix Petri Fullonis illa erat ὁ σταυρωθεὶς, *qui crucifixus es pro nobis*. At Pachomiani monachi, aliique eorum asseclae Thebaidenses alteram hanc adoptasse videntur; ὁ σαρκωθεὶς, *qui incarnatus es pro nobis*: quae tamen eadem est ac *Fulloniana*. Audiatur Dionysius Patavius, qui nomine suo summopere clarus lib. IV. *de Incarn.* c. 4. n. 12. in fine haec habet: *Petrus Fullo Antiochen. Episcopus perperam acceptum illud* S. Cyrilli, aliorumque antiquorum Patrum DE UNA INCARNATA VERBI NATURA) *dictum ad nefarium, & sacrilegum suum commentum accommodavit asserens divinam naturam, adeoque Trinitatem ipsam, ut INCARNATAM, ita PASSAM esse, ut illi in epistola quadam ad eum scripta Felix exprobrat Romanus Pontifex. Sic Polemo Apollinarista eamdem usurpat sententiam falsa interpretatione depravatam, ut alibi*, nempe lib. 3. c. 9. n. 2., *docuimus*. Unam hi naturam in Christo *ex divinitate & humanitate compositam* comminiscebantur. Idemque fuit Acephalorum, Severianorum, Iohannis Philoponi, Tritheitarum, & Patripassionarum haereticorum error. Haec satis sunto. Sed viden' tu quanta fuerit non minus fidei, quam Graecae linguae & scriptionis apud eruditiores Thebaeorum calligraphos saec. VI. depravatio?

Potuiſſet ſcriptio fragmenti Borgiani cum eo conferri; quod ex Evangelio S. Lucae exſectum aſſervatur in Anglia apud Woidium. Eſt enim, ut ille ait praef. in ms. Alexandrinum Oxonii impreſſum huic noſtro *ſimile*. Sed ignotum nobis eſt, nec hucuſque editum. Dúo ſunt reliqui Aegyptiaci codices *graece*, ſed ritu Coptico, ſcripti, quorum Montfauconius meminit, utrique Regii, alter *Dioſcoridianus* ſaec. IX., alter vero *liturgicus*, *Cyprius* nuncupatus, *Graeco-Arabicus*, initio, & fine mutilus, liturgias continens *SS. Baſilii*, & *Gregorii*. Primi exemplum tradidit Montfauc. lib. III. *Palaeogr.* c. ult. p. 287. 288., ſecundi vero lib. IV. c. 7. pag. 315. Huius *antiquitas*, iudice Renaud. praef. in liturg. Marci Graecam, *eſt* XI., *aut* XII. *ſaeculi, & fortaſſe ſuperior*. Num autem ſcriptus in Aegypto fuerit, alia fuiſſe videtur Renaudotii, alia Montfauconii opinio. Ille a Coptis Iacobitis, qui in obſcura aliqua *inferioris Aegypti* parte Graeca lingua uti perrexerint, codicem ſcriptum, & in Cyprum ſubinde devectum coniicit. Montfauconius autem paullo aliter de loco ſcriptionis ſentiens, *advertendum eſt*, inquit pag. 314., *in Cypro multas eccleſias eſſe ritus Aegyptiaci*, *atque ideo in hac inſula* aegyptiaco more *ſcriptitatum fuiſſe*. *Eſt quippe in bibl. Colbertina codex alter in Cypro ſcriptus*, *qui characterem Copticum pene refert*. *Hic porro utrum ex Aegypto in Cyprum delatus*, *an in ipſa Cypro ſcriptus fuerit*, *incertum*; *parumque ſane intereſt utriuſvis regionis ſit*, *cum exploratum habeamus*, *pleroſque Cyprios aegyptiaco more ſcripſiſſe*. Age iam, & ſcriptionem codicis ſui conferat egregius Woidius cum ſcriptione horum duorum codicum, dum nos Graecam Thebaici fragmenti Evang. Ioh. cum duobus aliis mox laudatis fragmentis conferimus, & videat, quid inde ſequatur? Ut enim elegans illa, & primaeva ſaec. IV. ſcriptio a ceteris diſtinguitur, quae ſucceſſu temporis a priſtina dignitate degenerarunt, ſic & iſta noſtra eiuſdem omnino aevi propria eſſe dignoſcitur, quatenus plane diverſa conſpicitur a Graeca ſcriptione *quinti* & *ſexti* ſaeculi in duobus mox indicatis Thebaidenſium fragmentis repraeſentata.

ARGU-

ARGUMENTUM III.

Quum nulla ſint in cod. noſtro Evangelicar. ſectionum pro Liturgicis lectionibus indicia, colligitur, eum fuiſſe ſcriptum paullo ante quam Thebaicae Liturgiae evulgari ſaec. IV. *coepiſſent.*

ANte Chalcedonenſis concilii tempora ea fuiſſe videtur Thebaidenſium eccleſiarum conſuetudo, ut in liturgicis officiis *Evangelia* ſancta *graece* primum, poſtea *coptice*, ſive *thebaice* legerentur. Cuius rei illuſtre teſtimonium profert Renaud. *Comment. ad Liturg. Copt. S. Baſil.* p.207. ex praef. Gloſſarii Sahidici in haec plane verba: *Antiquum morem fuiſſe ut ſectiones ex ſcripturis legerentur* graece, *ſequereturque Coptica interpretatio*; *idque factum antequam ulla omnino apud chriſtianos foret Arabicae linguae cognitio. Sed per univerſam Aegyptum* antiquitus *chriſtiani legebant ſectionem graece*, *eamque coptice explicabant*. Unde vir egregius continuo ſubdit: *ex eo teſtimonio*, *multiſque aliis argumentis conſtat uſum* duplici lingua *ſcripturas legendi eſſe in Aegypto vetuſtiſſimum*. Et quidem de hac antiquiſſima eccleſiae Alexandrinae conſuetudine plura congerit argumenta petita ex ſolidis ipſis *Graecis formulis*, quae in Coptorum Liturgia ab initio ad hanc uſque diem ſervata leguntur: iiſque exemplum addit *ſyſtaticarum epiſtolarum*, *quae* de electione & ordinatione Patriarcharum, *publice ſcribebantur*, *& recitabantur graece*, *coptice*, *& arabice*, ut & hodieque fieri novimus ex Pontificali Coptico Romae edito.

De more vero aeque vetuſtiſſimo eccleſiarum Thebaidenſium multo etiam uberiora, illuſtrioraque nos ipſi dedimus ex reliquiis codicis diaconici; ubi omnia fere *graece primum*, *deinde thebaice* recitari conſueviſſe perſpicimus. Huc ſpectat teſtimonium *Athanaſii Epiſcopi Kus in Thebaide*, qui in opuſculo ſuo grammatico apud Renaud. diſſert. *de lingua Copt.* pag.CXXII. affirmat, *olim ſcripturas in eccleſia* graece (1)

(1) Hunc eumdem morem in Syrorum eccleſiis viguiſſe *tertio* & *quarto* Chriſtiani nominis ſaeculo colligitur ex *actis S. Procopii* omnium Palaeſtinorum Martyrum primi apud Euſebium ad an.303. Is licet Hieroſolymae natus, tamen *Lectoris* munere fungens in *eccleſia* Scythopolitana *graece primum ſcripturas ſanctas* legebat, eaſque deinde *interpretabatur* ſyriace. Vide Valeſium in Euſeb. ad lib. *de MM. Palaeſt.*, & ex Valeſio Ruinartium *in Act. S.Procopii M.* p.553.

lectas fuisse, *& postea coptice a sacerdotibus populo interpretatas*; ex versione nempe tum thebaica, tum memphitica iam antea editis: *& cum graecae linguae vulgaris usus penitus intercidisset*, *illas lectas fuisse coptice*: *interpretationem plebi*, *lingua arabica factam*. Quod postremum in Thebaide quoque accidisse coniicio post Mahumedana tempora ex fragmento Borgiano *Thebaeo-Arab.* (1) cap.XXII. a v.14. ad 30. usque Evang. secundum Lucam; nam saec.VI. & VII., ob eas, quas paullo ante attulimus, caussas, Evangeliorum sectiones thebaice tantum lectas ex *additamento* nostro ad cap.VI. Ioh. colligere mihi licuit.

Haec mihi pene sub oculos ponunt codicem nostrum quasi unum ex illis, qui, dum certe saec. saltem IV., Renaud. auctore, scribi in Aegypto coeperunt divinarum Liturgiarum officia, normam primo dederunt sic describendi SS. Evangeliorum tabulas, ut ad utriusque & Graecae, & Thebaicae lectionis commodum haberent e regione Graeci textus versionem Thebaicam. Nec ullum prorsus indicium in codice isto occurrit, quo coniici possit eum esse exaratum post epocham scriptionum Liturgicarum. Nullae enim in eo sunt notae sive pericoparum, sive sectionum, quales in posterioribus quibusdam Evangeliorum codicibus ad peculiares lectiones certis liturgicis diebus recitandas inveniri consueverunt.

Erit,

(1) Fragmentum avulsum est ex cod. *Lectionario* bombycino. *Quatuor* tantum eaque maioris magnitudinis folia supersunt, grandioribus, elegantissimisque Thebaeorum characteribus scripta ad commodum, uti perspicuum est, officii Liturgici, sed characteres sunt omnes inclinati ad dexteram, eamdemque formam, ni etiam paullo vetustiorem, gerunt, quam habet codex Graeco-Aegyptius Dioscoridianus saec. IX. apud Montfaucon. *Palaeogr.* pag.258. Quo saeculo ipsam quoque bombycinam chartam inventam tradunt doctissimi Maurini tom. III. operis inscripti: *Nouveau Traité de Diplomatique* p.517., & *Mémoires de l'Acad. des Inscript.* Paris. editi an. 1750. E regione huius tituli: ⲡⲕⲁⲧⲁ ⲗⲟⲩⲕⲁⲥ exstat in margine dextro *rubrica Arabica*: فصل من اجنيل لوقا *Lectio ex Evangelio Lucae*, quae legebatur, uti coniicitur, in una ex feriis maioris hebdomadae. Huic lectioni praeiverat altera ex Evang. Marci; nam tres lineae, quae ante ⲡⲕⲁⲧⲁ ⲗⲟⲩⲕⲁⲥ leguntur, finem habent in v.25. c.14. eiusdem Marci. Post Evangelicam lectionem ex S. Luca recitatio indicatur psalmi *centesimi*, deinde nova lectio ex Evangelio S. Iohan., quae incipit a v.21. cap. XIII., & desinit in 30. Tandem *Lectio ad synaxim ex Isaia*.

Erit, qui forte ſuſpicari velit, ideo Borgianum codicem nullas habere *Evangelicarum ſectionum* notas ad *Liturgicas lectiones* indicandas, quod non ad publicum, ſed ad privatum alicuius chriſtiani Thebaidenſis uſum, commodumve deſcriptus fuiſſet. Itane vero? At cuinam perſuaderi tam facile poterit, codicem, qui non unius modo Iohannis, ſed & alterius ſaltem Evangeliſtae de divina Chriſti hiſtoria librum complecti proculdubio debebat, eo conſilio fuiſſe deſcriptum, ut ſimplicis laici lectioni inſerviret? Nonne ad hunc uſum ſat erat Thebaica verſio, ad communem populorum captum accommodata? Sed age, da mihi civem chriſtianum, qui cum verſione vernacula, quantovis ſumtu, coniunctum voluerit Graecum textum: tum ego quaeram, quandonam demum codicem hunc Evangeliorum utraque lingua deſcriptum civis ille ſibi comparari curarit, antene, an poſt Nicaeni concilii tempora? Si ante, mecum facis; tute enim vides quid inde ſequatur: ſin vero poſt: quum iam ſtatutis hebdomadae diebus, ſingulis certe *ſabbatis*, atque *dominicis*, Evangeliorum *ſectiones*, dum ſacrae ſynaxes habebantur, cum in oriente, tum in Aegypto publice legi, & exponi conſueverint, quid eo veriſimilius dici poteſt, quam huiuſmodi *ſectiones* non in unis modo publicis eccleſiarum libris, ſed etiam in privatis laicorum codicibus fuiſſe ſigno aliquo indicatas? Audi in hanc rem locum plane illuſtrem S. Ioh. Chryſoſt. ex hom. x. in Iohannem. *Quid igitur*, eo loci doctor eloquentiſſimus ait, *a vobis contendimus? Ut eam* τῶν Ἐυαγγελίων περικοπὴν *Evangeliorum ſectionem*, *quae vobis* dominico *die*, *atque* ſabbato *legenda eſt*, ἕκαστος *unuſquiſque in manibus ante hos dies habens*, *domi ſedens inceſſanter perlegat*. Neque unus Chryſoſtomus tum heic, tum alibi ſaepe, ſed & magnus Baſilius, Athanaſius, Ambroſius, Auguſtinus, aliique Patres *de Evangeliorum*, *ceterorumque ſacrorum librorum ſectionibus*, quae poſt concilii Nicaeni tempora in publicis quibuſque conventibus ex communi Eccleſiae diſciplina recitari conſueverunt, teſtes ſunt locupletiſſimi, omnique exceptione maiores. Aſt redi ad elegantiſſimam Chryſoſtomi homiliam, quam vir ſanctus habuit Antiochiae ante an. 397., *dum*

adhuc presbyter esset. Inde tu collige non in publicis tantum ecclesiarum, sed & in *privatis* fidelium, qui legere nossent, codicibus, distinctas fuisse Evangeliorum *sectiones*, quas domi primum ab unoquoque auditorum assidue legi cupiebat, ante quam ad eas sabbato, atque dominico die audiendas accederent. His adde, dum ita velis, quae cl. Laurentius Alexand. Zaccagnius in *Collectan. monumentor. veter. Eccl.* §. LXIV. *Praef.* differit de lectionibus propriis *cuicumque festo post concilii Nicaeni tempora* addictis. Vide & §. seq. LXV., ubi postquam disseruit de opere & studio *Euthalii Sulcensis Episcopi*, qui lectiones e sacris tum Actuum Apostolorum, tum Paullinarum, Catholicarumque epistolarum sectionibus collegerat, easque liturgieis diebus S. Alexandrinae metropolis accommodatas protulerat, tandem impense dolet vir laudatissimus iacturam Evangelicorum codicum eiusdem ecclesiae; de quibus nil dubitat, quin ii *Euthalii* aevo similes Evangeliorum *sectiones*, lectionesque sacras in singulis quibusque synaxibus legendas continerent. Nos ad calcem cod. Syriaci Philoxenianae versionis cum Graecis Alexandrinis exemplaribus collati ordinem huiusmodi sectionum a Thoma Heracleensi dispositum habemus. Et ne e Thebaide egrediamur, duo inter cetera Borgiana, eaque perantiqua Evangelistariorum codd. fragmenta, quae supra commemoravimus, certa sectionum harum monumenta servant. Accedit & *tertium* in *Transfigurat. Domini*. Huc etiam spectat tota illa *lectionum*, *certis diebus in Missa recitandarum*, *series*, quam Zaccagnius Euthalianis tabulis se addidisse §. LXXIII. testatur, uti ea *in codicis Regio-Alexandrino margine* descripta erat. Hanc ipsius codicis antiquitati Wetstenius opposuit, cui tamen apte egregieque respondet Woidius in saepe laudata *Praef.* p. XVII. col. I., & ita codicem Alexand. descriptum tuetur ante an. 397. Hactenus de *lectionibus liturgicis*, quae post Nicaenam synodum vel in margine, vel in fine, vel utrobique sacrorum codicum, inveniuntur praescriptae.

Sed ante huius divinae synodi tempora an idem omnino mos obtinuerit, ut in Evangeliorum codicibus *lectiones* recitandae

citandae in ſacris ſynaxibus determinatis diebus aſſignarentur, an vero magis ex delectu, & arbitrio Epiſcoporum, Paſtorumque eccleſiarum penderent, incerta prorſus & obſcura res eſt, quam quae certis exemplis demonſtrari valeat. Ritus quidem conſecrandae Euchariſtiae iuxta Chriſti praeceptum, & inſtitutionem ex Apoſtolica traditione ubique gentium a ſacerdotibus integerrime cuſtodiebatur; ſynaxes fidelium agebantur, ibique Scripturae ſanctae tum vet., tum novi Teſtamenti legebantur: ſed ritus ille nondum ſcripto traditus erat, nec eo uſque in *codicibus* reperiuntur notatae ſcripturarum *lectiones*, quae in ſingulis ſynaxibus legi ex praeſcripto deberent. Hinc Renaud. diſſert. *de Liturgiar. origine, & auctoritate* p. XIII. ait: *Colligi veriſimiliter poſſe videtur, quarto ſaeculo ineunte, aut ſcriptas non fuiſſe Euchariſtiae celebrandae formas; aut ſi ſcriptae fuerint, non integras, ut ſunt, Iacobi, Baſilii, & Chryſoſtomi cum omnibus precibus, & ceremoniis, ſed ſummatim tantum, fuiſſe deſcriptas, ita ut partes illas tantum, quae praecipue ſunt, continerent. Verum probabilius omnino videtur, ſecundum Baſilii teſtimonium, a nemine ſanctorum ſcripto traditas* (1). Id vero cum alibi, tum praeſertim in Thebaide factum coniicitur, ubi Liturgiae omnes ex Graeco fonte, & ex ea in primis, quae *Marci* dicta Alexandrinae eccleſiae propria erat, ſaeculo chriſtiani nominis IV. prodierunt. Tunc Evangeliorum *ſectiones*, uti erant ex eccleſiarum more certis liturgicis diebus accommodatae in ſacris codicibus, quemadmodum a S. Ioh. Chryſoſtomo diſcere potuimus, notari coeperunt: & inde exordium ſumpſere libri, ſic dicti, *Evangeliſtarii*.

Non agitur heic de *ſectionibus*, quas vel divini Evangeliorum ſcriptores *Matthaeus*, *Marcus*, *Lucas*, & *Iohannes* in ſuis ipſorum ſcriptis ad perſpicuae narrationis ordinem ſervandum ab initio poſuerint; immo nec illud modo in dubium a me

(1) Haec nihil impediunt, quominus, dum ita velis, *Liturgiam*, quae S. Iacobo Apoſtolo tribuitur, αὐτόγραφον, & genuinum eius opus defendas; ſed ſimul monent, ut ſerio conſideres, quae de hoc argumento Renaud. ipſe ſcribit tum in cit. diſſert. pag. XXXII. XXXIII., & alibi, tum etiam tom. II. in *praef. ad Liturgias Syriacas*. In Thebaide certe cognita non erat ante ſaec. IV.; ut ex adnotationibus noſtris in fragm. I. Liturgic. colligere poteris.

a me vertitur, an tribus prioribus christiani nominis saeculis ad Nicaenum usque concilium, viri Apostolici, aliique deinceps ecclesiarum praepositi, distinctas pericopas, atque *sectiones* sacrorum librorum & maxime Evangeliorum in publicis fidelium coetibus & recitare, & exponere consueverint, prout eas in suis quisque codicibus notatas haberent? Haec iam, quae solide egregieque demonstrata video in eleganti *Diatribe* doctissimi Magistri *Gabrielis Fabricii*, *qua* Romae seorsim edita an. 1782., *Bibliographiae antiquariae*, *& critices capita aliquot illustrantur*, eo magis probatissima mihi sunt, & extra controversiam posita, quo magis ea consonantia esse intelligo Liturgicis institutionibus pii sapientissimique viri IOHANNIS CARDINALIS BONAE. Is enim *Rer. Liturg.* lib. II. cap. 6. §. 1. ita scribit: *Walafridus Strabo c.* 22. *non adeo certum esse ait*, *quis ante celebrationem Missae sacrificii lectiones apostolicas*, *vel evangelicas primum statuerit*. Creditur tamen, *ait*, a primis successoribus Apostolorum eamdem dispositionem factam ... *Quod si* (Bona mox subdit) *de lectione sacrae Scripturae GENERALITER sermo sit*, *nulli dubium esse potest*, *eam legendi in Ecclesia consuetudinem ab Apostolis emanasse*, *ad quos HIC RITUS E VETERI TESTAMENTO profluxit*. Tandemque pluribus interiectis sic concludit: *Ex his evidenter deducitur morem legendi in Ecclesia*, *& specialiter initio Missae Scripturam* (non certe omnem, sed quasdam eius partes, atque sectiones) *non ab Alexand. I. Rom. Pont.*, *sed ab Apostolis incoepisse*. Quod & Allatius dixerat in diss. *de libris eccl.* Atque huc etiam referri necessario debent, quae pag. 194. cit. *Diatribes* meus ille cl. Fabricius *de pericopis*, *sive sectionibus* Scripturae sanctae ex veteri & Hebraeorum, & primorum Christianorum more, dum sacrae synaxes haberentur, in Ecclesia lectis, iisque etiam *notatis in codicibus*, qui publice legebantur. Talis erat quicquid dicat Zaccagnius, περικοπὴ cap. VII. ep. I. S. Paulli Ap. ad Corinth. a v. 25. ad 40., quam, ut Fabricius ipse veracissime docet, interpretatur lib. VII. *Strom.* Clem. Alexandr. Tales & aliae, quas, observante Huetio, *Origenes* exposuit.

At alius plane generis sunt *pericopae*, sive *sectiones* sacrorum

rum librorum, de quibus ipse *Cardinalis Bona* in hunc modum scribere pergit: *Seriem vero, & ordinem lectionum, atque epistolarum, & evangeliorum, quae singulis diebus per annum in Missae sacrificio legi debent, communis eruditorum sententia est, paucis licet negantibus, S. Hieronymum disposuisse in libro, quem comitem inscripsit, ediditque Pamelius* tom. II. *Liturgicor.*, ubi certe *lectionum epistolarum, & evangeliorum* nomine, eorum ss. librorum *sectiones*, atque *pericopas* litteratissimus Cardinalis significari disertissime docuit. His addit: *vere hunc librum a Hieronymo conscriptum esse, ex eo quidam confirmant, quod Patres eo antiquiores lectionum dumtaxat utriusque testamenti GENERALITER mentionem faciunt: posteriores vero CERTAS LECTIONES SINGULIS DIEBUS assignatas commemorant*. Quod si mox addit ex Bucherio: *Sed certas fuisse ante Hieronymum lectiones ex Hippolyti M. Canone Paschali evincitur, in quo statae lectiones in cellulis sive laterculis designantur*, error tribuendus est *Scaligero*, qui laterculos *marmoreae sedis* eiusdem S. Martyris, *in ingressu Vatic. bibl. collocatae* male interpretando Bucherium decepit, Bucherius vero Bonam. Errorem explicat eruditissimus Thomas Galeus apud *Cave* in *Scriptor. eccl. histor. litterar.* pag. 107. De auctore codicis, qui *Comes* inscribitur, & Hieronymo tribuitur, vide in tom. XI. oper. maximi huius doct. *admonitionem* cl. Vallarsii pag. 325. Eum enim pene aequalem facit Hieronymianae aetati. Haec scilicet eo spectant, ut intelligas *sectiones evangeliorum*, de quibus in hoc III. argum. loquimur quasque uno veluti partu cum Liturgiarum scriptione editas putamus, non primi, sed *secundi generis* esse.

Relege tu modo codicem nostrum. Quumque nullam prorsus in eo notam inveneris Evangelicae *sectionis*, quae vel *sabbato*, vel *dominico die* legenda esset; etiamsi, iuxta indicem supra cit. *Hieron. Lectionar.* sub duabus tantum columnis 535. 536. tom. XI. Vallars. edit., *quinque* saltem *sectiones*, ne alias commemorem, in *margine fragm. nostri*, usitatis *signis* pro Liturgiae lectionibus, distingui potuisse deprehenderim; non temere certe, uti ego auguror, dices, eum vel ante, vel circa ipsa Nicaeni concilii tempora fuisse in Thebaide scriptum, quum ibi nondum Liturgici libri evulgari coepissent. ARGU-

ARGUMENTUM IV.

Ex eo desumtum, quod, quum Borgianum fragmentum nullos habeat Eusebianos canones, nec ullarum prorsus divisionum notas, merito credatur cod. Alexandrino antiquius.

TAndem Borgianus codex Evangelium S. Iohannis uno contextu a capite ad calcem descriptum exhibere videtur absque ulla prorsus insigni aut titulorum, aut capitum, quam vel in *margine* alicubi indigitet, divisione (1). Nam in fragmento nostro Graecum caput huius divini Evangelii *septimum* cum *octavo* coniungitur; quod & Thebaica versio praeclare confirmat. Eadem vero coniunctio, & continuatio hodieque deprehenderetur inter caput VI. & VII., nisi membrana Graeci textus, ubi finis VI. & initium VII. reperiri debuerant, omnino periisset. Sed superest Tabula versionis Thebaicae, quae Graeci defectum accuratissime supplet. Quid denique? Optabamus nos quidem codicem nostrum hoc loci conferre cum *Alexandrino*. Sed id praestare nequivimus, quia in hoc ipso desunt integra folia *duo* deperdita a vers. 50. cap. VI. ad vers. usque 52. cap. VIII., ut Woidius ipse admonet in laud. *Praef.* pag. XXX.

Eum ergo liceat mihi modo cum *quatuor*, omnium, qui hactenus in orbe christiano cogniti sunt, antiquissimis, & Wetstenio ipso sic concedente IV. & V. saec. exaratis, cum *Alexandrino* nimirum, *Vaticano*, Cantabrigiensi, & Regio 905. quadantenus comparare. Alexandrinus numeros habet *pericoparum*, *capitulorum*, & *sectionum Eusebianarum* in initio, in fine, & in medio: hosque non modo refert cl. Woidii *Praefatio* pag. IV.,

(1) Vide Borgiani codicis προσωπογραφίαν in *Diatribe* iam ante iterum atque tertio laudata *Fabricii* nostri a pag. 167. ad usque 171. Nam ex interpunctionibus, intervallis, & initialibus periodorum litteris, quae omnia accuratissimus scriptor exactissime observavit, non admodum difficile erit de codicis ϛιχομετρία coniicere. Ea ad calcem haberi potuisset. Sed codex initio, & fine mutilus, ne optatam hanc ϛίχων, sive versuum summam exspectemus, denuntiat.

pag. IV., & alibi, ſed & codex ipſe integerrime repraeſentat. Et ſane ſi, quod Wetſtenius in *Prolegomen.* ad N. T. editionem pag. 11. §. 3. cenſuit, *vir ille doctus, qui verſionem Syram poſteriorem an. 615. Alexandriae cum codicibus Graecis contulit, & variantes lectiones in margine adnotavit hoc ipſo codice Alexandrino uſus eſt*, non potuit in eo non invenire tabulas capitulorum & canonum Euſebianorum, quas cum Syriacis ſuis conferret. De Vaticano haec ſcribit cl. L. A. Zaccagnius in *Praef. ad collect. monumentor.* pag. LVI. *Evangelia nec titulos habent, nec capita Euſebianis canonibus accommodata, ſed tantum rubras numerorum notas diviſionem quamdam textus in eius margine indicantes*. Idem tu dicito de *Cantabrig.*, qui habet, teſte Millio, *κεφάλαια reſpondentia canonibus Euſebianis, & lectionum diſtinctionem uſui eccleſiaſtico accommodatam*. Regius & ipſe, ut refert Wetſtenius in cod. D., habet *τίτλυς & κεφάλαια Euſebii a prima manu*. Ne multa. *Omnes vetuſtiſſimi codices*, iudice eodem ipſo Wetſtenio in *Prolegomenis* pag. 6. num. 11., *habent κεφάλαια, & τίτλους Euſebianos, excepto Vaticano, & Cantabrigienſi*: qui tamen notas habent alterius cuiuſdam, ut ante monuimus, diviſionis indices. *Eoſdem habet & verſio Coptica; uti in mſs. vidi, quos editor* (Wilkinſ.) *ex induſtria ſuppreſſiſſe videtur, ne ſcilicet paullum* dubitaremus, verſionem N. T. in linguam Aegyptiam primis a Chriſto ſaeculis ſcilicet vel ſecundo, vel tertii initio factam, *ut ipſe in praefatione pag.* V. *aſſeruit; Euſebii enim tempora nos ad* IV. *ſaeculum deducerent*. Quae heic addit Wetſtenius de Aegyptia verſione, permittantur tantiſper licentiae hominis, cui de maiori ipſius verſionis antiquitate dubium movere placuit; illudque unum teneamus, quanti ille fecerit argumentum deductum a *κεφαλαίοις*, & *τίτλοις* Euſebianis ad iudicium ferendum de Graecis N. T. codicibus ſcriptis ſaeculo IV. poſt Euſebium. Ex hoc enim certa veluti conſecutione colligitur, *Borgianum codicem Evangelii Iohannis*, qui non modo nullos Euſebianos ſive canones, ſive *τίτλους*, ſive *κεφάλαια*, ſed nec ulla habet capitulorum, aliarumve ſectionum genera ad eos accommodata, ad IV. eccleſiae ſaeculum multo certius, quam Alexandrinum, alioſque mox commemora-

tos, referri oportere. Noſter enim cum ipſomet Alexandrino, cumque ceteris comparatus anteit aetate Euſebianorum canonum, & maiorum quarumcumque diviſionum inſtitutionem.

ARGUMENTUM V.

Ex characteribus cod. Borgiani cum iis, qui ſunt in Alexandrino, comparatis.

Exordium eſto ab *alpha*. De eo, uti pingitur, in cod. Alexandrino, ita ſcribit cl. Woidius p.XIV. *Praef.*: *Lineolae binae* τȣ alpha *ad angulum acutum iunguntur in cod. Alexandrino, quod etiam in Colbertino, Caeſareo*, (apud Montfauc. p.188. 190.) ... *Dioſcoridiano, Claromontano* (ibid. p.214.) ... *differt praeterea alpha cod. Alexandr. a Dioſcoridiano, quia in illo primaria lineola magis inclinata eſt, in hoc autem propius ad perpendiculum accedit, in illo duae lineolae minus, in hoc maius ſpatium comprehendunt, quod etiam in cod. Caeſareo* Geneſeos (ex Lambec. Biblioth. Caeſar. 2. edit. pag. 509.) *& Claromontano deprehendes. ALPHA itaque codicis Alex. ſaeculo quarto admiſſum fuiſſe quis negaverit?*

Atqui eodem ipſo fatente Woidio pag. ſeq. XV. Praef. ſub fin. col. I. *In fragmentis Borgianis* huius omnino figurae *alpha etiam admittitur*; Woidius ergo negare nullo iure poterit, quin *alpha* huius noſtri *Borgiani fragmenti* ex Graeco-Theb. cod. Evang. S. Iohan. excerpti admiſſum fuerit *ſaeculo* IV. Eſt igitur, quod ad hoc, codex noſter aequalis codici Alexandrino.

Sed ſaepius, ſubdit in Borgiano fragmento *formam* a *latino ſimilem animadvertes quae etiam in mss. latinis reperitur*. Bene eſt. Iam animadverti, & video unam hanc litteram, illiuſque nudum conſpectum anſam fortaſſe dediſſe Woidio, ut fragmentum noſtrum reiiceret in *ſaeculum* circiter VII., ductus, ita credo, exemplo & auctoritate Montfauconii, qui quum *alpha* ſimilis moduli deprehendiſſet in cod. *Graeco papyraceo*

ceo Turonensi, cuius *specimen* edidit pag. 215. Palaeogr., *scriptum* & ipsum dixit *septimo circiter saeculo*. In hoc tamen *Turonensi* cod. (quod paullo diligentius observandum erat) nullum usquam apparet *alpha* codicis Alexandrini. At in Borgiano ὑποσπασμαθίῳ frequentissimum est. Verum ut de *forma* dicam τȣ̃ a *latino simili*, eaque saepius recurrente in Graeco textu codicis nostri, quantae antiquitatis ea sit, non iam apud Latinos, sed apud Graecos, vir eruditissimus facile rescire poterat a celeberrimo *Edwardo Bernardo* in *Graecis* variae aetatis *alphabetis*, iuxta seriem, quam edidit doctissimus Ezechiel Spanhemius tom. I. dissert. II. *de praestantia & usu numism. antiquorum* pag. 82. Ibi forma τȣ̃ a Graeci sub Constantini magni imperio ad an. Chr. refertur 306. (1). Eccur igitur non huius etiam aevi Woidius credat fragmentum nostrum? Quid quod a Latinum a Graecis tamen Ioniis acceptum longe antiquissimum Spanhemius ostendit? *Alpha* itaque sub initium saec. IV. a Graecis scriptoribus, teste celeberrimo *Bernardo*, adhibitum, nihil pugnat, immo & mire convenit cum aetate eiusdem omnino aevi, quam nos in cod. Borgiano agnoscimus.

Ceterum figura τȣ̃ *alpha* nostri longe antiquior est Constantiniano saeculo. Haec enim prisca retinet lineamenta illius, quam Aegyptii gentiles diu ante Christi Servatoris adventum depingere consueverunt ex eo usque tempore, quo Graecum alphabetum adoptare coeperant. Agit Plutarchus lib. IX. *Symposiacor.* quaest. 2. & 3., primo de *ALPHA*, *cur principem inter litteras locum obtineat*, deinde *de proportione numeri vocalium & semivocalium*. Heic vero *Mercurius* inducitur, *qui primus deorum in Aegypto traditur invenisse litteras*, atque *ob hanc caussam*, subiungitur: *Aegyptii*, πρῶτον Ἶβιν γράφουσιν, ὡς Ἑρμεῖ προσήκουσαν, οὐχ ὀρθῶς, κατά γε τὴν ἐμὴν δόξαν, ἀνάυδῳ

(1) Vide etiam tom. I. Maurinorum Patrum: *Nouveau traité de Diplomatique*, ad tab. XI. pag. 681. *Alphabetum universale Graecar. litterar. a saec.* III. *exeunte, & deinceps*. Ibi enim ordine secundo inter tam varias, multiplicesque formas τȣ̃ *alpha minoris*, duae, quae sub initium saec. IV. sequentis tamquam omnium antiquiores in mss. codd. usurpari coeperint, sedem principem tenent, eaeque fere similes, *iuxta Woidii hypothesim*, τȣ̃ *alpha* cod. Borgiani visuntur.

καὶ ἀφθόγγῳ προεδρίαν ἐν γράμμασιν ἀποδόντες, *primae litterae signum faciunt* ibin, *tamquam Mercurio convenientem : non recte, meo quidem iudicio, muto vocisque experti animali primum locum in litteris deferentes*. Ita hunc locum vertit Xylander. At Iablonskius in *Pantheo* lib.5. cap.5. §.6. pag.162. postrema haec Plutarchi verba sic interpretatur : *non recte* ἀνάυδῳ καὶ ἀφθόγγῳ *litterae* mutae *primum deferentes locum*. Si recitatum Plutarchi testimonium de litteris, sive *hieroglyphicis*, sive *sacris*, atque *symbolicis* intelligendum esset, nihil in eo quod ad rem nostram faceret, contineretur. Nam apud Clem. Alexandr. lib.5. *Strom.* n.7., *aureas imagines*, quas *in deorum* κωμασίαις circumferre solebant Aegyptii, *duos canes*, *unum accipitrem*, *ibin unam*, τέσσαρα τῶν ἀγαλμάτων εἴδωλα τέσσαρα γράμματα, *quatuor harum imaginum simulacra*, *quatuor litteras* appellabant. Sed tota illa convivalis quaestio de litteris alphabeticis apud Plutarchum instituta videtur. Hinc Iablonskius statuit *primam* Aegyptiaci alphabeti *litteram* fuisse Θ, eamque ἄφθογγον *mutam*; adeoque indignam, cui, iudice Plutarcho, princeps inter ceteras locus tribueretur. Si caussam huius primatus a Iablonskio quaeras, ea est, quod *ibis* ex sacra Aegyptiorum doctrina, dum rostrum in pennas sub pectus demissum reconderet, *cordis figuram*, qualis est ϴ, vel Θ repraesentabat. Nihil enim tam *cordi adsimile* norant Aegyptii, quam *ibin* : & ideo quoties *cordis* speciem monstrare vellent, *ibin*, Horapolline teste, pingebant. Ut autem sententiam suam Iablonskius extra omnem dubitationis aleam collocaret, vadem atque sequestrum adducit Martianum Capellam, cuius in lib.II. pag.42. haec verba sunt : *Erat in medio avis Aegyptia*, *quae* ibis *memoratur ab incolis Ipsa vero* ibis *praenotatum gerit nomen cuiusdam mensis Memphitici*. His addit *ibidem*, sacram Mercurio *Thoth singulariter dilectam*, *& consecratam fuisse*. Unde tot sibi tandem lumina affulsisse confidit, ut iam divinare se posse, dicat, *quisnam sit mensis ille Memphiticus*, *cuius nomen praenotatum gerit IBIS*. *Est nempe*, ut ille continuo ait, *primus mensium anni Aegyptiorum*, *qui idem plane cum ipsorum* Mercurio *nomen gerit*, *nempe THOTH Huius nomen*

men praenotatum gerit ibis, *quia ubi rostrum abscondit in pennis, quas sub pectore habet, figuram repraesentat cordis, aut trianguli, aut litterae* Θ, *quae est prima littera nominis* Θωθ, *quo Aegyptii & Mercurium suum, & primum totius anni mensem designabant.*

Dicta recipio. Verum dum liberum mihi sit in aliam abire sententiam, aio, Plutarchum in primis, si loco paullo ante laudato de *ibide* tamquam prima *Aegyptiaci alphabeti* littera loquitur, quasi per iocum, ut in convivialibus dialogis fieri solet, dixisse, non recte ab Aegyptiis huic avi, quippe quae vocis expers & muta sit, primam inter litteras sedem dari. Sic & ante dixerat, Cadmum ἄλφα (1) (Hebr. אלוף) *bovem, omnium*

(1) Ex hoc Plutarchi loco viri sunt longe doctissimi, qui Hesychii Lexicon in expositione vocis ἄλφα castigandum censent. Lectio est: ἄλφα, βοὸς κεφαλὴ Φοίνικες. Hanc vocem Φοίνικες ab Ἀλύω proxime antecedenti huc post κεφαλὴ iure transferendam statuunt *Heinsius*, *Bruno*, *Sopingius*, *Bochartus* ὁ πάνυ, idemque ipse ceterorum laudator nuperusque Hesychii restitutor, Iohan. Alberti. Sed ad lectionem ipsam quod attinet, eam illi omnes, quos ego mox commemorabam, uno excepto Bocharto, integre, uti iacet, accipiunt, & ἄλφα *bovis caput* exponunt; *videtur enim* (ex Sopingio) *signare Phoenicas* bovis caput, alpha *dicere*. *Hebr.* aleph *ab inveniendo sic dici litteram, aut quod prima, & dux aliarum sit, indigitant*. At vero *Bochartus* tum in *Geogr. S.*, tum in *Hieroz.* admonet, *pro* βοὸς κεφαλὴ *legendum esse divisim* βοῦς, κεφαλὴ: *quia scilicet Hebr.* אלוף (allûph) *unde illud ALPHA, non bovis caput, sed &* bovem, *&* caput, *sive* ducem *significat*. *Bocharto adsentitur Kusterus*. Sic Albertus, qui Bocharti suffragatoribus addere poterat Beausobrium in *H. Manichaeor.* lib. II. c. III. pag. 368. cuius verba sunt: *Il faut lire* ἄλφα βοὺς κεφαλὴ. Alpha *designe, ou signifie le* boeuf *qui marche à la tête du troupeau*, (βοῦς *ductor armenti*). Bochart *l'a remarqué*; licet is *divisim*, observante Alberto, & *non coniunctim*, ut Beausobr. facit, Hesychii voces acceperit. Quid Albertus ad haec? *Non obsto*, subiungit, *verum enim est*. *Plutarch. Sympos. quaest.* IX. 3- ideo (Cadmum) ALPHA omnium litterarum primum posuisse ferunt, quia bovem ita Phoenices appellabant. *Nihil tamen in Hesychio mutare volo: non enim quid scribere debuerit, sed quid scripserit, quaerendum* . . . Quin & ista statim subnectit: *Suffragatur* (Hesych. lectioni) *Lexicon ms.*, *quod* (ex bibl. Coislin.) *laudavimus*. *Forte huc facit, quod littera bovini capitis figuram quamdam referat*. *Nec ignoro* bovis caput *pro ipso* bove *dici posse, ut exemplis docet Bochartus Hieroz. tom. I., sed poëticum illa dictio colorem habet ex oriente tractum, ubi figura satis familiaris est, adeoque in grammaticis non facile quaerendum*. Haec paullo fusius de ALPHA Phoenicum, sive *bove*, sive *bovis capite* protuli, ne, quae nos de *A* aegyptio sive ab ibi, sive ab ibis capite, rostro, cordeve desumpto dicturi sumus, mira cuiquam, & inusitata videri debeant.

Nec quidquam per haec detractum putes germanae intelligentiae divini *illius*

omnium litterarum primum poſuiſſe, quia Phoenices *ita* bovem *appellabant*; iique *bovem* non *ſecundum*, non *tertium*, ut Heſiodus appellat, ſed *primum* inter ea, quae ſunt neceſſaria, exiſtimabant. An non & *bos* mutum animans eſt? *Alpha* tamen ex eo ſic dictum & vocale eſt, & ceterorum omnium elementorum princeps.

Nihil

illius effati, quo Chriſtus Deus Iohanni dixit I. Apocal. 8. XXI. & XXII. Ἐγώ εἰμι τὸ Α καὶ τὸ Ω: *Ego ſum* Α, *&* Ω, uti exſtat in Graeca vulgata, & apud Magnum Athanaſium *Orat.* III. *cont. Arianos* Maur. edit. pag. 539., in Alexandrino vero cod., in Memph. verſ. Wilkinſ., & in pervetuſto Coptico cod., quo, ex munere Ep. Tukii, utor, εγω ειμι, expanſis litteris, το αλφα καὶ το ω, Aegypt. ⲡⲓⲁⲗⲫⲁ ⲁⲛⲟⲕ ⲡⲉ ⲡⲓⲁⲗⲫⲁ ⲟⲩⲟϩ ⲡⲓⲱ̀. Hinc Prudentius Chriſtianorum poëtarum apud Latinos elegantiſſimus *Cathemerinon* IX. hymno in laudem Chriſti de eo ſic cecinit v. 11:

Alpha & Ω cognominatus, ipſe fons, & clauſula
Omnium.

Nam ἄλφα in ms. Lex. Pariſien., ut Albertus ad hanc vocem Heſychii obſervat, non μάθησιν tantum iuxta S. Hieron., & Euſeb., verum etiam τελείωσιν ſignificat. In τελείωσι autem *reſpicitur forte ad ordinem, quem littera* Α *in alphabeto obtinet, & cuius reſpectu id quod primum, ſive perfectiſſimum eſt* alpha *vocatur. Ita Chriſtus Apocal.* I. 8. τὸ ἄλφα *dicitur*. Quamquam quid haec *prima*, & *ultima* alphabeti litterae in *tribus* illis Apocal. locis deſignent, quae ſtatim ſequuntur ἀρχὴ, καὶ τέλος, *omnium* ſcilicet, *principium* & *finis*, tam perſpicue, dilucideque exponunt, ut humano quovis interprete non egeant. Hoc idem hymnographus Prudentius inſinuare voluit. In illius tamen carmen vide pag. 64. nuperrimae edit. Parmenſ. egregias animadverſiones eruditiſſimi viri Hebr. ling. in Rom. Sap. archigymn. profeſſoris *Ioſephi Ab. Theoli*. In his enim praeter cetera opportune notata, *monogramma Chriſti* geminis hiſce litteris in veterum Chriſtianorum monumentis inſignitum commemorat, & inter illuſtres viros, qui de variis earum ſignificationibus pro dignitate tractarunt merito laudat ſcriptorem doctiſſimum, ſacrique apoſtolici pal. Magiſtrum, Thomam Mariam Mamachium tom. III. *Orig. & antiquit. Chriſtianar.* lib. 3. §. 24. Verum ne putes idem omnino monogramma ignotum fuiſſe chriſtianis Aegyptiis, en tibi Borgianum fragm. ex Actis M. Georgii, ubi p. ⲓⲁ mentio fit S. cuiuſd. *Athanaſii* gladio caeſi ϩⲓ̀ⲛ ⲥⲟⲩϫⲟⲩⲧ ⲥⲁϣ́ϥ ⲙ̀ⲡⲉⲃⲟⲧⲉ ⲧⲱ (ⲃⲉ), XXVII *menſis Tobe*, Memph. Tobi, ianuarii deinde 5. In fronte media p. ⲓⲃ icuncula eſt aethereis rutiliſque coloribus picta, qua Chriſtus Dominus nubibus incumbens repraeſentari videtur: ſed ita ſitu, maculiſque corrupta, ut diſtingui vix poſſit. Habet a dextro latere ⲁ, a ſiniſtro ⲱ. Fortaſſe enim alludit ad viſionem qua Chriſtus ipſe in actis apparuiſſe dicitur S. M. Georgio, ut eum ad acerbiſſimum agonem pro nominis ſui gloria fortiter perferendum animaret.

Nihil itaque certi ex eo Plutarchi testimonio extundi potest ad confirmandam Iablonskii opinionem de littera *muta* Θ, quae in Aegyptiorum alphabeto principem locum teneret. Immo quoties ille velit sermonem ibi a Plutarcho institui de *alphabeti* litteris, quum alias Cheronensis scriptor non nosset aevo suo ab Aegyptiis usurpari, quam quae Graecae originis essent, non poterat non intelligere, *ibidis* nomine unam apud eos litteram ⲁ designari: quae tamen non *bovis*, sed eiusdem *ibidis* characteres, notasve referret. Talis, uti ego coniicio, erat ab initio figura τοῦ ⲁ Aegyptiaci. *Triangulum*, & *cor*, quae duo erant apud Niliacos sacra *ibidis* signa, totam componebant figuram *, eius ferme similem, quam in hoc nostro Thebaico fragmento hodieque conspicimus.

* 

De figura *trianguli*, quam *ibidi* tribuebant Aegyptii, testis est laudatus Plutarchus lib. IV. *Symposiacon* qu. 5. pag. 670: Ἶβιν δὲ ποιεῖ τῇ τῶν ποδῶν ὑποστάσῃ πρὸς ἀλλήλους καὶ πρὸς τὸ ῥίγκος ἰσοπέλευρον τρίγωνον. *Ibis autem pedum diductione, eorum inter se, & cum rostro comparatione triangulum repraesentat aequilaterum.* Quae verba *Kircherus* sic interpretatur, ut velit *ibim rostro divaricatis cruribus inserto figuram non absimilem latino* A, *quam postea* ibin *dictam primam litterarum constituerit Mercurius.* At ex verbis Plutarchi nulla erat caussa, cur sibi Kircherus fingeret, *ibin* inserto divaricatis cruribus rostro A vel graecum, vel latinum repraesentare. Nihil huiusmodi Plutarchus dicit. Id unum ex ore Aegyptiorum narrat, *triangulum aequilaterum* efformari ex ibidis cruribus, quatenus ea inter se ad basim distracta acutos angulos duos aequales efficiunt, tertium vero eadem ipsa crura quasi totidem latera efformant, ubi coëunt in punctum designatum per rostrum ibidis. Sic Pierius Valerianus lib. XVII. *Hieroglyph.*, quem idem ipse Kircher. laudat, aliique docti viri, inter quos nobilis Aegyptiacarum antiquitatum scriptor & illustrator Caylus, hisce fere temporibus nostris intellexerunt. Ea ergo figura, quam Aegyptii apud Plutarch. per ibiden repraesentari aiebant, non est A latino simile sed Δ, Gr. *delta*, Copt. *dalda*; unde & δέλτα nomen, vel ante Herodoti aetatem Aegyptus acceperat. Eamdem *trian-*

guli

guli figuram in aperto Ibidis roſtro agnoſcunt eruditi. Par huic eſt *triangulum* in fronte nigri *bovis apis*, cuius praeclaram formam videas velim apud laudatum Caylum in tab. XII. tom. I. operis inſcripti, *Recueil d' antiquités Egyptiennes &c.* Aelianus *hiſt. animal.* lib. XI. ſacri huius bovis notas *novem & viginti* numerat, nullas tamen explicat. Herodot. lib. III. c. 28. inſigniores fortaſſe indicat, interque ceteras *candorem* in fronte, ſed *quadratae figurae*, λευκὸν τετράγωνον. Verum hunc locum tamquam amanuenſium vitio corruptum, ſic ingenioſiſſimus Caylus emendat, ut pro λευκὸν τετράγωνον, legi debere cenſeat λευκόν τι τρίγωνον, candidum *quiddam figurae triangulae*: cuius emendationis has omnino cauſſas reddit: *La premiere eſt, que toutes les figures du boeuf APIS que j' ai vûes, ont ſur le front un* triangle *ſimplement tracé par des lignes quelquefois incruſtée d' argent, ou formées par une feuille du même métal qui rempliſſoit la totalité du* triangle. *C' eſt en effet la tache blanche dont parle Herodote* *La ſeconde raiſon eſt tirée de la Théologie des Egyptiens. Plutarque nous apprend qu' ils comparoient la nature divine à un* triangle *rectangle, dont un des* côtés *repréſentoit l' intelligence; le ſecond la matiére, & le troiſiéme l' ordre qui réſultoit de l' intelligence avec la matiére. Le boeuf* Apis *étant, ſelon le même ſyſteme, le ſymbole d' Oſiris: & Oſiris n' étant pas diſtingué de cette intelligence qui avoit fécondé la matiére, & qui conjointement avec elle, avoit produit l' ordre: rien n' étoit plus ſimple que de reunir ces grandes idées dans le* boeuf Apis, *& de placer ſur ſon front ce TRIANGLE myſterieux.* Simile & ipſum ex aere fuſum Bovis Apidis ſimulacrum, tibi exhibet Caylus tom. II. tab. inter Aegyptiacas V., in quo, ut ille ait pag. 23.: *Le TRIANGLE eſt très-bien marqué au milieu du front.* Ex huius vero bovis *Apis* triangulo ſi exemplar *Alpha*, ſive *bovis* Phoenicii deſumptum dixero, nihil me dixiſſe putarim, quod non ſatis probabili coniectura innixum videri poſſit. Cadmus, qui & ab Aegypto oriundus, & Agenoris parentis traditionibus imbutus multa Aegyptiacorum myſteriorum fabulamenta inter Graecos invexiſſe fertur, non aliam quam *trianguli* formam *alpha* ſuo Phoenicio dediſſe videtur. Nam ſi ea eſt,

quam

quam Graeci a Cadmo primum acceperunt, in eorum monumentis, iiſque omnium certe antiquiſſimis, hanc unam *trianguli* figuram ſemper habuiſſe conſpicitur. Nec in alio a Δ differt niſi in uno latere, quod infra baſim in hunc fere modum A protenditur: unde ſaepe accidere potuit, ut alterum pro altero ſumeretur. Exſtant haec monumenta in novo opere Maurinor. PP. *de re diplomatica* par.II. ſect.2. cap.9. & 10., ubi p.*616*. inſcriptio *βȣςροφηδὸν* annis *mille* circiter & *quadringentis* ante aeram chriſtianam exarata, eaque e ruderibus templi *Amycleenſis* a cl. Fourmontio aevo noſtro eruta refertur, una cum *duabus aliis*, quae cap. ſeq. pag.*626*. traduntur. Sed de tantae antiquitatis, quae eis tribuitur, iudicio, quid ſenſerit vir ſummus Canonicus Alex. Symmach. Mazochius, vide pag.*126*. *Commentarior.* eius in *Tabulas Heracleenſes*. Caeterum & is p.*125*. *Alpha* iſtud referre docet *A vetuſtiſſimum alphabeti Pelaſgo-Graeci*. ISIS ipſa apud cl. Caylus tom. I. *Recueil d' antiquités* tab. VI. fig.1. dextera geſtat *une eſpece de triangle*; quod, ut arbitror, doctor Schaw, eodem referente Caylus in expoſit. tab.V. n.IV.; *Alpha ſacré* nuncupaverat: heic vero ad pag.22. ex Kircheri interpretatione tamquam *monogramma* τȣ̃ Ἀγαθοδαίμονος, *Boni Genii* indicat. Indeque eſt, cur nemini mirum videri debeat, ſi inſcriptionem num. 11. tab. XXVI. citato tom. I. eiuſdem Cayluſii, Rigordius vir litteratiſſimus Phoeniciam, Montfauconius, & Calmetus Aegyptiam appellarunt. Nam inter cetera habet litteram A crebro repetitam; eamdemque in Graecorum monumentis, ut vidimus, priſcae antiquitatis, frequentiſſime uſurpatam, & Cayluſio ipſo teſte n.III. eiuſdem tab.XXVI. *ex hieroglyphicis* Aegyptiorum *litteris ſeptimo loco* eductam. Nec quiſquam, credo, erit, qui me reprehendere velit, quaſi qui aut Phoenicias, Cadmeaſque litteras ab Aegyptiacis exortas cum Marshamo ſentiam, aut cum Kirchero ſtatuam, *elementa*, quibus modo utuntur Copti, eadem eſſe cum antiquiſſimis *popularis* Aegyptiorum ſcripturae, cuius meminit Herodotus.


Meum modo eſt de uno *Alpha* agere, quod *trianguli* formam primitus gereret, & ſymbolum eſſet *Apidis* in Aegypto,

& in Phoenicia *Bovis Alpha*, ſic apud eam gentem, ut aiebat Plutarchus, appellati. Et ſane, ſi animo tibi fingas, primo *triangulum* repraeſentare os bovis, quo caelum reſpiciat, deinde latera duo trianguli quaſi infra baſim producta ceu cornua bovis, quae terram reſpiciant, ſtatim caput bovis habebis adumbratum ut A Graecum & Latinum maioris formae. Idem eſt de minori, quod a maiori non differt, niſi ſimplici inclinatione figurae. Nam ſi & in hoc unum latus ſiniſtrum produxeris, formam maioris habebis. Ac ita certe, dum ſequi velimus ordinem naturae, quae ab imperfectioribus ad perfectiora progreditur, non *minus* a maiori, ſed *maius* A a minori A natum exiſtimabimus. Hoc ipſum eſt, quod ſimplex *triangulum* recentes diplomaticae rei Benedictini ſcriptores appellant tom.I. pag.*696*. *Selon D. Bernard de Montfaucon, les Marbres, les Bronzes, & les Médailles ſont les ſeuls monumens Grecs, ou l'on rencontre des* A *maiuſcules Dans les mss. au contraire jamais ils ne prennent, que la figure de TRIANGLE plus ou moins aigu ou arondi*.

Itaque Aegyptiis ſacerdotibus, ſacriſque ſcribis, quo primum tempore de Graeco alphabeto tractari coepit, non levis ſtimulis ad illud facilius adoptandum is fuiſſe putatur, quod primae litterae forma *triangulum* eſſet, ſacrum nempe ſymbolum tum *Bovi Apidi*, tum etiam *Ibidi* commune. Sed quoniam *Bos Apis* unius Memphiticae gentis proprius erat; nam & *Heliopolitani Mnevim* Bovem Soli ſacrum, & Hermonthitae ſuum, quem colerent, *Onuphin* Bovem, ſive *Pacin*, vel, ut putat Iablonskius, *Pabacin*, vel *Pabakin*, habebant; ſelegerunt Aegyptii, ut ego ſuſpicor, *triangulum Ibidis*, quae in univerſa prorſus Aegypto, teſtibus Herodoto, Strabone, Aeliano, Luciano, & Clem. Alexandrino, divinis & ipſa afficiebatur honoribus. Ne vero Ibicum *triangulum* ad ſolum Δ *delta* inferioris Aegypti traheretur, ei addiderunt figuram *cordis*, quod erat & *Ibidis*, & *Nili*, & *univerſae Aegypti* ſymbolum. De Ibide, quae tota cordi ſimilis, & *Iſidi* aeque ac *Mercurio* ſacra erat, nihil eſt cur plura dicam. Varias habes Ibidis effigies tom. II. *Picturar. Regio-Herculanen. Muſei* tab. LIX. ad templum

Iſidis,

Iſidis, & apud Caylum, Kircher., Pignor., Bellor., Aldrovandum, alioſque. De *Nilo CORDI* perſimile vide Horapoll. c. 21. Ut enim, ille ait, *principium* ἡγεμονικὸν *totius corporis* eſt καρδία *cor*, ſic eſt *Aegypti* ἡγεμὼν *dux*, & *princeps Nilus*. De *AEGYPTO*, quam pingunt ut *cor* ſuper conflagrantem *acerram* idem Horapollo cap. ſeq. 22. ſcribit. Cetera nunc accipe, quae de *alpha* noſtro ex Thebaeorum ſcriptis dicenda ſuperſunt.



Hoc certe, quale heic e regione intueris * apertam *trianguli* figuram repraeſentat. Quod quidem etſi in ima ſui parte poſterioribus ſaeculis a perfecti *trianguli* forma in hemicycli ſpeciem ſenſim declinarit, non ita tamen omnem *trigonici moduli* umbram amiſit, quin aliquid retinuerit, unde quis colligere poſſit illius figuram ab initio triangularem fuiſſe. At certe in parte ſuperiori aperte *cordiforme*, aut etiam, ſi malis, *coniforme* eſt. Vide & alteram hanc Thebaicam τȣ̃ *alpha* maioris formae *, in qua *curva* coni, ita per crus dexterum ſubiecti trianguli ducitur, ut *Ibidis* roſtrum aemulari videatur.



Nec aliter in antiquioribus, ac fere omnibus quae vidimus, Thebaeorum fragmentis, *alpha* iſtud Aegyptiacum pingitur. In pleriſque huius litterae exemplis conſpicua eſt linea, quae cordis peripheriam in coni morem deſcribit, ſed ſpatium medium in albo vacuum, valdeque magnum, & amplum relinquit, quod ſcribae ſubinde, dum *alpha* initiale efformare volunt, aut coloratis faſciolis, aut aliis quibuſdam pictis figuris implere ſtudent. Hoc idem ſpatium atro colore plenum frequentiſſime obſervatur in *alpha* * codicis noſtri, licet interdum etiam in aperti ocelli morem vacuum * percipiatur.





Non aliud *alpha* ſive maioris, ſive minoris formae, quod proprium Thebaeorum dici poſſit in fragmentis noſtris, & iis quidem remotioris aevi, obſervare hucuſque potuimus. In quibuſdam tantum ſequiorum temporum ſcriptis, ſed rariſſime unum vel alterum alpha maiuſculum eius ſimile, quod habes in *Coptico Alphabeto* Montfauconii animadvertimus; ita ut vix ego credam, maius hoc A antiquiſsimis Thebaeorum ſcriptoribus fuiſſe cognitum.

De loco autem Martiani Capellae, ubi *Ibis* dicitur *praenotatum gerere nomen cuiusdam mensis Memphitici*, ibique divinans ait Iablonskius, *primum* Aegyptiaci anni mensem Θωθ *Thoth* designare, aliud quiddam, quam ei visum fuerit, sentiendum puto. Ibis memphitice dicta ϩιπ, & cum addita terminatione ι, ϩιπι, unde verso π in β graece vocatur ἶβις, ipsa est, quae suo ipsius nomine nomen praenotatum gerit mensis Memphitici ⲉⲡⲏⲡ, *iulil*, ad normam Aegyptiae pronunciationis; nam a Graecis appellatur ἐπιπὶ, ἐπιφ, & ἐπιφὶ. In hoc enim Aegyptiaco *mensis* επιπ vocabulo latet nomen ϩιπ, *Ibidis*. Immo si stat sententia Varrinii, qui, ut observat Aldrovandus, *in accusativo plurali* τὰς ἴβιδας *dici*, ait, *ac si* Ibis *masculini generis esset*, ϩιπ cum *articulo* Aegyptio π fieret πϩιπ, & πϩιπι. Quumque Niliaci addere solerent, uti non semel post Iablonskium observavimus, similium vocabulorum articulis modo α, modo ι, plerumque ε; nil eo facilius accidere potuit, quam ut uno illo *Ibidis* nomine, ipse quoque Memphiticus mensis εϖηπ, aut ἐπιπ appellaretur ut *abib* Hebr., & *ebib* Arab., quod *spicam*, ut alibi diximus, significat. Eo enim loci a Martiano Capella *Themis*, aut *Astrea*, aut *Erigone*, puella inducitur, quae *spicas manu*, *caelatamque ex hebeno* πίνακα (tabellam) *argumentis talibus afferebat*. Erat *in huius* tabellae *medio avis Aegyptia*, Ibis, quae in Κωμασίαις deorum apud Aegyptios, teste Clem. Alex. V. *Strom.* n.VII. *Lunae symbolum* dicitur, aut, ut alii volunt, *circulum obliquum*, sive *zodiacum* significat, & est *principium* inventionis, *numeri*, *&* *mensurae*. Ex quo caussa etiam repetitur, cur illi in adoptando alphabeto Graeco *alpha* suum ita effingere studuerint, ut esset symbolum *Ibidis*, & numeri *principium*, cuiusmodi est unitas, & littera numeralis *a*. Praeterea *rostrum* Ibidis tum exterius, tum interius, tamquam perfecte *conicum* describitur ab *ornithologo* scriptore *Lex. Encyclopaedici* sub articulo *Ibis*, quam *bibu* appellant Anglicani interpretes capitis XI. *Levitici* v.17. Atqui non dissimilis formae esse

esse videtur hasta *conico-incurva*, quam prope ad instar Ibici rostri in ⲁ *maiori* pleraque tibi Thebaeorum fragmenta repraesentant. Quidni igitur suspicari liceat aliquid in hoc quoque *alpha* conspici, quod Ibidis nota esse possit? Ad summam. In Thebaicis scriptis *figura* tum *minoris*, tum etiam *maioris alpha* aliquid *Ibici* & peregrini exprimit, quod longe exsulat a graiis latinisque oris, nec nisi in Aegyptiis, ubi avis *Ibis* stationem, vitamque suam perpetuo ducere amat, occurrit (1). *Alpha* ergo in hoc Borgiano codice haberi non debet pro nota characteris a VI. vel VII. saec., sed pro nota *gentili* & propria scriptoris, qui hoc avito, & primigenio charactere non potuit non uti, dum in Aegypto superiore scriberet, nec vis instantis consuetudinis pateretur, ut unam formam τȣ α Graeco-Alexandrini aemulari perpetuo quiret. Ex hoc denique *Ibico alpha*, quod in toto codice Turonensi apud Montfauconium pag. 214. *Palaeogr.* constanter cernitur, iure quis suspicari poterit, eum non in Graecia, non Alexandriae, multoque minus in occidente, sed in Aegypto illius gentis more fuisse exaratum; tametsi pars τȣ ⲁ Turonensis superior, paullo tenuior, quam esse fortasse deberet, appareat.

De littera ⲙ *my* nollem ea dixisset Woidius, quae mihi sub oculos veniunt pag. XIV. *praefat.* col.2. Do perquam lubentissime, formam τȣ M Alexandrini in vetustioribus codd., immo & in Britannico Theb. IV. saec. reperiri; sed nego ⲙ utpote minimum, natum esse ex ⲙ *curvo* minori, & *curvum ad litteras celerius efformandas* esse ex *recto quadrilineo* maiori

(1) Videsis v. cl. *Georgium Zoëgam de Numis Aegyptiis Imperatoriis Musei Borgiani* pag. 170., ubi in ANTONINO sub num. 62. de numis agens M. R. G. abs se visis *ex variis symbolis, quae in numis istis* contemplatus est, se collegisse dicit *cuncta, quae de THEUTHO praedicant veteres scriptores. Habitus vatem, vel quod idem est, priscum philosophum indicat, capitis ornamentum Aegyptium heroem. Facundiam designat caduceus, inventas litteras IBIS, QUAE VETERIS ALPHABETI PRIMUS CHARACTER IN HODIERNO AEGYPTIO, mutato loco, & nomine, VICESIMUS NONUS, eademque astronomiam, quippe quae nomen DEDIT primo mensi anni Sothiaci, civilis autem penultimo, & geometriam quadrata basis, cui insistit avis.* At in hodierno alphabeto Memphitarum *character* XXIX. est ϩ *hori*.

iori M (1). ꟽ enim *minimum* non tantum *postea*, ut ille scribit, *in papyraceo Turonensi*, *aliisque mss.*, sed multo *prius* quam aut *curvum minus*, aut *rectum maius*, in codicibus Graecis primi ecclesiae saeculi exstitisse novimus. Sic enim ꟽ pingitur in *specimine characterum* papyracei voluminis *de rhetorica* a Philodemo philosopho scripto editi, & inter innumera monumenta Herculanen. in regio Museo Neapoli asservata conspicui. Specimen hoc videram ego tum in Romana *Anthologia litterariar. Ephemeridum* socia, tum etiam in fronte Hwidiani *Libelli critici* Hauniae impressi an. 1785., ubi ornatus gratia inter ceteras Neapolitani voluminis voces & haec insculpta erat: ΔΥΝΑꟽΕΙ. Sed paullo dilucidiora optanti adfuit in tempore Ariminensis patricius *Angelus Battaglinus* S. Mariae in Via Lata Romae Canonicus, & ob virtutis & eruditionis suae praestantiam a me merito ac iure hoc in loco commemorandus, qui mihi non modo indicavit, sed & officiosissime commodavit opus celeberrimi Winckelmannii, cui titulus est: *Istoria delle Arti &c.* Rom. edit. an. 1784. Ibi tom. III. inter epistolas viri huius praeclarissimi: *De' papiri antichi che sono nel Museo del Re di Napoli* art. 3. pag. 199. specimen characterum accuratius expressum inveni. Inde certior sum factus de litt. ꟽ, quae non in saxis, sed in mss. ipsis codicibus vel ante Titi imperium usurpari consuesceret. Eadem usitata cernitur in Graecis *Palmyrenorum* inscriptionibus, de quibus iam alibi egimus. Vide & *Palaeogr.* pag. 171., ubi Montfauc. de duobus monumentis agens: *Nicocrati*, & *Cosmae* positis, scribit, observanda in his est *forma* τοῦ M: *nam ita depingitur* ꟽ *qua figura in vetustioribus item marmoribus occurrit*. Hanc ipsam pag. 180., collocat inter formas tres *my* Basilidiani. Et reapse in *abraxeis* non raro haec forma conspicitur. Caylus tom. II. *Antiquit. Graec.* tab. LI. *anaglypha* duo repraesentat, in quorum altero legebatur: ΑΝΘΟ-

(1) Maurini PP. to. I. *Noveau traité de diplomatique*, ad imam pag. 689. observant M in medio rotundum, quod in mss. post saeculum IX. frequenter, teste Montfauconio, usurpatur, locum tenere in cod. Alexandrino, simul tamen fatentur, *que l'* M *commença dans les mss. des certaines provinces*, *à s'arondir plus de* 400. *ans avant l'époque*, *où elle prit communement cette forme*.

ΑΝΘΟΥϹΗ ΔΑⲘⲘΑΙΝΕΤΟΥ ΥΠΟϹΤΑΤΡΙΑ. En ⲙ in Δαⲙⲙαινετου.
Scio, Caylum ex characterum formis & hanc & alteram inter recentis aevi *epigraphas* reiecisse. At id acerrimi ingenii vir *non absolute* fecit, sed *comparate* ad inscriptionem *arae*, quam ab Ab. Fourmontio *deae Ongae* seu *Minervae* annis ante aer. christianam 1500. dedicatam acceperat. Vid. tab. XX., eiusque explicationem pag. 60. tom. I. eiusdem Cayli. Prisci Coptitae, maxime vero Thebaei unam hanc formam a Graecis accepisse videntur. In eorum namque codicibus multo serius sub V. & VI. saeculum figurae *curvi* & *recti* M, ni egomet fallor, apparere incipiunt. Accedit his, quod idem clarissimus Caylus inter litteras iuxta systema Varburtonii e *hieroglyphicis* Aegyptiorum eductas, unum ⲙ numerat. Quod igitur haec sola in Graeco Borgiano cod. conspiciatur, argumento est, huius scriptionem Alexandrini cod. aetatem antevertisse (1).

B, E, Θ, C, Φ, Ψ, ω, quae eodem loci Woidius tamquam propria codicis Alexandrini describit, in nostro Borgiano ipsissima sunt. Et si rude quiddam in huiusmodi elementis, cl. viri iudicio, pro maioris antiquitatis nota haberi debet, hoc certe frequens magis, & conspicuum est in Borgiano.

K Alexandrinum, in quo duae lineae obliquae versus perpendicularem ad angulos utrimque acutos ita vergant, ut punctum concursus habeant ab ipsa perpendiculari disiunctum, etiam in Borgiano persaepe occurrit: sed & alterum longe antiquius in hoc nostro cod. invenitur, quod punctum concursus earumdem linearum habet in ipsa perpendiculari; similis enim formae est in specimine characterum voluminis Herculanensis, *Philodemi*. Ceterum primum illud non modo in *quarti*, verum etiam in *quinti* & *sexti* saeculi fragmentis Graeco-Thebaicis reperitur.

Ex

(1) De littera *mi* Coptici alphabeti in monumentis Siculis, & in urna Sexti Varii Marcelli prope Velitras an. 1764. effossa, indeque in Museum Clementinum novis in dies, variisque pretiosae antiquitatis Κειμηλίοις, Pont. M. PII VI. liberalitate atque sapientia mirifice auctum, invecta, vide immortalis nominis scriptorem doctiss. Gabriel. L. Castellum Princ. Turrisinutii in *Collectione vet. inscript. Siciliae* Panormi typis regiis edita an. 1784. p. XL. *prolegomen.*

Ex orthographia Borgiani cum altera Alexandr. cod. comparata.

PAria sunt tum in Alexandrino, tum in Borgiano codice graecae orthographiae vitia. Eorum origines repetit Woidius toto §. 33. *praef.* pag. VI. ex *pronunciatione Aegyptiaca*, qua diphthongi, & vocales simplices, uti & nonnullae consonantium mutuo commutari, permiscerique solebant. Exempla quae profert ibi vide. Eadem nos quoque in adnotationibus nostris, ubi sese nobis similes propemodum a graecae *orthographiae* legibus aberrationes offerrent, observavimus; earumque nonnullas ipsi quoque Thebaicae dialecti licentiae tribuendas putavimus. Neque enim Thebaei in graiis vocibus adoptandis fixam aliquam vel Ioniorum, vel Dorum, vel Aeolum, aut Atticorum loquendi, scribendique normam sibi praescripserunt, sed barbarorum more unius ducti similitudine soni per omnes dissolute spatiari, vagarique amant. Aliud enim est *propriae*, aliud *alienae* linguae dialectus. In illa Thebani legem, quam semper sequantur, certam firmamque habent, in ista nullam: eaque licentia accidit, ut librarius Thebaeus plura in genuinam orthographiam peccarit. Quum enim in describendis, aut excipiendis graecis vocabulis ex ore dictantis, incuriosis oculis, atque auribus uteretur, nec ad formas litterarum, quales esse debebant, sed quales vulgo sonabant, adtenderet, voces quandoque spuriis & alienis elementis expressas effinxit. Verum tum haec, tum alia, quae huc spectant; locis suis observata habebis. Quod porro addit diligentissimus Alexandrini cod. perscrutator de ι & ϒ cum duobus punctis in eo superne pictis, hoc idem in nostro fieri vidimus. In margine Syriaci cod. sub initium saec. VII. collati cum exemplaribus Graecis Alexandr. eccl. voces quaedam inter glossas occurrunt, quae ι repraesentant cum eisdem punctis, sed ad latera positis. ϒ media in nomine ΜⲰϒⲤΗⲤ vere Aegyptio, geminum punctum suprascriptum perpetuo gerit tum in Gr. textu, tum in vers. Theb. cod. nostri Borgiani. Non ita in Alexandrino, ubi Graeco more Μωσης legitur.

Inter-

Interpunctionum genus unicum *punctum* est in summo, in medio, & in imo positum e regione ultimae litterae vocis interpunctae.

Omnia pariter vocabula in Borgiano cod. sine ullo interstitio continuata inter se sunt; neque unum ab altero discernitur, nisi ubi interpunctio occurrit: licet in Alexandr. *punctum breviori* quoque *lineola* indicetur.

Nomina *compendiaria* nota descripta eadem ipsa sunt in utroque cod. Eadem & *paragraphos* inchoandi ratio, ut in *tabulis* fragmenti maioribus Graecorum litteris *expositione* I. traditis, agnoscere tute poteris.

Ex accentibus omnino nullis, & ex spiritibus, atque apostrophis in cod. nostro proculdubio addititiis.

DE insigni cod. suo scribens cl. Woidius pag. V. *praef.* col. I. §. 30: *Nullos*, inquit, *habet accentus, aut spiritus vel a prima, vel a secunda manu additis*. Sic esto. Quamquam aliud quiddam enuntiare velle videntur auctores novi tract. *de re diplomatica* tom. I. pag. 692. Fidem enim praestare decet Woidio, qui omnium acrius ac diligentius suis ipse oculis Alexandrinum cod. investigavit. Fortasse enim laudati scriptores accentus appellarunt *notulas* illas, quarum plurimas & Woidius exscripsit in integra pene columna eiusdem pag. V., & Millius *calami lusus* dixerat. Illud tamen hacce de re ab iisdem ipsis Maurinis Patribus sapienter monitum esse video pag. 685: *L' on ne pouroit rien conclure contre l' age de mss. marqués d' accens; s' ils portoient des caractéres d' un age plus reculé. Peutêtre même auroit-on tort sous ce seul prétexte d' en rabaisser quelques-uns au dessous du* V. *ou* VI. *siecle*. Ac certe nec codex noster *ullos* prorsus habet *accentus*, nec *notulas*, nec ullos *calami lusus*, qui pro accentibus accipi aliquando possint.

Ad *spiritus* quod attinet, unius δασέως, *asperi* nempe *spiritus apex* (1) in Borgiano codice reperitur. En loca, ubi articulus

t ticulus

(1) Excipe οχλος p. 355. col. 2. l. penult., ubi ο initiale spiritu leni, sed inusitatae ignotaeque formae, notatur.

ticulus ὁ δασεῖα afficitur. Cap.VI. v. 29. 33. 35. 36. 37. 42. 44. 47. 50. 51. 53. 56. 58. οἱ. 60. 63. ἁ. Cap.VII. v.6. ὁ. 12. ἡ. 16. ὁ. 25. οὗ. 27. ὁ. 28. 31. ὧν. 32. & 35. οἱ. 36. ὁ. 39. ὄν. 40. ὁ. 42. ἣν. 49. ὁ. Cap.VIII. v.12. 16. 18. 19. 25. 28. 29. 31 ὁ.

Sic ὅτι cap.VI. v.42. 65., cap.VII. v.26. 33. 35. 39. 52., cap. VIII. v.16. 17. 22. 23. 24. 25. 28.

οὗτος cap.VI. v.50., cap.VII. v.17. 25. 40. 41. 49.

ὅταν cap. VII. v.27.

οὔπω cap. VII. v. 39.

ὅπου cap. VII. v.42., cap.VIII. v.22.

ὄχλος c.VII. v.20., ὄχλου v.31. 40., ὄχλω v.43., ὄχλος v.49.

ὅλον c. VII. v. 23.

ἔστιν cap. VI. v. 38.

καθὼς cap.VII. v. 38.

Video ego quidem quid mihi de δασυτήτων, *spirituum* nempe *asperorum* usu, & antiquitate observandum offerat clarissimus doctissimusque Ioh. B. d'Ansse de Voloison tom.II. *Anecdotor. Graecorum* in *diatribe* p. 131: *Spiritus*, inquit, *ab antiquis notatos & expressos fuisse docent* inedita *in* Dionysii Thracis τέχνην γραμματικὴν *scholia*, quorum haec verba sunt: χαρακτῆρες μέν εἰσιν εἴκοσι τέσσαρες· οἱ γάρ παλαιοὶ ἄλλως ἐξεφώνουν τὸ α μακρὸν, καὶ ἄλλως τὸ βραχὺ, καὶ ἄλλως τὸ δασὺ, καὶ ἄλλως τὸ ψιλόν. Ἐν δὲ χαρακτῆρσι ʼΑΠΕΤΥΠΟΥΝ τὸ ΠΝΕΥΜΑ: *Characteres sunt quidem* XXIIII. *Nam antiqui aliter pronunciabant* a *longum*, *aliter breve*, *& aliter densum*, *aliter vero lene*. *CHARACTERIBUS AUTEM* spiritum *APPINGEBANT*. Sed *spiritus*, qui in codice Graeco-Theb. Borgiani Musei cernuntur, eiusdem esse nequeunt aevi. I. enim, etsi *unicus* sit *SPIRITUS asper*, sive *densus*, qui in omnibus & singulis codicis nostri locis mox recitatis occurrit, is tamen unus *formas* induit omnino *tres*. Idem namque modo in morem ᶜ rotundi depingitur, & modo *malleoli* ⊢, modo vero anguli ∟ figuram accipit. Quae sane variatio facit, ut necessario cogitare cogamur de posteriorum saeculorum librariis, qui multiplices hasce spiritus densi formas vocibus in codice nostro iam numeratis appingere curarint.

rint. II. Nec certe fas eſt ſuſpicari eiuſmodi *denſi ſpiritus* notas ab illius calamo, qui codicem exaravit, prodire potuiſſe. Is enim, qui *vocales* aliquot δασέας ſignis ſemel diſtinguere coeperat, *eaſdem* etiam paribus omnino ſignis aut ubique, aut frequentius ſaltem diſcernere ſtuduiſſet. At res contra accidit. Nam *quatuor* pene & *quinquaginta* loca mihi obſervata ſunt, quae eaſdem omnino *vocales*, atque *diphthongos* in eiſdem ipſis vocibus paullo ante indicatis ſine ulla *aſpirationis* nota ſpectandas relinquunt. Tales ſunt: ο αρτος, ο πη̄ρ, ο καταβας, ο τρωγων, ο ΙC̄, ο XC̄, ο κοσμος, ο νομος, η γαρ, η εμη, η ωρα, η μαρτυρια, οι πατερες, οι μαθηται, οι αρχοντες, οι φαρισαιοι, οι υπηρεται, οτι pluries, ουτος ſaepe, οπου, ουπω, οχλου, οχλοις, οταν, καθως. Haec certe ſcribendi ratio propria illius eſt, qui codicem ſcripſit, altera vero ſpuria, & aliena recentiorique manu inducta. III. Quiſquis deinde Thebaeus ille fuerit, qui aſpirationum nota citatis locis in codice noſtro admiſerit, ſatis ſe Graecae δασέας imperitum oſtendit, ubi ε in ἑςιν *aſpiratum* fecit; etſi εςιν in aliis omnibus totius fragmenti locis, abſque ullo plane ſpiritu ſemper legendum reliquerit. IV. Καθ ὡς vero quaſi in binas voces ſine ſenſu inſcite prorſus diſſecuit. Audio ex *magni* Mazochii *Commentar. in Heracleenſ. Tab.* p.84. col.1. καθως, auctore *Phrynichio*, in reproba vocabula referri, eiuſque loco probari καθὰ. *At in his tabulis*, ſubdit Mazochius, καθὼς *quinquies occurrit*, καθὰ *quater*. *Idemque iſtud* καθως *in Graeco V.T. pluries legitur: in novi vero foederis libris omnibus perpetuum eſt*. Non ita tamen καθ ὡς; quae vox hoc tantum in loco ſic effertur, quum alibi praeſertim in cap.VI. iterum atque tertio ſimpliciter proferatur καθως. V. Quid, quod horum additamentorum auctor ad verſ.42. cap. VII. verbum HN tertiae perſonae *temporis imperf. ſpiritu denſo* ʽ notat? Nonne & id ſummae imperitiae eſt; quam nemo iure affingere audebit codicis noſtri ſcriptori? ἡν enim ſic pictum ſumi non poteſt niſi pro *quarto caſu* articuli ſubiunctivi feminei generis ἡ; a quo mirum quantum abhorreat ſenſus illius evangelici teſtimonii. VI. In eodem verſ. 42. novum apertumque indicium alienae manus detegitur.

tur. Deſcriptor codicis haec verba nitidis plane formis exſcripſerat: ερχεται ο X̅C̅. Quid porro? Acceſſit ſequiori aevo ineptus ille *ſpirituum denſorum* adiunctor, quumque & heic vellet δασείας notam ſuperaddere π‘, ο, incautus calamum iuncumve nimio, ſpiſſoque atramento imbutum adhibuit, quo factum eſt, ut vixdum ſtili acie membranam tetigit, atro ſtatim liquore latius effuſo, ſpatium omne inter ο & baſim lineae ſuperioris pingui teterrimaque macula foedaverit; nullumque ita locum ſignandae δασείας notae reliquerit: ο, tamen integrum, & undique conſpicuum manſit, ut & Υ ſuperius in linea antecedenti poſitum. VII. Verum dum ego conſidero quid cauſſae fuerit, cur ſecundus iſte, iuniorque Thebaeus ſigna *aſperi ſpiritus* iis maxime *vocalibus*, atque *diphthongis*, quibus conſtant articuli duo, *praepoſitivus* unus, *poſtpoſitivus* alter Graecorum, addere ſtuduerit, non alia mihi probabilior occurrit in animo, quam haec. Litterae iſtae ſunt: ο, ου, ον, οι, ων, η, ην. Vide earum ſeriem ſuperius digeſtam. Has fortaſſe norat Thebaeus a gentilibus ſuis, qui *graece* ſcirent, cum δασεῖα in praedictis articulis utriuſque generis pronunciari. Et ſane ignorare non poterat ita apud eos efferri ὁι, unde derivatum eſt Theb. ϩⲟⲉⲓ-ⲛⲉ idem ac ὁι, & *hi* v. 12. & 40. cap. VII. Evang. Iohan. Nam in tota Aegypto ϩ pro aſperante littera, ut olim apud Atticos, & alios quoſdam antiquos Graecorum populos, H, habita ſemper eſt. Et ideo ſicuti ὁι Graecum Thebaei ϩⲟⲉⲓ *hoei*, aut *hoi* (quod idem eſt) & inde *hi* vernaculo idiomate proferebant, ita & ὁ, ὁυ, ὁν, ὡν, ἡ, ἡν per aſpiratam ϩ, novus iſte *codicis* noſtri turbator pronunciari oportere putabat; quapropter & ſuam ille curam omnem in *articulis* hiſce *aſperandis* viſus eſt collocaſſe. Iure proinde praeſtantiſſimus Danus Nicolaus Schow *adnotat. palaeographica in ſcripturam chartae papyraceae* Muſei Borgiani p. 111. ſcribit: *Occurrunt quidem in codd. quorum aetas ſupra ſaec.* VII. *adſcendit, ſpiritus hinc, & inde notati, ut in inſigni illo fragmento Evangelii Iohannis cum verſione Coptica ubi ſolus ſpiritus aſper quibuſdam vocibus adhaeret; eum autem a ſeriori manu eſſe fere nullus dubito.*

Idem

Idem iudicium ferendum eſt de *apoſtrophis* c.VI. v. 36. αλλ' ειπον : v.38. ουχ' ινα : v.64. αλλ' εισιν : cap. VII. v.22. ουχ' οτι, ... αλλ' εκ : v. 25. ουχ' ὁυτος : v.42. ουχ' η : v.44. αλλ' ουδεις : cap. VIII. v. 12. αλλ' εξει. Neque enim hi tribuendi ſunt ſcriptori codicis, qui praeter haec duo αλλ & ουχ alia plura habet, quae ſine interiecto *apoſtropho* nec legi, nec intelligi poſſunt, & tamen nullam iis eliſae vocalis *notam* inſeruit. Talia ſunt c. VI. v.43. μεταλληλων: v.57. καγω, κακεινος, διεμε : cap.VII. v.10. quaſi de apoſtropho nihil ſollicitus αλλαως ſcripſit, quod in vulgatis eſt αλλ' ὡς : v.18. αφεαυτου : v.21. καμε απεμαυτου : v.29. παραυτου, κακεινος : v.30. επαυτον : v.33. μεθυμων : v.43. διαυτον : v.44. επαυτον : 4.49. αλλαο, quod in vulg. αλλ' ὁ : v.51. παραυτου : cap. VIII. v.14. κανεγω : v. 26. καγω, παραυτου : v. 28. απεμαυτου : v. 29. μετεμου. Annon intelligis ex his, quam longe ſcriptor codicis noſtri a more abeſſet conſignandi *apoſtrophos*? Hos igitur, quos vides omnino paucisſimos, uni debes novitio illi homini, qui eos multo poſt codici ipſi adiunxit. Eiuſdem generis ſunt lineolae duae ad latus nominis Δαυειδ' cap. VII. v.42. adiunctae. Ut enim ſcriptor codicis eas non addidit in Thebaica verſione, ubi eodem v.42. bis idem Δαυειδ nomen commemoratur, ſic nec in Graeco textu addidiſſe putandus eſt.

Ex conſpectu codicis.

SI cui umquam acciderit, ut vel unam ipſam codicis noſtri faciem ante oculos habeat, eamque ſedulo meditari ſtudeat, vix ego dubito, quin ad ſummam illius antiquitatem una mecum agnoſcendam facile ſe ferri, incitarique ſentiat. Membranis conſtat omnino *tredecim*. Uniuſcuiuſque *longitudo* a ſuperiori ad inferiorem marginem eſt palmi *rom.* I. unc. I. $\frac{1}{2}$: latitudo ab exteriori ad interiorem marg. unciar. XI. $\frac{1}{2}$. Omnes ſunt *epiſtographae* : paginaſque numerant XXVI. a ΤΛΔ ad ΤΞ. Quae ſunt ad laevam *Graecum textum*, quae ad dexteram *verſionem* dant *Copto-Thebaicam*. Unaquaeque pagina diſtributa eſt in ſcriptas columnas *duas* paris longitudinis *unciar.* X., & latitudinis VIII., ſed ex his *unciae dimidium* dandum eſt ſpa-

tio

tio medio, quod a ſummo ad imum unam ab altera columnam ſeparat. Quaevis ex his lineas habet plus minus *triginta*; non enim columnae omnes, etſi aſpectu inter ſe videantur aequales, tales reipſa ſunt; quum aliae quandoque maiorem, aliae minorem linearum numerum complectantur. Hinc colligere licet deſcriptorem noſtrum uſum non fuiſſe nec *regula*, nec *circino* (uti viſum mihi eſt) ad lineas in *albo* deſignandas; alioquin lineae ſemper aeque inter ſe diſtantes, & pares in utraque columna fuiſſent. Facile forſan fuit *decem*, *undecim*, *duodecim*, & plerumque etiam minori numero litteras, quibus quaelibet linea conſtat, in recta ſerie, ſine *normae* adminiculo, collocare.

Membranae tenuiſſimae, & pleraeque ita pellucidae, ut litterae, quae ſunt in antica deſcriptae, imagines perſaepe ſuas in averſam immittere videantur. Quumque ab initio affabre dentatae, politae, & laeviſſimae omnes eſſent, nonnullae tamen tam longa ſaeculorum ſenecta criſpas, rugas, & aſperitates in toto tabulae ambitu contraxerunt. Quaedam etiam in planitie media loca habent temporis edacitate corroſa, & labefactata.

Margines omnes in lacinias varie diſciſſi fatiſcunt; ſed *interior* praeſertim a pag. 336. ad pag. uſque 347. in parte ſuperiori pervetuſta laceratione exciſus, integer periiſſet, niſi pii librarii manus ad certae iacturae periculum avertendum in tempore ſuccurriſſet. Fruſtula namque ex alia quadam membrana excerpſit, eaque tam concinne ad ſummas eaſque fractas chartas adtexuit, & tenaciſſimi glutinis ſpecie agglutinavit, ut integrum ipſum marginem mire redintegratum, conſolidatumque codici noſtro reddiderit. Primum tamen verbum αλλα lineae *primae* pag. 336. de ſuo litteram priorem α reſtituit, eamque in parte extrema glutinati fruſtuli collocavit. Hinc huius litterae forma longe diverſa ab ea eſt, quam pingere ſolet antiquior codicis ſcriptor. Sic & in Τ *prima* lineae ſequentis, laevam particulam *tranſverſae* novitius ille ſarcinator calamo ſuo adiunxit (1). Verum in his ipſis locis, ne-

(1) Hunc ipſum fuiſſe ſuſpicor, qui in ſupra notatis vocibus *ſpiritus*, & *apoſtrophos* codici noſtro addidit.

nescio, an ob glutinis diffusionem, an aliam ob caussam, codex luculentis maculis, quae tamen scripta non tegunt, conspersus est. Ceterum instaurati codicis epocham saeculo vel *nono*, vel *decimo* assignandam putarem, quo tempore Graecae linguae & scriptionis usus, regnantibus Mahumetanis, in tota pene Aegypto defecisse videtur. Nam frustula illa *sex*, quae adhibita sunt ad muniendum, ut dicebamus, interiorem marginem chartarum, ne penitus scissae defluerent, exsecta cernuntur ex membranaceo codice Iliadis Homeri. In eo enim, quod est agglutinatum ad pag. 336. haec trunca verba leguntur:

. σιλῆες αχαιων

. ων αγαμεμνων.

Sunt enim haec *hemistichia* duo, quae versus absolvunt in Rapſ. Homeri H.

106. Ει μη αναιξαντες ελον βα(ΣΙΛΗΕΣ ΑΧΑΙΩΝ

107. Αυτος τ Ατρειδης ευρυκρει(ΩΝ ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ

Ex scholiis & illa sunt quae scripta leguntur in frustulo ad p.340.

παρaταις ουχανγαρπαρυμιν λαος ο μενελαος.

Quae quidem pulcherrimis characteribus, licet minutioris moduli, exarata, vetustatem spirant, ut ego coniicio, saec. circiter VII. Quod si tam antiqua est prima codicis nostri instauratio, quanto antiquior fuisse oportuit codex ipse, qui iam saec. saltem *decimo* pene attritus, atque discissus, restitutus est?

Quicquid tandem Woidius de cod. Alexandr. narrat sect. I. *praef.* §. 3. in hoc etiam nostro ubique conspicitur. Nam & heic litterae frequentissime occurrunt, quae pene ex integro deletae nulla oculorum acie percipi queant. Sunt & aliae quamplurimae, quarum albicantia tantum vestigia cernas, quod spissi atramenti particulae ceu crustulae quaedam ex earum veluti sulcis alveolisque exciderint. Reliqua vide in anteloquio ad expositionem I.

§. XX.

§. XX.

De antiquitate versionis Thebaicae.

UT divinorum omnium librorum, ita & sanctorum cummaxime Evangeliorum versionem saec. II. vel certe III. ad publicum Thebaeorum commodum & institutionem adornatam, iure meritoque censemus. Novimus ex Hist. Eccl. Eusebii lib. VI. c. 1., & alibi, quam *illustria per omnes ubique locorum ecclesias ab athletis pro pietate certantibus confecta fuerint martyria*, toto illo dirae persecutionis tempore, quod, Tillemontio contra Dodwellum observante, ab an. 202. ad 212. usque, sub *Severo* Imper. effluxit. *Ea tamen* μάλιστα δ' ἐπλύθηεν ἐπ' Ἀλεξανδρείας· τῶν ἀπ' Αἰγύπτου καὶ Θηβαΐδος ἀθλητῶν *maxime Alexandriae percrebuerunt cum ex universa Aegypto & THEBAIDE lectissimi pugiles tamquam ad amplissimum Dei stadium deducerentur, & cuiusquemodi tormenta, mortesque invicto animo perpessi, immortales a Deo coronas acciperent.*

Quod si ex *Thebaide* perinde atque ex universa Aegypto insigniores fidei pugiles Alexandriam, veluti in certaminis campum, ad supplicia & mortem pro Christo subeundam ex Severi edicto, an. 202. & seqq., attrahebantur, satis profecto magnus fuisse oportuit christianorum numerus, qui saeculo desinente II. in Thebaide versabatur. At is non potuit non augeri circa III. saeculi medium in persecutione Decii, ut multo demum auctior & frequentior sub Diocletiano & Maximiano evasit. Quod cum aliunde, tum vero maxime ex lib. VIII. *Hist. E.* eiusdem Eusebii c. 9. perspicuum est: *Omnem dicendi copiam* (inquit idem ipse) *superant cruciatus illi, ac dolores, quos* κατὰ Θηβαΐδα *apud Thebaidem Martyres pertulerunt Atque haec omnia non paucis diebus, nec exiguo temporis spatio, sed prolixo aliquot annorum curriculo continue perpetrata sunt: cum nunc deni, interdum viceni, & amplius nonnumquam ad triginta usque & sexaginta: quandoque & centeni viri simul ac mulieres cum parvulis uno die interficerentur NOS QUOQUE cum* ἐπὶ τῶν τόπων γενόμενοι *IN ILLIS PARTIBUS DEGEREMUS, quamplurimos acervatim* κατὰ μίαν ἡμέραν

uno

uno die, alios quidem capite truncatos, alios vero flammis traditos vidimus. Adeo ut gladii ipsi hebetarentur, & caedere amplius non valentes frangerentur; ipsique carnifices viribus fatiscentes, sibi invicem succederent. Quo quidem tempore mirabilem inprimis animi ardorem, vereque divinam virtutem, & alacritatem eorum, qui in CHRISTUM DEI crediderant, oculis nostris conspeximus. Etenim vix dum in primos lata erat sententia, cum alii aliunde ad tribunal iudicis prosilierunt, christianos sese confessi... cum gaudio, & hilaritate, ridentes capitalem sententiam excipiebant: adeo ut in laudem conditoris omnium Dei psalmos, hymnosque, & gratiarum actiones ad extremum usque spiritum concinerent.

Iam vero qui fieri potuit, ut tantus christianorum numerus ex omnibus Thebaeorum ordinibus conflatus aut in fidei & religionis nostrae mysteriis institui, aut divinos psalmos edoceri, aut tam ardenti erga Christum caritate inflammari, & martyrii desiderio succendi contigerit, nisi scripturae sanctae libris, qui promiscuo fidelium omnium coetui cogniti, eorumque captui accommodati essent? Erant hi igitur *secundo*, ac *tertio* ecclesiae saeculo *Thebaica versione* donati. Graecae enim linguae usus, qui Alexandriae, & in plerisque inferioris Aegypti civitatibus familiaris erat, in *Thebaide* aut nullus erat, aut admodum exiguus, ac pene exoticus. Fit ita, ut si, quae Eusebius de Thebaidensis ecclesiae populis narrat, intelligere volumus, ponere cogamur divinorum librorum, ac praesertim SS. Evangeliorum versionem tantae antiquitatis fuisse, ut iamdiu ante ipsius Eusebii tempora, immo ut *secundo*, *tertiove* ecclesiae saeculo vernaculo sermone condita, & evulgata in Thebaide fuerit.

Et sane sub ipsa pene initia saec. IV. Thebaica scripturarum versio iam vulgaris erat, & fidelium omnium manibus terebatur. Nam an. 313., quo primum tempore *S. Pachomius* ad sanctum senem anachoretam *Palaemonem* non longe a Panopoli urbe apud Bollandianos accessisse traditur, ea notissima erat, & toti Thebaidi communis. Ex ea *Palaemon* docuit discipulum, & socium Pachomium psalmos, & alios tum vet., tum novi Testamenti libros legere, & memoria recolere; quos certe in The-

baicam linguam ſaeculo III. translatos, & publica eccleſiae auctoritate comprobatos, Palaemon ipſe invenerat, ſecumque in ἀναχωρήσεως ſuae cellulam attulerat. Hanc ipſam verſionem magnus deinde Pachomius ſuis omnibus in Tabennenſium monachorum congregatione retinendam obtulit. Unam enim ille Thebaicam linguam noverat, quemadmodum & alii fere omnes, praeter paucos quoſdam Graecos; qui tamen ipſam quoque diſcere non negligebant. Atque haec quidem, quae pluribus in locis vitae S. Pachomii ſatis aperte traduntur, Tillemontium, ita credo, induxerunt, ut ſcriberet tom. VIII. *M. H. Eccl.* pag. 101: *Les moines de TABENNE avoient des livres dont les Prevoſts avoient la garde ces livres ſans doute eſtoient particulierement ceux de l'écriture ILS LA LISOIENT INDUBITABLEMENT TRADUITE EN EGYPTIEN*, in Thebaicam nempe *ſecundam* Aegyptiorum dialectum converſam, *car la pluſpart d'entre eux ne ſavoient pas d'autre langue*. Hanc ſcripturae ſanctae verſionem S. Pachomius a ſene Palaemone, Palaemon vero ab aliis proculdubio ſaec. III. acceperat. Et quoniam haec verſio non multiplex, ſed unica ſemper fuiſſe ex ipſis fragmentis noſtris detegitur, iure creditur, eam ſaeculo ſaltem ſecundo fuiſſe communi ſtudio a primis Evangelii propagatoribus in Thebaide adornatam, & ſacra Alexandrini Pontificis auctoritate firmatam.

§. XXI.

Quiſnam ille ſit Abbas Shenute, *cuius dies feſtus commemoratur in reliquiis Evangeliſtarii Thebaici ad p. 294., diſquiritur, & quid inde colligatur, exponitur.*

SHenute Thebaicum nomen eſt pluribus in ſuperiori Aegypto commune. Sic appellatus eſt, auctor *diſcurſus gnoſtici*, de quo ſcribens Iablonskius ad La-Croz. tom. I. *Theſ. epiſtol.* p. 192. ait: *eum hoc nomen geſſiſſe* ϣⲉⲛⲟⲩϯ *extra omne dubium ponendum eſſe cenſeo. In fronte libri, aut in principio exordii diſertis verbis hoc ei nomen imponitur. In Renaudotii* hiſtoria Patriarcharum

charum Alexandrinor. *nomen SANUTI saepius me legisse memini, ex quo colligere est, nomen fuisse inter Aegyptios non infrequens.* Ac duo certe Patriarchae sunt in ea Renaudotii hist. *Sanuti* nomine nuncupati. Quin & ex *Abuselah* Armeno, Aegyptiarum rerum scriptore, monasterii meminit *S. Sanutii* apud *Echmimam* sive *Panopolim* in Thebaide. Sic etiam de *Racheno* Obeidallae filio, & Aeg. Pr. an. circiter 730. illud tamquam prodigium ex Severo narrat; quod cum ex ecclesia sive monasterio *Sancti Chenudae, sive Sanutii arcam ex ebeno ornatam tessellis ex ebore, in qua sacri libri reponebantur, quaeque a Chenuda magnis impensis fabrefacta fuerat, auferre tentasset, nec valuisset, etsi adhibitis hominibus triginta, qui eam loco movere non potuerunt.*

In Liturgia Copt. S.Basilii p.20. apud La-Croz. in *Lex Copt.*, Boniurium, Renaudotium, aliosque commemoratur ⲡⲉⲛⲓⲱⲧ ⲁⲃⲃⲁ ϣⲉⲛⲟⲩϯ ⲡⲁⲣⲭⲓⲙⲁⲛⲇⲣⲓⲧⲏⲥ, *Pater noster ABBAS SCENUTIUS Archimandrita*. Quod nomen ideo retentum non est in Liturgia Missalis Coptici Rom. editionis, quia, ut recte memini, nullis certis monumentis probari potuit coram amplissimis Patribus Sac. Congreg. de librorum orientalium correctione, *Senutium* Archimandritam sanctitatis fama ante schismatis Dioscoriani tempora in Aegypto floruisse. Sanctus quoque Pachomius proprio Aegyptiorum nomine *SENOTI* dicitur in indice latino Lexici Copt. La-Croziani. Sed quo iure id nominis fuerit magno Pachomio attributum, mox dicam, postquam quid illud sit, explicuero.

ϣⲉⲛⲟⲩⲧⲉ *Scenute* Thebaice, Memph. vero ϣⲉⲛⲟⲩϯ *Scenuti*, unde *Sanuti*, *PROPHETAM* designat. Est enim nomen compositum ex ϣⲉⲛ, eliso ⲛ, & ⲛⲟⲩⲧⲉ, *nuncius Dei*, ut ϣⲉⲛ ⲛⲟⲩϥⲓ, *nuncius bonus* exponitur apud La-Crozium in *Lex Copt.*; nisi heic cum Iablonsk. in *Pantheo* l.I. ad calcem c.IV. tibi lubeat interpretari, *nuncium boni*, δαίμονος nempe, sive *Dei*, quem subintelligas in voce ⲛⲟⲩϥⲓ. Inde sunt *Chenute*, & *Chenuphi*; nam ϣ, & ϫ inter se commutantur: eoque

 fit,

ſit, ut ⲁⲣϣⲓⲙⲁⲛⲇⲣⲓⲧⲏⲥ, ⲡⲁϣⲱⲛⲥ, ϣⲉⲓⲣⲟⲧⲟⲛⲓⲁ, pro ⲁⲣϫⲓⲙⲁⲛⲇⲣⲓⲧⲏⲥ, ⲡⲁϫⲱⲙ, ϫⲉⲓⲣⲟⲧⲟⲛⲓⲁ ſaepiſſime ab Aegyptiis dicantur. Unde & ϫⲉⲛⲟⲩϯ, vel verſo ϯ in ⲇ, ϫⲉⲛⲟⲩⲇⲓ, *Chenuti*, & *Chenuda* idem in eorum lingua eſt ac *Scenuti*, *Scenudi*, & *Senutius*, aut etiam *Sanutius*. Sed ϫⲉⲛⲟⲩⲫⲓ Memphiticum eſt, idemque demum ſignificat quod Thebaicum ϣⲉⲛⲟⲩⲧⲉ, nempe *nuncium Dei*, ſive *Prophetam*. Plutarchus in *Daemon. Socrat.* pag. 557. de *Agetoride* narrat, qui *ab Ageſilao miſſus*, *Memphim venit ad CHONUPHIM Prophetam*, *petens ut ſi quid* (de aerea tabula in Alcmenae ſepulcro condita) *intelligeret*, *interpretaretur*; ubi pro Χονουφιν legendum proculdubio eſt Χενουφιν; nam Graeci perſaepe Aegyptiaca nomina corrumpere ſolent. At vero Plutarchus *Chenuphi* interpretatur προφήτην *Prophetam*. Idemque nomen in Solone pag. 92. Ψενωφις ab eodem Plutarcho dicitur, quod *addita nempe ſola nota maſculini generis* π..... *erit* (inquit Iablonsk. in *Pantheo* pag. 102.) ⲡ-ϣⲉ-ⲛⲟⲩⲫⲓ (1).

Qua

(1) *De feſto*, quo *gentiles* Aegyptii in aequinoctio verno *deſcendere ſolebant* in Nilum aquam hauſtum, agit Iablonſkius lib. V. *Panthei* cap. VII. § 5. p. 206. Nihil ego de eo in praeſentia dicam. Fides ſit penes ipſum. At ubi ſuadere pergit: *Simile fere feſtum etiam hodie celebrant* chriſtiani *in Aegypto*, *die* XXX. *menſis Phamenoth*, *qui reſpondet diei* XXI. *martii*, *quo ſol aequinoctium vernum peragere ſolet*. *Dies enim in canone lectionum S. Scripturae ſingulis dominicis*, *& feſtis in eccleſia Coptica*, *aſſignatarum*, *quem ex cod.* IV- *Evangeliorum Coptico*, *& longe vetuſtiſſimo bibl. reg. Pariſienſ. mihi deſcripſi*, *dicitur* ⲡⲓ-ϣⲉⲛⲟⲩⲫⲓ, *quaſi dicas diem* Εὐαγγελίου: *Id. enim vox Aegyptiaca ſonat vel* nuntii boni, *&* exoptati. *Nam ab illo die olim multi*, *ſicut & hodie initia repetebant incrementi Niliaci*. Praeter id enim, quod de *Pi-Scenuphi* dicit, cetera, vix dubito, quin putidam ſabellam nobis obtrudere tentent. Veriſſimum ergo eſt vocem Aegyptiam *Senuphi* idem ſonare ac Ἐυαγγέλιον, *bonum*, atque etiam, ut ego credo, *divinum nuntium*. Nam ille dies, qui, teſte Iablonskio, in canone ſacrarum lectionum ad XXV. martii Coptici ⲡⲓϣⲉⲛⲟⲩⲫⲓ apud chriſtianos Aegyptios vocatur, non aliunde ſic dici potuit, niſi quia dies eſt beatiſſimus, quo Angelus *nuncius a Deo* miſſus eſt ad annuntiandam virgini Mariae incarnationem aeterni Verbi in illius puriſſimo utero perficiendam. Sed falſiſſimum eſt inde a chriſtianis diem hunc fuiſſe *Senuphi* dictum, quod ſolemni pompa in Nilum hoc ipſo die aquatum deſcendant, & ab eo *initia repetant incrementi Niliaci*. Nullum ritus, moriſve huius veſtigium in ſacris omnibus Coptorum libris, monumentiſque exſtat.

Qua in re acceptiſſima mihi eſt Iablonskii ſententia. Non ita tamen ubi ϣⲉ-ⲛⲟⲩⲫⲓ ſignificare ſcribit *cultorem boni* (*daemonis*) quaſi ϣⲉ-ⲛⲟⲩⲫⲓ factum ſit ex ϣⲉⲙϣⲉ, aut ϣⲁⲙϣⲉ ⲛⲟⲩⲫⲓ, perinde ac ϣⲉⲛⲟⲩϯ ex ϣⲉⲙϣⲉ ⲛⲟⲩϯ *cultorem Dei* deſignet, quemadmodum ei viſum eſt in ep.154. ad La-Croz., immo &La-Crozio ipſi in ep.89., qua Iablonskio reſpondet tom.III. *Theſ. epiſt.* p.179. Verum ne plura addam, ea una veracior utriuſque nominis ϣⲉⲛⲟⲩⲧⲉ, & ϣⲉⲛⲟⲩⲫⲓ vel ϫⲉⲛⲟⲩⲫⲓ interpretatio eſt, ut *Dei nuncium*, atque προφήτην, *Prophetam* ſignificet. At Aegyptii ethnico ſenſu *Scenuti* & *Scenuphi*, *Prophetam* eum ſacerdotem appellabant, qui templo, aut fano falſi numinis praeerat tamquam ſacrorum antiſtes, & profanorum myſteriorum interpres. Quod quidem praeter Plutarchum, alioſque, marmora ipſa antiquiſſima, & idololatris Imperatoribus inſcripta aperte teſtantur (1).

Con-

(1) Clemens Alexandr. in VI. *Strom.* n.IV. pag.757. Oxon. ed. de ſacris agens philoſophorum Aegyptiorum ceremoniis, *primus*, inquit, *in pompa procedit* ὁ ᾠδὸς *cantor* ... *Poſt cantorem* ὁ ὡροσκόπος *horoſcopus* ... *Deinceps* ὁ ἱερογραμματεὺς *ſcriba ſacrorum* ... *Deinde* στολιστὴς *ſtoliſtes* ... *Poſt omnes exit* ὁ προφήτης *Propheta* ... προστάτης τοῦ ἱεροῦ ... καὶ τῆς διανομῆς τῶν προσόδων ἐπιστάτης *ſacrorum praefectus* ... *quique praeeſt etiam diſtributioni vectigalium*, eorum ſcilicet *redituum*, qui *templorum* erant, quoſque ceteris ſacerdotibus & Paſtophoris Propheta ipſe diſtribuebat. Hegeſippus antiquiſſimus ſcriptor, aequalis SS. Eleutherio Pontifici, & Ireneo, apud Euſebium lib.IV. *H.E.* cap.8. de Imperat. *Hadriano* inquit: καὶ πόλιν ἔκτισεν ἐπώνυμον Ἀντινόου, *& urbem* Antinoo *cognomine condidit*, καὶ προφήτας, *& Prophetas inſtituit*. In quem locum vide omnino H. Valeſium virum longe doctiſſimum, ubi & Salmaſium in not. ad Hiſt. Auguſtam Hegeſippi teſtimonium emendare tentantem iure caſtigat, & ex Caſaubono in Spartianum Graecam inſcriptionem de Prophetis Antinoi laudat. Addit his S. Epiphanium, qui in lib.III. adverſus haereſes ſcribit: *Apud Aegyptios* προφῆται καλούμενοι *PROPHETAE dicuntur*, *qui ſunt* τῶν ἀδύτων, καὶ ἱερῶν ἀρχηγοὶ *ſacrorum aditorum*, *templorumque praefecti*. Eoque ſpectant & alia, quae profert ex Philoſtrato, Diogene Laërtio, Themiſtio, Firmico, & Clemente de Aegyptiorum *Prophetis* teſtimonia; a quibus disiungas nolim inſcriptionem alteram ex Grutero deſumptam, qua ſacerdos Serapidis *Embes* appellatur προφήτης; unde & Iablonskio *Prophetae* & *Sacerdotes* Aegyptiorum iidem omnino ſunt. Sed cauſſa, quam adfert Valeſius, *cur Aegyptii Prophetas vocarent Antiſtites ſuos*, ad rem noſtram mirifice facit. Eos namque ſic appellaſſe cenſet, *quod arcana quaedam ſacra*,

Contra christiani Aegyptii eum *Scenute*, aut *Scenuphi* vel *Chenufi*, *VERI DEI NUNCIUM*, & *PROPHETAM* eum vocabant, qui Deo ipso vel per se, vel per Angelum revelante aut occulta quaevis, & secreta ipsa humanorum cordium ad alienae salutis utilitatem, quando sic necessitas ferret, manifestaret, aut quae futura erant certo eventu praedicere soleret, uti *Agabus* Actor. XI. 28. & XXI. 10. *Propheta* ὀνόματι Ἄγαβος. Atque ob hanc caussam si S. Pachomius *Senoti*, sive rectius *Scenute* ab aliquibus scriptoribus dictus est, nil ego miror. Quisquis enim illius acta legerit, non poterit non obstupescere continua propemodum caelestium revelationum, & propheticorum charismatum prodigia, quibus magnum *coenobitarum* parentem Deus illustrare voluit, ut divino potius quam humano ductu tam variam ac pene innumerabilem monachorum familiam tum primum in Aegypto propagatam, qua publice qua privatim, rite sancteque regere, & gubernare valeret.

Nemo tamen prophetici muneris celebritate magis inclaruit, quam S. Lycopolitanus *Iohannes*. Huius admirandae sanctissimaeque vitae genus videsis in Bollandianis actis SS. ad 27. martii, & in tom. X. *M. H. Eccl.* Tillemontii pag. 9: *Saint Jean PROPHETE reclus près de Lycople en Thebaide*. Nam ego de illius prophetici charismatis fama longe lateque per universum christianum orbem diffusa pauca, obiter saltem, attingam. Ea commotus Palladius e Nitriae aut *cellularum* solitudine ad Iohannem invisendum an. 394. accessit; de quo proinde haec inter cetera scribit in *H. Lausiaca* pag. 97. Lugduni Batav. edita an. 1616: ἔτος τριάκοντα πληρώσας ἔτη ἐγκεκλεισμένος κατηξιώθη χαρίσματος προῤῥήσεως. *Quum annos ex quo fuerat inclusus, explesset triginta dignus factus est PROPHETIAE DONO: per quam etiam beato Imperatori Theodosio varias transmisit praedictiones, ac nominatim de tyranno Maximo, quod ipsum vincens subiiceret Gallias: itemque de tyranno Eugenio pollicitus est, quod* cum

cra, ac mysteria ab iis tradi crederent. Prophetae enim dicuntur, quasi arcanorum interpretes; ut inde intelligas non eo uno nomine *Prophetas* fuisse nuncupatos, quod essent templorum, fanorumque Antistites, uti sensisse videtur Eduardus Leigh in *Critica sacr.*

eum quidem debellaret, ipſe vero vitae finem exinde abſolveret, & terrenum hoc imperium filio derelinqueret. Quapropter multa magnaque de eo divulgata eſt fama ὡς ἐναρέτου ἀνδρὸς, *ut viri ſancti: & nunc inter Angelos adnumeratus Theodoſius Imperator, eum, ut PROPHETAM honorans venerabatur.* Adde quod Palladius ipſe ex iis, quae ſibi contigerant apud Iohannem, certo ſe intellexiſſe teſtatur, eum *virum fuiſſe* ἀκριβείας πνευματικὸν, *perfecte ſpiritualem*, καὶ προγινώσκειν πάντα, *& qui omnia praenoſceret*, καὶ Θεοπνεύματον, *& a Deo inſpiratum*. Cetera, quae ſibi de germani fratris, deque parentis ſtatu, eiuſque morte poſt *annos* ſeptem futura, ut & alia, quae de epiſcopatu ſuo, variiſque in eo animi angoribus, & afflictionibus ſubeundis, Iohannes praenuntiaverat, habes eodem loci apud Palladium ipſum; qui rerum eventu monitus tum demum, inquit, ἐμνήσθην τοῦ μακαρίου καὶ θαυμαστοῦ ἀνδρὸς ἐκείνου, ὅτι ταῦτά μοι προείρηκεν ἅπερ νῦν ὑπέστην, *recordatus ſum beati & admirandi illius viri, quoniam haec ipſa, quae modo eveniunt, mihi praedixit*. Similia tradunt S. Petronius, Ruffinus in *vit. PP.*, Evagrius, Albinus, Ammonius, & alii, qui ad Iohannem dedita opera convenerunt, ut eum, de quo tanta audierant, coram intueri & admirari poſſent. Caſsianus lib. IV. *de Inſtitutionibus Renuntiant. Ponemus*, inquit, *primum Abbatem Iohannem, qui ad prophetiae gratiam ſublimatus, ſic univerſo orbi claruit, ut etiam Regibus mundi huius merito ſuo redderetur illuſtris*. S. Auguſtinus lib. *de cura pro mortuis gerenda* cap. I: *Talem*, ait, *fuiſſe credendum eſt illum Iohannem monachum, quem de belli civilis eventu maior* Theodoſius *conſuluit Imperator: habebat quippe* (praeter alia dona, quorum meminit Apoſtolus I. Cor. XII. 7. & 15.) *etiam prophetiam*. Et iterum lib. V. *de civ. Dei* c. 26. de eodem *Theodoſio* loquens, *hic*, ſcribit, *in anguſtiis curarum ſuarum non eſt lapſus ad curioſitates ſacrilegas, atque illicitas, ſed ad Iohannem in Aegypto conſtitutum, quem Dei ſervum PROPHETANDI SPIRITU praeditum fama crebreſcente didicerat, miſit, atque ab eo nuntium victoriae* (adverſus Maximum) *certiſſimum accepit*. Et iterum alium *tyrannum Eugenium accepto rurſus prophetico reſponſo, fide certus oppreſſit*. Idem S. Proſper in *Chron.*, idem

idem S. Fulgentius lib. II. *de Gr.* c. 20. n. 3., Posthumianus Ep., sanctique Martinus Turon., & Sulpicius Severus magnifice copioseque testantur. Idem & Sozomenus lib. VI. *Hist. Eccl.* c. 28., ubi de sanctis viris, qui in Aegypto floruerant, mentionem faciens, *praecipuum ex iis fuisse* scribit *Iohannem : cui Deus non minus, quam veteribus illis* Prophetis, *futurarum abditarumque rerum cognitionem donaverat*. His accedit Theodoret. lib. V. *H. Eccl.* c. 29., & Nicephorus Callistus lib. X. c. 39.

At multo latius, atque alacrius volitabat per ora Aegyptiorum nomen *Prophetae* Iohannis. Iis enim vir admirabilis accuratissime praenuntiabat quotannis tum mensuram aquarum in exundatione, & incremento Nili, tum etiam futuram fertilitatem agrorum : & ex cellae suae latebris de malis, & calamitatibus, quae populis imminerent, ut ad Dei iram, & indignationem placandam eorum animi commoverentur monita ante dabat. Inde factum est, ut inferioris Aegypti incolae quasi iam *Iohannis* obliti, non amplius nomine suo, sed ϣⲉⲛⲟⲩⲫⲓ, *Scenuphi*, *per antonomasiam Nuncium Dei*, sive *Prophetam*, appellarent. Huiusque rei testis est *Theodorus Metochita*, qui, ut observat Meursius in not. ad Palladium pag. 192. lib. II. *Hist. Rom.* haec narrat : *Immensae gentium copiae adversus magnum* Theodosium *insurgunt. Quid tum? scribit continuo Imperator* πρὸς πρόεδρον, *ad eum, qui primam sedem Alexandriae tenet, ut* τὸν κατὰ Ἀιγυπτον μέγαν ΣΕΝΟΥΦΙΟΝ, *magnum apud Aegyptios* SENOUPHION *venire induceret in Imperatoris auxilium. At ille nullis cedens persuasionibus mittit ad Imperatorem virgam & parvum sui ipsius pallium* (1), *quibus utens Imperator loco galeae & hastae hostes invadit acriter, & congrediens triumphum de ipsis reportat*. Eadem refert *Glycas*, atque

(1) Τριβώνιον heic habet Metochites, quod apud Hesychium πάλλιον *pallium* exponitur. Cedrenus ἐπωμίδα appellat, & *cucullam* interpretatur Meursius, Gentianus in acta SS. Cyri & Ioh. vertit *superhumerale*. Bollandianis vero ἐπωμὶς *eadem esse videtur, quae alibi* melote, cuculla, ependytes. Ii tamen in Latino textu eorumdem actor. modo *chlamydem*, modo *humerale*, retinent. Mihi vero magis arrideret *cuculla*, quae ἀντὶ τοῦ κράνου *galeae* vice ad caput Imperatoris tegendum aptior videri poterat. Nam & τριβώνιον Metochitae, quod praeter *pallium* in Hesychio etiam περιβόλαιον significat, ad cucullam, qua circum tegitur caput, trahi non inepte potest.

atque *Cedrenus*: ſed quem Metochita *Senuphion* dicit, illi *Iohannem magnum Aegypti monachum* vocant.

Nec alius profecto quam Iohannes Lycopolitanus ille erat *Senuphius*, de quo, ſic etiam cenſente Meurſio, ſermonem inſtituit Metochita. Nam & acta SS. Martyrum Aegyptiorum *Cyri*, & *Iohannis* apud Bollandum, & Tillemontium ſub die 31. ianuarii hanc ipſam hiſtoriam, quam & magnus ac venerabilis *Eccleſiaſticorum Annalium* parens Cardinalis Baronius ex Metaphraſte ad annum 388. retulit, latius, atque diffuſius cap. V. enarrant. Ex ea diſcimus, Alexandriae πρόεδρον, ad quem Imperator *Theodoſius*, ut ad ſe arceſſeret admirandum *Senuphium*, litteras ſcripſit, fuiſſe *Theophilum* Patriarcham Alexandrinum. Miſit profecto Theodoſius *Eutropium* eunuchum ad *Iohannem*, ut illius oracula de bello contra Eugenium audiret; nil tamen id vetat, quin & ipſius praeſentiae, auxiliique cupidus vota ſua eidem ſignificari ſtuduerit per epiſtolas, quas ad ipſum quoque Patriarcham, cui monachi in tota Aegypto ſuberant, miſit. Acta haec Tillemont: tom. V. *Hiſt. Eccl.* pag. 8. graece primum ſcripta fuiſſe ſtatuit ſub exordium ſaec. VII., unde & *ſatis antiqua* illa eſſe cenſet. Attamen ea conſiderans, quae hiſtoria iſta narrat de *Senuphio*, deque *Apollinare* Patriarcha Alexandrino, ſcrupulum ei movent, ne fidem omnem mereri poſſint. Heic ego Apollinarem mitto. Meum enim eſt de uno *Senuphio* agere. De hoc autem nil miror, ſi Tillemontius parum aequas cogitationes verſabat in animo. Quid hoc nominis apud Aegyptios eſſet penitus ignorabat: nullum norat ex cognitis probatiſque hiſtoriarum ſcriptoribus, qui de magno *Senuphio* monacho in *Sceti* deſerto commorante mentionem feciſſet: nihil demum de corrupto nomine *Sceti* in cit. cap. V. Actor. *SS. Cyri* & *Iohannis* ſuſpicabatur. Quid ergo mirum, ſi haec omnia incertae & ſubleſtae fidei viſa ſunt Tillemontio? Sed ſi vir ſummus incidiſſet in adnotata ad gr. *H. Lauſ. Meurſii*, facile ſtatim intellexiſſet noſtrum hunc *Senuphium* eumdem eſſe ac S. Iohannem *Lycopolitanum*, quem & ipſe *Prophetam* inſigni nomine nuncuparat. Id enim tandem apud Aegyptios ſignificabat *Senuphi*, graece

Σενέφιος. Quod vero in Graecis ſcriptoribus ſequioris aevi, immo & in actis ipſis SS. MM. *Cyri* & *Iohannis* de *Senuphio* noſtro dicitur, eum celebrem fuiſſe inter monachos *Scetis* error eſt, natus ex confuſo nomine *Siut*, vel *Sciut*, cum *Scit* (1); illud enim *Lycopolim*, hoc vero *Eremum Scitis* deſignat. Nec novum id eſt apud Graecos ſcriptores, qui in geographicis hiſce Aegyptiorum vocabulis perſaepe luculenter erraſſe deprehenduntur.

Bollan-

(1) Quam facile fuerit Graecis ſcriptoribus confundere *Siut*, vel *Sciut* cum *Scit*, vel *Scet*, unde Σκητις apud Metaphraſten, alioſque, ipſamet utriuſque vocis ὁμωνυμία & ſimilitudo, ſaltem in pronunciando, ſuadet. Verum & Aegyptii ipſi, qui ΣΚΥΤ, verſo Η in Υ pro ΣΚΗΤ, nonnumquam & pronunciaſſe, & ſcripſiſſe videntur, ut liquet ex loco adducto a cl. Mingarellio p.277. ex epiſtola ſyſtatica, ubi ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓ-ⲥⲕⲩⲑⲏⲥ *Scyt*, & Graeco more *Scythis* legitur, anſam praebere potuerunt Graiis, ut magis magiſque ⲥⲓⲟⲩⲧ, aut etiam ⲥⲓⲩⲧ, omiſſo O, cum ⲥⲕⲩⲧ, ſive *Sciti* confunderent. Nam & παχυμιος *Pachymios* pro παχȣμιος, & παχωμιος aliquando dixere. Accedit, quod Graecis unum λυκων, aut λυκοπολις nomen cognitum fuiſſe videtur; & ideo vernaculum *Siut*, quaſi penitus ignorantes numquam adhibuiſſe noſcuntur. Quoties proinde *Sciut* audierunt, toties de *Scit*, aut *Scet* nempe de *Sceti*, quae Σκητις, εως apud Palladium alioſque inflectitur, cogitarunt. At germana huius nominis & efferendi, & ſcribendi ratio ea eſt, quae legitur in epigraphe *Liturgiae S. Marci* in cod. Vaticano. Huius exemplum habemus in Angel. bibl. inter mss. Boniurii a P. Baſilio Raſſequierio Toloſano illius individuo comiti & ſodali fidiſſimo, ad calcem *Pontificalis Alexandrini*. Ibi monachus & presbyter *Iohannes*, cuius codex erat, *miniſter*, *ſacerdos*, & *filius* dicitur *ſanctae eccleſiae patris noſtri hegumeni Abbatis Iohannis*:

⁘ ϧⲉⲛ ⲡⲧⲱⲟⲩ ⲛ̀ ϣⲓ//
ϩⲏⲧ ⁘ ⲡϣⲁϥⲉ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲉ//
ⲛⲓⲱⲧ ⲁⲃⲃⲁ ⲙⲁⲕⲁⲣⲓ:

In monte SCIHET, deſerti S. Patris noſtri Abbatis Macarii. Ita vero ϣⲓϩⲏⲧ rectiſſime ſcribitur in Theotociis a Mingarellio laudatis ex pag. 182. Romae ed., & a La-Crozio in *Theſ. epiſtol.* ex Aſſemannio noſtro exponitur, quaſi ϣⲓ-ϩⲏⲧ, *trutina* (ſive etiam menſura) *cordis*. Graeci, qui non habent H aſpiratum, quale eſt in colum. Farneſian. Ho pro ὁ, Hoδος pro ὁδος, numquam genuinam hanc vocem *Sci-het*, aut *Sci-hit* exprimere potuerunt. Cui etiam cauſſae tribui debet, quod *Scit* vel *Scyt* a *Sciut* diſcernere nequiverint. Ceterum *Sciet* in Naniano fragmento x., apud laud. Mingarel. (non integre ſcriptum) commune eſt & *monti*, & *deſerto*, & *regioni Scythicae*, ſive *Scithiacae*, de quibus vide d'Andevillium pag. 180., & Bolland. in notis ad cap. v. Act. SS. MM. Cyri & Ioh. Atque ex his etiam colligo in eum ipſum Actor. locum *Scit* oſcitantia Graeci ſcriptoris, irrepſiſſe pro *Sciut*.

Bollandiani quoque adnot. 1. in idem cap. V. Actor. de *Senuphio* agentes: *Mirum est*, inquiunt, *huius* Senuphii *nusquam nec in vitis PP., nec in Martyrologiis mentionem fieri, nisi alio nomine appelletur*, uti revera appellatur, *Iohannes*, non tamen *Scitis*, sed *Siut*.

Quumque huius historiae scriptor haec tandem addiderit: *Ac merito quidem diem, quo haec gesta sunt, qui & nunc tanto intervallo* (annorum scilicet 200. & amplius) *apud Alexandrinos magna cum celebritate, & magnificentia servatur, & ICONIUM* (1) *ab ipso nomen accepit. Namque & STATUAM Imperatori fecere, eodem, quo tunc, modo armatam, cui caput chlamyde indutum est, dextera baculum gestat*; doctissimi ipsi Bollandistae subiungunt: *vel hinc quoque manifestum est, scriptam esse hanc vitam* (SS. MM.) *cum Aegyptus adhuc sub christianis esset*, nempe sub initia saeculi VII.

Iohannes vero, qui *Senuphi*, *Propheta* in inferiori Aegypto, in Thebaide eiusdem plane significationis nomine vocabatur *Shenute*. Sic nominatur in vita Abbatis *Matthaei*, sive in fragm. X. inter Naniana pag. CCLXIX. & pag. CCLXXV. apud cl. Ab. Mingarellium. Nam ibi primum dicitur **ⲡϩⲗⲗⲟ ⲙⲡⲣⲟⲫⲏⲧⲏⲥ ⲁⲡⲁ ϣⲉⲛⲟⲩⲧⲉ**, *senex Propheta Abbas Shenute* quintus post *S. Antonium*, *Pachomium*, *Theodorum*, & *Moysem* monastici instituti Patres; deinde vero p. CCLXXV. *quintus* iterum memoratur post *Antonium*, *Pachomium*, *Theodorum*, & *Petronium* **ⲁⲡⲁ ϣⲉⲛⲟⲩⲧⲉ ⲡⲁⲡⲧⲟⲟⲩ ⲛⲁⲧⲣⲏⲡⲉ**, *Abbas Shenute montis Atripe*, post quem sequitur *Macarius montis Shiti*. De hoc Abbate *Shenute*, sive *Senutio* pag. CCLXXII. Mingarellius ait: *Neque Palladius, neque Cassianus mentionem faciunt: videtur itaque ipsis recentior. Cum tamen paullo post rursus ... inter S. Pachomium, & Macarium nominetur, eum valde vetustum esse non dubito*. Huc plura addere pergit de *Senutio* Archimandrita ex La-Crozio, Scholtzio, & Renaudotio, qui tamen nihil commune

(1) Ἀπὸ τῆς εἰκόνος, quae vox, ut Bolland. observant, *effigiem*, *imaginem*, adeoque *statuam* Imp. Theodosio Alexandriae erectam designat.

mone habet cum *Shenute* noſtro. Sed non multis eſt opus, ut intelligamus, hunc ipſum eſſe *Iohannem* Lycopolitanum. Is certe ⲡϩⲗⲗⲟ *ſenex* recte dicitur, quippe qui annos natus *nonaginta* ad beatam vitam migrarat poſt felicem magni *Antonii*, *Pachomii*, *Theodori*, & *Petronii* mortem. Obiit enim an. 394. vel potius 395. Is eſt *Propheta*, graece Προφητης Thebaice ϣⲉⲛⲟⲩⲧⲉ *Shenute* per *antonomaſiam* ſic nuncupatus, ut Marc. X. v.46. Υἱὸς τιμαίυ Βαρτίμαιος; Ioh. XX. 24. Θωμᾶς Δίδυμος: verſ. 16. Ῥαββȣνὶ Διδάσκαλε; Actor. XIII. v.8. Ἐλύμας ὁ Μάγος; Rom. VIII. 16. Ἀββᾶ ὁ πατὴρ: & apud Plutarchum loco ſupra laud. Χενȣφις (vel Senuphis) Προφητης. Is denique fortaſſe eſt ⲁⲡⲁ ϣⲉⲛⲟⲩⲧⲉ ⲡⲁⲡⲧⲟⲟⲩ ⲛⲁⲧⲣⲏⲡⲉ, *Abbas Schenute montis Atripe*. De hoc meus Mingarellius divinando quaerit, an illius montis incola ſit, qui *prope illam urbem*, *quae apud Renaudot. tom. I. pag.* 455. *vocatur ATHRIBA*, an vero ipſius nomen ita nuncupetur, quaſi *ſole carens*.

Sed alius eſt *mons ATRIBE* ad latus occiduum Tiſamonis Libyci non longe ab urbe Lycopoli. Hunc montem vocat Nubienſis geographus per metatheſim, *Taribe*, vel *Atribe*, arabice, ex Aegyptio nomine ⲁⲧⲣⲓⲡⲉ, verſo ⲡ in ب, & addito ex more gentis, *a*, vide pag. praefat. noſtrae LXXXII. adnot. 2. *Montem* appellat τῶν λυκῶν, *luporum* ſcilicet, Pallad. in *Hiſt. Lauſ.*, eoque Iohannem ſolitariae vitae cauſa ſe recepiſſe ſcribit, ἀνεχώρησεν μόνος εἰς τὸ ὄρος τῶν λυκῶν. Mons iſte Lyco diſtabat, obſervante Meurſio ex Iohan. Moſcha in *Limon.* c.161. *ſex millibus paſſuum*. Alii hoedeporici ſcriptores paullo minorem diſtantiam hodieque metiuntur.

Eruditiſſimus Vanslebius in *Relatione Aegypt.* gallice edita Pariſiis an. 1677. pag. 372. deſcripſit ſuum iter confectum a Lycopoli ad *Adribe*, quod certe idem eſt ac Thebaicum Ατριπε. Nam Τ in Δ, & Π in Β ſaepe apud Aegyptios convertitur. Ibi primum monaſterium vulgo *Album* nuncupatum, a ſe dedita opera perluſtratum, alterum deinde *Rubeum* dictum, & unius tantum horae via a priori diſtans, ſic graphice ad radices montis, *Taham* verſus, poſitum deſcribit. *Le monaſtere de*

de S.Sinnode l'Archimandrite surnommé le Blanc , *est baty costé à des ruines de l' antique ville d' ATRIBE*, *il y a des restes d' un des plus magnifiques édifices qui ait esté en Egypte* . *Rubeum* paullo minoris magnitudinis facit , sed ei ad meridiem additum commemorat aedificium a S. Helena , quo tempore ad salutandos SS. Martyres prope Latonopolim ingenti numero conditos , peragrabat , (uti incolae monachi aiebant) constructum . Fortasse inde dictus est mons *Atribe* , unde procedebat *Telamon* prope Lycopolim ; & hinc etiam *Propheta* noster Iohannes dici potuit in Naniano fragm. *Senute* , sive *Sennode montis Atripe* (1) . Sed quum *Sennode Archimandrita* a monachis *Albi* monasterii , teste Vanslebio , appelletur; nec tamen sic umquam *Iohannes noster* vel a Palladio, vel a Ruffino , aliisque sive Graecis , sive Latinis scriptoribus fuerit nuncupatus, *Sennodem* hunc eumdem ipsum esse non credam ac *Sennutem* Prophetam *Iohannem* . At certe *Shenute*, quem Nanianum fragmentum semel & iterum laudat , non est mea quidem sententia , nisi unus ille Iohannes Lycopolitanus .

Atque is ipse *Scenute* auctor est *Naniani fragmenti* VI. apud Mingarellium nostrum in *Aegyptiorum codd. reliquiis* pag.CV. & seqq. Id liquet ex fragm. Borgiano exscisso ex Theb. cod. , cuius haec inscriptio est ad pag. ⲥⲝⲁ. 261.

ⲡⲁⲓ ⲡⲉ ⲡⲗⲟⲅⲟⲥ ⲛ̄ⲧⲁⲡⲉⲛⲓⲱⲧ ⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ ⲙ̀ⲡⲣⲟⲫⲏⲧⲏⲥ ⲁⲡⲁ ϣⲉⲛⲟⲩⲧⲉ ϫⲟⲟϥ ⲛ̀ⲧⲉⲣⲉ ⲟⲩ// ⲫⲓⲗⲟⲥⲟⲫⲟⲥ ⲛ̀ϩⲉⲗⲗⲏⲛ ⲉⲓϣⲁⲣⲟϥ . ⲉⲁϥⲉⲓⲛⲁϥ ⲛ̀// ϩⲉⲛⲕⲉⲥⲟⲡ . ⲉϥⲥⲟⲟⲩⲛ ⲇⲉ ⲙ̀ⲙⲟϥ ϫⲉ ⲙ̀ⲡⲉϥⲙⲉⲉⲩⲉ ⲥⲟⲩⲧⲟⲛ ⲁⲛ ⲉϩⲟⲩⲛ ⲉⲡⲛⲟⲩⲧⲉ . ϩⲁϩ ⲇⲉ ϩⲙ̀ⲡⲁⲣ// ϫⲱⲛ

(1) Aliud esse opinor civitatem *Atripè* , & *monasterium album S. Sennodi Archimandritae* pone illius rudera positum , & aliud *montem Atripe* , unde dictus est *Scenuthe* in Naniano fragm. Montem *Atripe* eum esse ex *Nubiensi* coniicio , qui ad latus occiduum Tilamonis Lycopolim versus extendebatur , etsi fortasse exordium ab eo sumeret , ubi sita erat civitas ipsa *Atripe* . In hoc igitur monte non longe a Lycopoli anachoreticam vitam egisse existimo *S. Iohannem Prophetam* , quem auctor vitae S. Abb. Matthaei appellat *Shenute de monte Atripe* . Palladius ὄρος τῶν λυκῶν (illius nomine Aegyptiaco tacito) *montem Lycorum* , seu *Luporum* simpliciter vocat ; ibique in eius *summitate* illius stationem describit .

ϫⲱⲛ ⲉⲧϩⲙⲙⲟⲟⲥ ϩⲁⲧⲏϥ ⲙⲛ ⲛⲣⲙⲙⲁⲟ ⲉⲩ-
ⲥⲟⲟⲩⲛ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲉⲁⲩⲕⲱⲙϣ ⲛ̀ⲥⲁ ⲡⲁⲓ ⲛ̀ⲧⲉⲓⲙⲓⲛⲉ
ⲛ̀ⲧⲉⲣⲉϥⲉⲓ ⲉⲥⲱⲧⲙ ⲉⲡⲗⲟⲅⲟⲥ. ⲁϥⲁⲣⲭⲉⲓ ⲛ̀ϣⲁϫⲉ
ⲉϥϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲓϩⲉ ϫⲉ ⲡⲉϫⲁϥ ⲛ̀ϭⲓⲡⲉⲡⲣⲟⲫⲏ-
ⲧⲏⲥ ϫⲉ ⲟⲩⲛ ⲟⲩⲙⲟⲩⲓ ⲛⲁⲱϣ ⲉⲃⲟⲗ ⲁⲩⲱ ⲛⲓⲙ
ⲡⲉⲧⲉⲛ ⲉϥⲛⲁⲣ́ϩⲟⲧⲉ ⲁⲛ ⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲁϥ-
ϣⲁϫⲉ ⲁⲩⲱ ⲛⲓⲙ ⲡⲉⲧⲉⲛϥ ⲛⲁⲡⲣⲟⲫⲏⲧⲉⲩⲉ ⲁⲛ·
ⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲡⲉⲛⲧⲁϥϩⲱⲛ ⲁⲩⲱ ⲡⲉϥⲡⲛ̅ⲁ̅ ⲛⲓⲙ ⲡⲉ-
ⲧⲉⲛϥ ⲛⲁϫⲱ ⲁⲛ ⲛⲛⲉⲧϣⲟⲟⲡ ⲏ́ ⲛⲓⲙ ⲡⲉⲧⲛⲁϩⲱⲡ
ⲛ̀ⲛⲉⲧⲣ́ⲛⲟⲃⲣⲉ.

ⲉⲓϩⲙⲟⲟⲥ ⲁⲛⲟⲕ ϩⲓϫⲛ̀ ⲟⲩⲧⲟⲟⲩ ⲡⲉϫⲉ ⲡⲉⲧϫⲱ ⲛ̀ⲛⲁⲓ. ⲁⲓⲛⲁⲩ ⲉⲩⲍⲱⲟⲛ ⲉϥϩⲁⲡⲁⲏⲣ ⲉϥⲙⲓϣⲉ ⲙⲛ̀ ⲕⲉ ⲍⲱⲟⲛ.

Hic est sermo patris nostri sancti PROPHETAE *Abbatis* SCENUTE *ea occasione dictus, qua ad eum accessit Graecus philosophus; & pluries accessit. Huncque proinde norat, quod non recte de Deo cogitaret. Multi vero tum ex principibus sedentes coram ipso, tum ex divitibus nobilibusque, qui eum cognorant, ipsum hoc modo libenter adibant, ut congressi sermonem eius audirent. Coepit autem loqui sic dicens: Dixit Propheta* (1), *leo rugiet, quis non timebit? Dominus Deus locutus est, quis non prophetabit? Dominus Deus praecepit, & spiritus eius, quis non loquetur quae futura sunt, aut abscondet quae sunt utilia?*

INITIUM SERMONIS.

Quum sederem ego, qui haec verba loquor, supra montem, vidi animans ex aëre pugnam committere cum alio animante super terram

(1) Amos scilicet cap. III. v. 8: Λέων ἐρεύξεται, καὶ τίς οὐ φοβηθήσεται; κύριος ὁ Θεὸς ἐλάλησε, καὶ τίς οὐ προφητεύσει; His non modo Thebaica, sed & Memphitica versio accurate respondet. Reliqua *Scenute* noster ex aliis Prophetarum locis collegit.

ram versanti &c. Hinc a pag. nempe cod. ⲤⲜⲂ. 262. protrahitur sermo ad totam pag. ⲤⲜⲎ. 268., sicque sub finem pag. ⲤⲜⲄ. 266. col.4. ad verba ⲉⲧϣⲁϫⲉ ϩⲛ̄ ⲛⲉⲧⲉⲛⲟⲩϥⲛⲉ ϯⲙⲙⲟⲩⲧⲛ̄ ⲉⲧⲟⲟⲧϥ ⲙⲡⲥⲱϣϥ ⲉϥϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ. ⲇⲉ... coniungitur cum iisdem omnino verbis, unde incipit Nanianum fragmentum apud Mingarellium pag. CVII: ϫⲉ ϩⲛ̄ ⲛⲉⲧⲉⲛⲟⲩϥⲛⲉ ϯⲙⲙⲟⲩⲧⲛ̄ ⲉⲧⲟⲟⲧϥ ⲙ̀ⲡⲥⲱϣϥ ⲉϥϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ... cumque hoc ipso aequo gradu pergit ad lin. usque 20. col.2. pag. CX., ubi in haec verba desinit: ⲙ̀ϫⲟⲉⲓⲥ ⲓ̅ⲥ̅.

Accedit ex eodem Borgiano Museo fragmentum aliud eleganter scriptum, ubi *Scenuthi* nostro idem plane sermo una cum aliis palam vindicatur. Nam ad calcem ipsius fragmenti (quo plura de variis nominibus Christi egregie dicta leguntur) tandem post haec verba: ⲉⲓⲥϩⲏⲏⲧⲉ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲥⲉⲥⲏϩ ϩⲛ̄ ⲛⲉ ⲅⲣⲁⲫⲏ ⲁⲩⲱ ⲡⲉⲧⲱϣ ⲉⲧⲛⲟⲉⲓ ϥⲛⲁⲥⲟⲩⲱ ⲛⲛⲟⲩⲧⲏⲣⲟⲩ. *Ecce omnia exarata sunt in scripturis: & qui legit intelligit ea omnibus satis esse:* sequens inscriptio spectatur:

ⲈⲠⲒⲤⲦⲞⲖⲎ ⲉ̅ : *EPISTOLAE V.*

ϯⲣ̄ⲙⲟⲓ̈ϩⲉ : *LACRIMAS FUNDO* (1).

ⲡⲉ ⲡⲛ̄ⲁ̄ ⲙ̀ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ : *EST SPIRITUS DEI.*

ⲛ̄ⲛⲉϥⲱϫⲛ̄ ⲛⲟⲩⲟⲉⲓϣ ⲛⲓⲙ ⲛ̄ϭⲓⲟⲩⲏⲏⲃ:

NON DEFICIT ULLO UMQUAM TEMPORE SACERDOS.

ⲉⲣϣⲁⲛ

(1) In *hoc*, & in *tribus* sequentibus loculis verba indicantur, unde incipiunt sermones *S. Scenuthe*.

ⲉⲣϣⲁⲛ ⲡⲗⲟⲅⲟⲥ ϫⲱ ⲛⲛⲉⲧⲏⲡⲉ ⲧⲉⲓ ⲡⲣⲟⲫⲏⲧⲓⲁ:

QUANDO SERMONEM DIXIT MORE PROPHETICO:

Cuius initium est

ⲉⲓϩⲙⲟⲟⲥ ⲁⲛⲟⲕ ϩⲓϫ́ⲛ ⲟⲩⲧⲟⲟⲩ: (1)

SEDEBAM EGO SUPER MONTEM.

His additur librarii epigraphe *cursivis*, ut aiunt, litteris in hanc formam: ⲁϥϫⲱⲕ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ϭⲓ ⲡⲙⲟϩⲧⲟⲩ ⲛ̀ⲗⲟⲅⲟⲥ ⲙ̀ⲡⲉⲛⲉⲓⲱⲧ. ⲉⲣⲉⲡⲉϥⲥⲙⲟⲩ ⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ ⲛⲁϣⲱⲡⲉ ⲛ̀ⲙⲙⲁⲛ ⲧⲏⲣⲛ ϩⲓⲟⲩⲥⲟⲡ ϩⲁⲙⲏⲛ: *Absoluti sunt QUINQUE sermones Patris nostri. Sit benedictio sancti nobiscum omnibus simul. Amen.*

Deinde *eisdem litteris*.

ⲡⲁⲓ ⲡⲉ ⲡϫⲱⲱⲙⲉ ⲁⲩⲱ ⲡⲛⲟϭ ⲛ̀ⲕⲁⲓⲫⲁⲗⲁⲓⲟⲛ ⲛ̀ⲧⲁϥ ⲥⲁϩ́ϥ ⲛ̀ϭⲓⲡⲉⲛⲙⲁⲓ ⲛⲟⲩⲧⲉ ⲛ̀ⲥⲟⲛ ⲁⲩⲱ ⲡⲉ// ⲛⲉⲓⲱⲧ ⲡⲡⲁⲡⲁ ⲕⲟⲗⲑⲉ ⲁⲩⲱ ⲡⲁⲣⲭⲏⲙⲁⲛⲇⲣⲓⲧⲏⲥ ⲙ̀ⲡⲙⲟⲛⲁⲥⲧⲏⲣⲓⲟⲛ ⲙ̀ⲡⲉⲛⲉⲓⲱⲧ ⲙ̀ⲡⲣⲟⲫⲏⲧⲏⲥ ⲁⲡⲁ ϣⲉⲛⲟⲩⲧⲉ ⲛ̀ⲑⲉⲛⲛⲏⲧ ⲛ̀ⲥⲓⲟⲩⲧ ⲉⲧⲣⲉϥϣⲱϣ ⲛ̀ϩⲏⲧ́ϥ ⲙⲛ̀ ⲛⲉϥϣⲏⲣⲉ ⲙⲛ̀ ⲟⲩⲟⲛ ⲛⲓⲙ ϩⲓⲟⲩⲥⲟⲡ ⲉⲩⲏⲩ ⲙⲛ̀ ⲟⲩⲥⲟⲗⲥ́ⲗ ⲛⲛⲉⲧ. ⲁⲩⲱ ⲉⲧⲥⲱⲧⲙ̀ ⲙⲛ̀ ⲉⲟⲩϫⲁⲓ ⲛ̀ⲧⲉϥⲯⲩⲭⲏ ϫⲉⲕⲁⲥ ⲉⲣⲉⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲛⲁ̀ⲣ ⲟⲩⲛⲁ ⲛ̀ⲙ̀ⲙⲁⲩ ⲙ̀ⲡⲉϩⲟⲟⲩ ⲙ̀ⲡⲉϥⲉⲛϣⲓⲛⲉ. ϩⲁⲙⲏⲛ ⲉϥⲉϣⲱⲡⲉ:

Postremo

ⲁⲣⲓⲡⲙⲉⲉⲩⲉ ϩⲱⲛ ⲁⲅⲁⲡⲏ ⲛ̀ⲧⲉⲧ̀ⲛ ϣⲗⲏⲗ ϩⲁ// ⲣⲟⲓ̀ ⲁⲛⲟⲕ ⲡⲉⲓⲣⲉϥⲉⲣⲛⲟⲃⲉ ⲛⲉⲓⲃⲓⲏⲛ.

Hic

(1) Confer hoc ipsum sermonis exordium cum altero, quod iam dedimus pag. superiori CLXVI. lin. 11. Utrumque enim idem omnino est.

Hic est liber, & magna complexio capitum, quam scripsit Dei amator frater & pater noster Abba Colthe, & archimandrita monasterii patris nostri & PROPHETAE Abbatis SCENUTHE existentis in Siut, ut Filii, & alii quivis, qui legunt, fructum simul, & lucis, quae in eo est, splendorem recipiant, & qui audiunt etiam animae salutem, ut faciat Dominus misericordiam cum illis in die adventus sui. Amen, Fiat.

Meminerit etiam caritas orationum vestrarum mei miseri, & abiecti peccatoris.

Dolendum est Mingarellium nostrum haec videre non potuisse antequam *sextum* illud Nanianum fragmentum evulgaret; aliud enim quiddam de illius auctore, uti persuasum mihi est, fortasse scripsisset. Nos interea ex his, quae hactenus attulimus, plura de *S. Iohanne Lycopolitano* colligimus: eum nempe illum esse *Scenute*, qui *Prophetae* nomen non in Aegypto tantum, sed in toto christiano orbe passim obtinuit; qui veluti institutor & parens habitus est monachorum in *Siut*; quique lucubrationes *quinque* thebaice scripsit, interque ceteras *sermonem* more prophetico compositum, cuius pars est Nanianum fragmentum mox commemoratum. Hunc tamen scriptum putamus ante an. 389., quo, uti Iohannes ipse in caelesti quadam visione sibi revelatum cognorat, & Bessarion Abbas in colloquio cum eo in monte *Siut* habito praedixerat, idolorum templa ex magni Theodosii edicto subversa in Aegypto fuere. De die tamen illius beatae mortis incerti sumus. *Omnia Martyrologia*, ait Tillemont. tom. x. pag. 720., *post saec.* IX. *diem festum S. Iohannis*, tamquam emortualem, *consignant* in XXVII. martii an. 395. In Bolland. actis SS. Henschenius & Papebrochius in 17. octobr. an. 394. Cardinalis Baronius in 13. decembr. eiusdem anni. Sed rectius, ni fallor, idem ipse Tillemont. coniecit: *Il peut être mort deux ou trois mois après Théodose en mars, ou en auril* 395. Kalendarium Copto-Aethiopicum Ludolphi ad diem 1. maii Iuliani, & VI. Copto-Aethiopici, mentionem facit S. *Sennodi Anachoretae*. Palladius certe in *H. Laus.* ἀναχωρήσεως *anachoreticae vitae* laudem

Iohanni noſtro tribuit. Quod ſi ipſe eſt *Scenute* noſter, eius obitus erit 6. maii Coptici, ideſt 1. maii Iuliani. Hoc quidem pacto coniungi facile poterit *feſtus dies Abbatis Scenute* cum titulo evangelicae lectionis recitandae *ſuper aquam*, ut indicitur in Evangeliſtar. cod. a nobis laudato pag. 294.

Ordo ſabbatorum, & dominicorum dierum, quem codex ſervat, alius eſſe non poteſt quam ordo hebdomadarum ſeptem inter Paſcha & Pentecoſtem. De his loquitur S. Baſilius lib. *de Spiritu S.*, ubi τὰ ἑπτὰ τῆς ἱερᾶς πεντηκοστῆς ἑβδομάδας, *ſeptem ſanctae Pentecoſtes hebdomadas* appellat. Iam vero da mihi lectionem ſabbato III. poſt Paſcha in membrana 1. & in fine col. 1. Evangeliſtarii, addictam, ſequens neceſſario erit aſſignanda ſabbato IV., tum vero ea, quae hanc excipit, quaeque eadem membrana col. 4. legenda indicitur ⲙ̀ⲛⲛⲥⲁ ⲡϣⲁ ⲙ̀ⲡⲉⲛⲉⲓⲱⲧ ⲁⲡⲁ ϣⲉⲛⲟⲩⲧⲉ, *poſt feſtum Patris noſtri Abbatis Scenute*, non poterit non eſſe, niſi pro *ſabbato quinto* poſt Paſcha; ut & altera quae ſequitur *ſuper aquam* pro *ſabbato ſexto*, quo ſolemnes preces propter Nili incrementum exordiri ſolebant. Atqui ſi obitus *S. Prophetae* ſive *Scenute Iohannis* accidiſſet die 27. martii, numquam concurrere potuiſſet cum ullo dierum, qui proxime antecedebant *ſabbatum quintum*, quintae ſcilicet hebdomadae poſt Paſcha; ſi ergo hunc ordinem lectionum in Evangeliſtario Thebaico tueri volumus, diem emortualem *Prophetae* Scenute, ſive S. Iohan. Lycorum ſtatuere cogimur, vel ſub finem aprilis, quod & Tillemontius facile largiri videtur, vel certe ſub initium *maii* noſtri Iuliani. Sic enim dies feſtus S. Abbatis *Scenute* praecedere poteſt *ſabbatum quintum* poſt Paſcha, Nam ſabbato *ſexto*, uti apparet ex evangelica lectione diei illi liturgico affixa, incipiebant liturgicae preces pro incremento Nili; quod ſane tempus accedere videtur ad XII. *paini*, ſive iunii, ad initium ſcilicet earumdem precum, quae in Rubricis Miſſalis Aegyptiaci praeſcriptae leguntur. Cum his coniungas velim quae iam typis impreſſa habebis pag. 293.

De hoc ſolemni *feſto S. Iohannis Lycopolitani* Tillemontius agens cit. to. X. *H.E.* pag. 29. ſcribit: *Il y a ſujet de s'étonner de ce qu'on*

qu' on ne trouve point que les Grecs *la fassent*. Eccur certe mirum non videatur, nullum in sacris Graecorum fastis locum tribui Iohanni nostro, qui & sanctitatis, & prophetiae fama non modo in Aegypto, & in Oriente, sed in Hispaniis, in Galliis, in Africa, & in Occidente omni tanta cum eius nominis gloria innotuit? Non me fugit, quid magnus Cardinalis Baronius sentiat de sancti huius viri memoria, quam a Graecis celebrari tradit die 13. *decembris*. *Mais cela*, idem Tillemontius subdit adnot. 4. pag. 720., *ne se trouve ni dans le Ménologe de Canisius*, *que* Baronius *a vu*, *ni dans celui d' Ughellus*, *ou de Basile*, *ni dans les Menées : &* Bollandus *soutient que le Grecs n' en font ni ce jour la*, *ni en aucun autre*. Quin & hoc addit, *on trouve dans Canisius au 3. decembre*, *pag. 926.*, *un S. Jean solitaire en Egypte*, *mais ce qu' on en dit n' a aucun raport à celuy de Lycople* (*& je ne le trouve ni dans Ughellus*, *ni dans les Ménées*). In ipso quoque Calendario Copto-Aethiopico Ludolphi legitur ad diem 15. decembr. *Iohannes*, sed cum hoc titulo, *Sacerdos*, qui nihil habet commune cum Lycopolitano; idemque ac S. Iohannes Chrysostomus a Ludolpho putatur.

Quae quum ego meditor non aliam prorsus caussam fuisse existimo, cur Graeci Iohannis nomen in sacris Ecclesiae suae tabulis praetermiserint, quam eam ipsam, quae summos illos viros Tillemontium, & Bollandianos detinuit, ne in actis SS. Cyri, & Iohannis MM. sub nomine *Senuphis*, *Prophetam* nostrum *Iohannem* latere cognoscerent. Graeci scilicet *Synaxariorum*, *Meneorumque* suorum auctores decepti utroque & Memphitico *Scenuti*, & Thebaico *Scenute* nomine, quo uno in inferiori, superiorique Aegypto vocabatur *Iohannes*, eum tamquam ignotum Sanctorum albo, praesertim post Dioscori, & saevi schismatis tempora, inscribere neglexerunt. Nil tamen id vetat, quin *Scenute* in Evangelistario nostro commemoratus, ille idem sit Lycopolitanus *Iohannes*, quem tota Ecclesia tamquam magnum Dei virum, & Θεοπνευστον Prophetam, inde usque a saec. labente IV., integre sancteque coluit.

Ex his vero omnibus, quae dicta hucusque sunt, facile cuique coniicere licet, Evangelistarium codicem, unde S. Scen-

nute memoriam hausimus, ad sacram supellectilem vel maioris *ecclesiae Lycopolitanae*, vel illius fortasse monasterii, cuius ipse veluti pater, & institutor habebatur, pertinuisse.

§. XXII.

De methodo, qua usi sumus in evulgando fragmento Evangelii S. Iohannis.

IN editione paranda tam rari nobilisque fragmenti id nobis consilii in animo fuit, ut illud meliori, quo fieri posset, in lumine collocatum prodiret. Hoc ipsum proinde *quintuplici* veluti *expositione* illustratum in publicum proferre, eruditorumque in primis iudicio subiicere pro virili nostra studuimus.

I. *Tabulas* dat omnes tum *Graecas*, tum *Copto-Thebaicas*, quae codicis *membranas*, uti sunt in archetypo, repraesentare satis apte possint. II. Unas dat *Graeci textus* tabulas *minoribus*, iisque vulgaribus Graiorum *typis* impressas, quae & *Latinam* habent *versionem* e regione *adiectam*. III. *Variantes* eiusdem Graeci textus *lectiones*, eisque subiectas *adnotationes* nostras. IV *Tabulas* exhibet *Thebaicae versionis*, quae, Romana & ipsae civitate donatae, *Graecis* alterne respondent. V. Tandem eiusdem *Thebaicae versionis variantes lectiones* praebet, una cum adnotationibus nostris ad loca quaedam opportune adiunctis.

Non semper equidem in mearum omnium observationum serie aut grammaticum, aut criticum, aut nudum, simplicemque verborum pensitatorem egi; sed ubi insignia, & illustria quaedam divini huius Evangelii testimonia indignis omnino, & heterodoxis interpretationibus in pravum sensum contra Ecclesiae catholicae fidem, & SS. PP. traditionem misere prorsus, infeliciterque torqueri, cognoram, ibi, Deo duce & adiutore, non tam observatoris, quam interpretis, & orthodoxi defensoris partes quam libentissime suscipere, & sustinere constitui. Et utinam votis animique sententiae res ipsa responderit! Qua in re neminem fore puto, qui me reprehendere

velit,

velit , niſi is homo eius ingenii ſit , ut quid τῇ πίςι μόνῃ , *ſoli fidei* , & quid ſimplici , atque *adiaphorae* quaeſtioni , ex monitis S. Gregorii Nazianzeni , debeatur , penitus ignoret .

Ad initium cap. VIII. verſionis Thebaicae pag. 289. indicavimus codicem Memphiticum Vatic. biblioth. , in quo hiſtoria *adulterae* nullis uncis incluſa legitur . At praeter hunc , alterum quoque , non ita multo ante , vidimus , qui eamdem *pericopam* integram , ſed in margine *Arabicam* gerit *adnotationem* , qua traditur *eam hiſtoriam fuiſſe* deſumptam e codicibus *Syriacae verſionis* . Ex quo intelligimus non tantum in Laurentiano , aut in Anglicano Uſſerii biblioth. , ſed etiam in Aegypto Syriacos codd. , qui adulterae pericopam haberent , fuiſſe repertos .

Veliterna promptuaria Borgiani Muſei alia habent , & integra capita , & fragmenta *Thebaica* Evangelii S. Iohannis , quae nobis ſuppeditent ; ſed ea in aliud tempus edenda ſervamus , quum in ſeriem digeſta dabimus quotquot in hoc *Cimellarchio* exſtant Evangelica SS. Matthaei , Marci , Lucae , & Iohannis fragmenta *ad Thebaicam verſionem ſpectantia* . Unum hodie ex cap. VI. , VII. , & VIII. S. Iohannis evulgamus , quod , quum *Graecum textum* e regione habeat , ſeorſim cudi , nec cum aliis miſceri , iudicio noſtro , poſcebat . Addidimus equidem ex *Evangeliſtario* , uti credimus , *Lycopolitano* , nonnullos , qui deerant , verſiculos Theb. verſioni unius cap. VI. Evangelii noſtri . Sed id eo conſilio fecimus , ut vel ex hac levi , & exigua additione , quae ſuſceptum ordinem nihil perturbat , unitas innoteſceret , & conſonantia verſionis noſtrae ; quae in variis etiam , iiſque per Thebaidenſium Eccleſias diſtractis codicibus , eadem , ac ſibi ſemper ſimilis , inveniri detegitur . Nam inter additos verſiculos , *vigeſimus ſecundus* , & *vigeſimus tertius* ex Evangeliſtario excerpti mire conveniunt cum iiſdem ipſis , qui iam editi ſunt in fragmento *Graeco-Thebaico* eiuſdem cap. VI.

§. XXIII.

§. XXIII.

De fragmentis Liturgicis in appendice editis.

NON sine gravi quadam magnaque caussa a doctis viris de Catholicae religionis dignitate sollicitis, non olim modo, sed etiam hodie vehementer exoptari intelligo, ut post Scripturae sanctae oracula, antiquiora, si quae vel ex orientalibus, vel ex Aethiopicis, aut Thebaicis, Aegyptiacisque oris sacrarum *Liturgiarum* monumenta haberi possint, publicis denique formis alicubi gentium inter Europae fines emittantur in lucem. Sunt enim haec certa, & praeclara vetustissimae disciplinae testimonia, quibus tot populorum Ecclesiae, licet tam longo & locorum, & temporum intervallo a nobis dissitae, eamdem tamen, quam nos, *divinorum mysteriorum* fidem, & cultum se ab initio caste, sancteque retinuisse declarant.

I. Nos igitur, quando iam, Deo favente, ex ultima ipsa Thebaide, praeclarum accepimus *divinae Liturgiae* fragmentum, illius gentis dialecto, & saeculo labente, uti putamus, christiani nominis IV. exaratam, hoc ipsum inter cetera priori loco positum evulgamus. Ordo precum similis eius est, quem in Graeca S. Marci a Renaudotio edita habemus. Eumdem servat & Coptica, quae *S. Cyrillo* tamquam ab eo *dispofita & ordinata*, inscribitur; licet & haec ipsa S. Marci dicatur. At certe eidem uni S. Evangelistae tribuitur in *exemplari*, quod ex Vaticano cod., ut ante adnotavimus, exscriptum exstat in bibliotheca Angelica inter mss. Boniurii. Antiquus, & archetypus codex exstabat, quemadmodum in fronte *ecgraphi* legitur: **ⲛⲉⲩⲭⲏ ⲛϫⲉ ⲡⲉⲧⲁⲥⲙⲁ ⲓ̅ⲱ̅ ⲃⲱⲥⲧⲣⲓ ⲛⲟⲩⲉⲛⲓⲕⲗⲓⲥⲓⲥ**, *in oratorio*, ut ego interpretor, *secreto Iohannis Bostri inclusi*. At ἀντίγραφον scriptum traditur anno *Martyrum* ⲁⲛⲑ, 1059., ideſt aer. christ. 1341. Liturgia incipit ut in ea, quae *S. Cyrilli* dicitur apud Renaud. tom. I. pag. 38., sed *oratio pacis S. Cyrilli* ad pag. 39., in nostra *Schitica* desideratur. Post secundam orationem

tionem *ſalutationis* in oſculo pacis ad patrem, exorditur *praefatio*, quam ſequitur I. precum ſeries, uti eſt in Cyrilliana eiuſdem Renaud., licet cum aliqua, ſed nullius fere momenti variatione; nam in Renaud. p.42. legitur oratio dicenda *tono Iobi*, in noſtra eſt ηχος Γενεσις; & ubi *diptycha*, ibi Ἐπικλησις *nominatio* dicitur. Expletis lectione diptycorum & ceteris precibus progreditur ſacerdos ad abſolvendam praefationem, deinde euchariſtica ſymbola conſecrat: recitat orationem invocationis Spiritus ſuper conſecrata dona, & cetera perficit, uſque ad dominicae orationis, & ſequentis precis, quae *fractionis* eſt, recitationem, quemadmodum fit in dicta Liturgia *S.Marci*, ſive *S.Cyrilli*, ſed in praeparatione ad divina myſteria accipienda, & in ipſa demum gratiarum actione, unica in codice noſtro oratio eſt, quae a *tribus* apud Renaud. p.50. 51. 52. editis, omnino differt. Cum his convenit & II. ipſa Liturgia, quam evulgatam habemus in Miſſali Aegyptiaco Romae impreſſo an. 1736. At vero fragmentum noſtrae Thebaicae habet quidem *ordinem precum*, & *diptycorum recitationem*, eo loci, ubi & Miſſa habet S. Marci Cyrillo tributa; ſed in ceteris, nempe in *praefatione*, & *conſecratione*, ritum ſervat, quem in Liturgia conſpicimus S. Gregorii Theologi. In hac ſacerdos Chriſtum Deum *in ſecunda perſona ſemper* alloquitur, quod etiam in Thebaica noſtra facit.

Illius ſcriptionem tempora Dioſcori praeceſſiſſe putavimus. Id quidem ex characterum formis nobis argumentari non licuit. Neque enim inter Coptorum librarios, atque calligraphos ulla hucuſque *ſcriptorum* ſeries, quae proprium cuiuſque ſaeculi ſcribendi, variumque pingendi litteras morem exhiberet, haberi potuit. Quatuor tantum Thebaica fragmenta vidimus, in quorum calce nomina vidimus ſive auctoris *protographi*, ſive *deſcriptoris*. In *primo* nudum legimus ſubſcriptum nomen ⲥⲓⲛⲟⲩⲑⲓⲟⲥ, *Sinuthius*: In altero ⲥⲓⲛⲟⲩ//ⲑⲓⲟⲩ, *Sinutii*: In *tertio* ⲡⲡⲁⲡⲁ ⲕⲟⲗⲑⲉ ⲁⲣⲭⲓⲙⲁⲛ//ⲇⲣⲓⲧⲏⲥ ⲥⲓⲟⲩⲧ, *Papa Colthe Archimanarita Siut*. In *quarto* inter crura, ſive lineas interiores primae litterae M, Βαρθολομαιος Καλλιγραφος, *Bartholomaeus Calligraphus*; ſed

ſed vox praeſertim poſterior tam mire corrupta eſt, ut quid ea ſignificaret, nonniſi divinando aſſequi potuerim. In horum tamen nullo *epocha anni*, quo ſcripta fuerint, invenitur. Itaque ex aliis tantummodo *notis*, quae noſtra haec fragmenta comitantur, aliquid, quod nobis probabilius, ac fere certum viſum eſt, de eorum aetate coniicere ſtuduimus. Ex his proinde notis (quas videas, oro te, in obſervationibus noſtris) collegimus, primum hocce liturgicum fragmentum, aut illius ſaltem *archetypum*, ſchiſma Dioſcorianum antiquitate praecellere.

In ea interpretanda Thebaicas voces, quae mihi moleſtiam parerent, nonnumquam offendi. Inter ceteras ⲗⲱⲃϣ, & ⲗⲟⲃϣ ſummam mihi ſollicitudinem in earum ſignificatione ſtatuenda attulere. Utrumque nos pro *accenſione*, *ardore*, *igneque urenti* accepimus. Qua de re nulla nobis ineſt in animo dubitandi ratio. Nam & huc accedit encomium in Pontificali Aegyptiaco Romae ed., quo pag. 372. divinus Apoſtolus Paullus celebratur tamquam ⲫⲗⲱⲃϣ ⲛ̄ⲧⲉϯⲉⲕⲕⲗⲏⲥⲓⲁ. Quid enim ea voce aptius excogites ad ſignificandum Paullum ceu *ardens* & *fulgidum lumen Eccleſiae*? Neque enim tanti facio verſionem Arabicam, quae mihi neſcio quid ſuggerit de ſapientia Apoſtoli tamquam rutabulo quodam divini ignis in Eccleſia, ut a mea illa priori interpretatione diſcedam. Attamen & hoc ipſum nomen ſeſe iterum ſpectandum offert in Borgiano fragmento vitae S. Matthaei Abbatis Latonopolitani ſub ancipiti quodam aſpectu. Nam primo vir ſanctus divinitus admonitus dicitur, ut ⲉⲃⲟⲗ ϩⲙ ⲡⲗⲱⲃϣ ⲛ̄ⲧⲉⲕⲕⲗⲏⲥⲓⲁ aſpiceret *homines* venientes ad ſe, deinde caeleſti revelationi obtemperaturus aſcendiſſe narratur, ut eos videret ⲉⲣϩⲁⲓ ⲉϫⲛ ⲧϫⲉⲛⲉⲡⲱⲣ ⲛ̄ⲧⲉⲕⲕⲗⲏⲥⲓⲁ, *ſupra tectum Eccleſiae*. Erat igitur ⲡ-ⲗⲱⲃϣ; *tectum*, idem quod ⲧϫⲉⲛⲉⲡⲱⲣ, Memphitice ϫⲓⲛⲉⲫⲱⲣ. Quid dicam? An ita apud Thebaeos ⲡ-ⲗⲱⲃϣ appellabatur *tectum*, quod pars eſſet tabulati ſuperior, & *luminare* diceretur ex *aperto*,

to, *lucidiorique* loco, unde exteriora quaevis e longinquo posita facile spectari undiqueversum possent? Sic enim & fenestras domus, *lumina* per *metonymiam* a veteribus appellari novimus. Quod si nec id probes, dic, an & πι-λωβϣ inter *Doxologias* pag. 267. tom. III. *Theotocion* mensis *Choiac*, tu interpretaberis *tectum*? Non credo. Est enim heic πι-λωβϣ, *expositio*, seu *illustratio*, qua ⲙⲉⲛⲉⲛⲥⲁ ⲡⲓϩⲱⲥ post *canticum* de prodigiis in mari rubro a Moyse patratis, extollitur divina virtus, & omnipotentia mirabilis crucis *Christi secundi Adami*, quae in virga Moysis praefigurata cantatur.

Alia, si qua id genus in interpretatione, notisque nostris occurrerint, iudicio tuo, benigne Lector, expendenda, castigandaque dimitto.

Cetera tam vetustum ac praeclarum divinae Anaphorae fragmentum iure veluti suo postulabat, ut cum reliquiis codicis Graeco-Thebaici, ubi tam multa atque praestantia de Eucharistici mysterii dignitate & excellentia a Christo ipso traduntur, coniungeretur.

II. Ob eamdem omnino cognationis caussam sedem secundam damus *Graeco-Thebaico fragmento codicis diaconici*. Huius characterum *specimen* habes in praevia tab. sub num. huius pag. CXVIII. indicatum. Plures sunt, & mea quidem sententia, non leves coniecturae, quae mihi suadeant codicem hunc scriptum fuisse sub initium saec. V., vel certe ante immanem Thebaidensium ecclesiarum perturbationem, fideique Catholicae eversionem ab impio Patriarcha Dioscoro post S. Chalcedonensis Synodi celebrationem universae illi regioni, irato Deo, infelicissime partam. Nec argumenta desunt, quibus is ipse codex scriptus ostendatur ad usum & commodum monachorum S. Pachomii. Sed haec omnia consule, quaeso te, in anteloquio, & in adnotationibus huic nostro fragmento adtextis.

III. Est *Oratio Dominica*, quae in divino Altaris sacrificio post *Spiritus S. invocationem*, & ante *orationem fractionis* ab universo populo in Oriente & Aegypto recitari solebat. Copticam iam in multis & mss., & impressis codicibus habebamus.

Sed *Thebaica* diu ubique quaesita non alibi usquam, quam in uno Borgiano fragmento actor. *S. Macarii*, qui in monasterio *Pabau* vixit, inveniri potuit. *Prima* tantum, & *secunda petitio*, uti & *pars tertiae*, cognitae erant inter grammatica exempla, ex cap. 6. Evangelii S. Matthaei apud cl. Episcopum Tukium in *Rudim. Aegypt. ling.* adducta, sed formula integra huius orationis, quo utebantur Thebaei, in Cimmeriis, ut ita dicam, tenebris versabatur. Ediderat Ludolphus an. 1691. *in commentario ad suam hist. Aethiopicam* pag. 563. *Dominicam orationem Aethiopicis* primum *elementis*, deinde *Latinis litteris* expressam: sed tam mire sive in Aethiopicis, sive in Latinis corruptam, ut, qua *dialecto* scripta esset, *Thebaica* ne, an vero *Memphitica*, cl. Ludov. Picques penitus ignorarit. De ea proinde ad Ludolphum ipsum scribens 4. aug. an. 1698: *A propos*, inquit, *de votre PATER COPTE écrit en Ethiopien; ce COPTE n'est pas de la basse Egypte, mais du SAHID, ou haute Egypte à l'usage des gens des environs d'Echmim en Thebain*. At *oratio* haec, quae tota Memphiticam Evangelii versionem spirat, nec Thebaica, aut superioris, sed inferioris Aegypti dialecto, Memphitica nempe, a Ludolpho edita, luculenter corrupta est; etsi *de recta* verborum suorum *pronunciatione aliquammulta* ex auctoribus *se dicere posse confidat*; quae tamen si dixisset, frustra, sic ego credo, hoc saxum volvere tentasset. Nos ex laudato fragmento *orationem dominicam* damus ea lingua conceptam, qua olim a priscis Thebaidensium Ecclesiarum fidelibus, tamquam *praemissae Liturgiae pars*, in incruento Missae sacrificio recitabatur.

IV. Quartum locum inter Liturgica tenet *fragmentum* excerptum ex Homil. *S. Iohan. Chrysostomi* in *proclamationem* illam a diacono, & sacerdote ante divinorum mysteriorum perceptionem, elata, ac terribili voce ex antiquissimo ritu pronunciatam: τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις, *Sancta Sanctis*. Explorata res est, & gravissimo eruditorum virorum iudicio comprobata, veteres Aegyptiorum Praesules in sacris Synaxibus non tam suis, quam aliorum Patrum, & *Chrysostomi* in primis concionibus, fuisse usos. Unde nemini mirum videri debet, si huius praesertim divi-

divini viri ſcripta paullo poſt illius beatae mortis diem in Thebaidem uſque tanta cum celeritate advolarunt. Magna erat illius fama, ut ex Iſidori Peluſiotae epiſtolis liquet, per omnem Aegyptum. Nonnulla tamen in hoc fragmento inveniuntur, quae in Chryſoſtomi concione non exſtant. Hinc ego colligo noſtri Thebaici fragmenti auctorem SS. illius, & eloquentiſſimi Doctoris ſermonem ad ritum, qui in Liturgico Eccleſiae ſuae miniſterio ſervabatur, accommodaſſe. Tu vero facile, uti opinor, intelliges, noſtrum hocce fragmentum ſpectari debere tamquam ſupplementum *quartae* illius partis, quae de *ſancta corporis, & ſanguinis Chriſti* participatione, in Thebaica Liturgia iam ante edita, deeſt.

§. XXIV.

De typis in hac noſtra fragmentorum editione adhibitis.

TYpi ſunt iis omnino ſimiles, quibus in evulgandis monumentis Copticis Romae uti coeperunt ſaeculo ſuperiori Kircherus, atque Boniurius. Formas imitantur characterum, qui in ſcriptis codicibus Coptitarum inferioris aevi cernuntur. Lineolas deficientium litterarum indices, quales in *Thebaico-Nanianis fragmentis* Bononiae editis vides, noſtri non habent. Sed tamen *apices* ſunt, qui earum vices aptiſſime ſupplent. Hiſce aſſueti ſunt typothetae noſtri, non *lineis* illis; quas, quum novi aliquid in arte adferre fortaſſe putarent, in *notas compendiarias* ſuopte ingenio, ut nunc video, aliquando mutarunt. Aliae etiam lineolarum figurae, quae in mss. fragmentis inter duo puncta alterum ſupra, alterum infra poſitum iacent: & modo interpungendo inſerviunt, modo in margine pictae quaſi ſigna ad periodos diſtinguendos collocatae videntur, in typis editionis noſtrae deſiderantur. Eas ego interdum appellavi *lemniſcos*. Verum de his Thebaicae orthographiae modis nihil praeterea eſt, quod te moneam; & ſi quid eſſet, plura tamen addere me vehementer piget.

En tandem ad umbilicum perductum opus, quod aliquot ab hinc annis coeptum eruditorum exspectationem, me licet invito, tantopere fatigasse intelligo. Caussae fuere plures, sed iners praesertim, & languida senectus, infirma valetudo, morbi, & varia intercurrentium curarum genera, quae me vetarunt, ne telam semel exorsam assiduo labore texere, perficereque valuerim.

Unum restat, quod omnium maximum, & honestissimum est, ut publicum aliquod grati animi testimonium, leve licet & rude, erga praecipuum meorum horum studiorum auctorem, altoremque liberalissimum, hisce veluti tabulis, ad sempiternam posterorum memoriam insculptum relinquam.

Heic iam, ut Tute statim intelligis, Te appello Eminentissime Princeps, STEPHANE BORGIA, Cardinalis amplissime: quo nomine mirum est, quam diu ante Te colere, ac salutare vehementer optarim. Attamen mea haec vota, quamlibet flagrantissima, mihi non licuit adimpleta videre, nisi hoc eodem anno, die III. ante kal. apriles, quo supremus ille atque acerrimus ingeniorum iudex, & meritorum remunerator aequissimus, IMMORTALIS PONTIFEX MAX. PIUS VI. in Purpuratorum Patrum Senatum, tota plaudente Urbe, Te, solemni ritu inauguratum, evexit. Nullus certe dies eo hilarior, neque iucundior, quam hic unus, in omnis vitae meae cursu, qui brevis non est, mihi illuxerat umquam. Ecquid enim eo gratius, atque acceptius accidere mihi tum temporis poterat, quam omnium ordinum cives Romae intueri de hoc tam fausto ac felici amplificationis tuae eventu mirifice laetos, eosque simul audire, qui nominis tui gloriam summis ubique laudibus ad caelum efferre certarent? Quid dicam de tot tantisque Europae, & Italiae nostrae viris clarissimis, quorum alii dulcis amicitiae stimulis, alii doctrinae tuae fama commoti ad primos statim exaltationis tuae nuntios, litteras ad Te scripserunt de tuae huius dignitatis, honorisque fastigio incredibilis gaudii & laetitiae plenas? Quid quod iidem ipsi divini Evangelii praecones, qui, quum Tu octodecim ferme annos a Secretis esses Sac. Congreg. de Propaganda Fide, ex hac veluti

veluti ſumma Catholicae Religionis arce in varias orbis terrae regiones miſſi fuerant, etſi alii ab aliis longe diſſiti, omnes tamen beneficiorum, adiumentorumque tuorum memores, eodem propemodum die, quo inauguratio tua Romae contigit, quaſi arcano quodam Dei monitu, in unam eamdemque ſententiam ita ſe ſenſerint erga Te excitari, ut unanimi fere conſenſione de ſolemnis gratulationis ſuae officiis Tibi praeſtandis viſi ſint cogitaſſe?

Ego unus, qui ceteris omnibus in hoc officiorum genere praeire debebam, dum abditus inter ſuſceptae Praefationis amphractus miſere verſarer, coactus ſum interioris gaudii vim & laetitiae impetus intra pectoris mei latebras continere, donec opportunus ſeſe mihi locus offerret, quo geſtientis animi effuſio ob tantam honoris tui amplitudinem palam erumpere, & latius exſpatiari quam liberrime quiret. Nunc igitur, ea, qua ante tenebar, cura ſolutus, publicae gratulationis officium tam multis nominibus a me iam olim Tibi debitum, maiori, quo fieri poteſt, laetae mentis niſu, fidique pectoris ſtudio, rite, integreque perſolvo. Tu illud, etſi ſeſeipſo moleſtum, & importunum, placida, quaeſo Te, & miti fronte excipe. Quamquam huius omnis officii religio, non in Te magis, quam in Sanctam ipſam Romanam Eccleſiam redundat: quippe quae quantum dignitatis Purpurae ſuae inſignibus Tibi contulit, tantum illa ornamenti & laudis ex virtutum, & librorum tuorum ſplendore ſibi acceſſiſſe gloriatur.

Sed oro te, obteſtorque, BORGIA Cardinalis doctiſſime, ex hoc ſublimi loco, quo per omnes honorum gradus feliciter aſcendiſti, oculos in hoc tuum volumen benigno aſpectu demitte. Quod ſi *tuum* dico, iure omni meritoque dico. Nihil enim in eo eſt, quod tuum omnino & eſſe, & dici non debeat. Omnia haec, quae ſunt in ſolo tuo nata, tuiſque ſumptibus parta, tua ſunt. Nec aliunde quam ex Serapeo tuo Veliterno tot iſta Aegyptiaca monumenta, quibus ſacra Thebaidenſis Eccleſiae antiquitas iamdiu obruta iacens, atque ſepulta, in novam veluti vitam ad lucem revocatur, prodiere. Quin etiam, ſi quid in ſcriptis hiſce de meo eſt, nihil ſine Te eſt.

Quid

Quid enim eſt ſine gubernatore navis , ſine duce viator , ſine ſole tellus ? Macte virtute , ſapientiſſime Pater ! Et haec tua gloria eſt ,

Nec te moveat Praefatio , quae ante poſita operi modum quidem exceſſiſſe videri poterit , ſi ad unam iſtam collectionem Thebaidenſium fragmentorum , quae hactenus edidimus , referatur . At ea ſpectanda eſt tamquam generale anteloquium , quo via paratur non ad haec tantum , ſed & ad alia , quae magno adhuc numero edenda ſuperſunt .

Sed praefandi ſimul & gratulandi finis hic demum eſto . O MOECENAS AUSPICATISSIME ! O RERUM TUTELA MEARUM ! Deum veneror , ut in hoc ſacri , excelſique ſplendoris culmine ſicuti litterariae rei , ita & publico Eccleſiae ſuae bono diu Te aeternumque ſoſpitem , felicem , & incolumem ſervet .

SYNOPSIS

SYNOPSIS PRAEFATIONIS

Praefatio. Pag. III
§. I. *Tres commemorantur Aegyptiacae linguae dialecti*. XXIII
§. II. *Memphitica dialectus, olim toti Agypto communis, tamquam antiquior, & aliarum mater habenda est*. XXV
§. III. *Secunda Aegyptiorum dialectus, Thebaica*. XXXVI
§. IV. *De indole Aegyptiacae linguae utrique dialecto communi*. XXXVII
§. V. *Num quid affinitatis inter Hebraicam, & Aegyptiacam linguam intersit?* XLII
§. VI. *De tempore, numero, & ordine Graecarum litterarum, quas Aegyptii, patriis desertis, in vulgarem scripturam primitus adoptarunt*. XLIII
§. VII. *De litteris utrique Graeco alphabeto additis, an sint ex antiquis elementis vulgaris scripturae Aegyptiorum?* XLVIII
§. VIII. *Nomen, valor, & varia forma ϛ Aegyptii exponitur*. XLIX
§. IX. *Post susceptum Graecorum alphabetum multa ab eis vocabula acceperunt Aegyptii, sed Thebaei magis quam Memphitae*. LII
§. X. *Cognitio, & usus Thebaicae dialecti uni debetur Scripturae S. versioni priscis ecclesiae saec. eo idiomate elaboratae, & per universam Thebaidem mirifice propagatae*. LIII
§. XI. *Codex Aegyptio Vatic. complectens vitam S. Pachomii, & aliorum Monachorum scriptus est non Thebaico, sed Memphitico dialecto*, LV
§. XII. *Tertius Aegyptiorum dialectus, quasi media inter Thebaicam, & Memphiticam, ex uno Borgiano fragmento Epist. I. S. Paulli ad Corinth. novissime detecta*. ibid.
Tabula triplicis Aegyptiorum dialecti ex cap. IX. *Epistolae S. Paulli Apostoli ad Corinth.* ibid.

§. XIII.

§. XIII. *Tertia Aegyptiorum dialectus tertiam sibi facile peperit Scripturae sanctae versionem.* LXVII

§. XIV. *Quorumnam populorum sermo haec tertia dialectus in Aegypto fuerit?* LXVIII

§. XV. *De aetate fragmenti, & de illius auctore, quaerendusne sit inter Ammonios?* LXXII

§. XVI. *Dialectus, quae* Ammoniaca, *eadem* Psamyritis, Nubiis, *&* Nigritis *communis putatur.* LXXV

§. XVII. *Data hypothesi de versione Paullinae epistolae tertia Aegypt. dialecto inter Bsamyritas primum condita, ex divisione capitum quid de tempore, & auctoribus fragmenti nostri coniicere liceat, disquiritur.* LXXXIX

§. XVIII. *Thecla Aegyptia, femina sanctissima, & christianae fidei caussa suppliciis affecta, quae saec.* IV. *scripsisse traditur codicem Regio-Alexandrino-Britanicum, ex insigni Musei Borgiani fragmento nunc tandem detegitur.* XCII

§. XIX. *Borgianum fragmentum Evangelii S. Iohannis Graeco-Copto Thebaicum iure coniicitur quarto ecclesiae saeculo scriptum, & codici Regio-Alexandrino-Britannico aut paullo antiquius, aut certe coaevum.* CXIII

Argum. I. *Ductum ab elegantia scriptionis, quae cum moribus, cumque Graecae linguae atque scripturae usu apud Thebaeos saec.* VI., *& praesertim* VII. *directe pugnat.* CXIV

Argum. II. *Petitur a comparatione instituta inter tria Graecae scriptionis genera apud Thebaeos cognita, quorum primum in cod. nostro ad* IV., *alterum in cod. Diaconico ad* V., *tertium in fragm. liturgici officii ad* VI. *pertinere posse coniicimus.* CXVII

Argum. III. *Quum nulla sint in cod. nostro Evangelicar. sectionum pro Liturgicis lectionibus indicia, colligitur; eum fuisse scriptum paullo ante quam Thebaicae Liturgiae evulgari saec.* IV. *coepissent.* CXXI

Argum. IV. *Ex eo desumtum, quum Borgianum fragmentum nullos habeat Eusebianos canones, nec aliarum prorsus divisionum notas, merito credatur cod. Alexandrino antiquius.* CXXVIII

Argum. V. *Ex characteribus cod. Borgiani cum iis, qui sunt in Alexandrino comparatis.* CXXX

Ex orthographia Borgiani cum altera Alexandr. cod. comparata. CXLIV

Ex accentibus omnino nullis, & ex spiritibus, atque apostrophis in cod. nostro proculdubio additiis. CXLV

Ex conspectu codicis. CXLIX

§. XX. *De antiquitate versionis Thebaicae.* CLII

§. XXI. *Quisnam ille sit* Abbas Shenute, *cuius dies festus commemoratur in reliquiis Evangelistarii Thebaici ad p. 294., disquiritur, & quid inde colligatur, exponitur.* CLIV

§. XXII. *De methodo, qua usi sumus in evulgando fragmento Evangelii S. Iohannis.* CLXXII

§. XXIII. *De fragmentis Liturgicis in appendice editis.* CLXXIV

§. XXIV. *De typis in hac nostra fragmentorum editione adhibitis.* CLXXIX

SYNOPSIS OPERIS

EXPOSITIO I.

Integri fragmenti tabulae iis cuduntur formis, quae tum pari columnarum, linearumque numero, tum & simili litterarum positione, interpungendique lege, universam palaeographiae *faciem, uti in archetypo Graeco-Copto exstat, repraesentare aptissime possint.* Pag. 1

EXPOSITIO II.

Graeci textus fragmentum a Coptico separatum, & vulgaribus litteris continuata serie impressum, una cum Latina versione repraesentatur. 37

EXPOSITIO III.

Qua Graeci textus fragmentum cum variantibus aliorum codicum lectionibus comparatur, & opportunis subinde adnotationibus illustratur. 65

In cap. VI. *Evangelii Iohannis variantes lectiones, & notae.* 66

In caput VII. 169

In caput VIII. *de historia adulterae.* 184

EXPOSITIO IV.

Versio Copto-Thebaica fragmenti nostri in latinam linguam translata seorsum a Graeco textu spectanda proponitur. 235

EXPO-

EXPOSITIO V.

Loca aliquot, & variantes lectiones Copto-Thebaicae versionis adnotantur. In cap. VI. *Evang, S. Iohannis.* 263
In cap. VII. 281
In cap. VIII. 289
Addenda ad cap. VI. *Evang. S. Iohannis.* 293
Adnotationes. 298

LITURGICORUM FRAGMENTORUM APPENDIX

Ex reliquiis ecclesiasticorum codicum superioris Aegypti

FRAGMENTUM I.

De Divina Anaphora. 301
Thebaicae Liturgiae fragmentum. 304
Adnotationes. 316

FRAGMENTUM II.

Precationum Liturgicarum. 350
Litaniae Graeco-Thebaicae. 353
Adnotationes in Litanias. 367
Επικρισις. 403

FRAGMENTUM III.

Dominica oratio dialecto Thebaicorum. 413
Adnotationes. 415

FRAGMENTUM IV.

In illud τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις. 420

RELIQUIAE HOMIL. XVII. S. IOHAN. CHRYSOSTOMI
IN EPIST. S. PAULLI APOST. AD HEBR.
EX THEBAICA VERSIONE

Interpretatio . 425
Adnotationes . 441
Παρεργον . 457

FR. STEPHANUS AUGUSTINUS BELLISINI

SACRAE THEOLOGIAE MAGISTER

Totius Ordinis FF. Eremitarum S. P. N. Augustini Prior Generalis , & Commissarius Apostolicus .

CUM opus inscriptum : *Fragmentum Evangelii S. Iohannis &c.* a Rmo P. Magistro Fr. Augustino Antonio Georgio congestum duo nostri Ordinis Theologi a Nobis deputati recognoverint , & in lucem edi posse senserint ; Nos tenore praesentium facultatem concedimus , ut typis detur , si ita iis , ad quos reliquum spectat , videbitur .

Datum in Conventu nostro S. P. Augustini de Urbe die xx. Novembris an. MDCCLXXXIX.

Fr. STEPHANUS AUGUSTINUS BELLISINI
Generalis Ord. Eremitarum S. P. Augustini .

Nostri muneris affixo sigillo .
Mag. Fr. Iohan. Andreas Moralia Ord. Secret.

Reg. lib. IV.

IUssu Rmi Patris Magistri Fr. Stephani Augustini Bellisini, Generalis , nos infra signati vidimus praesens *Fragmentum Evangelii S. Iohannis* , aliaque sacrae vetustatis monumenta , a Rmo P. Magistro Fr. Augustino Antonio Georgio in Latinum versa , & notis illustrata . Solidissima antiquae nostrae Christianae Religionis argumenta , mira eruditione exornata , totum opus complectitur ; ut adeo iudicio nostro non honeste solum , sed honorifice etiam ac proficue in lucem sit proditurum .

Fr. Daniel Marcolini Sac. Theol. Mag. , & Italiae Assistens .

Fr. Richardus Tecker Sac. Theol. Mag. , Germaniae Assistens .

IMPRI-

IMPRIMATUR,

Si videbitur Rm̃o Patri Magistro Sacri Palatii Apoſtolici.

Franc. Xav. Passari Archiep. Lariss. Vicesg.

CENSORIS THEOLOGI ADPROBATIO

QUod erat optandum maxime, quodque ad divinarum litterarum ſtudia promovenda amplificandaque, magnopere pertinebat, id viri in omni doctrinae genere diu multumque verſati Rm̃i P. Auguſtini Antonii Georgii, bibliothecae Angelicae Praefecti, Ordinis autem ſui quondam Procuratoris & Vicarii Generalis &c., induſtria incredibilique diligentia datum atque oblatum nobis eſt in opere quod inſcripſit: *Fragmentum Evangelii S. Iohannis, Graeco-Copto-Thebaicum ſaeculi* IV, *Additamentum ex vetuſtiſſimis membranis: Reliquiae Cod. Diaconici, & Liturgica fragmenta veteris Thebaidenſium Eccleſiae ante Dioſcorum. Ex Veliterno Muſeo Borgiano nunc prodeunt in Latinum verſa, & notis illuſtrata.*

Multum ſane & ſaepius mihi gratulatus ſum, quod iubente Rm̃o P. Thoma Maria Mamachio, Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro, praeclariſſimi libri examen Theologicum ſuſcepiſſem. Quid namque eſt quod aut mihi gratius eſſe debeat, aut litteratis viris optatius eſſe unquam poſſit, quam ut tam inſigne, tamque in pretio habendum in primis Divi Evangelii Iohannis fragmentum doctiſſimorum virorum ſcriptis non multis ab hinc annis tantopere celebratum, in commune Chriſtianae reipublicae & bonarum litterarum commodum utilitatemque publicis tandem mandaretur typis? Quanti autem momenti ac ponderis illud ipſum fragmentum, ut de ceteris taceam, futurum ſit ad ſacrorum aliquot dogmatum iam uſque ab Religionis noſtrae primis initiis bene conſtitutam, vetuſtiſſimam doctrinam, magis magiſ-

magiſque ſtabiliendam, confirmandam luculenterque propugnandam, arbitror fore neminem, niſi novarum rerum cupidus & in ſumma ſanctiſſimae Religionis capita male animatus ſit, qui non perſpiciat.

Neque hoc ego unum tantum, quamquam magnum, quamquam excellens, in laude cl. editoris fragmenti Graeco-Coptici eiuſdem Evangelii Iohannis & aliorum fragmentorum pono. Namque eſt praeterea laudi ei dandum, quod eius laborem ita comparatum eſſe intelligo, ut litterariae rei Coptico-Memphiticae, praeſertim vero Thebaicae, ſive Sahidicae penitius cognoſcendae animoque ac ſcientia comprehendendae, lucis affundat plurimum atque ornamenti. Quam multa adhuc in eodem primo fragmento, latinis explicato litteris, compareant, quae palaeographiam egregie illuſtrent; non uno autem vel altero characterum ſive litterarum ſpecimine illud aſſequi facile poſſumus; ſed totius fragmenti contextus ratio habeatur oportet, ex cuius, ut ita dicam, imagine atque conſpectu univerſo res ipſa melius intelligitur.

Haec & alia ſummi pretii λείψανα magnae doctrinae notis inſignia, volumine comprehenſa, gravitate rerum ac ſanctitate valde commendanda, ſi digna ſunt, quae viris Theologis, quaeque eruditis omnibus quammaxime probentur, laudes quoque & grates ii certe habebunt debebuntque Emo Cardinali Stephano Borgiae, viro tum ſcriptis variis egregiiſque editis claro, tum etiam Muſarum & Latinarum & Graecarum & Orientalium Maecenati optimo. Is namque ille eſt, qui pro magno erga Religionem litteraſque amore, tam venerandae antiquitatis theſauros e ſplendido Muſeo ſuo, id genus gazas plures complectente, Velitris conſpicuo, in lucem hominum prodeundi non poteſtatem modo cl. Georgio fecit, verum etiam ut opus, etſi difficillimum, aggrederetur perficeretque, ſingulari ſtudio ac ſapienti propeque divino conſilio auctor potiſſimum fuit.

Quum vero cl. viri, qui fragmentum Divi Iohannis Evangelii ceteraque Liturgica, multa cura & fide deſcripſit, latine vertit, ſuis illuſtravit adnotationibus doctiſque prolegomenis ampliavit, laborem conſidero; haud equidem ſcio, quid in hoc libro diligenter atque attente evolvendo magis mirer, editoriſne ingenium, iudicium, perſpicientiam veri diligentiamque, an vero eiuſdem cum liturgicarum rerum vetuſtae aetatis, tum

litterariae rei universae & Copto-Memphitico-Thebaicae & Graecae & Orientalis doctrinam, peritiam eruditionemque plane singularem.

Quas porro venerandi senis libro tribuo laudes, non privato studio, non amicitia, non blandiendi, quod absit, voluntate de eo praedico; sed quod eas, si quid ego hisce in litteris tandem video, & iudicare possum, iure ac merito ipsi deberi persuasum mihi omnino sit atque censeam. Siquidem ipsum suis in Aegyptiacis conatibus egregie operam collocasse ac laboris sui tam rei Christianae utilis laturum sese non exiguum fructum, mea ego fide polliceor, defero atque confirmo. Accedit, quod in decretis atque praeceptis, quae maiores nostri de Catholica religione sanxerint, graviter explicandis demonstrandisque, recte ac laudabiliter eum versari intelligo.

Atque iam quid de opere, quod publica donari luce dignum prorsus existimo, sentirem, satis me declarasse puto. Multos nunc dies eosque faustos & felices cl. viro precor, ipsique ego plurimum gratulor oblata rursum sibi in hoc genere optimorum librorum edendorum facultate, ut magis magisque benemereri de Religione deque bonis litteris possit.

Dabam Romae ex aedibus Minervitanis pridie kalendas novembr. MDCCLXXXIX.

Fr. Gabriel Fabricy, S. Theol. Doct., Ord. Praedicat., Collegii Casanatensis Theologus.

IMPRIMATUR.

Fr. Thomas Maria Mamachius Ordinis Praedicatorum, Sacri Palatii Apostolici Magister.

FRAGMEN-

Bayerische Staatsbibliothek MÜNCHEN

FRAGMENTUM EVANGELII S. IOHANNIS GRAECO-COPTO-THEBAICUM

EXPOSITIO I.

Integri fragmenti tabulae iis cuduntur formis, quae tum pari columnarum, linearumque numero, tum & ſimili litterarum poſitione, interpungendique lege, univerſam palaeographiae *faciem, uti in archetypo Graeco-Copto exſtat, repraeſentare aptiſſime poſſint.*

I. QUAMQUAM totum hocce Graecum, Coptumque Evangelii ſancti fragmentum, ſi rei dignitas, & excellentia conſideretur, in ebore, in argento, & in auro ipſo inſculpere oporteret, ad eum tamen finem, quo mentis noſtrae intentio, conſiliumque ſpectat, conſequendum, ne in aere quidem incidere neceſſe eſt. Hoc enim unum propoſitum nobis eſt, ut eam omnem ſcripturae ſpeciem, qua in primigenio exemplari fragmentum noſtrum exaratum conſpicitur, eruditorum hominum oculis ſpectandam exhibeamus. Id autem ſine inſculptis, inciſiſve aut eburneis, aut aereis, aut argenteis, aureiſve laminis facillime effici, praeſtarique poteſt, ſi, unis adhibitis plumbeis, mobilibuſque Graecarum, Coptarumque litterarum modulis, quibus typographi noſtri hodieque utuntur, ſolida, & perfecta ipſius fragmenti imago ad archetypum expreſſa e vetuſtiſſimis, ac decoloribus membranis in candidas haſce, ſimpliceſque chartas fideliter transferatur. Ita fiet. Sed tota haec imago, ut

respondeat toti, quod pluribus, iisque variis partibus constat, in multiplices & ipsa variasque *tabulas* distribui necessario postulat.

II. Hae igitur tabulae *sex* erunt atque *viginti*, sive, ut eas clarius accuratiusque enumerem, Graecae *tredecim*, *tredecimque* Copticae, totidem scilicet, quot sunt fragmenti paginae: & singulae quidem exemplaribus suis omnino similes, praeterquam in una characterum *forma*. Ista namque antiquissima in illis est, quemadmodum ex *specimine* antea edito liquet, in his vero recentior, qualis ad Graecos, Copticosque libros imprimendos adhiberi hoc tempore solet. Quum enim in promptu non essent, Graeci praesertim, & nonnulli etiam Aegyptiaci typi, qui *unciales*, & *quadratae simul*, *rotundaeque formae characteres*, uti in primo exemplari spectantur, adamussim exprimerent, coacti sumus veterum loco aevi nostri litteras, easque *maioris moduli*, usurpare.

III. Hoc idem praestare oportuit in iis maxime Copticae scriptionis *consonantibus*, quae *lineolas* ad horizontem ductas, superque se pictas in archetypo gerunt ex more veteri Thebanorum. Erant hae *notae* insignes ad deficientem, atque suppressam vocalem ε, aut quandoque etiam a, communiter indicandam. At Coptitae iuniores iisdem litteris puncta, sive apices Graecis, Latinisque accentibus similes, perpetuo superpingunt. Iique apices eodem prorsus munere funguntur, quo lineolae in vetustissimis Thebanensium codicibus; tametsi *vocalibus* superpositi vices veri accentus gerant. Docuerat Kircherus *in Prodromo Copto* c. 8. *dictiones legis*, *aliorumque scriptorum* separari a Coptitis *lineola*: quasi signum ea esset interpunctionis. Sed *falsum est*, iudice meo illo immortalis famae, & singularis doctrinae viro Guillelmo Boniurio in *Elementis Grammaticae Aegyptiacae* (nescio qua adversante fortuna inter umbras hucusque relictis) P. I. c. 4. *Nam* lineola, *quam hic* Kircherus *intelligit*, *nihil aliud est*, *quam punctum superpositum* *Hoc punctum non datur a Coptitis ad separandas*

randas dictiones legis, *aliorumque ſcriptorum*. Quid ergo? Deficientibus nimirum in typographica officina *lineolis* Thebanis ad commemoratas σύμφωνας accommodatis, uſi ſumus hodiernis apicibus Memphitarum.

IV. Nec tota iſta varietas, quae in una tandem maiori, minorive eorumdem elementorum conformatione, vetuſtateque conſiſtit, quicquam turbare poterit mentem ſolertis cuiuſvis, & ingenioſi ſpectatoris, ὅτῳ, ut ait Lucianus, μὴ ἐν τῇ ὄψει ἡ κρίσις, ἀλλά τίς καὶ λογισμὸς ἀκολυθεῖ τοῖς λεγομένοις, *cui non ſolum in viſu iudicium*, *ſed & cuius iudicandi*, *aeſtimandique ratio ea*, *quae ſunt dicta*, *ſequatur*. Si enim is *imagines characterum*, quorum exemplum iam dedimus, memoriae ſinu comprehenſas geſſerit, facile fiet, ut ad ſpectantis, atque poſcentis imperium, uno veluti oculi ictu, dum novas Graecorum, Aegyptiorumque litteras, atque apices in Tabulis noſtris intuetur, praeſto ei ſit vis illa reminiſcendi, iure, a SS. eccleſiae magiſtro Auguſtino *magna nimis*, *ac penetrale amplum*, *infinitum*, omnique *ſtupore* dignum nuncupata, quae antiquarum formas in recentiorum locum coniunctim ſubſtituendas mirabili celeritate ſuggerat, atque ſuppeditet. Ecquid profecto eo facilius, quam ut quis maiorum ſeniorumque ſororum ad iuniorum, earumque non diſſimilium aſpectum, recordetur? Etſi enim *facies non omnibus una*, *nec diverſa tamen*, *qualem eſſe decet* in iis, quas eodem veluti parente genitas appellavit ep. 11. Auſonius:

Cadmi nigellas filias.

V. Verum enim vero, ſi hanc ſimplicem difficultatem vel levi certe, tenuique praeſentis Minervae monitu facillime ſuperandam, exceperis, cetera, quae ad ſacri fragmenti *palaeographiam* pertinere quomodocumque poſſunt, deſignatae tabulae cumulatiſſime dabunt. Iam doctiſſimus O.P. ſcriptor, Gabriel Fabricius in *Diatribe* adiecta *ſpecimini variarum lectionum Hebraici textus* a viro ſummo, & amico meo ſingulari I. Bernardo De-Roſſi anno ſuperiori magna cum eruditorum omnium commendatione Romae evulga-

to, Aegyptiacum codicem ex iis, quae hodieque supersunt, reliquiis, perquam studiose, diligenterque descripsit. Nihilque est in huius omnis descriptionis ambitu, quod praeterea desideres. Nam, ut de Ἥρης cingulo cecinit Homerus:

. ᾧ ἐνὶ πάντα τετεύχαται . . .

in eo inclusa sunt omnia: licet non omnia pari verborum argumentorumque copia explicata cernantur. Ea enim, quae ad instituti sui rationem facere videbantur, multo quam cetera latius, uberiusque exponere studuit. Neque in his satis ei fuit unum consulere specimen characterum, sed ad alia fragmenti loca confugere compulsus est. Ita se gessit pag.392. & seq., ubi disputans de veteri librariorum interpungendi more, rem illustrare aggreditur *exemplis*, ut ille loquitur, *ex praeclaro isto fragmento Evangelii S.Iohannis*. Qua agendi ratione perspicue ostendit plura esse posse, quae, quum ad scriptionis formam pertineant, sine totius fragmenti imagine, eiusque conspectu non tam facile eruditis ipsis criticis persuaderi queant. Nam nec *Euryclea* ex unius *cicatricis* signo, sed ex *totius heri* sui contactu *Ulyssem* agnovit; ac ne *Phidias* quidem ipse ex *ungue leonem* nosse potuisset, nisi antea *totam* illius belluae figuram vidisset. Illud itaque integrum, solidumque, ea arte imprimere, ut licet *hodiernis litteris* cusum, ipsum tamen archetypum exactius, quo fieri possit, imitari videatur, nec vanum, nec inutile opinamur futurum. Sic nobis augurari licet.

VI. Iuvat praeterea non unius Graecae, sed & Copto-Thebaicae scriptionis modum, exemplumque tenere, ut utriusque comparatione, si quid nebularum ad obscurandam divini cuiuspiam oraculi intelligentiam a fallacibus novatoribus ei obiici, obtrudique contingat, aptius dispelli, atque etiam diflari expeditissime possit. Heic mihi in mentem venit audax ille, improbusque conatus, quo *Iohannes Clericus*, ducibus *Episcopio*, & *Camerone*, obscurare tentavit praeclarissimum, quod est, Apostoli Paulli testimonium

nium

nium I. ad Timoth. c. III. v. 15: Ἐὰν δὲ βραδύνω, ἵνα εἰδῇς πῶς δεῖ ἐν οἴκῳ Θεοῦ ἀναστρέφεσθαι, ἥτις ἐστὶν ἐκκλησία Θεοῦ ζῶντος, στῦλος, καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας· 16. Καὶ ὁμολογουμένως μέγα ἐστὶ τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον. Ne Christi Dei ecclesia ea esse intelligeretur, quam Apostolus v. 15. *columnam*, & *firmamentum veritatis* dixerat, e pristina sede sua *interpunctionem* submoveri iubet, quasi *post* ζῶντος *esse debeat* τελεία στιγμή; eoque novo prorsus & insolenti commento verba illa divina στῦλος, καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας ita coniungi oportere decernit cum vers. 16., ut *summa evangelicae doctrinae, quae sequitur, dicatur esse* columna, & firmamentum veritatis, *non ecclesia*. At vero ad peregrinae huius novitatis audaciam reprimendam cum ingenti codicum multitudine, summaque Patrum omnium auctoritate suas quoque vires nunc demum Thebana versio coniungit in alio antiquissimo praestantissimoque *Borgiani Musei* fragmento. Locum enim Paullinum in ea epistola a Clerico vexatum sic habet: ⲉϣ (ⲱⲛ, aut fortasse ⲟⲛ) ⲇⲉ. ⲉⲓϣⲁⲛ ⲱⲥⲕ ϫⲉⲕⲁⲥ ⲉⲕⲉⲉⲓⲙⲉ ⲉⲑⲉ ⲉⲧⲉϣϣⲉ ⲉⲙⲟⲟϣⲉ ϩⲙ̀ ⲡⲏⲓ ⲙ̀ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ. ⲉⲧⲉ ⲧⲁⲓ ⲧⲉ ⲉⲕⲕⲗⲏⲥⲓⲁ ⲙ̀ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲉⲧⲟⲛϩ, ⲡⲉⲥⲧⲩⲗⲗⲟⲥ ⲁⲩⲱ ⲡⲓⲧⲁϫⲣⲟ ⲛ̀ⲧⲙⲉ. ⲁⲩⲱ ϩⲟⲙⲟⲗⲟⲅⲟⲩⲙⲉⲛⲟⲥ. ⲟⲩⲛⲟϭ ⲡⲉ ⲡⲙⲩⲥⲧⲏⲣⲓⲟⲛ ⲛ̀ⲧⲙⲛ̄ⲧⲛⲟⲩⲧⲉ ⲡⲁⲓ ⲛ̀ⲧⲁϥ ⲟⲩⲱⲛϩ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲛ̀ ⲧⲥⲁⲣⲝ. *Si tardavero, ut scias quomodo te oporteat conversari in domo Dei. Quae est ecclesia Dei* viventis, columna, & firmamentum *veritatis*. *Et manifeste*. *Magnum est mysterium* divinitatis, (Graec. τῆς εὐσεβείας, ut & Memphit. ⲛ̀ⲧⲉϯⲙⲉⲧⲉⲩⲥⲉⲃⲏⲥ, *pietatis*), *quod manifestatum est in carne*. Heic certe τελεία στιγμή non post ⲉⲧⲟⲛϩ, ζῶντος, *viventis*, sed post ⲛ̀ⲧⲙⲉ, ἀληθείας, *veritatis*, tanta evidentia ponitur, ut *punctum magnum* sit puro minio depictum. Nil itaque dubita, quin plurimum lucis, & adiumenti ad sacri codicis intelligentiam ex huius etiam evangelici fragmenti nostri conspectu haurire aliquando possis.

VII. Quid

VII. Quid, quod nostra maxime intererat communi doctorum hominum desiderio, & exspectationi pro viribus satisfacere? Vulgatum est, cunctisque probatum, spectacula rerum, quae tamquam praesentia cernuntur, longe & optabiliora, & gratiora accidere, quam quae veluti absentia alienis verbis, quantumlibet fideliter, integreque descripta, referuntur. Ἡ τέρψις, aiebat facetus ille, & elegans Samosatenus scriptor, τῶν ὁρωμένων ἀεὶ παρεςῶσα, καὶ παραμένουσα παντως τον θεατὴν ὑπάγεται, *delectatio eorum, quae videntur, adstans semper, & manens spectatorem prorsus abducit*. Adde utilitatem delectationi, & vide porro quantum purae, & sincerae voluptatis experiri debeant boni quique sacrarum antiquitatum amatores, quum datum eis fuerit suis ipsorum oculis non ea tantum contemplari, quae aut cl. Fabricius, aut nos etiam ipsi, sed & alia fortasse plura, quae necdum satis observata, pro sui quisque ingenii acumine, & perspicacitate, in genuinis hisce fragmenti nostri imaginibus ad primae formae imitationem excusis, facile detegere aliquando poterunt. Quae quum ita sint, conandum omnino erat, ut tantorum virorum desideriis caste prorsus, ac religiose pro parte nostra virili responderetur.

VIII. Memini ego quidem earum omnium imaginum, quas in scuto Achillis fabulosum numen *Vulcanus* insculpsisse ab Homero eo carmine traditur:

. αὐτὰρ ἐν αὐτῷ
Ποίει δαίδαλα πολλὰ

& in eo fecit artificiosa multa. Sed abeant haec omnia tamquam vanissima ethnicae, & fabulosae superstitionis commenta. Ecce iam adest veluti de caelo delapsum

. . . . Σάκος μέγα τε ςιβαρόν τε,
. . . . *Scutum* (vere) *magnum*, *& solidum*,

quod est fragmentum nostrum varias in tabulas distributum, mirisque instructum non tam scripturae sanctae imaginibus, quam splendidissimis ipsis purae divinitatis oraculis ad firmissimum orthodoxae fidei praesidium, aeternamque tutelam. Nam inter cetera complectitur partem maximam

ximam capitis VI. Evangelii Iohannis, quo Chriftus verus Deus, & Homo fe daturum promittit hominibus, difcipulis, & fectatoribus fuis carnem fuam ad manducandum, & fanguinem fuum ad bibendum. Quo nil certe mirabilius, nil fanctius, & auguftius cogitari poteft.

IX. Age igitur, & tu quae fit tabularum harum delineatio, accipe paucis. GRAECAE ad laevam, COPTICAE e regione tamquam Graecarum interpretes ad dexteram, ut in mss. pergamenis exftant, prodibunt. Singulae geminas habebunt columnas: columnae lineas utrimque aequales: lineae vero parem & ipfae litterarum numerum, paremque obtinebunt fedem. Litterae ab uno ad aliud lineae extremum continuata ferie fere femper ita progredientur, ut nullum ufquam inter fe fpectabile interftitium, nullumve diftinctionis fignum ad diverfa vocabula fecernenda fint relicturae; iis tamen exceptis locis, in quibus ftigma interpunctionis collocabitur. Ibi tantummodo fpatiolum fatis amplum inter ultimam claufae, & inter primam fequentis periodi vocem, apparebit. Sed, fi periodi fequentis exordium fuerit in una eademque linea cum claufula antecedentis, tum litteram illius *initialem* eam effe intelliges, quae in proxima linea extra columnae perpendiculum ad marginem tantillulum excurrit, non vero eam, quae dat verum initium periodo in extremitate lineae praecedentis. Haec initialis in *mss.* figurae eft paullo elatioris quam ceterae, in *excufis* vero erit quidem & ipfa excurrens, fed aequalis formae cum reliquis. Horum exempla habes tum in praefatione noftra, tum etiam in *Diatriba* Fabricii loco laudato. Nulla praeterea tibi occurrent five *cola*, five *commata*, five alia quaevis *capitum*, *verficulorumque* veftigia. Quodque poftremum eft, id unum tabulae noftrae vehementer cupiunt, atque etiam exorant, ut a ftudiofis, & eruditis quibufque fpectatoribus, iifque probis inprimis, & aequis rerum aeftimatoribus, tamquam fidae exemplarium fuorum imitatrices habeantur, & falutentur.

TAB. I.

Tota periit.

. .

. .

. .

. .

. .

. .

. .

. .

. .

. .

. .

. .

. .

. .

. .

. .

. .

. .

. .

. .

. .

. .

. .

. .

. .

. .

TAB. I.

.
.
.
.
. . . . ⲟ . . .
. ⲟⲛⲉ
. ⲛⲉⲩ
. ⲉⲣⲟϥ
. . . . ⲧⲉⲡⲙⲏ
. . . . ⲧⲁϩⲉⲣⲁ
. . . . ⲓⲕⲣⲟⲛ̄
. . . . ⲁⲥⲥⲁⲩ
ⲛⲁⲩϫⲉ . . ⲙⲛ̄ϭⲉ
. ⲟⲉⲓ ⲙ̀ⲙⲁⲩⲛ̄
. ⲁⲡⲏ . . .
ⲉⲛⲧⲁⲙⲙ̀ⲁⲑⲏ
ⲧⲏⲥⲛ̄ ⲓ̅ⲥ̅ ⲧⲁⲗⲉ
ⲉⲣⲟϥ ⲁⲩⲱϫⲉ
ⲙ̀ⲡⲉ ⲓ̅ⲥ̅ ⲧⲁⲗⲉ
ⲙ̀ⲛ ⲛⲉϥⲙⲁⲑⲏ
ⲧⲏⲥ . ⲁⲗⲗⲁⲛⲉ̀ϥ
ⲙⲁⲑⲏⲧⲏⲥⲙⲁⲩ
ⲁⲁⲩⲛⲉⲛ̀ⲧⲁⲩⲃⲱⲕ
ⲁⲩⲱⲉⲓⲥϩⲉⲛⲕⲉ
ⲉϫⲏⲩⲁⲩⲉⲓⲉⲃⲟⲗ
ϩⲛ̄ⲧⲓⲃⲉⲣⲓⲁⲥϩⲁ
ⲧⲙ̀ⲡⲙⲁⲉⲛⲧⲁⲩ
ⲟⲩⲱⲙⲙ̄ⲡⲟⲉⲓⲕ
ⲉⲡϫⲟⲉⲓⲥϣⲡ̄ϩⲙⲟⲧ
ⲉϫⲱϥ

.
.
.
.
.
.
.
.
.
ⲥ
ϩⲉ . . . ⲉ
ⲕⲣⲟⲛ̀ⲑⲁⲗⲁⲥⲥⲁ
ⲡⲉϫⲁⲩⲛⲁϥϫⲉ
ϩⲣⲁⲃⲃⲉⲓⲛ̀ⲧⲁⲕ
ⲉ̀ⲓⲉⲡⲉⲓⲙⲁⲛⲁϣ
ⲛ̀ⲛⲁⲩⲡⲉⲁⲓ̅ⲥ̅ⲟⲩ
Ⲱϣ'ⲃ ⲛⲁⲩⲉϥ
ϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ ϫⲉ
ϩⲁⲙⲏⲛϩⲁⲙⲏⲛ
ϯϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ ⲛⲏ
ⲧⲛ̄ϫⲉ ⲛ̀ⲛⲉⲧⲉ
ⲧⲛ̄ϣⲓⲛⲉ ⲛ̄ⲥⲱⲓ
ⲁⲛⲡⲉ. ϫⲉⲁⲧⲉ
ⲧⲛ̄ⲛⲁⲩ ⲉϩⲉⲛ
ⲙⲁⲉⲓⲛ. ⲁⲗⲗⲁϫⲉ
ⲁⲧⲉⲧⲛ̄ⲟⲩⲱⲙ
ⲉⲃⲟⲗ ϩⲙ̄ ⲛ̄ⲟⲉⲓⲕ
ⲁⲩⲱⲁⲧⲉⲧⲛ̄ⲥⲉⲓ
ⲙⲡⲣ̄ ⲣϩⲱⲃⲉⲧⲉϩⲣⲉ
ⲉⲧⲛⲁⲧⲁⲕⲟ

.
.
.
.
.
.
.
.
.
. ΡΟΣ . .
ΑΥ ΠΟΙ .
ΩΜΕΝΙΝΑΕΡ
ΓΑΖΩΜΕΘΑΤΑ
ΕΡΓΑΤΟΥΘΥ
ΑΠΕΚΡΙΘΗΟΙΣ
ΚΑΙΕΙΠΕΝΑΥΤΟΙΣ
ΤΟΥΤΟΕΣΤΙΝ
ΤΑΕΡΓΑΤΟΥΘΥ
ΙΝΑΠΙΣΤΕΥΗ
ΤΕΕΙΣΟΝΑΠΕ
ΣΤΑΛΚΕΝΕΚΕΙ
ΝΟΣ. ΕΙΠΟΝ
ΟΥΝΑΥΤΩΤΙ
ΟΥΝΠΟΙΕΙΣΣΥ
ΣΗΜΕΙΟΝΙΝΑ
ΙΔΩΜΕΝΚΑΙ
ΠΙΣΤΕΥΣΩΜΕΝ
ΣΟΙΤΙΕΡΓΑΖΗ
ΟΙΠΑΤΕΡΕΣΗΜΩ

.
.
.
.
.
.
ΕΚ.
ΕΔ.
ΤΟΙΣ
ΕΙΠΕ
ΤΟΙΣΟ
ΑΜΗΝ.
ΥΜΙΝΟΥ . . .
ΣΗΣΔΕΔΩΚ.
ΥΜΙΝΤΟΝΑΡ. .
ΕΚΤΟΥΟΥΡΑ. .
ΑΛΛΟΠΗΡΜΟ.
ΔΙΔΩΣΙΝΥΜΙΝ
ΤΟΝΑΡΤΟΝΕΚ
ΤΟΥΟΥΡΑΝΟΥ
ΤΟΝΑΛΗΘΕΙΝΟΝ
ΟΓΑΡΑΡΤΟΣΤΟΥ
ΘΥΕΣΤΙΝΟΚΑ
ΤΑΒΑΙΝΩΝΕΚ
ΤΟΥΟΥΡΑΝΟΥ
ΚΑΙΖΩΗΝΔΙΔΟΥΣ
ΤΩΚΟΣΜΩ
ΕΙΠΟΝΟΥΝΠΡΟΣ
ΑΥΤΟΝΚΕΠΑΝΤΟ
ΤΕ

ⲁⲗⲗⲁⲉⲧⲉϩⲣⲉⲛ̀
ⲧⲟϥⲉⲧⲛⲁⲙⲟⲩⲛ
ⲉⲃⲟⲗⲉⲩⲱⲛϩ̀.
ⲛϣⲁⲉⲛⲉϩ ⲧⲁⲓ
ⲉⲧⲉⲣⲉⲡϣⲏⲣⲉ
ⲙ̀ⲡⲣⲱⲙⲉⲛⲁⲧⲁ
ⲁⲁⲥⲛⲏⲧⲛ̀ⲛⲁⲓ
ⲅⲁⲣⲡⲉⲛⲧⲁⲡⲛⲟⲩ
ⲧⲉⲡⲉⲓⲱⲧⲥⲫⲣⲁ
ⲅⲓⲍⲉⲙ̀ⲙⲟϥ
Ⲡⲉϫⲁⲩϭⲉⲛⲁϥϫⲉ
ⲟⲩⲡⲉⲧⲛ̀ⲛⲁⲁϥ
ϫⲉⲕⲁⲥⲉⲛⲉⲣ
ϩⲱⲃ ⲉⲛⲉϩⲃⲏⲩⲉ
ⲙ̀ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ
Ⲁⲓ̅ⲥ̅ ⲟⲩⲱϣ'ⲃ ⲡⲉ
ϫⲁϥⲛⲁⲩ ϫⲉⲡⲁⲓ
ⲡⲉⲡϩⲱⲃⲙ̀ⲡⲛⲟⲩ
ⲧⲉ ϫⲉⲉⲧⲉⲧⲛⲉ
ⲡⲓⲥⲧⲉⲩⲉⲉⲡⲉⲛ
ⲧⲁⲡⲏⲧⲛ̀ⲛⲟⲟⲩϥ
Ⲡⲉϫⲁⲩⲛⲁϥϫⲉ
ⲟⲩϭⲉⲛ̀ⲧⲟⲕⲙ̀
ⲙⲁⲉⲓⲛⲡⲉⲧⲕ̄
ⲉⲓⲣⲉⲙ̀ⲙⲟϥϫⲉ
ⲕⲁⲥⲉⲛⲉⲛⲁⲩ.
ⲁⲩⲱⲛⲧⲉⲙ̀ⲡⲓⲥⲧⲉⲩⲉ
ⲉⲣⲟⲕ. ⲟⲩⲡⲉⲡϩⲱⲃ
ⲉⲧⲕⲉⲓⲣⲉⲙ̀ⲙⲟϥ
ⲁⲛⲉⲛⲉⲓⲟⲧⲉ

ⲟⲩⲱⲙ̀ⲙⲉⲡⲙⲁⲛ̀
ⲛⲁϩⲛ̀ⲧⲉⲣⲏⲙⲟⲥ
ⲕⲁⲧⲁⲑⲉⲉⲧⲥⲏϩ
ϫⲉⲁϥϯⲛⲁⲩⲛ̀ⲟⲩ
ⲟⲉⲓⲕ̀ ⲉⲟⲩⲟⲙ̀ϥ
ⲉⲃⲟⲗϩⲛ̀ⲧⲡⲉ
Ⲡⲉϫⲉⲓ̅ⲥ̅ϭⲉⲛⲁⲩ
ϫⲉϩⲁⲙⲏⲛϩⲁⲙⲏⲛ
ϯϫⲱ̀ⲙ̀ⲙⲟⲥⲛⲏ
ⲧⲛ. ϫⲉⲙ̀ⲱⲩⲥⲏⲥ
ⲁⲛⲡⲉⲛⲧⲁϥϯ
ⲛⲏⲧⲛ̀ ⲙ̀ⲡⲟⲉⲓⲕ
ⲉⲃⲟⲗϩⲛ̀ⲧⲡⲉ
ⲁⲗⲗⲁⲡⲁⲉⲓⲱⲧ
ⲡⲉⲧϯⲛⲏⲧⲛ̀
ⲉⲃⲟⲗϩⲛ̀ⲧⲡⲉ
ⲙ̀ⲡⲟⲉⲓⲕⲙ̀
ⲙⲉ ⲡⲟⲉⲓⲕⲅⲁⲣ
ⲡⲉⲡϣⲏⲣⲉⲙ̀
ⲡⲛⲟⲩⲧⲉⲡⲉⲧ
ⲛⲏⲩⲉⲡⲉⲥⲏⲧ
ⲉⲃⲟⲗϩⲛ̀ⲧⲡⲉ
ⲁⲩⲱⲛ̀ϥϯⲛ̀
ⲟⲩⲱⲛ̀ϩ ⲙ̀
ⲡⲕⲟⲥⲙⲟⲥ
Ⲡⲉϫⲁⲩϭⲉ
ⲛⲁϥϫⲉⲡϫⲟⲉⲓⲥ
ⲙⲁ ⲛⲁⲛ

TAB. III. TEXTUS GRAECI

ΔΟΣΗΜΙΝΤΟΝ
ΑΡΤΟΝΤΟΥΤŌ
ΕΙΠΕΝΑΥΤΟΙΣ
ΟἹΣΕΓΩΕΙΜΙ
ὉΑΡΤΟΣΤΗΣ
ΖΩΗΣὉΕΡΧΟ
ΜΕΝΟΣΠΡΟΣ
ΕΜΕΟΥΜΗΠΕΙ
ΝΑΣΕΙΚΑΙὉ
ΠΙΣΤΕΥΩΝΕΙΣ
ΕΜΕ ΟΥΜΗΔΙ
ΨΗΣΕΙΠΩΠΟ
ΤΕΑΛΛ'ΕΙΠΟΝ
ΥΜΙΝὉΤΙΚΑΙΕ
ΟΡΑΚΑΤΕΜΕ
ΚΑΙΟΥΜΗΠΙ
ΣΤΕΥΕΤΕ. ΠΑΝ
ὉΔΙΔΩΣΙΜΟΙ
ΟΠΗ̄ΡΠΡΟΣΕ
ΜΕΗΞΕΙΚΑΙΤΟΝ
ΕΡΧΟΜΕΝΟΝ
ΠΡΟΣΕΜΕΟΥ
ΜΗΕΚΒΑΛΩ
ΕΞΩΟΤΙΚΑΤΑ
ΒΕΒΗΚΑΑΠΟ
ΤΟΥΟΥΡΑΝΟΥ
ΟΥΧΙΝΑΠΟΙΩ
ΤΟΘΕΛΗΜΑΤΟ
ΕΜΟΝ. ΑΛΛΑΤΟ

ΘΕΛΗΜΑΤΟΥ
ΠΕΜΨΑΝΤΟΣ
ΜΕ. ΤΟΥΤΟΔΕΕ
ΣΤΙΝΤΟΘΕΛΗ
ΜΑΤΟΥΠΕΜΨΑΝ
ΤΟΣΜΕΪΝΑΠΑΝΟ
ΔΕΔΩΚΕΝΜΟΙ
ΜΗΑΠΟΛΕΣΩ
ΕΞΑΥΤΟΥ. ΑΛΛΑ
ΑΝΑΣΤΗΣΩΑΥ
ΤΟΤΗΕΣΧΑΤΗ
ΗΜΕΡΑ. ΤΟΥΤΟΝ
ΕΣΤΙΤΟΘΕΛΗ
ΜΑΤΟΥΠΡΣ̄ΜΟΥ
ΪΝΑΠΑΣΟΘΕΩ
ΡΩΝΤΟΝῩΝΚΑΙ
ΠΙΣΤΕΥΩΝΕΙΣ
ΑΥΤΟΝΕΧΗΖΩ
ΗΝΑΙΩΝΙΟΝ
ΚΑΙΑΝΑΣΤΗΣΩ
ΑΥΤΟΝΕΓΩΤΗ
ΕΣΧΑΤΗΗΜΕΡΑ
ΕΓΟΓΓΥΖΟΝΟΥΝ
ΟΙΪΟΥΔΑΙΟΙΠΕ
ΡΙΑΥΤΟΥΟΤΙΕΙ
ΠΕΝΕΓΩΕΙΜΙ
ΟΑΡΤΟΣΟΚΑΤΑ
ΒΑΣΕΚΤΟΥŌΥΝΟΥ
ΚΑΙΕΛΕΓΩΝΟΥΧΙ

ⲙⲡⲉⲓⲟⲉⲓⲕⲛ̀ⲟⲩ
ⲟⲉⲓϣⲛⲓⲙ.
Ⲡⲉϫⲉⲓ̅ⲥ̅ϭⲉⲛⲁⲩ
ϫⲉⲁⲛⲟⲕⲡⲉⲡⲟ
ⲉⲓϣⲙ̀ⲡⲱⲛϩ.
ⲡⲉⲧⲛⲏⲩϣⲁ
ⲣⲟⲉⲓⲛ̀ϥⲛⲁϩⲕⲟ
ⲁⲛ. ⲁⲩⲱⲡⲉⲧⲡⲓ
ⲥⲧⲉⲩⲉⲉⲣⲟⲉⲓ
ⲛ̀ϥⲛⲁⲉⲓⲃⲉⲁⲛ
ⲉⲛⲉϩ. ⲁⲗⲗⲁⲁⲓ
ϫⲟⲟⲥⲛⲏⲧⲛ̀ϫⲉ
ⲁⲩⲉⲧⲛ̀ⲛⲁⲩⲉⲣⲟⲓ
ⲁⲩⲱⲛ̀ⲧⲉⲧⲛ̀ⲡⲓ
ⲥⲧⲉⲩⲉⲁⲛ. ⲟⲩⲟⲛ
ⲛⲓⲙⲉⲧⲉⲣⲉⲡⲁⲉⲓ
ⲱⲧⲛⲁⲧⲁⲁϥⲛⲁⲓ
Ϥⲛⲏⲩϣⲁⲣⲟⲉⲓ
ⲁⲩⲱⲡⲉⲧⲛⲏⲩ
ϣⲁⲣⲟⲓⲛ̀ϯⲛⲁ
ⲛⲟϫϥⲉⲃⲟⲗⲁⲛ
ϫⲉⲛ̀ⲧⲁⲉⲓⲉⲃⲟⲗ
ϩⲛ̀ⲧⲡⲉ ⲉⲧⲣⲁ
ⲉⲓⲣⲉⲁⲛⲙ̀ⲡⲁ
ⲟⲩⲱϣ.
ⲁⲗⲗⲁ ⲙ̀

ⲡⲟⲩⲱϣⲙ̀ⲡⲉⲛ
ⲧⲁϥⲧⲟⲩⲟⲉⲓ ⲡⲁⲓ
ⲇⲉⲡⲉⲡⲟⲩⲱϣ
ⲙ̀ⲡⲉⲛⲧⲁϥⲧⲁⲟⲩⲟⲓ
ϫⲉⲕⲁⲥⲛⲉⲛⲧⲁϥ
ⲧⲁⲁⲩⲛ ⲁⲓⲧⲏⲣⲟⲩ
ⲙ̀ⲛⲁⲧⲁⲕⲟⲉⲃⲟⲗ
ⲛ̀ϩⲏⲧⲟⲩ. ⲁⲗⲗⲁ
ⲉⲓⲉⲧⲟⲩⲛⲟⲥⲟⲩ
ϩⲙ̀ⲡϩⲁⲉⲛ̀ϩⲟⲟⲩ:
ⲡⲁⲓⲅⲁⲣⲡⲉⲡⲟⲩ
ⲱϣⲙ̀ⲡⲁⲉⲓⲱⲧ.
ϫⲉⲕⲁⲥⲟⲩⲟⲛⲛⲓⲙ
ⲉⲧⲛⲁⲩⲉⲡϣⲏⲣⲉ
ⲁⲩⲱⲉⲧⲡⲓⲥⲧⲉⲩⲉ
ⲉⲣⲟϥ ⲉϥⲉⲭⲓⲛ̀ⲟⲩ
ⲱⲛ̀ϩⲛ̀ϣⲁⲉⲛⲉϩ
ⲁⲩⲱⲁⲛⲟⲕⲧⲁⲧⲟⲩ
ⲛⲟⲥϥϩⲙ̀ⲡϩⲁⲉ
ⲛ̀ϩⲟⲟⲩ ⲛⲉⲩ
Ⲕⲣⲙ̀ⲣⲙ̀ϭⲉⲡⲉⲛ
ϭⲓⲛ̀ⲓⲟⲩⲇⲁⲓⲉⲧⲃⲏ
ⲏⲩϥ. ϫⲉ ⲁϥϫⲟ
ⲟⲥ ϫⲉ ⲁⲛⲟⲕ
ⲡⲉⲡⲟⲉⲓⲕⲉⲛ
ⲧⲁϥⲉⲓ ⲉⲃⲟⲗϩⲛ̀
ⲧⲡⲉ. ⲁⲩⲱⲛⲉⲩ
ϫⲱⲙ̀ⲙⲟⲥϫⲉⲙⲏ

ΤΛΘ *TAB. IV. TEXTUS GRAECI* 359

ΟΥΤΟΣΕΣΤΙΝ
ΙΣΟΥΣΪΩΣΗΦ
ΟΥΗΜΕΙΣΟΙΔΑ
ΜΕΝΤΟΝΠΡΑΚΑΙ
ΤΗΝΜΗΤΕΡΑΠΩΣ
ΝΥΝΛΕΓΕΙΟΤΙ
ΕΚΤΟΥΟΥΡΑΝΟΥ
ΚΑΤΑΒΕΒΗΚΑ
ΑΠΕΚΡΙΘΗΙΣΚΑΙ
ΕΙΠΕΝΑΥΤΟΙΣ
ΜΗΓΟΓΓΥΖΕΤΕ
ΜΕ. ΤΑΛΛΗΛΩΝ
ΟΥΔΕΙΣΔΥΝΑ
ΤΑΙΕΛΘΕΙΝΠΡΟΣ
ΜΕΕΑΝΜΗΟ
ΠΗΡΟΠΕΜΨΑΣ
ΜΕΕΛΚΥΣΗ
ΑΥΤΟΝ. ΕΓΩΑΝΑ
ΣΤΗΣΩΑΥΤΟΝ
ΕΝΤΗΕΣΧΑΤΗ
ΗΜΕΡΑ. ΕΣΤΙΝΓΕ
ΓΡΑΜΜΕΝΟΝΕΝΤΟΙΣ
ΠΡΟΦΗΤΑΙΣ. ΚΑΙΕ
ΣΟΝΤΑΙΠΑΝΤΕΣΔΙ
ΔΑΚΤΟΙΘΥΠΑΣΟΑΚΟΥ
ΣΑΣΠΑΡΑΤΟΥΠΡΣΚΑΙ
ΜΑΘΩΝΕΡΧΕΤΑΙΠΡΟΣ
ΕΜΕΟΥΧΟΤΙΤΟΝΠΡΑ
ΕΟΡΑΚΕΤΙΣΕΙ

ΜΗΟΩΝΠΑΡΑ
ΤΟΥΘΥ. ΟΥΤΟΣ
ΕΟΡΑΚΕΝΤΟΝ
ΠΡΑ ΑΜΗΝ
ΑΜΗΝΛΕΓΩΥΜ...
ΟΠΙΣΤΕΥΩΝ
ΕΧΕΙ ΖΩΗΝΑΙ
ΩΝΙΟΝ. ΕΓΩ
ΕΙΜΙΟΑΡΤΟΣ
ΤΗΣΖΩΗΣΟΙ
ΠΑΤΕΡΕΣΫΜΩ
ΕΦΑΓΟΝΕΝΤΗ
ΕΡΗΜΩΤΟΜΑΝ
ΝΑΚΑΙΑΠΕΘΑ
ΝΟΝ. ΟΥΤΟΣ
ΕΣΤΙΝΟΑΡΤΟΣ
ΟΕΚΤΟΥΟΥΡΑ
ΝΟΥ ΚΑΤΑΒΑΙ
ΝΟΝ ΪΝΑΤΙΣ
ΕΞΑΥΤΟΥΦΑΓΗ
ΚΑΙΜΗΑΠΟΘΑ
ΝΗ. ΕΓΩΕΙΜΙ
ΟΑΡΤΟΣΟΖΩΝ
ΟΕΚΤΟΥΟΥΡΑ
ΝΟΥΚΑΤΑΒΑΣ
ΕΑΝΤΙΣΦΑΓΗ
ΕΚΤΟΥΤΟΥΤΟΥ
ΑΡΤΟΥΖΗΣΕΤΑΙ

340 TAB. IV. VERS. COPT. TM

ⲙⲡⲁⲓ ⲁⲛⲡⲉⲓ̅ⲥ̅
ⲡϣⲏⲣⲉⲛ̀ⲓⲱ
ⲥⲏⲫ ⲡⲁⲓⲁⲛⲟⲛ
ⲉⲧⲛ̀ⲥⲟⲟⲩⲛⲙ̀ⲙ
ⲡⲉϥⲉⲓⲱⲧⲙ̀ⲛ
ⲧⲉϥⲙⲁⲁⲩ ⲛ̀
ⲁϣⲛ̀ϩⲉϥϫⲱ
ⲙ̀ⲙⲟⲥ ϫⲉⲛ̀ⲧⲁⲓ
ⲉⲓⲉⲃⲟⲗϩⲛ̀ⲧⲡⲉ
Ⲁⲓ̅ⲥ̅ ⲟⲩⲱϣⲃ ⲡⲉ
ϫⲁϥⲛⲁⲩϫⲉⲙ̀
ⲡⲣ̀ⲣ̀ⲣⲙⲣ̀ⲙⲙⲛ̀
ⲛⲉⲧⲛ̀ⲉⲣⲏⲩ
ⲙⲛ̀ϣϭⲟⲙ̀ⲛ̀ⲗⲁⲁⲩ
ⲉⲉⲓϣⲁⲣⲟⲉⲓⲉⲓ
ⲙ̀ⲏⲧⲓⲉⲛⲧⲉⲡⲁ
ⲉⲓⲱⲧ ⲉⲛⲧⲁϥ
ⲧⲁⲟⲩⲟⲉⲓⲥ ⲱⲕ
ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲁⲩⲱⲁⲛⲟⲕ
ϩⲱ ⲧⲁⲧⲟⲩⲛⲟⲥϥϩⲙ̀
ⲡϩⲁⲉⲛ̀ϩⲟⲟⲩ ϥⲥⲏϩ
ϩⲛ̀ⲛⲉⲡⲣⲟⲫⲏⲧⲏⲥ
ϫⲉⲥⲉⲛⲁϣⲱⲡⲉⲧⲏ
ⲣⲟⲩⲛ̀ⲣⲉϥϫⲓⲥⲃⲱϩⲓ
Ⲧⲙ̀ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ. ⲟⲩⲟⲛ
ⲛⲓⲙⲛⲧⲁϥⲥⲱⲧⲙ̀
ⲉⲃⲟⲗϩⲓⲧⲙ̀ⲡⲉⲓⲱⲧⲁⲩⲱ
ⲁϥϫⲓⲥⲃⲱϥⲛⲏⲩϣⲁ
ⲣⲟⲓ. ⲛ̀ⲉⲃⲟⲗⲁⲛϫⲉ
ⲟⲩⲁ̀ⲛⲁⲩⲉⲡⲉⲓⲱⲧⲉⲓ

ⲙⲏⲧⲓⲡⲉⲧϣⲟ
ⲟⲡⲉ̀ⲃⲟⲗϩⲓⲧⲙ̀
ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ. ⲡⲁⲓ
ⲡⲉⲛⲧⲁϥⲛⲁⲩⲉ
ⲡⲉⲓⲱⲧ. ϩⲁⲙⲏⲛ
Ϩⲁⲙⲏⲛ ϯϫⲱⲙ̀ⲙⲟⲥ
ⲛⲏⲧⲛ̀ϫⲉⲡⲉⲧⲡⲓ
ⲥⲧⲉⲩⲉⲉⲣⲟⲉⲓⲟⲩ
ⲛ̀ⲧⲁϥⲙ̀ⲙⲁⲩⲙ̀ⲡⲱ
ⲛ̀ϩⲛ̀ϣⲁⲉⲛⲉϩ
ⲁⲛⲟⲕⲡⲉⲡⲟⲉⲓⲕ
ⲙ̀ⲡⲱⲛ̀ϩⲁⲛⲉⲧⲛ̀
ⲉⲓⲟⲧⲉⲟⲩⲱⲙⲙ̀
ⲡⲙⲁⲛⲛⲁϩⲛ̀ⲧⲉ
ⲣⲏⲙⲟⲥⲁⲩⲙⲟ̀ⲩ.
ⲡⲁⲓⲇⲉⲡⲉⲡⲟ
ⲉⲓⲕⲉⲧⲛⲏⲩⲉⲃⲟⲗ
ϩⲛ̀ⲧⲡⲉ. ϫⲉⲕⲁⲥ
ⲉⲣϣⲁⲛⲟⲩⲁⲟⲩⲱⲙ
ⲉⲃⲟⲗⲛ̀ϩⲏⲧ̀ϥ
ⲛ̀ⲛⲉϥⲙⲟⲩ
ⲁⲛⲟⲕⲡⲉⲡⲟ
ⲉⲓⲕⲉ̀ⲧⲟⲛ̀ϩ
ⲉⲛⲧⲁϥⲉⲓⲉⲃⲟⲗ
ϩⲛ̀ⲧⲡⲉ ⲉⲣ
ϣⲁⲛⲟⲩⲁⲟⲩ
ⲱⲙⲉⲃⲟⲗϩⲙ̀
ⲡⲉⲓⲟⲉⲓⲕ
ϥⲛⲁⲱⲛ̀ϩ

TAB. V. TEXTUS GRAECI

ΕΙΣΤΟΝΑΙΩΝΑ
ΚΑΙὉΑΡΤΟΣΔΕ
ὉΝΕΓΩΔΩΣΩ
ΗΣΑΡΞΜΟΥΕΣΤΙ̅
ΫΠΕΡΤΗΣΤΟΥ
ΚΟΣΜΟΥΖΩΗΣ
ΕΜΑΧΟΝΤΟΟΥΝ
ΠΡΟΣΑΛΛΗΛΟΥΣ
ΟΙΙΟΥΔΑΙΟΙΛΕ
ΓΟΝΤΕΣΠΩΣ
ΔΥΝΑΤΑΙΟΥΤΟΣ
ΗΜΙΝΔΟΥΝΑΙ
ΤΗΝΣΑΡΚΑΑΥ
ΤΟΥΦΑΓΕΙΝ
ΕΙΠΕΝΟΥΝΑΥ
ΤΟΙΣΟΙΣ̅ ΑΜΗΝ
ΑΜΗΝΛΕΓΩΥΜΙ̅
ΕΑΝΜΗΦΑΓΗ
ΤΕΤΗΝΣΑΡΚΑ
ΤΟΥΥ̅Υ̅ΤΟΥ
ΑΝ̅ΟΥΚΑΙΠΙΕ
ΤΕΑΥΤΟΥΤΟΑΙ
ΜΑ. ΟΥΚΕΧΕΤΕ
ΖΩΗΝΕΝΕΑΥ
ΤΟΙΣ. ὉΤΡΩΓΩ̅
ΜΟΥΤΗΝΣΑΡ
ΚΑΚΑΙΠΙΝΩΝ
ΜΟΥΤΟΑΙΜΑ
ΕΧΕΙΖΩΗΝΑΙΩ
NION

ΚΑΙΕΓΩΑΝΑΣΤΗ
ΣΩΑΥΤΟΝΕΝΤΗ
ΕΣΧΑΣΤΗΗΜΕΡΑ
ΗΓΑΡΣΑΡΞΜΟΥ
ΑΛΗΘΗΣΕΣΤΙΝ
ΒΡΩΣΙΣΚΑΙΤΟ
ΑΙΜΑΜΟΥΑΛΗ
ΘΗΣΕΣΤΙΝΠΟ
ΣΙΣ· ΟΤΡΩΓΩΝ
ΜΟΥΤΗΝΣΑΡ
ΚΑΚΑΙΠΙΝΩΝ
ΜΟΥΤΟΑΙΜΑΕΝΕ
ΜΟΙΜΕΝΕΙΚΑΓΩ
ΕΝΑΥΤΩΚΑΘ
ΩΣΑΠΕΣΤΕΙΛΕ̅
ΜΕὉΖΩΝΠΗ̅Ρ
ΚΑΓΩ ΔΙΑΤΟΝ
ΠΡ̅Α. ΚΑΙΟΤΡΩ
ΓΩΝΜΕΚΑΚΕΙ
ΝΟΣΖΗΣΕΙΔΙΕ
ΜΕΟΥΤΟΣΕΣΤΙ̅
ὉΑΡΤΟΣὉΕΞΟΥ
ΡΑΝΟΥΚΑΤΑΒΑΣ
ΟΥΚΑΘΩΣΕΦΑ
ΓΟΝΟΙΠΑΤΕΡΕΣ
ΚΑΙΑΠΕΘΑΝΟΝ
ΟΤΡΩΓΩΝΤΟΥ
ΤΟΝΤΟΝΑΡΤΟΝ
ΖΗΣΕΙΕΙΣΤΟΝΑΙΩ
NA

ⲛϣⲁⲉⲛⲉϩⲡⲟ
ⲉⲓⲕⲇⲉⲉϯⲛⲁⲧⲁ
ⲁϥⲁⲛⲟⲕⲡⲉⲧⲁ
ⲥⲁⲣⲝϩⲁⲡⲱⲛϩ
ⲙ̀ⲡⲕⲟⲥⲙⲟⲥ·
Ⲛⲓⲟⲩⲇⲁⲓϭⲉⲛⲉⲩ
ⲙⲓϣⲉⲙ̀ⲛⲛⲉⲩⲉ
ⲣⲏⲩⲉⲩϫⲱⲙ̀ⲙⲟⲥ
ϫⲉⲛⲁϣⲛϩⲉⲉⲣⲉ
ⲡⲁⲓⲛⲁϯⲛⲁⲛ̀
ⲧⲉϥⲥⲁⲣⲝⲉⲟⲩⲟ
ⲙ̀ⲥ ⲡⲉϫⲉⲓ̅ⲥ̅
Ϭⲉⲛⲁⲩ. ϫⲉϩⲁⲙⲏⲛ
ϩⲁⲙⲏⲛϯϫⲱⲙ
ⲙⲟⲥⲛⲏⲧⲛ̀ϫⲉ
ⲉⲧⲉⲧⲛ̀ⲧⲙ̀ⲟⲩⲱⲙ
ⲛ̀ⲧⲥⲁⲣⲝⲙ̀ⲡϣⲏ
ⲣⲉⲙ̀ⲡⲣⲱⲙⲉ
ⲁⲩⲱⲛ̀ⲧⲉⲧⲛ̀ⲥⲱ
ⲙ̀ⲡⲉϥⲥⲛⲟϥ
ⲙ̀ⲛⲧⲏⲧⲛ̀ⲙ̀ⲙⲁⲩ
ⲙ̀ⲡⲱⲛ̀ϩⲛ̀ϩⲏⲧ
ⲧⲏⲩⲧⲛ̀' ⲡⲉⲧ
ⲟⲩⲱⲙⲛ̀ⲧⲁⲥⲁ
ⲣⲝ ⲁⲩⲱⲉⲧⲥⲱ̀
ⲙ̀ⲡⲁⲥⲛⲟϥⲟⲩ
ⲛ̀ⲧⲁϥⲙ̀ⲙⲁⲩⲙ̀
ⲡⲱⲛ̀ϩⲛ̀ϣⲁⲉⲛⲉϩ

ⲁⲩⲱⲁⲛⲟⲕϯⲛⲁ
ⲧⲟⲩⲛⲟⲥϥϩⲙ̀ⲡϩⲁⲉ
ⲛ̀ϩⲟⲟⲩ. ⲧⲁⲥⲁⲣⲝ
ⲅⲁⲣⲟⲩϩⲣⲉⲙ̀ⲙⲉⲉ
ⲧⲉ. ⲁⲩⲱⲡⲁⲥⲛⲟϥ
ⲟⲩⲥⲱⲙ̀ⲙⲉⲉⲡⲉ
ⲡⲉⲧⲟⲩⲱⲙⲛ̀ⲧⲁ
ⲥⲁⲣⲝ ⲁⲩⲱⲉⲧ
ⲥⲱ̀ⲙ̀ⲡⲁⲥⲛⲟϥ
ϥⲛⲁϭⲱϩⲣⲁⲓⲛϩⲏⲧ
ⲁⲩⲱⲁⲛⲟⲕϩⲣⲁⲓ
ⲛϩⲏⲧϥ. ⲕⲁⲧⲁ
ⲉⲛⲧⲁϥⲧⲁⲟⲩⲟⲉⲓ
ⲛ̀ϭⲓⲡⲉⲓⲱⲧⲉⲧ
ⲟⲛϩ· ⲁⲩⲱⲁⲛⲟⲕ
ϩⲱϯⲟⲛ̀ϩⲉⲧⲃⲉ
ⲡⲉⲓⲱⲧ· ⲁⲩⲱ
ⲡⲉⲧⲛⲁⲟⲩⲟⲙⲧ
ⲡⲉⲧⲙ̀ⲙⲁⲩϩⲱⲱϥ
ⲟⲛⲛⲁⲱⲛ̀ϩⲉⲧⲃⲏ
ⲏⲧ. ⲡⲁⲓⲡⲉⲡⲟⲉⲓⲕ
ⲉⲛⲧⲁϥⲉⲓⲉⲃⲟⲗ
ϩⲛ̀ⲧⲡⲉ. ⲛ̀ⲕⲁⲧⲁ
ⲑⲉⲁⲛⲉⲛ̀ⲧⲁⲛⲉ
ⲧⲛ̀ⲉⲓⲟⲧⲉⲟⲩⲱⲙ
ⲁⲩⲱⲁⲩⲙⲟⲩ. ⲡⲉⲧ
ⲛⲁⲟⲩⲱⲙⲇⲉⲙ̀ⲡⲉⲓ
ⲟⲉⲓⲕ ϥⲛⲁⲱ
ⲛ̀ϩⲛ̀ϣⲁⲉⲛⲉϩ

ΤΑΥΤΑΕΙΠΕΝΕΝ
ΣΥΝΑΓΩΓΗΔΙ
ΔΑΣΚΩΝΕΝΚΑ
ΦΑΡΝΑΟΥΜ.
ΠΟΛΛΟΙΟΥΝΑΚΟΥ
ΣΑΝΤΕΣΕΚΤΩ̅
ΜΑΘΗΤΩΝΑΥΤΟΥ
ΕΙΠΟΝΣΚΛΗΡΟΣ
ΕΣΤΙΝΟ῾ΛΟΓΟΣ
ΟΥΤΟΣΤΙΣΔΥ
ΝΑΤΑΙΑΥΤΟΥΑ
ΚΟΥΕΙΝ. ΕΙΔΩΣ
ΔΕΟΙ̅Σ̅ΕΝΕΑΥΤΩ
ΟΤΙΓΟΓΓΥΖΟΥ
ΣΙΝΠΕΡΙΤΟΥΤΟΥ
ΟΙΜΑΘΗΤΑΙΑΥ
ΤΟΥΕΙΠΕΝΑΥ
ΤΟΙΣΤΟΥΤΟΫΜΑΣ
ΣΚΑΝΔΑΛΙΖΕΙ
ΕΑΝΟΥΝΘΕ
ΩΡΗΤΕΤΟΝΥ̅Ν̅
ΤΟΥΑ̅Ν̅Ο̅Υ̅ΑΝΑ
ΒΑΙΝΟΝΤΑΟΠΟΥ
ΗΝΤΟΠΡΟΤΕ
ΡΟΝ. ΤΟΠ̅Ν̅ΑΕ῾
ΣΤΙΝΤΟΖΩΟ
ΠΟΙΟΥΝΗΣΑΡΞ
ΟΥΚΩΦΕΛΕΙ
ΟΥΔΕΝΤΑΡΗΜΑ
ΤΑΑ῾ΕΓΩΛΕΛΑΛΗ
ΚΑ

ΫΜΙΝΠ̅Ν̅ΑΕΣΤΙ
ΚΑΙΖΩΗΕΣΤΙΝ
ΑΛΛ᾿ΕΙΣΙΝΤΙΝΕΣ
ΕΞΫΜΩΝΟΙΟΥ
ΠΙΣΤΕΥΟΥΣΙΝ
ΗΔΕΙΓΑΡΕΞΑΡ
ΧΗΣΟΙ̅Σ̅ΤΙΝΕΣ
ΕΙΣΙΝΟΙΜΗΠΙ
ΣΤΕΥΟΝΤΕΣ
ΚΑΙΤΙΣΕΣΤΙΝ
ΟΠΑΡΑΔΩΣΩΝ
ΑΥΤΟΝ. ΚΑΙΕΛΕ
ΓΕΝΔΙΑΤΟΥΤΟ
ΕΙΡΗΚΑΫΜΙΝ
Ο῾ΤΙΟΥΔΕΙΣΔΥ
ΝΑΤΑΙΕΛΘΕΙΝ
ΠΡΟΣΜΕΕΑΝ
ΜΗΗΔΕΔΟΜΕ
ΝΟΝΑΥΤΩΕΚ
ΤΟΥΠ̅Ρ̅Σ̅ ΕΚ
ΤΟΥΤΟΥΠΟΛΛΟΙ
ΕΚΤΩΝΜΑΘΗ
ΤΩΝΑΥΤΟΥ. ΑΠ
ΗΛΘΟΝΕΙΣΤΑ
ΟΠΙΣΩΚΑΙΟΥΚ
ΕΤΙΜΕΤΑΥΤΟΥ
ΠΕΡΙΠΑΤΟΥΝ
ΕΙΠΕΝΟΥΝΟΙ̅Σ̅
ΤΟΙΣΔΩΔΕΚΑ
ΜΗΚΑΙΫΜΕΙΣ
ΘΕΛΕΤΕΫΠΑΓΕΙ̅

TAB. VI.

Miſere periit, perieruntque ſimul vv. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. cap. vi. huius verſionis.

. .
. .
. .
. .
. .
. .
. .
. .
. .
. .
. .
. .
. .
. .
. .
. .
. .
. .
. .
. .
. .
. .
. .
. .
. .
. .

TME *TAB. VII. TEXTUS GRAECI* 345

Una cum tabula, quae ſimiliter periit, amiſimus ex hoc Graeco exemplari verſiculos 68. 69. 70. 71. cap. VI., & 1. 2. 3. 4. 5. & dimidium ſexti cap. VII. ſequentis.

.
.
.
.
.
.
.
.
.
.
.
.
.
.
.
.
.
.
.
.
.
.
.
.

ⲁϥⲟⲩⲱϣⲃ̄ ⲛⲁϥ
ⲛ̄ϭⲓⲥⲓⲙⲱⲛⲡⲉ
ⲧⲣⲟⲥϫⲉⲡϫⲟⲓⲥ
ⲉⲛⲛⲁⲃⲱⲕϣⲁ
ⲛⲓⲙ. ϩⲉⲛϣⲁϫⲉ
ⲙ̄ⲡⲱⲛϩⲛ̄ϣⲁⲉⲛⲉϩ
ⲉⲧⲛ̄ⲧⲟⲟⲧⲕ. ⲁⲩⲱ
ⲁⲛⲟⲛⲁⲛⲡⲓⲥⲧⲉⲩⲉ
ⲁⲩⲱⲁⲛⲉⲓⲙⲉϫⲉ
ⲛ̄ⲧⲟⲕⲡⲉⲡⲉⲭ̅ⲥ̅
ⲡⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃⲛ̄ⲧⲉ
ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲁϥ
Ⲟⲩⲱϣⲃ̄ⲛⲁⲩⲛ̄ϭⲓ
ⲓ̅ⲥ̅ⲡⲉϫⲁϥϫⲉⲙⲏⲛ̄ⲁ
ⲛⲟⲕⲁⲛⲁⲓⲥⲉⲧⲡ
ⲧⲏⲩⲧⲛ̄ⲙ̄ⲡⲙⲛ̄ⲧ
ⲥⲛⲟⲟⲩⲥ. ⲁⲩⲱⲟⲩⲁ
ⲉⲃⲟⲗⲛ̄ϩⲏⲧⲧⲏⲩ
ⲧⲛ̄ⲟⲩⲇⲓⲁⲃⲟⲗⲟⲥ
ⲡⲉ· ⲛⲉϥϫⲱⲙ̄
ⲙⲟⲥⲉⲧⲃⲉⲓⲟⲩⲇⲁⲥ ÷
ⲡⲓⲥⲕⲁⲣⲓⲱⲧⲏⲥ
ⲡⲁⲓⲅⲁⲣⲡⲉⲧⲛⲁ
ⲡⲁⲣⲁⲇⲓⲇⲟⲩⲙ̄
ⲙⲟϥⲉⲟⲩⲁⲡⲉ
ⲉⲃⲟⲗϩⲙ̄ⲡⲙⲛ̄ⲧ
ⲥⲛⲟⲟⲩⲥ· ⲙ̄ⲛ̄ⲛ̄
Ⲥⲁⲛⲁⲓⲛⲉϥⲙⲟⲟϣⲉ
ⲛ̄ϭⲓⲓ̅ⲥ̅ϩⲛ̄ⲧⲅⲁⲗⲓⲗⲁⲓ
ⲁⲛ̄ⲛⲉϥⲟⲩⲱϣⲅⲁⲣ
ⲁⲛⲡⲉⲙⲟⲟϣⲉϩⲛ̄
ϯⲟⲩⲇⲁⲓⲁ
÷ ⲡϣⲏⲣⲉⲛ̄ⲥⲓⲙⲱ[ⲛ]

ϫⲉⲛ̄ⲛⲉⲩϣⲓⲛⲉ
ⲛ̄ⲥⲱϥⲡⲉⲛ̄ϭⲓⲛ̄
ⲓⲟⲩⲇⲁⲓⲉⲙⲟⲟⲩⲧϥ̀
Ⲛⲉⲥϩⲏⲛⲇⲉⲉϩⲟⲩⲛ
ⲛ̄ϭⲓⲡϣⲁⲛ̄ⲛⲓⲟⲩ
ⲇⲁⲓⲧⲉⲥⲕⲏⲛⲟ
ⲡⲏⲅⲓⲁ. ⲡⲉϫⲁⲩϭⲉ
ⲛⲁϥⲛ̄ϭⲓⲛⲉϥⲥⲛⲏⲩ
ϫⲉⲡⲱⲱⲛⲉⲉⲃⲟⲗ
ϩⲙ̄ⲡⲉⲓⲙⲁⲛ̄ⲅⲃⲱⲕ
ⲉϩⲣⲁⲓⲉϯⲟⲩⲇⲁⲓⲁ·
ϫⲉⲕⲁⲁⲥⲉⲣⲉⲛⲉⲕ
ⲙⲁⲑⲏⲧⲏⲥϩⲱⲟⲩ
ⲛⲁⲩⲉⲛⲉⲕϩⲃⲏⲩⲉ
ⲉⲧⲕ̀ⲉⲓⲣⲉⲙ̄ⲙⲟⲟⲩ.
ⲙⲉⲣⲉⲗⲁⲁⲩⲅⲁⲣⲣ̄
ϩⲱⲃϩⲙ̄ⲡϩⲱⲡ
ⲁⲩⲱⲛ̄ϥϣⲓⲛⲉ
ⲛ̄ⲧⲟϥⲛ̄ⲥⲁϣⲱ
ⲡⲉϩⲛ̄ⲟⲩⲡⲁⲣⲣⲏ
ⲥⲓⲁ. ⲉϣϫⲉⲕⲉⲓⲣⲉ
ⲛⲁⲓⲟⲩⲟⲛϩⲕⲉ
ⲃⲟⲗⲙ̄ⲡⲕⲟⲥⲙⲟⲥ
ⲛⲉⲣⲉⲛⲉϥⲕⲉ
ⲥⲛⲏⲩⲅⲁⲣⲡⲓⲥⲧⲉⲩⲉ
ⲁⲛⲉⲣⲟϥ.
Ⲡⲉϫⲁϥϭⲉⲛⲁⲩ
ⲛ̄ϭⲓⲓ̅ⲥ̅. ϫⲉⲡⲁⲟⲩ
ⲟⲉⲓϣⲁⲛⲟⲕ

TAB. VIII.

 TAB. VIII. TEXTUS GRAECI

ΟΥΠΩΠΑΡΕΣΤΙ
ΟΔΕΚΑΙΡΟΣΟΥ
ΜΕΤΕΡΟΣΠΑΝ
ΤΟΤΕΕΣΤΙΝΕΤΟΙ
ΜΟΣΟΥΔΥΝΑΤΑΙ
ΟΚΟΣΜΟΣΜΙ
ΣΕΙΟΤΙΕΓΩ
ΜΑΡΤΥΡΟΝΠΕ
ΡΙΑΥΤΟΥΟΤΙ
ΤΑΕΡΓΑΑΥΤΟΥ
ΠΟΝΗΡΑΕΣΤΙΝ
ΫΜΕΙΣΑΝΑΒΗ
ΤΕΕΙΣΤΗΝΕΟΡ
ΤΗΝ. ΕΓΩΟΥΠΩ
ΑΝΑΒΑΙΝΩΕΙΣ
ΤΗΝΕΟΡΤΗΝΤΑΥ
ΤΗΝΟΤΙΟΕΜΟΣ
ΚΑΙΡΟΣΟΥΠΩ
ΠΕΠΛΗΡΩΤΑΙ
ΤΑΥΤΑΔΕΕΙΠΩΝ
ΑΥΤΟΙΣΕΜΕΙΝΕΝ
ΕΝΤΗΓΑΛΙΛΑΙΑ
ΩΣΔΕΑΝΕΒΗ
ΣΑΝΟΙΑΔΕΛΦΟΙ
ΑΥΤΟΥΕΙΣΤΗΝ
ΕΟΡΤΗΝ. ΤΟΤΕ
ΚΑΙΑΥΤΟΣΑΝΕ
ΒΗΟΥΦΑΝΕΡΩΣ
ΑΛΛΑΩΣΕΝΚΡΥ
ΠΤΩ

ΟΙΟΥΝΪΟ........
ΕΖΗΤΟΥΝΑΥ...
ΕΝΤΗΕΟΡΤΗΚ...
ΕΛΕΓΟΝΠΟΥ
ΕΣΤΙΝΕΚΕΙΝ...
ΚΑΙΓΟΓΓΥΣΜ...
ΠΕΡΙΑΥΤΟΥΗ..
ΠΟΛΥΣΕΝΤΟΙΣ
ΟΧΛΟΙΣΟΙΜΕΝΕ
ΛΕΓΟΝΟΤΙΑΓΑ
ΘΟΣΕΣΤΙΝΑΛ
ΛΟΙΔΕΕΛΕΓΟΝ
ΟΥΧΙ. ΑΛΛΑΠΛΑ
ΝΑΤΟΝΟΧΛΟΝ
ΟΥΔΕΙΣΜΕΝ
ΤΟΙΠΑΡΡΗΣΙΑ
ΕΛΑΛΕΙΠΕΡΙΑΥ
ΤΟΥΔΙΑΤΟΝΦΟ
ΒΟΝΤΩΝΪΟΥ
ΔΑΙΩΝ. ΗΔΗ
ΔΕΤΗΣΕΟΡΤΗΣ
ΜΕΣΟΥΣΗΣΑΝΕ
ΒΗΙΣ̄ΕΙΣΤΟΪΕ
ΡΟΝΚΑΙΕΔΙΔΑ
ΣΚΕΝ. ΕΘΑΥΜΑ
ΖΟΝΟΥΝΟΙΪΟΥ
ΔΑΙΟΙΛΕΓΟΝΤΕΣ
ΠΩΣΟΥΤΟΣΓΡΑΜ
ΜΑΤΑΟΙΔΕΝΜΗ

ⲙⲡⲁⲧϥⲉⲓⲡⲉ
ⲧⲛ̀ⲟⲩⲟⲉⲓϣⲇⲉ
ⲛ̀ⲧⲱⲧⲛ̀ⲥⲃⲧⲱⲧ
ⲛ̀ⲥⲏⲩⲛⲓⲙ̀ⲙ̀ⲙⲛ̀
ϣϭⲟⲙⲙⲉⲧⲣⲉⲡⲕⲟ
ⲥⲙⲟⲥⲙⲉⲥⲧⲉ
ⲧⲏⲩⲧⲛ̀. ⲁⲛⲟⲕ
ⲇⲉⲉϥⲙⲟⲥⲧⲉ
ⲙ̀ⲙⲟⲉⲓ. ϫⲉϯⲣ̀
ⲙⲛ̀ⲧⲣⲉⲁⲛⲟⲕ
ⲉⲧⲃⲏⲏⲧϥ. ϫⲉ
ⲛⲉϥϩⲃⲏⲩⲉⲥⲉ
ϩⲟⲟⲩ. ⲛ̀ⲧⲱⲧⲛ̀
ⲃⲱⲕⲉϩⲣⲁⲓⲉ
ⲡϣⲁ ⲁⲛⲟⲕⲇⲉ
ⲉⲙⲡⲁϯⲛⲟⲩⲉⲉⲓ̀
ⲉⲡⲉⲓϣⲁ̀ ϫⲉ
ⲙ̀ⲡⲁⲧⲉⲡⲁⲟⲩⲟ
ⲉⲓϣϫⲱⲕⲉⲟⲗ
Ⲛⲧⲉⲣⲉϥϫⲉⲛⲁⲓ
ⲇⲉⲛⲧⲟϥ. ⲁϥϭⲱ
ϩⲛ̀ⲧⲅ̀ⲁⲗⲓⲗⲁⲓⲁ
ⲛ̀ⲧⲉⲣⲉⲛⲉϥⲥⲛⲏⲩ
ⲇⲉⲃⲱⲕⲉϩⲣⲁⲓ
ⲉⲡϣⲁ̀. ⲧⲟⲧⲉ
ⲛ̀ⲧⲟϥϩⲱⲱϥ
ⲁϥⲃⲱⲕⲉϩⲣⲁⲓϩⲛ̀
ⲟⲩⲟⲩⲱⲛϩⲁⲛ
ⲉⲃⲟⲗ. ⲁⲗⲗⲁ
ϩⲛ̀ⲟⲩϩⲱⲡ

Ⲛ̀ⲓⲟⲩⲇⲁⲓϭⲉⲛⲉⲩ
ϣⲓⲛⲉⲛ̀ⲥⲱϥⲡⲉ
ϩ̀ⲙⲡⲉⲣⲡⲉ. ⲁⲩⲱ
ⲛⲉⲩϫⲱ̀ⲙ̀ⲙⲟⲥ
ϫⲉⲉϥⲧⲱⲛⲡⲉⲓ
ⲁⲩⲱⲛⲉⲣⲉⲟⲩⲕⲣ̀ⲙ
ⲣ̀ⲙⲉⲛⲁϣⲱϥ
ϣⲟⲟⲡⲉ̀ⲧⲃⲏⲏ
ⲧ'ϥ. ϩⲛ̀ⲙ̀ⲙⲏⲏϣⲉ
ϩⲟⲉⲓⲛⲉⲙⲉⲛ
ⲛⲉⲩϫⲱ̀ⲙ̀ⲙⲟⲥ.
ϫⲉⲟⲩⲁⲅ̀ⲁⲑⲟⲥ
ⲡⲉ· ϩⲉⲛⲕⲟⲟⲩⲉ
ⲇⲉⲛⲉⲩϫⲱⲙ̀
ⲙⲟⲥ. ϫⲉⲙ̀ⲙⲟⲛ
ⲁⲗⲗⲁⲉϥⲡⲗⲁⲛⲁ
ⲙ̀ⲡⲙⲏⲏϣⲉ. ⲛⲉ
ⲙⲛ̀ⲗⲁⲁⲩⲙⲉⲛ
ⲧⲟⲓϣⲁϫⲉⲉⲧⲃⲏ
ⲏⲧϥϩⲛ̀ⲟⲩⲡⲁⲣ
ⲣⲏⲥⲓⲁⲉⲧⲃⲉⲑⲟ
ⲧⲉⲛ̀ⲛ̀ⲓⲟⲩⲇⲁⲓ.
Ϩⲛ̀ⲧⲙⲏⲧⲉⲇⲉⲙ̀
ⲡϣⲁ ⲁⲓⲥ̄ⲃⲱⲕⲉ
ϩⲣⲁⲓⲉⲡⲉⲣⲡⲉ.
ⲁϥϯⲥⲃⲱ̀. ⲛⲉⲩ
ⲣ̀ϣⲡⲏⲣⲉϭⲉⲛ̀
ϭⲓⲛ̀ⲓⲟⲩⲇⲁⲓⲉⲩ
ϫⲱⲙ̀ⲙⲟⲥ. ϫⲉⲛ̀
ⲁϣⲛ̀ϩⲉⲡⲁⲓⲥⲟⲟⲩⲛ
ⲛ̀ⲥϩⲁⲓⲉⲙ

TAB. IX.

ΜΕΜΑΘΗΚΩΣ
ΑΠΕΚΡΙΘΗΟΥΝ
ΑΥΤΟΙΣΟΙΣΚΑΙ
ΕΙΠΕΝΗΕΜΗΔΙ
ΔΑΧΗΟΥΚΕΣΤῚ
ΕΜΗΑΛΛΑΤΟΥ
ΠΕΜΨΑΝΤΟΣ
ΜΕ. ΕΑΝΤΙΣΘΕ
ΛΗΤΟΘΕΛΗΜΑ
ΑΥΤΟΥΠΟΙΕΙΝ
ΓΝΩΣΕΤΑΙΠΕ
ΡΙΤΗΣΔΙΔΑΧΗΣ
ΠΟΤΕΡΟΝΕΝ
ΤΟΥΘΥΕΣΤΙΝ
ΗΕΓΩΑΠΕΜΑΥ
ΤΟΥΛΑΛΩΟΑΦΕ
ΑΥΤΟΥΛΑΛΩΝ
ΤΗΝΔΟΞΑΝΤΗ
ΪΔΙΑΝΖΗΤΕΙ
ΟΔΕΖΗΤΩΝ
ΤΗΝΔΟΞΑΝΤΟΥ
ΠΕΜΨΑΝΤΟΣ
ΑΥΤΟΝΟΥΤΟΣ
ΑΛΗΘΗΣΕΣΤΙΝ
ΚΑΙΑΔΙΚΙΑΕΝ
ΑΥΤΩΟΥΚΕΣΤῚ
ΟΥΜΩΫΣΗΣΔΕ
ΔΩΚΕΝΫΜΙΝ
ΤΟΝΝΟΜΟΝΚΑΙ
ΟΥΔΕΙΣΕΞΫΜΩ
ΠΟΙΕΙΤΟΝΝΟΜΟΝ
ΤΙΜΕΖΗΤΕΙΤΕ
ΑΠΟΚΤΕΙΝΑΙ
ΑΠΕΚΡΙΘΗΟΟΧΛΟΣ
ΔΑΙΜΟΝΙΟΝΕ
ΧΕΙΣΤΙΣΣΕΖΗ
ΤΕΙΑΠΟΚΤΕΙΝΑΙ
ΑΠΕΚΡΙΘΗΟΙΣΚΑΙ
ΕΙΠΕΝΑΥΤΟΙΣ
ΕΝΕΡΓΟΝΕΠΟΙ
ΗΣΑΚΑΙΠΑΝΤΕΣ
ΘΑΥΜΑΖΕΤΕ. ΔΙ
ΑΤΟΥΤΟΜΩΫ
ΣΗΣΔΕΔΩΚΕΝ
ΫΜΙΝΤΗΝΠΕ
ΡΙΤΟΜΗΝΟΥΧ
ΟΤΙΕΚΤΟΥΜΩ
ΫΣΕΩΣΕΣΤΙΝ
ΑΛΛΕΚΤΩΝ
ΠΑΤΕΡΩΝΚΑΙ
ΕΝΣΑΒΒΑΤΩΠΕ
ΡΙΤΕΜΝΕΤΕΑΝΟΝ
ΕΙΠΕΡΙΤΟΜΗΝ
ΛΑΜΒΑΝΕΙΑΝΟΣ
ΕΝΣΑΒΒΑΤΩ
ΪΝΑΜΗΛΥΘΗ
ΟΝΟΜΟΣΜΩΫ
ΣΕΩΣΕΜΟΙΧΟ
ΛΑΤΕΟΤΙΟΛΟΝ
ΑΝΟΝΫΓΙΗΕΠΟΙ
ΗΣΑΕΝΣΑΒΒΑΤΩ

TAB. IX.

ⲡⲟⲩⲧⲥⲁⲃⲟϥ.
Ⲁϥⲟⲩⲱϣⲃ ⲃϭⲉⲛⲁⲩ
ⲛ̀ϭⲓ ⲓ̄ⲥ̄ ⲉϥϫⲱ ⲙ̀
ⲙⲟⲥ ϫⲉ ⲧⲁⲥⲃⲱ
ⲁⲛⲟⲕ ⲛ̀ⲧⲱⲓ ⲁⲛ
ⲧⲉ ⲁⲗⲗⲁ ⲧⲁ ⲡⲉⲛ
ⲧⲁϥⲧⲁⲩⲟⲉⲓⲧⲉ
ⲉⲣϣⲁⲛⲟⲩⲁ ⲣ̀ ϩⲛⲁϥ
ⲉⲉⲓⲣⲉ ⲙ̀ⲡⲉϥⲟⲩ
ⲱϣ ϥⲛⲁⲉⲓⲙⲉ
ⲉⲧⲃⲉ ⲧⲉⲓⲥⲃⲱ
ϫⲉ ⲟⲩⲉⲃⲟⲗ ϩⲙ̀
ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲧⲉ ϫⲉ
ⲡⲁⲛⲟⲕ ⲉⲓϣⲁϫⲉ
ϩⲁⲣⲟⲉⲓ ⲙⲁⲩⲁⲁⲧ
ⲡⲉⲧϣⲁϫⲉ ϩⲁ
ⲣⲟϥ ⲙⲁⲩⲁⲁϥ
ⲉϥϣⲓⲛⲉ ⲛ̀ⲥⲁ
ⲡⲉϥⲉⲟⲟⲩ ⲙ̀ⲙⲓ
ⲛⲉ ⲙ̀ⲙⲟϥ. ⲡⲉⲧ
ϣⲓⲛⲉ ⲇⲉ ⲛ̄ⲧⲟϥ
ⲛ̀ⲥⲁ ⲡⲉⲟⲟⲩ ⲙ̀
ⲡⲉⲛⲧⲁϥⲧⲛ̀ⲛⲟ
ⲟⲩϥ. ⲡⲁⲓ ⲟⲩⲙⲉ
ⲡⲉ. ⲁⲩⲱ ⲙⲛ̀ ϫⲓⲛ
ϭⲟⲛⲥ ϩⲣⲁⲓ ⲛ̀ϩⲏ
ⲧϥ. ⲙⲏ ⲙⲱⲩⲥⲏⲥ
ⲁⲛ ⲡⲉⲛⲧⲁϥϯ ⲛⲏ
ⲧⲛ̀ ⲙ̀ⲡⲛⲟⲙⲟⲥ
ⲁⲩⲱ ⲙ̀ⲛ ⲗⲁⲁⲩ ⲙ̀ⲙⲱ
ⲧⲛ̀

ⲉⲓⲣⲉ ⲙ̀ⲡⲛⲟⲙⲟⲥ
ⲁϩⲣⲱ ⲧⲛ̀ⲉⲧⲉⲧⲛ̀
ϣⲓⲛⲉ ⲛ̀ⲥⲁ ⲙⲟⲩ
ⲟⲩⲧ ⲙ̀ⲙⲟⲉⲓ.
Ⲁϥⲟⲩⲱ ϣⲃ ⲛ̀ϭⲓ
ⲡⲙⲏⲏϣⲉ ϫⲉ ⲟⲩ
ⲛ̀ⲟⲩⲇⲁⲓⲙⲟⲛⲓⲟⲛ
ⲛ̀ⲙ̀ⲙⲁⲕ ⲛⲓⲙ ⲡⲉⲧ
ϣⲓⲛⲉ ⲛ̀ⲥⲁ ⲙⲟⲟⲩ
ⲧⲕ ⲁ ⲓ̄ⲥ̄ ⲟⲩⲱϣ ⲃ
Ⲡⲉϫⲁϥ ⲛⲁⲩ ϫⲉ ⲟⲩ
ϩⲱⲃ ⲛ̀ⲟⲩⲱⲧ ⲡⲉⲛ
ⲧⲁⲓⲁⲁϥ ⲁⲩⲱ ⲧⲉⲧⲛ̀
ⲣ̀ϣⲡⲏⲣⲉ ⲧⲏⲣ ⲧⲛ̀
ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲁⲓ ⲁ ⲙⲱⲩ
ⲥⲏⲥ ϯ ⲛⲏ ⲧⲛ̀ ⲙ̀
ⲡⲥ̀ⲃⲃⲉ ⲟⲩⲭ ⲟⲧⲓ
ϫⲉ ⲟⲩⲉⲃⲟⲗ ϩⲙ̀
ⲙⲱⲩⲥⲏⲥ ⲡⲉ
ⲁⲗⲗⲁ ⲟⲩⲉⲃⲟⲗ ϩⲛ̀
ⲛⲉⲛⲉⲓⲟⲧⲉ ⲡⲉ
ⲁⲩⲱ ⲧⲉⲧⲛ̀ ⲥ̀ⲃⲃⲉ
ⲣⲱⲙⲉ ϩⲙ̀ ⲡⲥⲁⲃ
ⲃⲁⲧⲟⲛ. ⲉϣϫⲉ
ϣⲁⲣⲉ ⲣⲱⲙⲉ ϫⲓ
ⲥ̀ⲃⲃⲉ ϩⲙ̀ ⲡⲥⲁⲃ
ⲃⲁⲧⲟⲛ. ϫⲉ ⲛ̀ⲛⲉϥ
ⲃⲱⲗ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ϭⲓ
ⲡⲛⲟⲙⲟⲥ ⲙ̀ⲙⲱⲩ
ⲥⲏⲥ. ⲁϩⲣⲱ ⲧⲛ̀ⲧⲉ
ⲧⲛ̀ⲛⲟϭⲥ ⲉⲣⲟⲓ ϫⲉ
ⲁⲓⲧⲟⲩϫⲉ ⲟⲩⲣⲱⲙⲉ
ⲧⲏⲣϥ ϩⲙ̀ ⲡⲥⲁⲃⲃⲁⲧⲟⲛ

ΤΝΑ *TAB. X. TEXTVS GRAECI* 351

ΜΗΚΡΙΝΕΤΕ
ΚΑΤΟΨΙΝΑΛΛΑ
ΤΗΝΔΙΚΑΙΑΝ
ΚΡΙΣΙΝΚΡΙΝΕΤΕ
ΕΛΕΓΟΝΟΥΝΤΙ
ΝΕΣΕΚΤΩΝ
ΪΕΡΟΣΟΛΥΜΙΤΩ̄
ΟΥΧ᾽Ο῾ΥΤΟΣΕ
ΣΤΙΝΟ῾ΝΖΗΤΟΥ
ΣΙΝΑΠΟΚΤΕΙ
ΝΑΙΚΑΙΪΔΕΠΑΡ
ΡΗΣΙΑΛΑΛΕΙΚΑΙ
ΟΥΔΕΝΑΥΤΩ
ΛΕΓΟΥΣΙΝΜΗ
ΠΟΤΕΑΛΗΘΩΣ
ΕΓΝΩΣΑΝΟΙΑΡ
ΧΟΝΤΕΣΟ῾ΤΙ
ΟΥΤΟΣΕΣΤΙΝ
Ο῾ΧΣ̄ . ΑΛΛΑΤΟΥ
ΤΟΝΟΙΔΑΜΕΝ
ΠΟΘΕΝΕΣΤΙΝ
Ο῾ΔΕΧΣ̄Ο῾ΤΑΝ
ΕΡΧΗΤΑΙΟΥΔΕΙΣ
ΓΙΝΩΣΚΕΙΠΟ
ΘΕΝΕΣΤΙΝ
ΕΚΡΑΞΕΝΟΥΝΕΝ
ΤΩΪΕΡΩΙΣ̄ΔΙΔΑ
ΣΚΩΝΚΑΙΛΕΓΩ̄
ΚΑΜΕΟΙΔΑΤΕ
ΚΑΙΟΙΔΑΤΕΠΟ
ΘΕΝΕΙΜΙΚΑΙ
ΑΠΕΜΑΥΤΟΥΟΥΚ
ΕΛΗΛΥΘΑΑΛΛ῾
ΕΣΤΙΝΑΛΗΘΙΝΟΣ
Ο῾ΠΕΜΨΑΣΜΕ
Ο῾ΝΫΜΕΙΣΟΥΚ
ΟΙΔΑΤΕΕΓΩΟΙ
ΔΑΑΥΤΟΝΟΤΙ
ΠΑΡΑΥΤΟΥΕΙΜΙ
ΚΑΚΕΙΝΟΣΜΕ
ΑΠΕΣΤΕΙΛΕΝ
ΕΖΗΤΟΥΝΟΥΝ
ΑΥΤΟΝΠΙΑΣΑΙ
ΚΑΙΟΥΔΕΙΣΕΒΑ
ΛΕΝΕΠΑΥΤΟΝ
ΤΗΝΧΕΙΡΑΟΤΙ
ΟΥΠΩΕΛΗΛΥ
ΘΕΙΗΩΡΑΑΥΤΟΥ
ΕΚΤΟΥΟ̄ΧΛΟΥΔΕ
ΠΟΛΛΟΙΕΠΙΣΤΕΥ
ΣΑΝΕΙΣΑΥΤΟΝ
ΚΑΙΕΛΕΓΟΝΟΧΣ̄
ΟΤΑΝΕΛΘΗΜΗ
ΠΛΕΙΟΝΑΣΗ
ΜΕΙΑΠΟΙΗΣΕΙ
Ω῾ΝΟΥΤΟΣΕ
ΠΟΙΗΣΕΝ
ΗΚΟΥΣΑΝΟΙΦΑ
ΡΙΣΑΙΟΙΤΟΥΟ
ΧΛΟΥΓΟΓΓΥΖΟΝ
ΤΟΣΠΕΡΙΑΥΤΟΥ
ΤΑΥΤΑ. ΚΑΙΑΠΕΣΤΕΙ
ΛΑΝ

ⲙ̀ⲡⲣ̀ⲕⲣⲓⲛⲉⲕⲁⲧⲁ
ⲟⲩⲙ̀ⲛ̀ⲧⲣⲉϥϫⲓ
ϩⲟ' ⲁⲗⲗⲁⲕⲣⲓⲛⲉ
ⲙ̀ⲡϩⲁⲡⲙ̀ⲙⲉ
Ⲛⲉⲩⲛ̀ϩⲟⲉⲓⲛⲉ
ϭⲉϫⲱⲙ̀ⲙⲟⲥ
ⲉⲃⲟⲗϩⲛ̀ⲛ̀ⲣⲙ̀
ⲑⲓⲗⲏ̄ⲙϫⲉⲙⲏ
ⲡⲁⲓⲁⲛⲡⲉⲧⲟⲩ
ϣⲓⲛⲉⲛ̀ⲥⲱϥⲉ
ⲙⲟⲟⲩⲧ̀ϥ. ⲁⲩⲱ
ⲉⲓⲥϩⲏⲏⲧⲉⲉϥϣⲁ
ϫⲉϩⲛ̀ⲟⲩⲡⲁⲣⲣⲏ
ⲥⲓⲁ. ⲁⲩⲱⲛ̀ⲥⲉ
ϫⲉⲗⲁⲁⲩⲛⲁϥⲁⲛ
ⲙⲏⲡⲱⲥⲁⲩⲉⲓ
ⲙⲉⲛⲁⲙⲉⲛ̀ϭⲓⲛ̀
ⲁⲣⲭⲱⲛ. ⲁⲩⲱⲛ̀
ⲁⲣⲭⲓⲉⲣⲉⲩⲥϫⲉ
ⲡⲁⲓⲡⲉⲡⲉⲭ̄ⲥ̄·
ⲁⲗⲗⲁⲡⲁⲓⲧⲛ̀ⲥⲟ
ⲟⲩⲛ̀ⲙ̀ⲙⲟϥ ϫⲉⲟⲩ
ⲉⲃⲟⲗⲧⲱⲛⲡⲉ·
ⲡⲉⲭ̄ⲥ̄ⲇⲉⲛ̀ⲧⲟϥ
ⲉϥϣⲁⲛⲉⲓⲙⲛ̀ⲗⲁⲁⲩ
ⲛⲁⲉⲓⲙⲉϫⲉⲟⲩⲉ
ⲃⲟⲗⲧⲱⲛⲡⲉ·
Ⲓ̄ⲥ̄ⲇⲉⲁϥⲁϣⲕⲁⲕ
ⲉⲃⲟⲗϩ̀ⲙⲡⲉⲣⲡⲉ
ⲉϥϯⲥⲃⲱⲉϥϫⲱ
ⲙ̀ⲙⲟⲥ. ϫⲉⲧⲉⲧⲛ̀
ⲥⲟⲟⲩⲛ̀ⲙ̀ⲙⲟⲓⲁⲩⲱ
ⲧⲉⲧⲛ̀ⲥⲟⲟⲩⲛϫⲉⲁⲛⲟⲕ
ⲟⲩⲉⲃⲟⲗⲧⲱⲛⲡⲁⲩⲱ
ⲛ̀ⲧⲁⲉⲓⲁⲛϩⲁⲣⲟⲓⲙⲁⲩ
ⲁⲁⲧⲁⲗⲗⲁⲟⲩⲙⲉ
ⲡⲉⲡⲉⲛⲧⲁϥⲧⲁⲟⲩⲟⲓ
ⲡⲁⲓⲛ̀ⲧⲱⲧⲛ̀ⲉⲛ
ⲧⲉⲧⲛ̀ⲥⲟⲟⲩⲛⲁⲛ̀ⲙ̀ⲙⲟϥ
ⲁⲛⲟⲕ ϯⲥⲟⲟⲩⲛ̀ⲙ̀
ⲙⲟϥϫⲉϯϣⲟⲟⲡ
ϩⲁϩⲧⲏϥ. ⲁⲩⲱ
ⲡⲉⲧⲙ̀ⲙⲁⲩⲡⲉⲛ
ⲧⲁϥⲧⲁⲟⲩⲟⲉⲓ.
Ⲛⲉⲩϣⲓⲛⲉϭⲉⲡⲉ
ⲛ̀ⲥⲁϭⲟⲡ̀ϥⲡⲉ.
ⲁⲩⲱⲙ̀ⲡⲉⲗⲁⲁⲩ
ⲛ̀ⲧⲉϥϭⲓϫⲉϩⲣⲁⲓ
ⲉϫⲱϥ. ϫⲉⲛ̀ⲛⲉ
ⲙ̀ⲡⲁⲧⲉⲧⲉϥⲟⲩ
ⲛⲟⲩⲉⲓ. ⲁϩⲁϩ
Ⲡⲓⲥⲧⲉⲩⲉⲉⲣⲟϥ
ⲉⲃⲟⲗϩⲙ̀ⲡⲙⲏ
ⲏϣⲉ. ⲁⲩⲱⲛⲉⲩ
ϫⲱⲙ̀ⲙⲟⲥϫⲉ
ⲉⲣϣⲁⲛⲡⲉⲭ̄ⲥ̄
ⲉⲓⲙⲏⲉϥⲛⲁⲣ̀
ϩⲟⲩⲟⲉⲙⲙⲁⲓⲛ
ⲉⲛⲧⲁⲡⲁⲓⲁⲁⲩ
Ⲁⲛⲉⲫⲁⲣⲓⲥⲁⲓ
ⲟⲥϭⲉⲥⲱⲧⲙ̀
ⲉⲡⲙⲏⲏϣⲉ
ⲉϥⲕⲣ̀ⲙⲣ̀ⲙ̀ⲛⲁⲓ
ⲉⲧⲃⲏⲏⲧϥ ⲁⲩⲱ
ⲁⲩϫⲟⲟⲩ

ὉΙΑΡΧΙΕΡΕΙΣΚΑΙ
ὉΙΦΑΡΙΣΑΙΟΙΫ
ΠΗΡΕΤΑΣΪΝΑΠΙΑ
ΣΩΣΙΝΑΥΤΟΝ.
ΕΙΠΕΝΟΥΝΑΥ
ΤΟΙΣὉΤΙΙΣΧΡΟ
ΝΟΝΜΙΚΡΟΝ
ΜΕΘΫΜΩΝΕΙ
ΜΙΚΑΙΫΠΑΓΩ
ΠΡΟΣΤΟΝΠΕΜ
ΨΑΝΤΑΜΕΖΗΤΗ
ΣΕΤΕΜΕΚΑΙΟΥΚ
ΕΥΡΗΣΕΤΕΜΕ.
ΚΑΙΟΠΟΥΕΙΜΙ
ΕΓΩΫΜΕΙΣΟΥ
ΔΥΝΑΣΘΕΕΛΘΕΙ
ΕΙΠΟΝΟΥΝὉΙ
ΪΟΥΔΑΙΟΙΠΡΟΣ
ΕΑΥΤΟΥΣΠΟΥ
ΟΥΤΟΣΜΕΛΛΕΙ
ΠΟΡΕΥΕΣΘΑΙ
ὉΤΙΗΜΕΙΣΟΥΧ
ΕΥΡΗΣΟΜΕΝ
ΑΥΤΟΝΜΗΕΙΣ
ΤΗΝΔΙΑΣΠΟΡΑ
ΤΩΝΕΛΛΗΝΩΝ
ΜΕΛΛΕΙ. ΠΟΡΕΥ
ΕΣΘΑΙΚΑΙΔΙΔΑ
ΣΚΕΙΝΤΟΥΣ
ΕΛΛΗΝΑΣΤΙΣ
ΕΣΤΙΝὉΛΟΓΟΣ

ὉΤΙΕΙΠΕΝΖΗΤΗ
ΣΕΤΕΜΕΚΑΙΟΥΧ
ΕΥΡΗΣΕΤΕΜΕ
ΚΑΙΟΠΟΥΕΙΜΙ
ΕΓΩΫΜΕΙΣΟΥ
ΔΥΝΑΣΘΕΕΛ
ΘΕΙΝ. ΕΝΔΕ
ΤΗΕΣΧΑΤΗΗΜΕ
ΡΑΤΗΜΕΓΑΛΗ
ΤΗΣΕΟΡΤΗΣ
ΪΣΤΗΚΕΙὉΙΣ
ΚΑΙΕΚΡΑΞΕΝ
ΛΕΓΩΝ. ΕΑΝΤΙΣ
ΔΙΨΑΕΡΧΕΣΘΩ
ΠΡΟΣΜΕΚΑΙ
ΠΙΝΕΤΩὉΠΙ
ΣΤΕΥΩΝΕΙΣ
ΕΜΕΚΑΘὩΣΕΙ
ΠΕΝἩΓΡΑΦΗ
ΠΟΤΑΜΟΙΕΚ
ΤΗΣΚΟΙΛΙΑΣΑΥ
ΤΟΥΡΕΥΣΟΥΣΙΝ
ΫΔΑΤΟΣΖΩΝ
ΤΟΣ. ΤΟΥΤΟΔΕ
ΕΙΠΕΝΠΕΡΙΤΟΥ
ΠΝΣὈΥΕΜΕΛΛΟ
ΛΑΜΒΑΝΕΙΝὉΙ
ΠΙΣΤΕΥΣΑΝΤΕΣΕΙΣ
ΑΥΤΟΝὈΥΠΩΓΑΡ
ΗΝΠΝΑὉΤΙΙΣ

ⲛ̄ϭⲓ ⲛ̄ⲁⲣⲭⲓⲉⲣⲉⲩⲥ
ⲙⲛ̄ ⲛⲉⲫⲁⲣⲓⲥⲁⲓ
ⲟⲥ ⲛ̄ϩⲉⲛϩⲩⲡⲏ
ⲣⲉⲧⲏⲥ ϫⲉⲕⲁⲥ ⲉⲩ
ⲉϭⲟⲡ'ϥ. ⲡⲉϫⲁϥ
Ϭⲉ ⲛⲁⲩ ⲛ̄ϭⲓ ⲓ̅ⲥ̅ ϫⲉ
ⲉⲧⲓ ⲕⲉⲕⲟⲩⲓ ⲛ̄ⲟⲩ
ⲟⲉⲓϣ ⲡⲉ ϯϣⲟ
ⲟⲡ ⲛ̄ⲙⲙⲏⲧⲛ̄
ⲁⲩⲱ ϯⲛⲁⲃⲱⲕ
ϣⲁ ⲡⲉⲛⲧⲁϥⲧⲁⲩ
ⲟⲉⲓ. ⲧⲉⲧⲛⲁϣⲓ
ⲛⲉ ⲛ̄ⲥⲱⲓ ⲛ̄ⲧⲉ
ⲧⲛ̄ⲧⲙ̄ϩⲉ ⲉⲣⲟⲓ.
ⲁⲩⲱ ⲡⲙⲁ ⲁⲛⲟⲕ
ⲉϯⲙ̄ⲙⲟϥ ⲛ̄ⲧⲱ
ⲧⲛ̄ ⲛ̄ⲧⲉⲧⲛⲁϣ
ⲉⲓ ⲁⲛ ⲉⲣⲟϥ
Ⲡⲉϫⲉ ⲛ̄ⲓⲟⲩⲇⲁⲓ ϭⲉ
ⲛ̄ⲛⲉⲩⲉⲣⲏⲩ ϫⲉ
ⲉⲣⲉ ⲡⲁⲓ ⲛⲁⲃⲱⲕ
ⲉⲧⲱⲛ. ϫⲉ ⲁⲛⲟⲛ
ⲛ̄ⲧⲛ̄ⲛⲁϩⲉ ⲁⲛ ⲉ
ⲣⲟϥ. ⲙⲏ ⲉϥⲛⲁ
ⲃⲱⲕ ⲉϩⲣⲁⲓ ⲉⲧ
ⲇⲓⲁⲥⲡⲟⲣⲁ ⲛ̄ⲛ̄
ϩⲉⲗⲗⲏⲛ ⲛ̄ϥϯ
ⲥⲃⲱ ⲛ̄ⲛⲟⲩⲉ
ⲉⲓⲉⲛⲓⲛ ⲟⲩ ⲡⲉ
ⲡⲉⲓϣⲁϫⲉ ⲉⲛ
ⲧⲁϥϫⲟⲟϥ ϫⲉ ⲧⲉ
ⲧⲛⲁϣⲓ ⲛⲉ ⲛ̄ⲥⲱⲓ
ⲛ̄ⲧⲉⲧⲛ̄ⲧⲙ̄ϩⲉⲉ
ⲣⲟⲉⲓ· ⲁⲩⲱ ⲡⲙⲁ
ⲁⲛⲟⲕ ⲉϯⲙ̄ⲙⲟϥ
ⲛ̄ⲧⲱⲧⲛ̄ ⲛ̄ⲧⲉ
ⲧⲛⲁϣⲉⲓ ⲁⲛ ⲉⲣⲟϥ.
Ϩⲣⲁⲓ ⲇⲉ ϩⲙ̄ ⲡϩⲁⲉ
ⲛ̄ϩⲟⲟⲩ ⲛ̄ⲛⲟϭ ⲛ̄
ⲧⲉ ⲡϣⲁ ⲛⲉⲣⲉ
ⲓ̅ⲥ̅ ⲁϩⲉⲣⲁⲧ'ϥ. ⲁⲩⲱ
ⲡⲁⲉϥⲁϣⲕⲁⲕⲉ
ⲃⲟⲗ ⲉϥϫⲱ ⲙ̄
ⲙⲟⲥ. ϫⲉ ⲡⲉⲧⲟ
ⲃⲉ ⲙⲁⲣⲉϥⲉⲓ ϣⲁ
ⲣⲟⲓ ⲛ̄ϥⲥⲱ. ⲡⲉⲧ
ⲡⲓⲥⲧⲉⲩⲉ ⲉⲣⲟⲓ
ⲕⲁⲧⲁ ⲑⲉ ⲛ̄ⲧⲁ
ⲧⲉⲅⲣⲁⲫⲏ ϫⲟⲟⲥ
ϫⲉ ⲟⲩⲛ̄ϩⲉⲛⲉⲓ
ⲉⲣⲱⲟⲩ ⲛⲁϩⲁⲧⲉ
ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̄ϩⲏⲧ'ϥ ⲙ̄
ⲙⲟⲟⲩ ⲉϥⲟⲛ̄ϩ
ⲛ̄ⲧⲁϥϫⲉ ⲡⲁⲓ ⲇⲉ
ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲉⲡ̅ⲛ̅ⲁ̅
ⲉⲧⲟⲩⲛⲁϫⲓⲧ'ϥ
ⲛ̄ϭⲓ ⲛⲉⲛⲧⲁⲩ
ⲡⲓⲥⲧⲉⲩⲉ ⲉⲣⲟϥ
ⲛⲉ ⲙ̄ⲡⲁⲧⲟⲩϫⲓ
ⲡ̅ⲛ̅ⲁ̅ ⲅⲁⲣ ⲡⲉ ϫⲉ ⲓ̅ⲥ̅

ΟΥΔΕΠΩΕΔΟ
ΞΑΣΘΗ. ΕΚΤΟΥ
ΟΧΛΟΥΟΥΑΚΟΥ
ΣΑΝΤΕΣΤΩΝ
ΛΟΓΩΝΤΟΥΤΩ̄
ΕΛΕΓΟΝΟὙΤΟΣ
ΕΣΤΙΝΑΛΗΘΩΣ
ὉΠΡΟΦΗΤΗΣ
ΑΛΛΟΙΔΕΕΛΕ
ΓΟΝΟὙΤΟΣΕ
ΣΤΙΝὉΧ̅Σ̅ὉΙΔΕ
ΕΛΕΓΟΝΜΗΓΑΡ
ΕΚΤΗΣΓΑΛΙΛΑΙ
ΑΣὉΧ̅Σ̅ΕΡΧΕΤΑΙ
ΟΥΧ̓ΗΓΡΑΦΗ
ΕΙΠΕΝὉΤΙΕΚ
ΤΟΥΣΠΕΡΜΑΤΟΣ
ΔΑΥΕΙΔ. ΚΑΙΑΠΟ
ΒΗΘΛΕΕΜΤΗΣ
ΚΩΜΗΣὉΠΟΥ
ἩΝΔΑΥΕΙΔΕΡ
ΧΕΤΑΙὉΧ̅Σ̅.
ΣΧΙΣΜΑΟΥΝΕ
ΓΕΝΕΤΟΕΝΤΩ
ὉΧΛΩΔΙΑΥΤΟΝ
ΤΙΝΕΣΔΕΗΘΕ
ΛΟΝΕΞΑΥΤΩΝ
ΠΙΑΣΑΙΑΥΤΟΝ

ΑΛΛ̓ΟΥΔΕΙΣΕΒΑ
ΛΕΝΕΠΑΥΤΟΝ
ΤΑΣΧΕΙΡΑΣ.
ΗΛΘΟΝΟΥΝΟΙΫ
ΠΗΡΕΤΑΙΠΡΟΣ
ΤΟΥΣΑΡΧΙΕΡΕΙΣ
ΚΑΙΦΑΡΙΣΑΙΟΙΣ
ΚΑΙΕΙΠΟΝΑΥΤΟΙΣ
ΕΚΕΙΝΟΙΔΙΑΤΙ
ΟΥΚΗΓΑΓΕΝΤΕ
ΑΥΤΟΝ ΑΠΕ
ΚΡΙΘΗΣΑΝΟΙΫ
ΠΗΡΕΤΑΙΟΥΔΕ
ΠΟΤΕΕΛΑΛΗ
ΣΕΝΟΥΤΩΣ
ΑΝΟ̅Σ̅ ΑΠΕ
ΚΡΙΘΗΣΑΝΟΥΝ
ΑΥΤΟΙΣΟΙΦΑ
ΡΙΣΑΙΟΙΜΗΚΑΙ
ΫΜΕΙΣΠΕΠΛΑ
ΝΗΣΘΕ. ΜΗΤΙΣ
ΕΚΤΩΝΑΡΧΟΝ
ΤΩΝΕΠΙΣΤΕΥ
ΣΕΝΕΙΣΑΥΤΟΝ
ἩΕΚΤΩΝΦΑ
ΡΙΣΑΙΩΝΑΛΛΑ
ὉὈΧΛΟΣΟὙΤΟΣ
ΟΜΗΓΙΝΩΣΚΩ̄

ⲛⲉⲙ̀ⲡⲁⲧ'ϥϫⲓⲉ
ⲟⲟⲩⲡⲉ ϩⲟⲉⲓ
Ⲛⲉⲇⲉⲉⲃⲟⲗϩⲙ̀
ⲡⲙⲏⲏϣⲉⲉⲛ̄ⲧⲉ
ⲣⲟⲩⲥⲱⲧⲙ̀ⲉⲛⲉⲡⲉⲓ
ϣⲁϫⲉⲛⲉⲩϫⲱ̀
ⲙ̀ⲙⲟⲥ· ϫⲉⲡⲁⲓ
ⲡⲁⲙⲉⲡⲉⲡⲉⲡⲣⲟ
Ⲫⲏⲧⲏⲥ· ϩⲉⲛⲕⲟ
ⲟⲩⲉⲇⲉⲛⲉⲩϫⲱ̀
ⲙ̀ⲙⲟⲥ· ϫⲉⲡⲁⲓ
ⲡⲉⲡⲉⲭ̅ⲥ̅· ϩⲟⲉⲓ
ⲛⲉⲇⲉⲛⲉⲩϫⲱ
ⲙ̀ⲙⲟⲥ· ϫⲉⲙⲏⲛⲅⲁⲣ
ⲉⲣⲉⲡⲉⲭ̅ⲥ̅ⲛⲏⲩ
ⲉⲃⲟⲗϩⲛ̄ⲧⲅⲁⲗⲓ
ⲗⲁⲓⲁ· ⲛ̄ⲧⲁⲧⲉⲅⲣⲁ
ⲫⲏⲁⲛϫⲟⲟⲥϫⲉ
ⲉⲣⲉⲡⲉⲭ̅ⲥ̅ⲛⲏⲩ
ⲉⲃⲟⲗϩⲙ̀ⲡⲉⲥⲡⲉⲣ
ⲙⲁⲛ̄ⲇⲁⲩⲉⲓⲇ· ⲁⲩⲱ
ⲉⲃⲟⲗϩⲛ̄ⲃⲏⲑⲗⲉ
ⲉⲙⲡϯⲙⲉⲉⲛⲉ
ⲣⲉⲇⲁⲩⲉⲓⲇϣⲟ
ⲟⲡⲛ̄ϩⲏⲧ'ϥ·
Ⲁⲩⲡⲱⲣ'ϫϭⲉϣⲱ
ⲡⲉϩ'ⲙ̄ⲡⲙⲏⲏϣⲉ
ⲉⲧⲃⲏⲏⲧ'ϥ· ϩⲟⲉⲓ
ⲛⲉⲇⲉⲉⲃⲟⲗ· ⲛ̄ϩⲏ
ⲧⲟⲩⲡⲉⲟⲩⲱϣⲉ
ϭⲟⲡ'ϥ

ⲁⲗⲗⲁⲙ̀ⲡⲉⲗⲁⲁⲩ
ⲛ̄ⲧⲉϥϭⲓϫⲉϩⲣⲁⲓ
ⲉϫⲱϥ· ⲁⲩⲃⲱⲕ
ϭⲉⲛ̄ϭⲓⲛ̄ϩⲩⲡⲏ
ⲣⲉⲧⲏⲥϣⲁⲛ̄ⲁⲣ
ⲭⲓⲉⲣⲉⲩⲥⲙⲛ̄ⲛⲉ
ⲫⲁⲣⲓⲥⲁⲓⲟⲥ· ⲁⲩⲱ
ⲡⲉϫⲉⲛⲏⲛⲁⲩ
ϫⲉⲉⲧⲃⲉⲟⲩⲙ̀
ⲡⲉⲧⲛ̄ⲛ̄ⲧ'ϥ·
Ⲁⲩⲟⲩⲱϣ'ⲃⲛ̄ϭⲓ
ⲛ̄ϩⲩⲡⲏⲣⲉⲧⲏⲥ
ϫⲉⲙⲡⲉⲣⲱⲙⲉ
ϣⲁϫⲉⲉⲛⲉϩⲙ̄
ⲑⲉⲙ̀ⲡⲉⲓⲣⲱⲙⲉ
Ⲁⲩⲟⲩⲱϣ'ⲃⲛⲁⲩ
ⲛ̄ϭⲓⲛⲉⲫⲁⲣⲓ
ⲥⲁⲓⲟⲥ· ϫⲉⲙⲏ
ⲛ̄ⲧⲁⲧⲉⲧⲛ̄ⲡⲗⲁ
ⲛⲁϩⲱⲧⲧⲏⲩⲧⲛ̄
ⲙⲏⲁⲗⲁⲁⲩⲡⲓ
ⲥⲧⲉⲩⲉⲉⲣⲟϥⲉ
ⲃⲟⲗϩⲛ̄ⲛⲁⲣⲭⲱⲛ
ⲏⲉⲃⲟⲗϩⲛ̄ⲛⲉ
ⲫⲁⲣⲓⲥⲁⲓⲟⲥ·
ⲁⲗⲗⲁⲡⲉⲓⲙⲏ
ⲏ · · ϣⲉⲉⲧⲉ
ⲛ̄ⲥ · · ⲉⲥⲟⲟⲩⲛ
ⲁⲛ

TAB. XIII.

ΤΟΝΝΟΜΟΝΕ
ΠΑΡΑΤΟΙΕΙΣΙΝ
ΛΕΓΕΙΝΙΚΟΔΗΜΟΣ
ΠΡΟΣΑΥΤΟΥΣ
ΟἙΛΘΩΝΠΡΟΣ
ΑΥΤΟΝΠΡΟΤΕ
ΡΟΝΕΙΣΩΝΕΞ
ΑΥΤΩΝΜΗΟΝΟ
ΜΟΣΗΜΩΝΚΡΙ
ΝΕΙΤΟΝΑΝΟΝ
ΕΑΝΜΗΑΚΟΥΣΗ
ΠΡΩΤΟΝΠΑΡ
ΑΥΤΟΥΚΑΙΓΝΩ
ΤΙΠΟΙΕΙ.
ΑΠΕΚΡΙΘΗΣΑΝ
ΚΑΙΕΙΠΑΝΑΥΤΩ
ΜΗΚΑΙΣΥΕΚΤΗΣ
ΓΑΛΙΛΑΙΑΣΕΙΕ
ΡΑΥΝΗΣΟΝΚΑΙ
ΙΔΕὉΤΙΕΚΤΗΣ
ΓΑΛΙΛΑΙΑΣΠΡΟ
ΦΗΤΗΣΟΥΚΕ
ΓΕΙΡΕΤΑΙ
ΠΑΛΙΝΟΥΝΑΥ
ΤΟΙΣΕΛΑΛΗΣΕ
ΟΙΣΛΕΓΩΝΕΓΩ
ΕΙΜΙΤΟΦΩΣ
ΤΟΥΚΟΣΜΟΥ
ὉΑΚΟΛΟ.·.Υ
ΘΩΝΜΟΙ·.·ΟΥ

ΜΗΠΕΡΙΠΑΤΗ
ΣΗΕΝΤΗΣΚΟΤΙΑ
ΑΛΛ’ΕΞΕΙΤΟΦΩΣ
ΤΗΣΖΩΗΣ.
ΕΙΠΟΝΟΥΝΑΥΤΩ
ΟΙΦΑΡΙΣΑΙΟΙΣΥ
ΠΕΡΙΣΕΑΥΤΟΥ
ΜΑΡΤΥΡΕΙΣΗΜΑΡ
ΤΥΡΙΑΣΟΥΟΥΚ
ΕΣΤΙΝΑΛΗΘΗΣ
ΑΠΕΚΡΙΘΗΙΣΚΑΙ
ΕΙΠΕΝΑΥΤΟΙΣ
ΚΑΝΕΓΩΜΑΡΤΥ
ΡΩΠΕΡΙΕΜΑΥ
ΤΟΥΑΛΗΘΗΣΕ
ΣΤΙΝΗΜΑΡΤΥ
ΡΙΑΜΟΥΟΤΙΟΙ
ΔΑΠΟΘΕΝΗΛΘΟΝ
ΚΑΙΠΟΥΫΠΑΓΩ
ΫΜΕΙΣΔΕΟΥΚ
ΟΙΔΑΤΕΔΕΠΟ
ΘΕΝΕΡΧΟΜΑΙ
ΗΠΟΥΫΠΑΓΩ
ὙΜΕΙΣΚΑΤΑΤΗΝ
ΣΑΡΚΑΚΡΙΝΕΤΕ
ΕΓΩΟΥΚΡΙΝΩ
ΟΥΔΕΝΑ. ΚΑΙΕ
ΑΝΚΡΙΝΩΔΕΕΓΩ
ΗΚΡΙΣΙΣΗΕΜΗ

ⲙ̀ⲡⲛⲟⲙⲟⲥⲥⲉ
ϣⲟⲟⲡϩⲁⲡⲥⲁϩⲟⲩ
Ⲡⲉϫⲉⲛⲓⲕⲟⲇⲏⲙⲟⲥ
ⲛⲁⲩⲡⲉⲛⲧⲁϥⲉⲓ
ϣⲁⲓ̅ⲥ̅ⲛ̄ϣⲟⲣⲡ̄
ⲉⲟⲩⲁⲉⲃⲟⲗⲛ̄ϩⲏ
ⲧⲟⲩⲡⲉϫⲉⲙⲙⲏ
ⲡⲉⲛⲛⲟⲙⲟⲥⲕⲣⲓ
ⲛⲉⲙ̀ⲡⲣⲱⲙⲉ
ⲉⲓⲙⲏⲧⲓⲛ̄ϥⲥⲱ
ⲧⲙ̀ⲉⲣⲟϥⲛ̄ϣⲟ
ⲣ̄ⲡⲁⲩⲱⲛ̄ϥⲉⲓⲙⲉ
ϫⲉⲟⲩⲡⲉⲧϥⲉⲓ
ⲣⲉⲙ̀ⲙⲟϥ
Ⲁⲩⲟⲩⲱϣ̀ⲃⲉⲩ
ϫⲱ̀ⲙ̀ⲙⲟⲥⲛⲁϥ
ϫⲉⲙⲏⲛ̀ⲧⲕⲟⲩ
ⲉⲃⲟⲗϩⲱⲱⲕⲟⲛ
ϩⲛ̄ⲧⲅⲁⲗⲓⲗⲁⲓⲁ
ϩⲟⲧϩ̀ⲧⲏⲛⲉⲅⲣⲁ
ⲫⲏⲛ̀ⲅⲛⲁⲩϫⲉ
ⲛⲉⲣⲉⲡⲉⲡⲣⲟ
ⲫⲏⲧⲏⲥⲛⲁⲧⲱ
ⲟⲩⲛⲁⲡⲉⲃⲟⲗϩⲛ̄
ⲧⲅⲁⲗⲓⲗⲁⲓⲁ. ⲓ̅ⲥ̅ϭⲉ
Ⲟⲛⲁϥϣⲁϫⲉⲛⲙ̀
ⲙⲁⲩⲉϥϫⲱ̀ⲙ̀ⲙⲟⲥ
ϫⲉⲁⲛⲟⲕⲡⲉⲡⲟⲩ
ⲟⲉⲓⲛⲙ̀ⲡⲕⲟⲥⲙⲟⲥ
ⲡⲉⲧⲛⲁⲟⲩⲁϩ̀ϥⲛ̄
ⲥⲱⲓⲛ̄ϥ

ⲛⲁⲙⲟⲟϣⲉⲁⲛ
ϩⲙ̀ⲡ̄ⲕⲁⲕⲉ. ⲁⲗⲗⲁ
ϥⲛⲁϫⲓⲙ̀ⲡⲟⲩⲟⲓⲛ
ⲙ̀ⲡⲱⲛ̄ϩ.
Ⲡⲉϫⲉⲛⲉⲫⲁⲣⲓⲥⲁⲓ
ⲟⲥϭⲉⲛⲁϥϫⲉ
ⲛ̀ⲧⲟⲕⲉⲧⲣ̀ⲙⲛ̄
ⲧⲣⲉϩⲁⲣⲟⲕⲧⲉⲕ
ⲙⲛ̄ⲧⲙⲛ̄ⲧⲣⲉⲛ̀
ⲟⲩⲙⲉⲁⲛⲧⲉ.
Ⲁⲓ̅ⲥ̅ⲟⲩⲱϣ̀ⲃⲡⲉ
ϫⲁϥⲛⲁⲩ. ϫⲉⲕⲁⲛ
ⲁⲛⲟⲕⲉⲉⲓϣⲁⲛ
ⲣ̀ⲙⲛ̄ⲧⲣⲉϩⲁⲣⲟⲓ
ⲧⲁⲙⲛ̄ⲧ̀ⲙⲛ̄ⲧⲣⲉ
ⲟⲩⲙⲉⲧⲉ. ϫⲉϯ
ⲥⲟⲟⲩⲛϫⲉⲛ̀ⲧⲁ
ⲉⲓⲧⲱⲛ. ⲁⲩⲱⲉⲓ
ⲛⲁⲧⲱⲛ. ⲛ̀ⲧⲱ̀
ⲧⲛ̄ⲇⲉⲛ̄ⲧⲉ
ⲧⲛ̀ⲥⲟⲟⲩⲛⲁⲛ
ϫⲉⲛ̀ⲧⲁⲓⲉⲓⲧⲱⲛ
ⲏⲉⲓⲛⲁⲧⲱⲛ.
ⲛ̀ⲧⲱⲧⲛⲉⲧⲉⲧⲛ̀
ⲕⲣⲓⲛⲉⲕⲁⲧⲁⲥⲁⲣⲝ.
ⲁⲛⲟⲕⲇⲉⲛ̄ϯⲕⲣⲓ
ⲛⲉⲁⲛⲛ̀ⲗⲁⲁⲩ
ⲕⲁⲛⲉⲉⲓϣⲁⲛⲕⲣⲓ
ⲛⲉⲇⲉⲁⲛⲟⲕ. ⲧⲁ
ⲕⲣⲓⲥⲓⲥⲟⲩ

ΑΛΗΘΙΝΗΕΣΤΙ
ΟΤΙΜΟΝΟΣΟΥΚ
ΕΙΜΙ. ΑΛΛΕΓΩ
ΚΑΙΟΠΕΜΨΑΣ
ΜΕΠΗΡ. ΚΑΙΕΝ
ΤΩΝΟΜΩΔΕ
ΤΩΫΜΕΤΕΡΩ
ΓΕΓΡΑΠΤΑΙΟΤΙ
ΔΥΟΑΝΩΝΗ
ΜΑΡΤΥΡΙΑΑΛΗ
ΘΗΣΕΣΤΙΝ. Ε
ΓΩΕΙΜΙΟΜΑΡΤΥ
ΡΩΝΠΕΡΙΕΜΑΥ
ΤΟΥΚΑΙΜΑΡΤΥ
ΡΕΙΠΕΡΙΕΜΟΥ
ΟΠΕΜΨΑΣΜΕ
ΠΗΡ. ΕΛΕΓΟΝ
ΟΥΝΑΥΤΩΠΟΥ
ΕΣΤΙΝΟΠΗΡ
ΣΟΥ. ΑΠΕΚΡΙ
ΘΗΙΣΟΥΤΕΕΜΕ
ΟΙΔΑΤΕΟΥΔΕ
ΤΟΝΠΡΑΜΟΥ
ΕΙΕΜΕΗΔΕΙΤΕ
ΚΑΙΤΟΝΠΡΑΜΟΥ
ΑΝΗΔΕΙΤΕ
ΤΑΥΤΑΤΑΡΗΜΑΤΑ
ΕΛΑΛΗΣΕΝΕΝ
ΤΩΓΑΖΟΦΥΛΑΚΙ
Ω

ΔΙΔΑΣΚΩΝΕΝ
ΤΩΪΕΡΩΚΑΙΟΥ
ΔΕΙΣΕΠΙΑΣΕΝ
ΑΥΤΟΝΟΤΙΟΥ
ΠΩΕΛΗΛΥΘΕΙ
ΗΩΡΑΑΥΤΟΥ·
ΕΙΠΕΝΟΥΝΠΑ
ΛΙΝΑΥΤΟΙΣΕΓΩ
ΫΠΑΓΩΚΑΙΖΗ
ΤΗΣΕΤΕΜΕΚΑΙ
ΕΝΤΗΑΜΑΡΤΙΑ
ΫΜΩΝΑΠΟΘΑ
ΝΕΙΣΘΕΟΠΟΥ
ΕΓΩΫΠΑΓΩΫ
ΜΕΙΣΟΥΔΥΝΑ
ΣΘΕΕΛΘΕΙΝ.
ΕΛΕΓΟΝΟΥΝΟΙ
ΪΟΥΔΑΙΟΙΜΗΤΙ
ΑΠΟΚΤΕΝΕΙ
ΕΑΥΤΟΝΟΤΙ
ΛΕΓΕΙΟΠΟΥΕ
ΓΩΫΠΑΓΩΫΜΕΙΣ
ΟΥΔΥΝΑΣΘΕ
ΕΛΘΕΙΝ. ΚΑΙ
ΕΛΕΓΕΝΑΥΤΟΙΣ
ΫΜΕΙΣΕΚΤΩΝ
ΚΑΤΩΕΣΤΕΕ
ΓΩΕΚΤΩΝΑΝΩ
ΕΙΜΙ. ΫΜΕΙΣΕΚ

ⲙⲉⲉ ⲧⲉ ϫⲉ ⲛ̀ⲁⲛⲟⲕ
ⲙ̀ⲙⲁⲧⲉ ⲁⲛ ⲡⲉ.
ⲁⲗⲗⲁ ⲁⲛⲟⲕ ⲙ̀ⲛ
ⲡⲉⲓⲱⲧⲉⲛⲧⲁϥ
ⲧⲁⲩⲟⲉⲓ ϥⲥⲏϩ ⲇⲉ
ⲟⲛ ϩ̀ⲙ̀ ⲡⲉⲧⲛ̀ⲛⲟ
ⲙⲟⲥ ϫⲉ ⲧⲙ̀ⲛ̀ⲧ
ⲙ̀ⲛ̀ⲧⲣⲉ ⲛ̀ⲣⲱⲙⲉ
ⲥⲛⲁⲩ ⲟⲩⲙⲉⲉ
ⲧⲉ· ⲁⲛⲟⲕ ⲡⲉ ⲧ
ⲣ̀ⲙ̀ⲛ̀ⲧⲣⲉ ϩⲁⲣⲟⲉⲓ
ⲁⲩⲱ ϥⲣ̀ⲙ̀ⲛ̀ⲧⲣⲉ
ⲟⲛ ϩⲁⲣⲟⲉⲓ ⲛ̀ϭⲓ
ⲡⲉⲓⲱⲧ ⲉ̀ⲛⲧⲁϥ
ⲧⲁⲩⲟⲉⲓ ⲛⲉⲩ
Ϫⲱ ϭⲉ ⲙ̀ⲙⲟⲥ
ⲛⲁϥ ⲡⲉϫⲉⲉϥ
ⲧⲱⲛ ⲡⲉⲕⲉⲓⲱⲧ
ⲁϥⲟⲩⲱϣ ⲃ̀ⲛ̀
ϭⲓ ⲓ̅ⲥ̅ ⲡⲉϫⲁϥ ⲛⲁⲩ
ϫⲉ ⲟⲩⲇⲉ ⲛ̀ⲧⲉ
ⲧⲛ̀ⲥⲟⲟⲩⲛ ⲙ̀
ⲙⲟⲓ ⲁⲛ ⲟⲩⲇⲉ
ⲟⲛ ⲛ̀ⲧⲉⲧⲛ̀ⲥⲟ
ⲟⲩⲛ ⲁⲛ ⲙ̀ⲡⲁ
ⲉⲓⲱⲧ ⲉⲛⲉⲧⲉⲧⲛ̀
ⲥⲟⲟⲩⲛ ⲙ̀ⲙⲟⲓ ⲧⲉ
ⲧⲛⲁⲥⲟⲟⲩⲛ ⲡⲁⲉⲓⲱⲧ ⲟⲛ ⲡⲉ
Ⲛⲉⲓϣⲁϫⲉ ⲁϥϫⲟⲟⲩ
ϩ̀ⲙ̀ ⲡⲅⲁⲍⲟⲫⲩⲗⲁⲕⲓⲟ

ⲉϥϯⲥⲃⲱ ϩ̀ⲙ̀ ⲡⲉⲣ
ⲡⲉ ⲁⲩⲱ ⲙ̀ⲡⲉ ⲗⲁ
ⲁⲩ ϭⲟⲡ̀ϥ ϫⲉ ⲙ̀ⲡⲁ
ⲡⲁ ⲧⲉⲧⲉϥⲟⲩⲛⲟⲩ
ⲉⲓ. ⲡⲉϫⲁϥ ϭⲉ
Ⲟⲛ ⲛⲁⲩ ⲛ̀ϭⲓ ⲓ̅ⲥ̅ ϫⲉ
ⲁⲛⲟⲕ ϯⲛⲁⲃⲱⲕ
ⲁⲩⲱ ⲧⲉⲧⲛ̀ⲁϣⲓ
ⲛ̀ⲉⲛ̀ⲥⲱⲉⲓ· ⲁⲩⲱ
ⲧⲉⲧⲛ̀ⲁⲙⲟⲩ ϩⲣⲁⲓ
ϩ̀ⲙ̀ ⲡⲉⲧⲛ̀ⲛⲟⲃⲉ
ⲁⲩⲱ ⲡⲙⲁ ⲁⲛⲟⲕ
ⲉϯⲛⲁⲃⲱⲕ ⲉⲣⲟϥ
ⲛ̀ⲧⲱⲧⲛ̀ ⲙ̀ⲛ̀
ϣϭⲟⲙ ⲙ̀ⲙⲱⲧⲛ̀
ⲉⲉⲓ ⲉⲙⲁⲩ.
Ⲛⲉⲩϫⲱ ϭⲉ ⲙ̀ⲙⲟⲥ
ⲛ̀ϭⲓ ⲛⲓⲟⲩⲇⲁⲓ
ϫⲉ ⲙⲏⲧⲓ ⲉϥⲛⲁ
ⲙⲟⲩⲟⲩⲧ ⲙ̀ⲙⲟϥ
ϫⲉ ϥϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ
ϫⲉ ⲡⲙⲁ ⲁⲛⲟⲕ
ⲉϯⲛⲁⲃⲱⲕ ⲉ
ⲣⲟϥ ⲛ̀ⲧⲱⲧ ⲛ̀ⲉ
ⲧⲉⲧⲛⲁϣⲉⲓ ⲁⲛ
ⲉⲙⲁⲩ. ⲁⲩⲱ
ⲡⲉϫⲁϥ ⲛⲁⲩ ϫⲉ
ⲛ̀ⲧⲱⲧⲛ̀ ⲛ̀ⲧⲉⲧⲛ̀
ⲉⲃⲟⲗ ϩ̀ⲙ̀ ⲡⲕⲁϩ. ⲁⲛ̀ⲅ
ⲁⲛⲟⲕ ⲟⲩⲉⲃⲟⲗ ϩ̀ⲛ̀
ⲧⲡⲉ ⲛ̀ⲧⲱⲧⲛ̀ ⲛ̀ⲧⲉ

ΤΟΥΤΟΥΤΟΥΚΟ
ΣΜΟΥΕΣΤΕΕ
ΓΩΟΥΚΕΙΜΙΕΚ
ΤΟΥΚΟΣΜΟΥ
ΤΟΥΤΟΥ.ΕΙΠΟ̄
ΟΥΝΫΜΙΝΟΤΙ
ΑΠΟΘΑΝΕΙΣΤΕ
ΕΝΤΑΙΣΑΜΑΡΤΙ
ΑΙΣΥΜΩΝΕΑΝ
ΓΑΡΜΗΠΙΣΤΕΥ
ΣΗΤΕΟΤΙΕΓΩ
ΕΙΜΙΑΠΟΘΑΝΕΙ
ΣΤΕΕΝΤΑΙΣ
ΑΜΑΡΤΙΑΙΣΥΜΩ̄
ΕΛΕΓΟΝΟΥΝΑΥΤΩ
ΣΥΤΙΣΕΙΚ...
ΕΙΠΕΝΑΥΤΟΙΣ
ΟΙΣ̄ΤΗΝΑΡΧΗ̄
ΟΤΙΚΑΙΛΑΛΩ
ΥΜΙΝΠΟΛΛΑΕ
ΧΩΠΕΡΙΥΜΩ̄
ΛΑΛΕΙΝΚΑΙΚΡΙ
ΝΕΙΝ ΑΛΛΟ
ΠΕΜΨΑΣΜΕ
ΑΛΗΘΗΣΕΣΤῙ
ΚΑΙΚΑΓΩΑΗΚΟΥ
ΣΑΠΑΡΑΥΤΟΥ
ΤΑΥΤΑΛΑΛΩΕΙΣ
ΤΟΝΚΟΣΜΟΝ
ΟΥΚΕΓΝΩΣΑΝ
ΟΤΙΤΟΝΠΡ̄ΑΑΥ
ΤΟΙΣ

ΕΛΕΓΕΝ·ΕΙ
ΠΕΝΟΥΝΟΙΣ̄ΟΤᾹ
ΥΨΩΣΗΤΕΤΟΝ
ΥΝ̄ΤΟΥΑΝΟ̄Υ
ΤΟΤΕΓΝΩΣΕ
ΣΘΕΟΤΙΕΓΩ
ΕΙΜΙΚΑΙΑΠΕ
ΜΑΥΤΟΥΠΟΙ
ΩΟΥΔΕΝΑΛΛΑ
ΚΑΘΩΣΕΔΙΔΑ
ΞΕΝΜΕΟΠΗ̄Ρ
ΤΑΥΤΑΛΑΛΩ
ΚΑΙΟΠΕΜΨΑΣ
ΜΕΜΕΤΕΜΟΥ
ΕΣΤΙΝΟΥΚΑΦΗ
ΚΕΝΜΕΜΟΝΟΝ
ΟΤΙΕΓΩΤΑΑΡΕ
ΣΤΑΑΥΤΩΠΟΙΩ
ΠΑΝΤΟΤΕ
ΤΑΥΤΑΑΥΤΟΥΛΑ
ΛΟΥΝΤΟΣΠΟΛ
ΛΟΙΕΠΙΣΤΕΥ
ΣΑΝΕΙΣΑΥΤΟΝ
ΕΛΕΓΕΝΟΥΝΟΙΣ̄
ΠΡΟΣΤΟΥΣΠΕ
ΠΙΣΤΕΥΚΟΤΑΣ
ΑΥΤΩΙΟΥΔΑΙΟΥΣ
ΕΑΝΥΜΕΙΣΜΕ
ΝΗΤΕΕΝΤΩ
ΛΟΙΩΤΩΕΜΩ
ΑΛΗΘΩΣΜΑΘΗΤΑΙ
ΜΟΥΕΣΤΕ

EXPO-

EXPOSITIO II.

Graeci textus fragmentum a Coptico ſeparatum, & vulgaribus litteris continuata ſerie impreſſum, una cum Latina verſione repraeſentatur.

I. POſtquam Graeco-Aegyptii codicis *palaeographiam* in praevio ſpecimine characterum adumbravimus, totumque ipſum Graeci textus, & Copticae verſionis fragmentum maioribus litteris cuſum, & in alternas tabulas uti in archetypo exſtat, diſtributum edidimus, modo e re noſtra eſſe putamus Graecum a Coptico ſeparatim edere, illudque in unam veluti continuatam ſeriem redactum *vulgaribus* Graiorum formis, quas minores appellant, repraeſentare. Attamen de linearum numero nihil erit imminutum. Quotquot enim in expoſitione prima indicatas tabulas complectente dedimus, totidem in hac etiam ſecunda dabimus. Quin & eumdem litterarum numerum, eumdemque ſitum, ac poſitionem ſingulis in lineis ſervabimus, ut quae in archetypis interpunctionum loca, & exordia periodorum cernuntur, eadem tibi ſemper ob oculos obverſentur.

II. Neque id tantum, ſed ad facilioris etiam lectionis, rerumque obſervandarum commodum, praeter vocabulorum diſtinctionem, quam primigeniae ſcripturae intulimus, *capitum* quoque, & *verſiculorum* diviſiones e vulgato Graeco textu acceptas fragmento noſtro addidimus. Inde etiam accepimus vocum, & litterarum quarumdam ſupplementa, quae, ne cum ceteris confundantur, ubi vel lacerati, vel detriti codicis interſtitia occurrunt, *uncis* incluſa proferimus.

III. Erit fragmenti exordium verſ. 28. cap. VI. evangelii S. Iohannis, finis vero v. 31. c. VIII. Nam in epiſtola, quam erudiriſſimus Hwiidius de variantibus codicis noſtri lectionibus ad praeſtantiſſimum equitem, & praeceptorem ſuum *Michaëlis* ſcripſit, particulam v. 23., & integros verſiculos *octo* ad *triceſimum* uſque *primum* cap. VIII., neſcio qua de cauſſa, praetermiſſos coniicio.

IV. Accedet e regione Latina verſio, in qua adornanda ea fuit officii noſtri religio, ut *ubi verborum ordo, & myſterium eſt*, *ibi*

ibi verbum e verbo exprimere ſtuderemus. Ad hoc enim & exemplis, & praeceptis ſuis doctor ille maximus Hieronymus ſanctus, qui *de optimo genere* interpretandi canones tradidit, me quoque licet omnium ineptiorem, in iſto ἀποσπασματίῳ latine vertendo, hortari quodammodo, & impellere viſus eſt. En igitur:

Ex cap. VI. Evangelii S. Iohannis

v. 28. [Εἶπον ȣ̃ν π]ρὸς αὐ[τὸν· τὶ] ποιῶμεν, (1) ἵνα ἐργαζώμεθα τὰ ἔργα (2) τȣ̃ θεȣ̃;	28. [*Dixerunt ergo*] ad eum: [*quid*] faciamus, ut operemur opera Dei?
29. Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν αὐτοῖς. τοῦτο ἐςὶν τὰ ἔργα (3) τȣ̃ θεοῦ, ἵνα πιςευητε (4) εἰς ὃν ἀπέςαλκεν (5) ἐκεῖνος.	29. Reſpondit Ieſus, & dixit eis: Hoc ſunt opera Dei, ut credatis in eum, quem miſit ille.
30. ★ Εἶπον ȣ̃ν αὐτῷ. τί ȣ̃ν ποιεῖς σὺ (6) σημεῖον, ἵνα ἴδωμεν καὶ πιςεύσωμέν (7) σοι; τί ἐργάζῃ;	30. Dixerunt igitur ei. Quod ergo facis tu ſignum, ut videamus, & credamus tibi? Quid operaris?
31. Οἱ πατέρες ἡμῶν [τὸ μάννα ἔφαγον ἐν τῇ ἐρήμῳ, κα-	31. Patres noſtri [*manducaverunt manna in deſerto, quemadmo-*

καθῶς ἐςι
γεγραμμένον. Ἄρτον]
ἐκ [τοῦ οὐρανοῦ]
ἔδ[ωκεν αὐ-]
τοῖς [φαγεῖν.]

admodum *ſcriptum eſt*: *Panem*] de [*caelo dedit*] eis [*manducare.*]

32. Εἶπε[ν οὖν αὐ-]
τοῖς ὁ[Ἰησοῦς, ἀμὴν]
ἀμὴν [λέγω]
ὑμῖν. Οὐ [Μω-]
σῆς δέδωκ[εν]
ὑμῖν τὸν ἄρ[τον]
ἐκ τοῦ οὐρα[νοῦ.]
ἀλλ' ὁ πατήρ μου
δίδωσιν ὑμῖν
τὸν ἄρτον ἐκ
τοῦ οὐρανοῦ
τὸν ἀληθινὸν (8).

32. Dixit [*ergo*] eis [*Ieſus*: *Amen*,] amen [*dico*] vobis, non [*Mo*]ſes dedit vobis panem de caelo; ſed Pater meus dat vobis panem de caelo verum.

33. Ὁ γὰρ ἄρτος τοῦ
θεοῦ (9) ἐςιν ὁ κα-
ταβαίνων ἐκ
τοῦ οὐρανοῦ,
καὶ ζωὴν διδοὺς
τῷ κόσμῳ.

33. Panis enim Dei eſt ille deſcendens de caelo, & dans vitam mundo.

34. Εἶπον οὖν πρὸς
αὐτὸν. Κύριε πάντοτε
δὸς ὑμῖν τὸν
ἄρτον τοῦτον.

34. Dixerunt ergo ad eum: Domine, ſemper da nobis panem hunc.

35. Εἶπεν (10) αὐτοῖς
ὁ Ἰησοῦς. Ἐγώ εἰμι
ὁ ἄρ-

35. Dixit eis Ieſus: Ego ſum panis vitae. Qui

ὁ ἄρτος τῆς
ζωῆς· ὁ ἐρχό-
μενος πρὸς
ἐμὲ (11) οὐ μὴ πει-
νάσει (12)· καὶ ὁ
πιστεύων εἰς
ἐμὲ οὐ μὴ δι-
ψήσει (13) πώπο-
36. τε· ★ Ἀλλ᾽ εἶπον
ὑμῖν ὅτι καὶ ἑ-
ορἀκατέ μη (14),
καὶ οὐ μὴ (15) πι-
37. στεύετε· ★ Πᾶν
ὁ δίδοσί (16) μοι
ὁ πατὴρ πρὸς ἐ-
μὲ ἥξει, καὶ τὸν
ἐρχόμενον
πρὸς ἐμὲ (17) οὐ
μὴ ἐκβάλω
38. ἔξω· ★ Ὅτι κατα-
βέβηκα ἀπὸ (18)
τοῦ οὐρανοῦ,
οὐχ ἵνα ποιῶ
τὸ θέλημα τὸ
ἐμὸν, ἀλλὰ τὸ
θέλημα τοῦ
πέμψαντός
39. με. ★ Τοῦτο δὲ ἐ-
στὶν (19) τὸ θέλη-

μα

Qui venit ad me, non esuriet: & qui credit in me non sitiet umquam.

36. Sed dixi vobis, quod & vidistis me, & non creditis.

37. Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet, & eum, qui venit ad me, non eiiciam foras.

38. Quoniam descendi de caelo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem illius, qui misit me:

39. Haec est autem voluntas illius, qui

misit

μα τοῦ πέμψαν-
τός με (20), ἵνα πᾶν ὃ
δέδωκέν μοι (21),
μὴ ἀπολέσω
ἐξ αὐτοῦ · ἀλλὰ
ἀναστήσω αὐ-
τὸ τῇ (22) ἐσχάτῃ
ἡμέρᾳ.

misit me, ut omne,
quod dedit mihi, non
perdam ex eo, sed
resuscitem illud in
novissimo die.

40. ★ Τοῦτόν (23)
ἐστι τὸ θέλη-
μα τοῦ πατρός μου (24),
ἵνα πᾶς ὁ θεω-
ρῶν τὸν υἱὸν, καὶ
πιστεύων εἰς
αὐτὸν, ἔχῃ ζω-
ὴν αἰώνιον ·
καὶ ἀναστήσω
αὐτὸν ἐγὼ (25) τῇ
ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ.

40. Haec est voluntas Patris mei, ut
omnis, qui videt Filium, & credit in
ipsum, habeat vitam
aeternam; & resuscitabo eum ego in
novissimo die.

41. Ἐγόγγυζον οὖν
οἱ Ἰουδαῖοι πε-
ρὶ αὐτοῦ, ὅτι εἶ-
πεν. Ἐγώ εἰμι
ὁ ἄρτος ὁ κατα-
βὰς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ.

41. Murmurabant
ergo Iudaei de illo,
quia dixit: ego sum
panis, qui descendi
de caelo.

42. Καὶ ἔλεγον· οὐχὶ (26)
οὗτος ἐστιν
Ἰησοῦς ὁ υἱὸς Ἰωσήφ
οὗ ἡμεῖς οἴδα-
μεν τὸν πατέρα, καὶ
τὴν

42. Et dicebant:
Nonne hic est Iesus
filius Ioseph, cuius
nos novimus patrem,
& matrem? Quomo-
do

τὴν μητέρα; πῶς
νῦν (27) λέγει (28)· ὅτι
ἐκ τοῦ οὐρανοῦ
καταβαίβηκα;
43. Ἀπεκρίθη Ἰησοῦς (29) καὶ
εἶπεν αὐτοῖς.
Μὴ γογγύζετε
μετ᾽ ἀλλήλων·
44. Οὐδεὶς δύνα-
ται ἐλθεῖν πρός
με, ἐὰν μὴ ὁ
πατὴρ ὁ πέμψας
με, ἑλκύσῃ
αὐτὸν (30). Ἐγὼ ἀνα-
στήσω αὐτὸν
ἐν (31) τῇ ἐσχάτῃ
45. ἡμέρᾳ. Ἔστιν γε-
γραμμένον ἐν τοῖς
προφήταις· καὶ ἔ-
σονται πάντες δι-
δακτοὶ (32) θεοῦ· πᾶς
(33) ὁ ἀκού-
σας παρὰ τοῦ πατρὸς, καὶ
μαθὼν ἔρχεται πρὸς
46. ἐμὲ (34). ★ Οὐχ ὅτι τὸν
ἑώρακε τὶς, εἰ [πατέρα
μὴ ὁ ὢν παρὰ
τοῦ θεοῦ· οὗτος
ἑώρακεν (35) τὸν
πατέ-

do nunc dicit, quod de caelo descendi?

43. Respondit Iesus, & dixit eis: Ne murmurate inter vos invicem.

44. Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum. Ego resuscitabo ipsum in novissimo die.

45. Est scriptum in Prophetis: Et erunt omnes docibiles Dei. Omnis qui audivit a Patre, & didicit, venit ad me.

46. Non quod Patrem vidit quis, nisi is qui est a Deo. Hic vidit Patrem.

47. Amen,

47. πατέρα · ★ Ἀμὴν
ἀμὴν λέγω ὑ[μῖν]
ὁ πιςεύων [εἰς ἐμὲ]
ἔχει ζωὴν αἰ-
48. ώνιον · ★ Ἐγώ
εἰμι ὁ ἄρτος
49. τῆς ζωῆς · ★ Οἱ
πατέρες ὑμῶν
ἔφαγον ἐν τῇ
ἐρήμῳ τὸ μαν-
να (36), καὶ ἀπέθα-
50. νον · ★ Οὗτός
ἐςιν ὁ ἄρτος
ὁ ἐκ τοῦ οὐρα-
νοῦ καταβαί-
νων · ἵνα τὶς
ἐξ αὐτοῦ φάγῃ
καὶ μὴ ἀποθά-
51. νῃ · Ἐγὼ εἰμι
ὁ ἄρτος ὁ ζῶν,
ὁ ἐκ τοῦ οὐρα-
νοῦ καταβάς,
ἐὰν τὶς φάγῃ
ἐκ τούτου τοῦ (37)
ἄρτου, ζήσεται
εἰς τὸν αἰῶνα ·
καὶ ὁ ἄρτος δὲ
ὃν ἐγὼ δώσω,
ἡ σάρξ μου ἐςὶν (38)

47. Amen, amen dico vobis: Qui credit [*in me*] habet vitam aeternam.

48. Ego ſum panis vitae.

49. Patres veſtri manducaverunt in deſerto manna, & mortui ſunt.

50. Hic eſt panis de caelo deſcendens, ut quis ex ipſo manducet, & non moriatur.

51. Ego ſum panis ille vivens, qui de caelo deſcendi. Si quis manducaverit ex hoc pane vivet in aeternum. Et vero panis, quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita.

ὑπὲρ τῆς τȣ̃
κόσμȣ ζωῆς.
52. Ἐμάχοντο ȣ̃ν
πρὸς ἀλλήλȣς
οἱ Ἰȣδαῖοι, λέ-
γοντες· πῶς
δύναται ȣ̃τος
ἡμῖν δȣ̃ναι
τὴν σάρκα αὐ-
τȣ̃ (39) φαγεῖν;
53. Εἶπεν ȣ̃ν αὐ-
τοῖς ὁ Ἰησȣ̃ς· ἀμὴν
ἀμὴν λέγω ὑμῖν,
ἐὰν μὴ φάγη-
τε τὴν σάρκα
τȣ̃ ὑȣ̃ τȣ̃
ἀνθρώπȣ, καὶ πίε-
τε (40) αὐτȣ̃ τὸ αἷ-
μα, ȣ̓κ ἔχετε
ζωὴν ἐν ἑαυ-
54. τοῖς. * Ὁ τρώγων
μȣ τὴν σάρ-
κα, καὶ πίνων
μȣ τὸ αἷμα,
ἔχει ζωὴν αἰώ-
νιον: καὶ ἐγὼ ἀναςή-
σω αὐτὸν ἐν τῇ
ἐσχάτῃ (41) ἡμέρᾳ.
55. Ἡ γὰρ σάρξ μȣ
ἀλη-

52. Decertabant ergo inter se invicem Iudaei, dicentes: Quomodo potest hic nobis dare carnem suam ad manducandum.

53. Dixit ergo eis Iesus: Amen, amen dico vobis: nisi manducetis carnem filii hominis, & bibatis eius sanguinem, non habetis vitam in vobis ipsis.

54. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam aeternam, & ego resuscitabo eum in novissimo die.

55. Nam caro mea ve-

ἀληθὴς (42) ἐστὶν
βρῶσις, καὶ τὸ
αἷμά μου ἀλη-
θὴς ἐστὶν πό-
56. σις. ★ Ὁ τρώγων
μου τὴν σάρ-
κα, καὶ πίνων
μου τὸ αἷμα, ἐν ἐ-
μοὶ μένει, κἀγὼ
57. ἐν αὐτῷ· ★ Καθ-
ὼς ἀπέστειλέν
με ὁ ζῶν πατὴρ,
κἀγὼ (43) διὰ τὸν
πατέρα· καὶ ὁ τρώ-
γων με, κἀκεῖ-
νος ζήσει (44) δἰ ἐ-
58. μέ. ★ Οὗτός ἐστιν
ὁ ἄρτος, ὁ ἐξ (45) οὐ-
ρανοῦ καταβάς·
οὐ καθὼς ἔφα-
γον οἱ πατέρες (46),
καὶ ἀπέθανον·
ὁ τρώγων τοῦ-
τον τὸν ἄρτον,
ζήσει (47) εἰς τὸν αἰῶ-
59. να. ★ Ταῦτα εἶπεν ἐν
συναγωγῇ δι-
δάσκων ἐν Κα-
φαρναοὺμ (48)

60. Πολ-

verus est cibus, & sanguis meus verus est potus.

56. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet. & ego in eo.

57. Sicut misit me vivens Pater, & ego per Patrem. Et qui manducat me, & ille vivet per me.

58. Hic est panis, qui de caelo descendit: non sicut manducaverunt patres, & mortui sunt. Qui manducat hunc panem vivet in aeternum.

59. Haec dixit in synagoga docens in Capharnaum.

60. Mul-

60. Πολλοὶ ȣ̃ν ἀκȣ́-
σαντες ἐκ τῶν
μαθητῶν αὐτȣ̃,
εἶπον. Σκληρός
ἐστιν ὁ λόγος
ȣ̃τος (49)· τίς δύ-
ναται αὐτȣ̃ ἀ-
61. κȣ́ειν; ⋆ Εἰδὼς
δὲ ὁ Ἰησȣ̃ς ἐν ἑαυτῷ,
ὅτι γογγύζȣ-
σιν περὶ τȣ́τȣ
οἱ μαθηταὶ αὐ-
τȣ̃, εἶπεν αὐ-
τοῖς. Τȣ̃το ὑμᾶς
σκανδαλίζει;
62. Ἐὰν ȣ̃ν θε-
ωρῆτε τὸν ὑιὸν
τȣ̃ ἀνθρώπȣ ἀνα-
βαίνοντα ὅπȣ
ἦν τὸ πρό-
63. τερον; ⋆ Τὸ πνεῦμά ἐ-
στιν τὸ ζωο-
ποιȣ̃ν, ἡ σάρξ
ȣ̓κ ὠφελεῖ
ȣ̓δέν· τὰ ῥήμα-
τα ἃ ἐγὼ λελάλη-
κα (50) ὑμῖν πν̄α ἐστιν,
καὶ ζωή ἐστιν.

60. Multi ergo quum audiſſent ex diſcipulis eius, dixerunt: durus eſt ſermo hic: quis poteſt eum audire?

61. Sciens autem Ieſus in ſemetipſo, quod murmurarent de hoc diſcipuli ſui, dixit eis: Hoc vos ſcandalizat?

62. Si ergo videritis filium hominis adſcendentem ubi erat prius?

63. Spiritus eſt, qui vivificat, caro nihil prodeſt. Verba, quae ego loquutus ſum vobis, ſpiritus ſunt, & vita ſunt.

64. Ἀλλ' εἰσίν τινες
ἐξ ὑμῶν (51) οἱ οὐ
πιστεύουσιν·
ᾔδει γὰρ ἐξ ἀρ-
χῆς ὁ Ἰησοῦς, τίνες
εἰσὶν οἱ μὴ πι-
στεύοντες,
καὶ τίς ἐστιν
ὁ παραδώσων
65. αὐτόν. ★ Καὶ ἔλε-
γεν· διὰ τοῦτο
εἴρηκα ὑμῖν,
ὅτι οὐδεὶς δύ-
ναται ἐλθεῖν
πρός με, ἐὰν (52)
μὴ ᾖ δεδομέ-
νον αὐτῷ ἐκ
66. τοῦ πατρός (53). ★ Ἐκ
τούτου πολλοὶ
ἐκ τῶν μαθη-
τῶν αὐτοῦ ἀπ-
ῆλθον εἰς τὰ
ὀπίσω, καὶ οὐκ-
έτι μετ' αὐτοῦ
περιπάθουν (54).
67. Εἶπεν οὖν ὁ Ἰησοῦς
τοῖς δώδεκα·
μὴ καὶ ὑμεῖς
θέλετε ὑπάγειν;

68. *De-*

64. Sed ſunt quidam ex vobis, qui non credunt. Sciebat enim ab initio Ieſus, qui ſunt non credentes, & quis eſt qui traditurus erat eum.

65. Et dicebat. Ob id dixi vobis, quod nemo poteſt venire ad me, niſi fuerit ei datum a Patre.

66. Ex hoc multi ex diſcipulis eius abierunt retro, & non amplius cum eo ambulabant.

67. Dixit itaque Ieſus duodecim: numquid & vos vultis abire?

68. ...

68. *Desiderantur versiculi, quos iam indicavimus ad Tab. VII. Text. Gr.*	68. .
69.	69.
70.	70.
71.	71.

Ex cap. VII.

1.	1.
2.	2.
3.	3.
4.	4.
5.	5.
6. οὔπω πάρεστιν· ὁ δὲ καιρὸς ὁ ὑμέτερος πάντοτέ ἐστιν ἕτοιμος.	6. nondum advenit: tempus vero vestrum semper est paratum.
7. ★ Οὐ δύναται ὁ κόσμος μισεῖ (1)· ὅτι ἐγὼ	7. Non potest mundus [*odisse vos: me vero*] odit, quia ego testificor

τὰ

τὰ ἔργα αὐτȣ̃ πονηρά ἐστιν.

stificor de ipso, quod opera eius mala sunt.

8. Ὑμεῖς ἀνάβητε εἰς τὴν ἑορτὴν (2) ἐγὼ ȣ̓́πω ἀναβαίνω εἰς τὴν ἑορτὴν ταύτην, ὅτι ὁ ἐμὸς καιρὸς (3) ȣ̓́πω πεπλήρωται.

8. Vos adscendite ad diem festum, ego nondum adscendo ad diem festum istum, quia meum tempus nondum impletum est.

9. Ταῦτα δὲ εἰπὼν αὐτοῖς ἔμεινεν ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ.

9. Haec autem quum dixisset illis, mansit in Galilaea.

10. Ὡς δὲ ἀνέβησαν οἱ ἀδελφοὶ αὐτȣ̃ εἰς τὴν ἑορτὴν (4), τότε καὶ αὐτὸς ἀνέβη ȣ̓ φανερῶς, ἀλλὰ ὡς (5) ἐν κρυπτῷ.

10. Ut autem adscenderunt fratres eius ad diem festum, tunc & ipse adscendit, non manifeste, sed quasi in occulto.

11. Οἱ ȣ̓̃ν Ἰȣ[δαῖοι] ἐζήτȣν αὐ[τὸν] ἐν τῇ ἑορτῇ, κ[αὶ] ἔλεγον· πȣ̃ ἐστιν ἐκεῖν[ος;]

11. Itaque Iudaei quaerebant eum in die festo, & dicebant: Ubi est ille?

12. Καὶ γογγυσμ[ὸς] περὶ αὐτȣ̃ ἦν πολὺς (6) ἐν το[ῖς] ὄχλο-

12. Et murmur de ipso erat multum in turbis. Alii dicebant,

 quod

ὄχλοις· οἱ μὲν ἔ-
λεγον, ὅτι ἀγα-
θός ἐστιν· ἄλ-
λοι δὲ ἔλεγον·
οὐχὶ (7)· ἀλλὰ πλα-
νᾷ τὸν ὄχλον·
13. Οὐδεὶς μέν-
τοι παῤῥησίᾳ
ἐλάλει περὶ αὐ-
τοῦ διὰ τὸν φό-
βον τῶν Ἰου-
14. δαίων· ★ Ἤδη
δὲ τῆς ἑορτῆς
μεσούσης ἀνέ-
βη Ἰησοῦς (8) εἰς τὸ ἱε-
ρὸν, καὶ ἐδίδα-
15. σκεν. ★ Ἐθαύμα-
ζον οὖν (9) οἱ Ἰου-
δαῖοι λέγοντες·
πῶς οὗτος γράμ-
ματα οἶδεν μὴ
μεμαθηκώς;
16. Ἀπεκρίθη οὖν (10)
αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, καὶ
εἶπεν· ἡ ἐμὴ δι-
δαχὴ οὐκ ἔστιν
ἐμὴ, ἀλλὰ τοῦ
πέμψαντός
17. με. ★ Ἐάν τις θέ-

-λῃ

quod bonus eſt: alii
vero, non: ſed ſedu-
cit turbam.

13. Nemo tamen
palam loquebatur de
illo propter metum
Iudaeorum.

14. Iam autem
quum dies eſſet feſti-
vitatis medius, ad-
ſcendit Ieſus in tem-
plum, & docebat.

15. Admirabantur
ergo Iudaei dicentes,
quomodo hic litteras
ſcit quum non didi-
cerit?

16. Reſpondit igi-
tur eis Ieſus, & di-
xit: mea doctrina
non eſt mea, ſed il-
lius, qui miſit me.

17. Si quis volue-
rit

λῃ τὸ θέλημα
αὐτȣ̃ ποιεῖν,
γνώσεται πε-
ρὶ τῆς διδαχῆς,
πότερον ἐν (11)
τȣ̃ Θεȣ̃ ἐςιν,
ἢ ἐγὼ ἀπ' ἐμαυ-
τȣ̃ λαλῶ.

rit voluntatem ipsius facere, cognoscet de doctrina, utrum ex Deo sit, an ego a meipso loquar.

18. * Ὁ ἀφ' ἑ-
αυτȣ̃ λαλῶν,
τὴν δόξαν τὴν
ἰδίαν ζητεῖ·
ὁ δὲ ζητῶν
τὴν δόξαν τȣ̃
πέμψαντος
αὐτὸν, ȣ̃τος
ἀληθής ἐςὶν (12)·
καὶ ἀδικία ἐν
αὐτῷ ȣ̓κ ἔςιν.

18. Qui a seipso loquitur, gloriam propriam quaerit: qui vero quaerit gloriam illius qui misit eum, hic verax est, & iniustitia in ipso non est.

19. Οὐ Μωυσῆς (13) δέ-
δωκεν ὑμῖν
τὸν νόμον, καὶ
ȣ̓δεὶς ἐξ ὑμῶν
ποιεῖ τὸν νόμον;
τί με ζητεῖτε
ἀποκτεῖναι;

19. Nonne Moyses dedit vobis legem, & nullus ex vobis facit legem? Quid me quaeritis interficere?

20. Ἀπεκρίθη ὁ ὄχλος (14)·
δαιμόνιον ἔ-
χεις· τίς σε ζη-
τεῖ ἀποκτεῖναι;

20. Respondit turba: daemonium habes: quis te quaerit interficere?

21. Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν αὐτοῖς· ἓν ἔργον ἐποίησα· καὶ πάντες

21. Respondit Iesus, & dixit eis. Unum opus feci, & omnes admiramini.

22. θαυμάζετε· ★ Διὰ τοῦτο Μωυσῆς δέδωκεν ὑμῖν τὴν περιτομὴν, οὐχ ὅτι ἐκ τοῦ Μωυσέως ἐστὶν, ἀλλ' ἐκ τῶν πατέρων, καὶ ἐν σαββάτῳ περιτέμνετε ἄνθρωπον.

22. Propterea Moyses dedit vobis circumcisionem, non quia ex Moyse est, sed ex patribus: & in sabbato circumcidistis hominem.

23. Εἰ περιτομὴν λαμβάνει ἄνθρωπος ἐν σαββάτῳ, ἵνα μὴ λυθῇ ὁ νόμος Μώυσέως (15)· ἐμοὶ χολᾶτε ὅτι ὅλον ἀνθρωπον ὑγιῆ ἐποίησα ἐν σαββάτῳ;

23. Si circumcisionem accipit homo in sabbato, ut non solvatur lex Moysis: mihi indignamini, quod totum hominem sanum feci in sabbato?

24. Μὴ κρίνετε κατ' ὄψιν, ἀλλὰ τὴν δικαίαν κρίσιν κρίνετε (16).

24. Ne iudicate secundum faciem, sed iudicium iustum iudicate.

25. Ἔλεγον οὖν τι-

25. Dixerunt igitur

νες qui-

νες ἐκ τῶν
Ἱεροσολυμιτῶν·
οὐχ οὗτός ἐ-
στιν, ὃν ζητοῦ-
σιν ἀποκτεῖ-
26. ναι; ★ Καὶ ἴδε, παῤ-
ῥησίᾳ λαλεῖ, καὶ
οὐδὲν αὐτῷ
λέγουσιν· μή-
ποτε ἀληθῶς
ἔγνωσαν οἱ Ἄρ-
χοντες, ὅτι
οὗτός ἐστιν (17)
27. ὁ χριστός; ★ Ἀλλὰ τοῦ-
τον οἴδαμεν
πόθεν ἐστὶν,
ὁ δὲ χριστὸς ὅταν
ἔρχηται, οὐδεὶς
γινώσκει πο-
θεν ἐστὶν·
28. Ἔκραξεν οὖν ἐν
τῷ ἱερῷ Ἰησοῦς διδά-
σκων (18), καὶ λέγων·
κἀμὲ οἴδατε,
καὶ οἴδατε πό-
θεν εἰμὶ. Καὶ
ἀπ' ἐμαυτοῦ οὐκ
ἐλήλυθα, ἀλλ'
ἔστιν ἀληθινὸς

ὁ πέμ-

quidam ex Hierosoly-
mitanis: Nonne hic
est, quem quaerunt
interficere?

26. Et ecce, palam
loquitur, & nihil ei
dicunt. Num forte ve-
re cognoverunt Prin-
cipes, quod hic est
Christus?

27. Sed hunc sci-
mus, unde sit. Chri-
stus autem quum ve-
nerit, nemo scit,
unde sit.

28. Clamavit ita-
que in templo Iesus
docens, & dicens:
Et me scitis, & sci-
tis unde sim; & a me
ipso non veni: sed
est verus, qui misit
me, quem vos nesci-
tis.

29. Ego

ὁ πέμψας με, ὃν ὑμεῖς οὐκ

29. οἴδατε. * Ἐγὼ (19) οἶδα αὐτὸν, ὅτι παρ' αὐτοῦ εἰμι, κἀκεῖνός με ἀπέστειλεν.

29. Ego ſcio eum, quia ab ipſo ſum, & ille miſit me.

30. Ἐζήτουν οὖν αὐτὸν πιάσαι· καὶ οὐδεὶς ἔβαλεν ἐπ' αὐτὸν τὴν χεῖρα, ὅτι οὔπω ἐληλύθει ἡ ὥρα αὐτοῦ.

30. Quaerebant ergo eum apprehendere; & nemo iniecit in eum manum, quia nondum venerat hora eius.

31. Ἐκ τοῦ ὄχλου δὲ πολλοὶ (20) ἐπίστευσαν εἰς αὐτὸν· καὶ ἔλεγον (21)· ὁ Χριστὸς, ὅταν ἔλθῃ, μὴ (22) πλείονα σημεῖα (23) ποιήσει ὧν οὗτος ἐποίησεν;

31. Ex turba autem multi crediderunt in eum; & dicebant: Chriſtus quando venerit, an plura ſigna faciet his, quae hic fecit?

32. Ἤκουσαν οἱ Φαρισαῖοι τοῦ ὄχλου γογγύζοντος περὶ αὐτοῦ ταῦτα· Καὶ ἀπέστειλαν οἱ Ἀρχιερεῖς, καὶ οἱ Φαρισαῖοι (24) ὑπηρέ-

32. Audierunt Phariſaei turbam de eo haec murmurantem; & miſerunt Principes Sacerdotum, & Phariſaei miniſtros, ut apprehenderent eum.

33. Di-

πηρέτας, ἵνα πιά-
σωσιν αὐτόν.
33. Εἶπεν οὖν αὐ-
τοῖς (25) ὅτι Ἰησοῦς χρό-
νον μικρὸν (26)
μεθ' ὑμῶν εἰ-
μι, καὶ ὑπάγω
πρὸς τὸν πέμ-
34. ψαντά με: * Ζητή-
σετέ με: καὶ οὐκ
εὑρήσετέ με (27).
Καὶ ὅπου εἰμὶ
ἐγὼ, ὑμεῖς οὐ
δύνασθε ἐλθεῖν.
35. Εἶπον οὖν οἱ
Ἰουδαῖοι πρὸς
ἑαυτοὺς: ποῦ
οὗτος μέλλει
πορεύεσθαι,
ὅτι ἡμεῖς οὐχ
εὑρήσωμεν
αὐτόν; μὴ εἰς
τὴν διασπορὰν
τῶν Ἑλλήνων
μέλλει πορεύ-
εσθαι, καὶ διδά-
σκειν τοὺς
36. ἕλληνας; * Τίς
ἐστιν (28) ὁ λόγος,
ὅτι

33. Dicebat ergo
eis, [quod Iesus, *er-
rore Gr. amanuensis
emendato, lege sim-
pliciter*] Iesus: tem-
pus modicum vobis-
cum sum, & vado ad
eum, qui misit me.

34. Quaeretis me,
& non invenietis me:
& ubi sum ego, vos
non potestis venire.

35. Dicebant igi-
tur Iudaei ad semet-
ipsos: Quo hic iturus
est; quoniam nos non
inveniemus eum? An
in dispersionem gen-
tium iturus est, & do-
cturus gentes?

36. Quis est hic ser-
mo: Quaeretis me,
& non

ὅτι εἶπεν ζητή-
σετέ με, καὶ οὐχ
εὑρήσετέ με (29).
καὶ ὅπου εἰμὶ
ἐγὼ, ὑμεῖς οὐ
δύνασθε ἐλ-
37. θεῖν; * Ἐν δὲ
τῇ ἐσχάτῃ ἡμέ-
ρᾳ τῇ μεγάλῃ
τῆς ἑορτῆς
ἱστήκει (30) ὁ Ἰ̅ς,
καὶ ἔκραξεν,
λέγων. Ἐάν τις
διψᾷ, ἐρχέσθω
πρός με, καὶ
38. πινέτω. * Ὁ πι-
στεύων εἰς
ἐμὲ, καθὼς εἶ-
πεν ἡ γραφὴ,
ποταμοὶ ἐκ
τῆς κοιλίας αὐ-
τοῦ ῥεύσουσιν
ὕδατος ζῶν-
39. τος. * Τοῦτο δὲ
εἶπεν περὶ τοῦ
πν̅ς οὗ ἔμελλον
λαμβάνειν οἱ
πιστεύσαντες (31) εἰς
αὐτὸν· οὔπω γὰρ
ἦν

& non invenietis me;
& ubi sum ego, vos
non potestis venire?

37. In ultimo au-
tem die magno festi-
vitatis steterat Iesus,
& clamavit dicens.
Si quis sitit, veniat
ad me, & bibat.

38. Qui credit in
me, sicut dixit scri-
ptura: flumina ex
ventre eius fluent
aquae viventis.

39. Hoc autem di-
xit de Spiritu, quem
accepturi erant qui
credidissent in eum:
nondum enim erat
Spiritus, quia Iesus
non-

ἦν πνα (32), ὅτι Ἰς ἐδέπω ἐδω-

40. ξάσθη (33). ★ Ἐκ τȣ̃ ὄχλȣ ου (34) ἀκȣ́-σαντες τῶν λόγων τȣ́των (35) ἔλεγον· ȣ̔͂τός ἐςιν ἀληθῶς ὁ προφήτης.

41. Ἄλλοι δὲ (36) ἔλε-γον· ȣ̔͂τός ἐ-ςιν ὁ χριςὸς. Οἱ δὲ ἔλεγον. Μὴ γὰρ ἐκ τῆς Γαλιλαί-ας ὁ χς ἔρχεται;

42. Οὐχ' ἡ γραφὴ εἶπεν· ὅτι ἐκ τȣ̃ σπέρματος Δαυὶδ, καὶ ἀπὸ βηθλεὲμ τῆς κώμης ὅπȣ ἦν Δαυὶδ, ἔρ-χεται ὁ χς (37);

43. Σχίσμα ȣ̓͂ν ἐ-γένετο ἐν τῷ ὄχλῳ δι' αὐτὸν.

44. Τινὲς δὲ ἤθε-λον ἐξ αὐτῶν πιάσαι αὐτὸν, ἀλλ'

nondum erat glorificatus.

40. Ex illa ergo turba quum audiſſent ſermones hoſce dicebant: Hic eſt vere Propheta.

41. Alii vero dicebant: Hic eſt Chriſtus. Quidam autem dicebant: Numquid ex Galilaea Chriſtus venit?

42. Nonne Scriptura dixit, quod ex ſemine David, & ex Bethleem vico, ubi erat David, venit Chriſtus?

43. Diſſenſio itaque erat in turba propter eum.

44. Quidam autem volebant ex ipſis apprehendere eum: ſed

H nemo

ἀλλ' οὐδεὶς ἔβα-
λεν ἐπ' αὐτὸν
τὰς χεῖρας.

nemo iniecit in ip-
ſum manus.

45. Ἦλθον οὖν οἱ ὑ-
πηρέται πρὸς
τοὺς Ἀρχιερεῖς,
καὶ Φαρισαίους,
καὶ εἶπον αὐτοῖς
ἐκεῖνοι· διά τι
οὐκ ἠγάγεντε (38)

45. Venerunt igi-
tur miniſtri ad Ponti-
fices, & Phariſaeos:
& dixerunt eis illi.
Cur non adduxiſtis
eum?

46. αὐτὸν; ★ Ἀπε-
κρίθησαν οἱ ὑ-
πηρέται. Οὐδέ-
ποτε ἐλάλη-
σεν οὕτως

46. Reſponderunt
miniſtri: Numquam
loquutus ſic eſt homo.

47. ἄνθρωπος (39). ★ Ἀπε-
κρίθησαν οὖν
αὐτοῖς οἱ Φα-
ρισαῖοι. Μὴ καὶ
ὑμεῖς πεπλά-

47. Reſponderunt
ergo eis Phariſaei:
Num & vos ſeducti
eſtis?

48. νησθε; ★ Μή τις
ἐκ τῶν ἀρχόν-
των ἐπίστευ-
σεν εἰς αὐτὸν,
ἢ ἐκ τῶν Φα-

48. An aliquis ex
Principibus credidit
in eum, aut ex Pha-
riſaeis?

49. ρισαίων; ★ Ἀλλὰ
ὁ ὄχλος οὗτος
ὁ μὴ γινώσκων
τὸν νόμον ἐ-

49. Sed turba haec,
quae non cognoſcit
legem, maledicti
ſunt.

παρα-

50. Dicit

παράτοί εισιν (40).

50. Λέγει Νικόδημος πρὸς αὐτὲς, ὁ ἐλθῶν πρὸς αὐτὸν πρότερον (41), εἷς ὢν ἐξ

51. αὐτῶν. * Μὴ ὁ νόμος ὑμῶν (42) κρίνει τὸν ανο͂ν, ἐὰν μὴ ἀκέσῃ πρῶτον παρ᾽ αὐτῦ (43), καὶ γνῷ τί ποιεῖ;

52. Ἀπεκρίθησαν καὶ εἶπαν (44) αὐτῷ. Μὴ καὶ σὺ ἐκ τῆς Γαλιλαίας εἶ; ἐράυνησον (45), καὶ ἴδε ὅτι ἐκ τῆς Γαλιλαίας προφήτης ἐκ ἐγείρεται (46).

50. Dicit Nicodemus ad eos, ille, qui venit ad eum primo, quum unus esset ex ipsis.

51. An lex vestra iudicat hominem, nisi audierit primum ab ipso, & cognoverit, quid facit?

52. Responderunt, & dixerunt ei: Numquid & tu ex Galilaea es? scrutare, & vide, quod ex Galilaea Propheta non surgit.

Nostrum hocce Graecum exemplar, unum est ex iis pluribus, quae v. 53., eoque postremo cap. VII., *uti & undecim prioribus vv. capitis* VIII. *evangelii s. Iohannis, pone sequentis, carere noscuntur.*

Ex cap. VIII.

12. (1) Πάλιν οὖν αὐτοῖς ἐλάλησεν ὁ Ἰς λέγων. Ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου· ὁ ἀκολουθῶν μοι (2) οὐ μὴ περιπατήσῃ (3) ἐν τῇ σκοτίᾳ, ἀλλ' ἕξει τὸ φῶς τῆς ζωῆς.

12. Iterum ergo eis loquutus eſt Ieſus dicens: Ego ſum lux mundi. Qui ſequitur me non ambulabit in tenebris, ſed habebit lumen vitae.

13. Εἶπον οὖν αὐτῷ οἱ Φαρισαῖοι· σὺ περὶ σεαυτοῦ μαρτυρεῖς· ἡ μαρτυρία σου οὐκ ἔστιν ἀληθής.

13. Dixerunt itaque ei Phariſaei. Tu de teipſo teſtimonium perhibes: teſtimonium tuum non eſt verum.

14. Ἀπεκρίθη Ἰς, καὶ εἶπεν αὐτοῖς· κἂν ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτοῦ, ἀληθής ἐστιν ἡ μαρτυρία μου· ὅτι οἶδα, πόθεν ἦλθον, καὶ ποῦ ὑπάγω· ὑμεῖς δὲ οὐκ

14. Reſpondit Ieſus, & dixit eis: Etſi ego teſtimonium perhibeo de meipſo, verum eſt teſtimonium meum, quia ſcio unde veni, & quo vado. Vos vero neſcitis, unde veni, aut quo vado.

οἴδατάδε (4) πό-
θεν ἔρχομαι,
ἢ πȣ̃ ὑπάγω.
15. Ὑμεῖς κατὰ τὴν
σάρκα κρίνετε.
Ἐγὼ ȣ̓ κρίνω
16. ȣ̓δένα. ⋆ Καὶ ἐ-
ὰν κρίνω δὲ ἐγὼ,
ἡ κρίσις ἡ ἐμὴ
ἀληθινή (5) ἐστιν.
ὅτι μόνος ȣ̓κ
εἰμὶ, ἀλλ᾽ ἐγὼ,
καὶ ὁ πέμψας
17. με πτὴρ. ⋆ Καὶ ἐν
τῷ νόμῳ δὲ
τῷ ὑμετέρῳ
γέγραπται, ὅτι
δυο ἀνῶν ἡ
μαρτυρία ἀλη-
18. θής ἐστιν. ⋆ Ἐ-
γώ εἰμι ὁ μαρτυ-
ρῶν περὶ ἐμαυ-
τȣ̃, καὶ μαρτυ-
ρεῖ περὶ ἐμȣ̃
ὁ πέμψας με
19. πατήρ. ⋆ Ἔλεγον
ȣ̓̃ν αὐτῷ· πȣ̃
ἐστιν ὁ πατήρ
σȣ; ἀπεκρί-

15. Vos ſecundum
carnem iudicatis: ego
non iudico quem-
quam.
16. Etſi autem
ego iudico, iudicium
meum verum eſt,
quia ſolus non ſum:
ſed ego, & qui miſit
me Pater.

17. Et vero in lege
veſtra ſcriptum eſt,
quod duorum homi-
num teſtimonium ve-
rum eſt.

18. Ego ſum qui te-
ſtimonium perhibeo
de meipſo, & teſti-
monium perhibet de
me, qui miſit me Pa-
ter.
19. Dixerunt ergo
ei: ubi eſt Pater tuus?
Reſpondit Ieſus: Ne-
que me ſcitis, neque

θη Ἰς (6) οὔτε ἐμὲ οἴδατε, οὔδε τὸν πατέρα μου· εἰ ἐμὲ ἤδειτε, καὶ τὸν πατέρα μου ἂν ἤδειτε (7).

20. Ταῦτα τὰ ῥήματα ἐλάλησεν (8) ἐν τῷ γαζοφυλακίῳ, διδάσκων ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ οὐδεὶς ἐπίασεν αὐτὸν, ὅτι οὔπω ἐληλύθει ἡ ὥρα αὐτοῦ.

21. Εἶπεν οὖν πάλιν αὐτοῖς (9). Ἐγὼ ὑπάγω, καὶ ζητήσετέ με, καὶ ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ ὑμῶν ἀποθανεῖσθε· ὅπου ἐγὼ ὑπάγω, ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν.

22. Ἔλεγον οὖν οἱ Ἰουδαῖοι. Μή τι ἀποκτενεῖ ἑαυτὸν; ὅτι

λέγει·

Patrem meum, ſi me ſciretis, & Patrem meum ſciretis.

20. Haec verba loquutus eſt in gazophylacio, docens in templo, & nemo apprehendit eum, quod nondum venerat hora eius.

21. Dixit ergo iterum eis. Ego vado, & quaeretis me, & in peccato veſtro moriemini. Quo ego vado, vos non poteſtis venire.

22. Dixerunt itaque Iudaei; numquid interficiet ſemetipſum, quia dicit: quo ego vado, vos non

pote-

λέγει· ὅπου ἐ-
γὼ ὑπάγω, ὑμεῖς
οὐ δύνασθε
23. ἐλθεῖν; ★ Καὶ
ἔλεγεν αὐτοῖς·
ὑμεῖς ἐκ τῶν
κάτω ἐστὲ, ἐγὼ
ἐκ τῶν ἄνω
εἰμὶ· ὑμεῖς ἐκ
τούτου τοῦ κό-
σμου (10) ἐστὲ, ἐ-
γὼ οὐκ εἰμὶ ἐκ
τοῦ κόσμου
24. τούτου. ★ Εἶπον
οὖν ὑμῖν ὅτι
ἀποθανεῖσθε (11)
ἐν ταῖς ἁμαρτί-
αις ὑμῶν· ἐὰν
γὰρ μὴ πιστεύ-
σητε, ὅτι ἐγώ
εἰμι, ἀποθανεῖ-
σθε ἐν ταῖς
ἁμαρτίαις ὑμῶν.
25. Ἔλεγον οὖν αὐτῷ.
Σὺ τίς εἶ; καὶ
εἶπεν αὐτοῖς
ὁ Ἰησοῦς. Τὴν ἀρχὴν (12)
ὅτι καὶ λαλῶ
26. ὑμῖν. ★ Πολλὰ ἔ-
χω

poteſtis venire?

23. Et dicebat ipſis. Vos de infernis eſtis, ego de ſupernis ſum. Vos ex hoc mundo eſtis, ego non ſum de mundo hoc.

24. Dixi ergo vobis, quod moriemini in peccatis veſtris. Niſi enim credideritis, quod ego ſum, moriemini in peccatis veſtris.

25. Dixerunt igitur ei: Tu quis es? Dixit illis Ieſus: Principium, quod & loquor vobis.

26. Multa habeo
de

χω περὶ ὑμῶν
λαλεῖν, καὶ κρί-
νειν. ἀλλ' ὁ
πεμψάς με
ἀληθής ἐστιν·
καὶ (13) κἀγὼ ἃ ἤκου-
σα παρ' αὐτοῦ,
ταῦτα λαλῶ (14) εἰς
τὸν κόσμον.
27. Οὐκ ἔγνωσαν
ὅτι τὸν πατέρα αὐ-
28. τοῖς ἔλεγεν. ★ Εἶ-
πεν οὖν (15) ὁ Ἰ̅ς· ὅταν
ὑψώσητε τὸν
υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου,
τότε γνώσε-
σθε ὅτι ἐγώ
εἰμι, καὶ ἀπ' ἐ-
μαυτοῦ ποι-
ῶ οὐδέν· ἀλλὰ
καθὼς ἐδίδα-
ξέν με ὁ π̅η̅ρ (16),
ταῦτα λαλῶ.
29. Καὶ ὁ πεμψάς
με, μετ' ἐμοῦ
ἐστιν· οὐκ ἀφη-
κέν με μόνον (17),
ὅτι ἐγὼ τὰ ἀρε-
στὰ αὐτῷ ποιῶ

de vobis dicere, & iudicare : sed qui misit me verax est : & ego quae audivi ab ipso, haec loquor in mundo.

27. Et non cognoverunt, quod Patrem eis dicebat.

28. Dixit ergo Iesus : quum exaltaveritis filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum, & a meipso facio nihil : sed quemadmodum me docuit Pater, haec loquor.

29. Et qui misit me mecum est : non reliquit me solum, quia quae placita sunt ei, facio semper.

πάν-

30. Haec

πάντοτε.

30. Ταῦτα αὐτȣ̃ λαλȣ̃ντος πολλοὶ ἐπίϛευσαν εἰς αὐτόν.

30. Haec eo loquente multi crediderunt in ipſum.

31. Ἔλεγεν ȣ̃ν ὁ Ἰ̅ς πρὸς τȣ̀ς πεπιϛευκότας αὐτῷ Ἰȣδαίȣς. Ἐὰν ὑμεῖς μένητε (15) ἐν τῷ λόγῳ τῷ ἐμῷ, ἀληθῶς μαθηταί μȣ ἐϛέ.

31. Dicebat ergo Ieſus ad eos, qui crediderunt ipſi, Iudaeos; Si vos permanſeritis in ſermone meo, vere diſcipuli mei eritis.

EXPOSITIO III.

Qua Graeci textus fragmentum cum variantibus aliorum codicum lectionibus comparatur, & opportunis ſubinde adnotationibus illuſtratur.

I. UBI primum Graecum iſtud Copticumque fragmentum publici iuris facere decrevimus, ea nobis in animo & orta, & firmata ſententia eſt, ut quicquid fructus ex tam pretioſi cimelii editione percipi quandoque poſſet, non in unum tantummodo *palaeographicae* eruditionis emolumentum, ſed in ampliorem diviniſſimi Evangelii Iohannis gloriam, catholicorumque dogmatum confirmationem, atque tutelam potiſſimum redundaret. Quam ob rem qualiſcumque induſtriae noſtrae vires, ſi quid valebunt (quam enim parum valeant ſatis nos ipſi intelligimus) eo ſpectent neceſſe eſt, ut lumina quaerant, quibus tum codicis noſtri *verba*, ubicumque a ceteris nobis cognitis diſcreparint, tum & pe-

culiaria quaedam *Spiritus ſancti dictata*, ſicubi ea a recentioribus heterodoxis male nimis accepta, & obſcurata norimus, obiter ſaltem, & quoad fieri poterit, arctius expendantur, & illuſtrentur.

II. Utrumque nos praeſtare conabimur: primum quidem, collatis codicis noſtri lectionibus cum *variantibus* a Millio, Wetſtenio, Michaëlis, Birchio, aliiſque indicatis; alterum vero, iis additis *adnotationibus*, quae inſigniora quaedam Evangelii loca in pravum ſenſum ab inimicis divinae praeſertim traditionis detorta, ad germanam Spiritus ſancti mentem, & ad rectae fidei normam revocare curabunt. Age igitur, & tu vide, quae noſtrae ſint

IN CAP. VI. EVANGELII IOHANNIS

VARIANTES LECTIONES ET NOTAE.

(1) Verſ. 28. τί ποιῶμεν. Sic habent Alexandr. Steph. omnes, aliique plurimi mss. codd., & editi aliqui, quos Millius commemorat: ſicque etiam legunt SS. Ioh. Chryſoſtomus, & Cyrillus. Adde & his codd. Angelic. biblioth. duos. Sed editi, paucis admodum exceptis, ποιοῦμεν. Utrumvis legeris rectiſſime *per enallagem* cum Vulgata noſtra, cumque Auguſtino, aliiſque Latinis PP. interpretabere: *quid faciemus*? Hoc idem diſerte exprimit cod. *69*. Wetſthenii: τί ποιήσομεν. Quamquam lectionem hanc tribuendam coniiciam licentiae ſive dictantis, ſive etiam amanuenſis, qui in emendando nudae prorſus, rudiſque grammaticae regulis uteretur. Verum & utraque Syra, ſimplex ſcilicet & Philoxeniana, lectio habet ܢܥܒܕ, latine, ut meus vertit doctiſſimus Scacchus, *faciamus*. Ceterum cod. *G*, ideſt *Seidelianus* 2. a Wetſten. laudatus, legit: ἂν ποιήσωμεν, *D* vero, ſive Cantabr. ἐργασώμεθα ἵνα ποιήσωμεν.

(2) Ibid. τὰ ἔργα. Τὸ ἔργον apud unum S. Cyrillum, qui non tantum in praevia verſ. 28. deſcriptione, ſed & in addito commentario iterum, atque tertio τὸ ἔργον repetit. Huius variationis auctorem, ipſo proculdubio Cyrillo antiquiorem, librarium fuiſſe ſuſpicor, qui τὰ ἔργα in τὸ ἔργον commutare malue-

maluerit, ut vocabulum istud, sicuti numeri singularis est in v. 29. sequenti, ubi Christus Iudaeorum interrogationi respondet, ita & eiusdem numeri fuisse videretur in hoc vers. 28., ubi Iudaei interrogant Christum.

(3) Vers. 29. τῦτο ἐςὶν τὰ ἔργα τῦ Θεῦ. Principio quidem non inutile erit observasse ν ἐφελκυςικὸν, quod cum heic, tum alibi saepissime in huius fragmenti exemplo additum occurrit verbo ἐςὶ, & tertiae cuique personae praeteriti perfecti, atque aoristi singularis, etiamsi littera, quae sequitur, consona sit, contra quam hodierni canones ferunt graecae grammaticae, & orthographiae. Eadem namque scribendi ratio deprehenditur tum in fragmento codicis Colbertini, *quo nullum vetustiorem esse* opinabatur Montfauconius pag. 187. *Palaeogr. Gr.*, tum in alio fragmento codicis antiquissimi biblioth. Caesareae ex Lambecio apud eumdem Montfauconium, tum denique in cod. Alexandrino. In eo enim, ut observat Ernestus Grabe c. I. *Prolegomen.* §. 6. ν ἐφελκυςικὸν, *quod nos verbis in vocalem desinentibus adiicimus, sed sequente consona omittimus, hac non obstante, semper fere expressit librarius, sive littera ν exarata, sive linea ultimae vocali superinducta*. Unde c. II. §. 7. de editione τῶν ὁ ex eodem cod. a se adornata proloquens ν ἐφελκυςικὸν, inquit, *saepius in ms. additum verbis, licet consona sequatur, ubicumque habetur, retinui, cum id lectorem turbare nequeat*. Atque hoc idem, ne plura dicam, cernere licet in cod. Alex. Vaticano.

Deinde animadvertere praestat huius loci *lectionem*, quae singularis est, nec ulli prorsus, quod sciam, hucusque cognita. Et hanc fortasse debemus scrupulo critici librarii, qui perinde ac alter ille de quo mox dicebam, sed inverso ordine, τὸ ἔργον τῦ Θεῦ vertendum putarit in τὰ ἔργα τῦ Θεῦ, ut hoc ipsum nomen, quod in numero plurium usurpatum fuerat a Iudaeis v. 28., in eodem pariter numero, quasi per ἐπαναςροφὴν, a Christo repetitum intelligeretur, ubi ille Iudaeorum interrogationi respondet.

Genus locutionis, ut eruditi norunt, atticum est, & latinis verbis expressum istiusmodi sensum reddit: *Hoc sunt opera Dei*.

At codd. omnes tum mss., tum editi, immo & Patres, sacrique ipsi interpretes, quotquot locum hunc Evangelistae Iohannis laudarunt, unanimi consensione legunt: τȣ̃το ἐςι τὸ ἔργον τȣ̃ Θεȣ̃. Unum vidi codicem iam citatum Angel. biblioth., in quo ex incuria, aut imperitia amanuensis scriptum legi per ω, τῶ ἔργων. Idem habet Syriaca versio, unde meus Scacchus significantius transtulit: *Hoc est opus illud Dei*, maximum scilicet, & insigne, *ut credatis in eum*, *quem ille misit*.

Ne tamen putes fragmenti nostri lectionem quicquam a communi reipsa differre. Nam si: τȣ̃το ἐςὶν τὰ ἔργα τȣ̃ Θεȣ̃ exponas, uti necessario exponere debes: *Haec est summa operum Dei*, eumdem plane sensum habebis ac si legeres: τȣ̃το ἔςι τὸ ἔργον τȣ̃ Θεȣ̃.

Adnot. α'. Porro hoc Dei opus ipsam esse fidem in Christum a Deo Patre missum magnus Augustinus praeclare docet tr. XXV. in vv. 28. & 29. c. VI. Ioh.: *Dixerat* Christus Iudaeis: Operamini escam, non quae perit, sed quae permanet in vitam aeternam. Quid faciemus? *inquiunt*: *quid observando hoc praeceptum implere poterimus*? Respondit Iesus, & dixit eis: Hoc est opus Dei, ut credatis in eum, quem misit ille. *Hoc est ergo manducare* cibum non qui perit, sed qui permanet in vitam aeternam. *Ut quid paras dentem*, *&* *ventrem*? (Iudaei enim terrestrem, & corruptibilem cibum, quem dentibus tererent, eoque ventrem satiarent unice appetebant), *crede*, *&* *manducasti*.

Qualis cibus, talis & manducatio est. Cibus in aeternum manens, de quo sermo hoc in loco instituitur, πνευματικὴ τροφὴ a S. Ioh. Chrysost., & Cyrillo *spiritalis* nuncupatus, eodem S. Doctore Augustino interprete, Christus ipse est *Deus homo* factus. Huius igitur sempiterni cibi manducatio *spiritalis* & ipsa est; eaque, dum per *fidem* divino lumine excitatam, atque superna Spiritus sancti gratia infusam, & caritatis ardore succensam Deus Verbum sub hominis forma in castae mentis sinum recipitur, solide, mirificeque fieri intelligitur. Sic enim eam describit ipse quoque S. Cyrillus commentario in v. 33., ubi animum illius pingit, ὁ τὸ μάννα τὸ νοητὸν ἀποθησαυρίζων ἐν ἑαυτῷ, καὶ εἰς τὰ ἐσώτατα τῆς ἑαυτȣ̃, καρδίας εἰς

φέρων

φέρων τὸν Ἰησοῦν, διὰ τῆς εἰς αὐτὸν πίστεώς τε ὀρθῆς, καὶ ἀγάπης ὁλοτελοῦς, *qui manna illud intellectuale in seipsum recondit, & Iesum in interiora sui cordis admittit per fidem rectam, & caritatem perfectam*. Huc pertinet vox illa Dei, quam visus sibi fuerat Augustinus lib. VII. *Conf.* cap. 10., quasi *de excelso* auribus insonuisse suis: *Cibus sum grandium, cresce, & manducabis me. Nec tu me in te mutabis sicut cibum carnis tuae, sed tu mutaberis in me*. Unde cap. XVIII. Deum alloquens scribere pergit: *Et quaerebam viam comparandi roboris, quod esset idoneum ad fruendum te: nec inveniebam donec amplecterer mediatorem Dei & hominum, hominem Christum Iesum, qui est super omnia Deus benedictus in saecula, vocantem & dicentem*: Ego sum via, veritas, & vita. *Et CIBUM, cui capiendo invalidus eram, miscentem carni: quoniam VERBUM caro factum est, ut infantiae nostrae lactesceret sapientia tua per quam creasti omnia*. Quamobrem solemne erat Augustino in sermonibus ad plebem habitis divinum hunc cibum miris laudibus celebrare. *Laudant eum* condigne, inquit serm. 195., *omnes Angeli eius, quorum* cibus aeternus est, incorruptibili eos sagina vivificans, *quia Verbum Dei est Implevit in caelo mensam ipsorum, implevit in terra praesepe nostrum: plenitudo enim ipsorum est, quia in principio* erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. *Plenitudo praesepii nostri est, quia* Verbum caro factum est, & habitavit in nobis. *Ut enim panem Angelorum manducaret homo, creator Angelorum factus est homo*. Et serm. 196: *O cibus, & panis Angelorum: de te implentur Angeli, de te satiantur, & non fastidiunt: de te vivunt, de te sapiunt, de te beati sunt. Ubi es propter me? in diversorio angusto, in pannis, in praesepio. Propter quem? Qui fatur in sinu patris, tacet in sinu matris. Sed locuturus est competente aetate impleturus Evangelium nobis. Propter nos passurus, propter nos moriturus ...* Sic & tr. 41. in Iohan: *Veritas* panis *est, mentes reficit, non deficit: mutat vescentem, non ipsa in vescentem mutatur. Ipsa est veritas Verbum Dei, Deus apud Deum unigenitus Filius*.

Alia id genus plura, quae passim in aureis Augustini scriptis occurrunt, praetereo. Pauca enim haec, quae hacte-

nus

nus protulimus, satis superque sunt non modo ad intelligendum, quam apte, eleganter, & pie usus sit S. Doctor eo nobili prorsus, atque sublimi figuratae locutionis genere: *crede, & manducasti*; verum etiam ad compescendam audaciam, & fraudem Socinianorum, aliorumque malae fidei hominum, qui hoc Hipponensis Episcopi dictum ad *unam invisibilem, mereque spiritalem manducationem* corporis Christi in Eucharistiae sacramento per summam iniuriam detorquent.

Non ignoro communionis nostrae Theologos, eosque egregios fidei catholícae vindices facile permittere heterodoxis, ut ea Augustini verba ad Eucharistiae sacramentum accommodent. Sed recto sensu accipi oportere contendunt. Aiunt enim Doctorem SS. ita loqui, ut fidelibus persuadeat ad sacramenti gratiam, & effectum consequendum, praeter *oralem, visibilemque* dominici corporis manducationem, necessariam potissimum esse *arcanam, & spiritalem*, quae per fidem cum sanctae caritatis ardore coniunctam in sacra synaxi fiat.

Verum tota hac defensione, quamvis iusta omnino, atque praeclarā, meus Augustinus in praesentia non eget. Id unum, si verum amamus, fateri cogimur, recitata verba, licet relata ea sint a Gr. in p.3. d. *de consecr.* dist.2. cap.47., & ab Angelico Doctore in *Catena* ad Iohan. *Ut quid paras dentes, & ventrem? Crede, & manducasti*, uti & illa ex *Tr. 26.* in Evangelistam nostrum: *Credere in eum* (Christum) *hoc est manducare panem vivum. Qui credit manducat, invisibiliter saginatur, quia invisibiliter renascitur*, dicta non esse de manducatione corporis Christi in sacramento altaris. In ea, ut palam est, versabatur Augustinus sententia, in qua fuerat S. Iohan. Chrysostomus. Is enim *Hom.* 45. alias 44. ad v.35. cap.6. Evang. Iohan: *Iam*, inquit, *in mysteriorum traditionem venturus est* (Christus). Καὶ πρῶτον περὶ τῆς θεότητος αὐτοῦ διαλέγεται λέγων. Ἐγώ εἰμι ἄρτος τῆς ζωῆς, οὐδὲ γὰρ περὶ τοῦ σώματος τοῦτο εἴρηται· περὶ γὰρ ἐκείνου πρὸς τῷ τέλει λέγει, καὶ ὁ ἄρτος δὲ ὃν ἐγὼ δώσω, ἡ σάρξ μου ἐστίν· ἀλλὰ τέως περὶ τῆς θεότητος· καὶ γὰρ ἐκείνη διὰ τὸν θεὸν λόγον ἄρτος ἐστίν· ὥσπερ οὖν καὶ οὗτος ὁ ἄρτος διὰ τὸ ἐπιφοιτῶν τὸ πνεῦμα ἄρτος οὐράνιος γίνεται. *Et primum de* divinitate sua (*Christus*) *disputat, dicens*:

Ego

Ego ſum panis vitae. *Neque enim hoc de corpore dictum eſt: de illo in fine loquitur*: Et panis, quem ego dabo, caro mea eſt. *Sed adhuc* (ideſt a vv. 29. 30., aliiſque ad 51. uſque) *de divinitate agit. Etenim ille propter Deum Verbum panis eſt, quemadmodum hic propter advenientem Spiritum panis caeleſtis efficitur*.

Hoc idem plane ſentit S. Alexandrinus Patriarcha Cyrillus. Etſi enim ad illa verba v. 35. *Ego ſum panis vitæ* ſuſpicatus fuerit Chriſtum ſub his vocibus indicare voluiſſe *ſanctae ſuae carnis gratiam*, id tamen per obſcurum aenigma eum feciſſe coniicit. Ὑπαινίττεται δὲ, dicta ſunt Cyrilli de Chriſto, διὰ τούτων τὴν διὰ τῆς ἁγίας σαρκὸς ζωήν τε καὶ χάριν, δι' ἧς ἐν ἡμῖν τὸ τοῦ μονογενοῦς ἴδιον ἐπεισκρίνεται, τοῦτ' ἔστιν ἡ ζωή. *Occulte* (Chriſtus) *verbis hiſce ſignificat eam, quae per ſanctam carnem datur, vitam, & gratiam, per quam in nobis id, quod proprium eſt, unigeniti immiſcetur, ideſt vita*. Eo pacto etiam Chryſoſtomus ante v. 51. *Chriſti corpus* latenter quodammodo indicatum coniecit; immo & Auguſtinus ipſe diſerte expoſuit ad eadem illa verba: *Ego ſum panis vitæ*, quae v. 48. ex ore Salvatoris iterum dicta a Iohanne narrantur. At *clare & aperte*, panem vitae *carnem ſuam*, quam morti pro mundi vita, & fidelibus ſuis ad manducandum traditurus erat, nonniſi vv. 51. & ſequentibus Chriſtum explicuiſſe, una cum Chryſoſtomo, & Auguſtino idem ipſe Cyrillus & agnovit, & docuit. *Saepe lateque Salvator eumdem ſermonem Iudaeis inculcans varie proponit, modo quidem aenigmate, & obſcuritate multa involutum, modo reiecta tunica nudum, & apertum*.... Οὐδὲν τοιγαροῦν ἐπικρυψάμενος ἔτι φησὶν ὁ Χριστὸς. *Nihil igitur occultans demum Chriſtus ait*: (v. 51.) *Ego ſum panis vivus, qui de caelo deſcendi, ſi quis manducaverit ex hoc pane vivet in aeternum. Et panis, quem ego dabo, caro mea eſt, pro mundi vita*. Quid ergo Eccleſiae Patres, quidve Auguſtinus praeſertim de Euchariſtica manducatione ſenſerit, colligendum eſt ex iis omnino teſtimoniis, quae edita ab eo ſunt circa manducationem carnis Chriſti, quatenus in parte poſtremi capitis VI. Evangelii a S. Iohanne refertur.

Iure proinde caſtigari meretur mala fides, & haeretica temeritas Wolzogenii, qui laudata Auguſtini verba: *Ut quid paras den-*

dentem, *&* *ventrem*? *Crede*, *&* *manducasti*, arbitratu ſuo diſtrahit a verſ.29., & ad v.51. doloſe admodum, fallaciterque accommodat. Eoque artificio abutitur, ut Doctorem SS. in fide de ſacramento Euchariſtiae tradenda, quaſi ſecum pugnantem traducat. Unde ſtatim ſubiungit: *Sed is ipſe Auguſtinus*, *qui hoc tam bene expoſuit* (ubi ſcilicet v.29. interpretabatur) *quam nihilominus circa manducationem carnis Chriſti erraverit mox videbimus*. Sed reddat Wolzogenius loco ſuo Auguſtini dicta: & ecce ſubito omnis Socinianorum, Calvinianorumque haereticorum calumnia evaneſcet.

Non eſt Auguſtinus in ſententia inconſtans, ſed Wolzogenius, ſed & alii quivis de Socini, Calvinique grege ſectarii, caeci ſunt & parum aequi cenſores, qui hanc S. Doctoris ſententiam *crede*, *&* *manducaſti*, de *Euchariſtica manducatione* fallaciſſime interpretantur. Sic hi in errorem unius *ſpiritualis manducationis*, labuntur, quia oculos ſibi claudunt, ne videant, ubi Hipponenſis Antiſtes de comeſtione ſpiritali extra Euchariſtiae ſacramentum ſolitaria diſſerit, & ubi *eam cum corporali* in eiuſdem ſacramenti perceptione coniungit; atque ita errando, ut verbis utar S. Thomae p. 3. q. 80. a.3., neſciunt miſeri in Auguſtino *diſtinguere inter corporalem*, *&* *ſpiritualem manducationem*.

Neque unus eſt Auguſtinus, qui *ſpiritalem* iſtam manducationem extra *ſacramentum* agnoverit. Hanc & Chryſoſtomus, & Cyrillus, & alii Patres variis in locis perſpicue tradiderunt. Proprius eſt quidam mentis *ſenſus*, qui *divinus* αἴσθησις θειοτέρα in ſacris litteris dicitur: eſt & *guſtus* γεῦσις, & quidam *tactus animae* ἁφὴ τῆς ψυχῆς, ſic nuncupatus a Gregorio Nyſſeno hom.1. in Cant. ἡ ἁπτομένη τοῦ λόγου, διά τινος ἀσωμάτου, καὶ νοητῆς ἐπαφῆς ἐνεργουμένη, *qui VERBUM tangit*, *perque incorpoream*, *atque intellectualem contrectationem efficaciter operatur*. In homine interiore, inquit S. Baſil. in Pſ. 33. *os quoddam* eſt *ſpirituale*, atque *intelligibile* νοητὸν στόμα, ᾧ τρέφεται μεταλαμβάνων τοῦ λόγου τῆς ζωῆς, ὅς ἐστιν ἄρτος ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς, *quo nutritur is*, *qui accipit verbum vitae*, *quod eſt panis*, *qui de caelo deſcendit*. Et *Verbum bibitur*, *nutrimentum veritatis*, πίνεται

ὁ λόγος

ὁ λόγος ἡ τροφὴ τῆς ἀληθείας dixerat Clem. Alexand. lib. 1. *Paedagogi*.

ADNOT. β'. Ceterum quae illa *fides* ſit, de qua loquitur Chriſtus, & cur *opus Dei* dicatur, Auguſtinus ipſe verbis hiſce diſertiſſime explicat eodem in loco Tr. XXV. in Ioh: *Diſcernitur quidem ab operibus fides, ſicut Apoſtolus dicit, iuſtificari hominem ſine operibus legis: & ſunt opera quae videntur bona ſine fide Chriſti; & non ſunt bona, quia non referuntur ad eum finem ex quo ſunt bona: finis enim legis Chriſtus ad iuſtitiam omni credenti. Ideo noluit* (Chriſtus) *diſcernere ab opere fidem, ſed ipſam fidem dixit eſſe opus: ipſa eſt enim fides, quae per dilectionem operatur. Nec dixit: Hoc eſt opus* veſtrum, *ſed*, Hoc eſt opus Dei, ut credatis in eum, quem miſit ille: *ut qui gloriatur, in Domino glorietur*. Sic Doctor ille ſanctiſſimus in laudato Tr. num. 12.

Sat ſcio quantopere haec Auguſtini interpretatio diſpliceat Socinianis, qui fidem chriſtianam a nobis eſſe perfide mentiuntur. Unde ea eſt arrogans & inepta in hunc locum Wolzogenii commentatio: *Dicitur vero* opus Dei *fides, non quod eam Deus efficiat, ac producat, (quamquam & hoc ſuo ſenſu* (Pelagiano ſcilicet) *verum eſt, ſed eo hic non reſpicitur). Verum quod eam Deus praecipiat, a nobis requirat, eam nobis praeſcripſerit, vel quod ipſi grata ſit, ipſi placeat. Sermo enim eſt de operibus, quae nos facere, ac operari debemus*. Sed addat Wolzogenius *ex viribus interioris, & praevenientis gratiae Dei*, & tunc non iudaico *carnis*, ſed chriſtiano *ſpiritus* ſenſu intelliget, quam recte obſervaverit Auguſtinus, *opus* fidei Chriſtum dixiſſe, non opus ſive Iudaeorum, ſive noſtrum, tamquam a nobiſmetipſis productum, ſed *opus Dei*, in nobis a Deo ipſo factum, qui interprete eodem Auguſtino de praedeſt. SS. c. 2. & 20., *operatur fidem noſtram, miro modo agens in cordibus noſtris, ut credamus*.

Iudaei enim, ut ait S. Doctor ſerm. 156. c. 4. de verb. Apoſtoli Rom. 8. *de lege gloriabantur, & libero ſuo arbitrio legem ſufficere arbitrabantur ignorantes Dei iuſtitiam, ideſt ex fide iuſtitiam datam de Deo, & ſuam volentes ſtatuere, quaſi ſuis viribus impletam, non clamante fide impetratam, iuſtitiae Dei*,

 ſicut

ſicut dicit (Apoſtolus) *non ſunt ſubiecti*. Affinia iis ſunt, quae ſcribit cap. 12. de Gr. & lib. art. *De Iudaeis* (Apoſtolus) *hoc dicit*, *qui de ſe praeſumentes gratiam repellebant*, *& in Chriſtum propterea non credebant* ... *In lege*, *quae ex Deo eſt ſuam iuſtitiam conſtituerunt*, *quando eamdem legem ſuis viribus ſe implere poſſe credebant* *Sub lege erant*, *non ſub gratia* ... *Gratia adiuvat*, *ut* legis *quiſque ſit factor*, *ſine qua gratia ſub lege poſitus tantummodo erit* legis auditor. *Talibus dicit*, qui in lege iuſtificamini a gratia excidiſtis. Unde c. 13. ſeq. ſic Pelagianos exagitare pergit : *Quis ita ſit ſurdus adverſus apoſtolicas voces*, *quis ita deſipiat*, *imo inſaniat*, *neſciens quid loquatur*, *ut audeat dicere*, *LEGEM ESSE GRATIAM*?

Eo proinde arrogantiae typho inflati Iudaei, quum ſe tantum virium a ſemetipſis habere poſſe arbitrarentur, quantum ſat eſſet ad opus exſequendum, quo tamquam laboris ſui fructum, & praemium *opera Dei*, adeoque & alimenta illa incorruptibilia, atque in aeternam vitam permanſura a Filio hominis danda, ſibi comparare valerent, de *ſuo ipſorum opere* Chriſtum interrogant, ecquale illud eſſet, quod eos facere oporteret, ut ita *agendo*, quemadmodum a Chriſto fuiſſet indictum, ſibi *operarentur opera Dei*; eoque pacto cibum ſibi, potumque aeternum divinitus praeſtandum acquirere poſſent, ſciſcitantur. Sic autem de una operis ſpecie, quam ſcire volunt, ubi τί ποιῶμεν, *quid faciemus*, quaerunt, non de virtute ſua in opere perficiendo, unde ad *opera* illa *Dei* aſſurgerent, ſe quicquam dubitare demonſtrant. Tale quiddam de vaniſſima iſta Iudaeorum perſuaſione, qua ne ſe quidem a Chriſto edoceri patiebantur, tradidit S. Cyrillus, qui eorum *interrogationem ex magna nimis arrogantia* ἐκ πολλῆς ἄγαν τῆς ἀλαζωνείας *prodiiſſe* ſcribit, ea praeſertim de cauſſa, quod ſibi *ſufficere vellent legem a Moyſe ſcriptam* ἐξαρκοῦσαν ἔχοντες τὴν διὰ Μωσέως ἐντολὴν.

At Chriſtus Iudaeos revocans ad *ſpiritalis*, *veri*, *ſempiternique cibi* intelligentiam neceſſe primum eſſe praedicat, ut in ſeipſum credant, ſi eum aeternae vitae cibum dignis operibus ſibi comparare cupiant. Et quoniam hoc, quod eſt *in ſeipſum credere*, *donum Dei eſt*, ideo non arrogantium Iudaeorum,

daeorum, non noſtrum, non cuiuſvis hominis, ſed *Dei opus* eſſe dicit.

Slichtingius *fidem in ſe* interpretatur *opus Dei*; *nam & ipſa*, inquit, *per ſe opus eſt*, *quod Deus unice requirit*, *& omnia alia opera Dei ſecum trahit*, *& in ſe complectitur*. Nec tamen ad hoc tam magnum, ac tam divinum opus, quod eſt radix, initium, & fundamentum iuſtificationis noſtrae, ullam Dei gratiam, praeter Pelagianam, & ipſe agnoſcit.

Crellius dictum Chriſti ſic exponit: *HOC EST ILLUD OPUS DEI*, ideſt, *opus Deo gratum*: *ſingulari numero utitur*, *cum Iudaei fuiſſent uſi plurali*, *ut oſtenderet unicum tantum ab hominibus requiri*, *fidem videlicet in Chriſtum*; quaſi aut *opus Deo gratum*, quod Deus ipſe *requirit*, fieri poſſit ab homine ſine illius praevenientis gratiae auxilio, aut dignitas, & vis corrupti, ac depravati arbitrii, tanta ſit, ut conatibus ſuis opus Deo tam carum, & acceptum, ceterorumque omnium exordium inchoare, ac perficere queat.

Sed & tu *Slichtingi*, & tu *Crelli* dicite quaeſo, ubinam in evangeliis ſanctis, & in divinis Apoſtolorum ſcriptis vel ſemel legiſtis, *fidem in ſe*, *fidem in Chriſtum*, *unicum tantum* eſſe opus, quod *Deus* unice *requirit* ab homine? Nihilne tam mirae, ac profanae licentiae in caeleſtibus oraculis interpretandis vos pudet?

Iohannes Clericus in hunc locum laudat Procopium Gazeum, qui ad 3. cap. Geneſ. ἔργον τῦ Θεῦ opus intelligit a Deo praeceptum τὴν ἐντολὴν; ſed non ea qua Procopius mente. Norat enim callidus Socinianorum Symmiſta ex auctore dialogi *de iuſtificatione* apud Fauſtum Socinum, ubi ſermo eſt *de fide* iuſtum, ſanctumque reddente hominem, id unum quaerendum eſſe an *mandatum*, non utrum Dei *donum* ſit? Nec dubita quin ſimilia tradant Arminiani eorumdem Socinianorum ſubſidiarii milites.

Et tamen ille idem Fauſtus Socinus, a quo horrenda haec ſecta nomen accepit, in *elenchis ſophiſticis* duplicem ſenſum in verbis hiſce Iohannis: *Hoc eſt opus Dei*, latere fatetur. *Unus ſiquidem ex duobus ſenſibus iſtorum verborum eſt*, *ut operis*

Dei nomine, *intelligamus opus*, *quod DEUS IN NOBIS IPSE FACIT* *alter ſenſus*, *ut intelligamus opus*, *quod Deus probat*, *vel quod Deo eſt gratum*, *vel quod Deus iubet*.

Quo ergo conſilio, quove fallacis animi aſtu Wolgozenius, Crellius, Slichtingius, Clericus, & Fauſtus ipſe Socinus, priorem ſenſum, quem Auguſtinus expoſuit, a Chriſti Domini verbis excludere nituntur, niſi eo uno, ut locum nobis ſubtrahant, qui Deum Chriſtianae fidei auctorem, effectoremque principem in hominum cordibus tam nitide, ſolideque demonſtrat?

At vero nihil eſt quod vetet, quominus ingenuus interpres *utrumque ſenſum* coniungat, quemadmodum more ſuo Auguſtinus ipſe praeclare omnino egregieque coniunxit *Tr.* 29. in Iohan. num. 6: *Intelligere vis*, inquit, *crede* *Intellectus enim merces eſt fidei*. *Ergo noli quaerere intelligere* (de doctrina Chriſti) *ut credas*, *ſed crede*, *ut intelligas*: *quoniam niſi credideritis*, *non intelligetis*. *Cum ergo ad poſſibilitatem conſilium dederim obedientiam credendi*, *& dixerim*, *Dominum Ieſum Chriſtum hoc ipſum adiunxiſſe in conſequenti ſententia*, *invenimus eum dixiſſe*, ſi quis voluerit voluntatem eius facere, cognoſcet de doctrina *Quid eſt*, cognoſcet, *hoc eſt intelliget* *quia vero*, *quod ait*, ſi quis voluerit voluntatem eius facere, *hoc pertinet ad credere*, *ut diligentius intelligatur*, *opus eſt nobis ipſo Domino expoſitore*, *ut indicet nobis*, *utrum revera ad credere pertineat facere voluntatem Patris eius*. *Quis neſciat hoc eſſe facere voluntatem Dei*, operari opus *eius*, ideſt, quod illi placet? *Ipſe autem Dominus aperte alio loco dicit*: Hoc eſt opus Dei, ut credatis in eum, quem ille miſit, *ut credatis in eum*, *non ut credatis ei*: *ſed ſi creditis in eum*, *creditis ei*: *non autem continuo qui credit ei*, *credit in eum*. *Nam & daemones credebant ei*, *& non* credebant *in eum*. *Rurſus etiam de Apoſtolis ipſius poſſumus dicere*: credimus Paullo, ſed non credimus in Paullum. Credimus Petro, ſed non credimus in Petrum. Credenti enim in eum, qui iuſtificat impium, deputatur fides eius ad iuſtitiam. *Quid eſt ergo CREDERE IN EUM*? *Credendo amare*, *credendo diligere*, *credendo in eum ire*, *& eius* (Chri-

(Christi Dei) *membris incorporari*. *Ipsa est ergo FIDES quam de nobis exigit Deus: & NON INVENIT QUOD EXIGAT, nisi DONAVERIT QUOD INVENIAT*.

Ecce quam recte Augustinus *utrumque sensum* verborum Christi exponat, *fidem* in Christum esse docens opus Deo gratum, & placens, opus quod Deus quidem *de nobis exigit*, nobisque *iubet*, & *praecipit*, sed in nobis non invenit, nisi effectricis gratiae suae munere faciat, ut inveniatur in nobis. Quod autem a Deo ipso est, non potest non esse Deo ipsi gratum: nec quicquam Deo placere potest, nisi quod a Deo ipso sit, & referatur in Deum.

Sed christianae gratiae inimici, *priori sensu* reiecto, posteriorem accipiunt, & ita accipiunt, & versant, ut suae ipsorum fraudi eum subservire faciant ad decipiendos imperitos mortales, quibus suadere moliuntur non contemplatricem quamdam, sed *actuosam*, *operosamque fidem*, omnia opera *evangelica* complectentem concipi, & haberi posse in Christum, Deoque placere per humanae naturae, liberique arbitrii vires non aliis supernae gratiae auxiliis erectas, & sublevatas, quam quae ab *evangelii manifestatione*, & *doctrina* proficiscuntur.

Neque heic sistit Socinianae animositatis perfidia. Faustus ad dialogum *de iustificatione*, ubi inducitur *Iohannes* quidam interrogans: *Quid est, opera Dei facere?* Quidam *Christianus* collocutor, qui statim Iohanni respondet: *Credere in Iesum Christum*, Iohan. VI. 28. (rectius 29;) in notis eidem dialogo subiectis sub num. 52. *Christiani* responsum sic moderatur, ut hoc, quod est *credere in Iesum Christum non sit simpliciter, atque absolute verum, sicut etiam ipsius Christi verba in loco, qui hic affertur, ostendere possunt. Quamvis enim interrogassent eum Iudaei*, quid faciemus, ut operemur opera Dei? *Tamen ipse non respondit*: Haec sunt opera Dei, *sed*, hoc est opus Dei &c.; unde concludit: *Quod igitur hoc loco affirmatur verum est quidem, sed habita ratione vitae aeternae nobis patefactae, seu viae omnino excellentissimae Deo serviendi*. Et tom. II. pag. 239: *Fides, in Christum, qua iustificamur propria vi non iustificat, sed pro-*

propter Dei clementiam, *qui eiusmodi opus facientibus*, *quod ob eam rem* Dei opus *a Christo appellatum fuit* Iohan. VI. 29. *iustitiam*, *quamvis antea iniustis*, *imputare dignatus est*.

Parem os impurum blasphemiam evomit, quum in ep. ad Georgium Eniedinum, & alibi saepe pronunciat, *Christi invocationem non esse simpliciter*, *& absolute necessariam*. Nam & in *fragmento catechismi prioris* tom. I. pag. 677. docet eum, *qui in Christum credit*, *non in ipsum Christum credit*, *sed in eum*, *qui illum misit*, idest *in Deum*, cui Christum tamquam purum hominem, merumque nuncium omnino *subordinatum* subiicit.

Hinc & immane illud formidandumque consectarium colligit, sine ulla prorsus fide in Christum quibusvis creati orbis temporibus, & olim potuisse, & hodieque, imo & in posterum posse cuiuscumque gentis, & aetatis homines *iustificationis*, *& salutis* sortem apud Deum consequi.

Siccine licet Socinianis sophistis splendidissima S. Evangelii oracula tam atris, densisque tenebris involvere, & obscurare? O incredibilem occaecatorum hominum audaciam! Si Fausti commenta quasi dementati sequamur, dicere oportebit: *Hoc est opus Dei*, *ut* non *credatis* simpliciter, & absolute *in eum* (Christum scilicet), *quem misit ille* Pater: *Fides in Deum simpliciter*, *& absolute est*, *non in Christum*: *eam ne quis in se peraeque ac in Deum esse crederet Christus ipse consulto dixit*: hoc est opus Dei, *& non*: haec sunt opera Dei, imo etsi fides in Christum cum spe, & caritate coniuncta sit, & *opus* dicatur, propria tamen virtute numquam iustificat impium.

Ecquid? Nonne ita necesse erit nitidissimam Evangelii veritatem in errorum tenebras, & mendacia Satanae, sacrilego conatu convertere?

Ceterum ad dissolvendum vanissimum illud sophisma ex verbis Christi: *Hoc est opus Dei*, male acceptis contextum, satis fortasse esse posset fragmenti nostri lectio τῦτο ἐςὶ τὰ ἔργα τῦ θεῦ: *Hoc sunt opera Dei*, si vox τὰ ἔργα plurali numero adhibita vim haberet, ut Fausto Socino visum est, significandi parem necessitatem *absolute credendi* tum in Christum filium a Deo Patre missum, tum in Patrem ipsum Deum, a quo est ille missus.

Sed

Sed ad id declarandum multo aptior eſt vox ipſa τὸ ἔργον in ſingulari numero a Chriſto Domino uſurpata. Ut enim unus eſt Deus, ita & fides una, & haec opus unum eſt tum Dei Patris mittentis, tum & Dei Filii ab eo miſſi: qui tamen *unus Deus* ſunt, *quia miſſus, & mittens unum ſunt*, quemadmodum loquitur Auguſtinus ad calcem Tr.21. in Iohan. Et Tr.20. n.3. *CATHOLICA FIDES hoc habet firmata ſpiritu Dei in ſanctis eius, contra omnem haereticam pravitatem, quia Patris, & Filii opera i ſeparabilia ſunt. Quomodo ipſe Pater, & Filius inſeparabiles ſunt, ſic & opera Patris, & Filii inſeparabilia ſunt, quia ipſe* (Chriſtus) *dixit: Ego & Pater unum ſumus, quia Pater & Filius non ſunt duo Dii, ſed unus Deus. Propterea*, inquit Tr. 25. n.19., *hoc eſt credere in Filium, quod & in Patrem.* Unde Tr.54. n.3. ad illa verba: Qui credit in me, non credit in me, ſed in eum qui miſit me, ita loquitur: *Hoc dixit* (Chriſtus) *ut Patri crederetur aequalis. Qui credit in me, inquit, non credit in hoc, quod videt me* (ſecundum hominem), *ſed credit in eum qui miſit me. Aut cum credit in Patrem qui ſibi aequalem genuit me, non quomodo me videt, ſed SIC credat in me QUOMODO in eum, qui miſit me: uſque adeo nihil diſtat inter eum & me, ut qui me videt videat eum, qui me miſit.* Hinc *Filius unigenitus recte dicere potuit*, credite in Deum, & in me credite: *Et quod nunc ait*, qui credit in me, non credit in me, ſed in eum, qui miſit me; *non a ſe abſtulit fidem credentis, ſed noluit in forma ſervi remanere credentem: quoniam cum quiſque credit in Patrem, qui eum miſit, profecto credit in Filium, ſine quo Patrem non eſſe cognoſcit, & ita credit, ut credat aequalem.*

Haec tene non tam ex Auguſtino, quam ex catholica, & conſtantiſſima omnium ſaeculorum fide, & traditione Patrum, ut intelligas ſtultos, ac plane dementes eos eſſe oportere, qui ſe fallaciis, & fabulis Socinianorum contra Evangelii veritatem tanto pondere auctoritatis iam inde ab aevo Apoſtolorum ubique terrarum in eccleſia Chriſti firmatam, nuper excogitatis, in ſua illa errorum portenta miſere trahi, inducique patiantur.

Vide

Vide tamen ne in Scyllam Lutheranam, Calvinianamve incidas volens Socinianam vitare Carybdim. Cavendum enim eſt, ne quis haec evangelica verba (Iohan. VI. 29.) ex Lutheranorum, Calvinianorumque placitis intelligat vel de *fide*, quae ſine bonis operibus, uſuque ſacramentorum, per ſe ſola valeat iuſtificare hominem, vel de ea fide, quae vulgo *ſalvifica* ab iis dicitur, quaeque rectius *fiducia* vocari deberet. Nam fides, de qua Lutherani loquuntur, praeter *actus*, *intellectus*, & *aſſenſum* quem homo *Dei verbo propter auctoritatem revelantis* praeſtat, requirit actum voluntatis, *qui eſt divinis evangelii promiſſionibus confidere*, *& in iis acquieſcere* : *qui actus* anima *eſt fidei iuſtificantis* ; *& ea ſtante impoſſibile eſt hominem perire*. Tantam ei tribuit vim Chriſtophorus Pfaffius in *exam. definitionis*, *qua fidem Caniſius deſcripſit*.

Hinc *aliam* Caniſiana *meliorem* ſe dediſſe iactat *fidei definitionem* priſcis certe eccleſiae ſaeculis inauditam : *fidem ſcilicet iuſtificantem eſſe doctrinae caelitus revelatae notitiam*, *& firmum ei adhibitum aſſenſum*, *coniunctum cum fiducia*, *quae voluntatem in promiſſiones de gratuita remiſſione peccatorum propter ſolum Chriſti meritum conferenda inclinet*, *& in iis acquieſcere faciat*. Animus mihi non eſt in ſingulas huius definitionis partes inquirere. Sed intelligi ſatis nequit, quo pacto per *firmum aſſenſum adhibitum notitiae doctrinae caelitus revelatae* non ſit voluntas inclinata in promiſſiones de gratuita remiſſione peccatorum, ut indigeat fiducia, qua inclinetur. Ecquod fidei genus illud erit, quo voluntas hominis, niſi accedat fiducia, in ſuſpenſo manet circa promiſſiones gratuitae remiſſionis peccatorum? Nonne divinis promiſſionibus caelitus revelatis voluntas hominis tam firmiter aſſentitur, quia tota in eas inclinata iam eſt, & ita inclinata, ut luminoſiſſima, ac flagrantiſſima Chriſti gratia adiuta ſanguinem ipſum pro iis fundere parata ſit?

Sed age, haec omittamus; & quoniam *animam* fidei *iuſtificantis* collocat Pfaffius in *fiducia*, quatenus *acquieſcere facit* voluntatem peccatoris in divinis illis promiſſionibus, videamus, an ea poſita, ſtatim habeatur iuſtificatio hominis. Atqui vanum quid-

quiddam eſt, & commentitium putare velle, hominem eſſe vere iuſtificatum ſtatim atque de promiſſionibus gratuitae remiſsionis peccatorum per ſolum Chriſti meritum conferendae tantam fiduciam habeat, ut eum in illis promiſsionibus acquieſcere faciat.

Nam *quantum* quidem *ad Deum ſpectat*, quum in promiſsionibus ſuis ſumme fidelis, & verax ille ſit, atque ut omnipotens praeſtare cumulatiſsime poſsit quicquid promiſit, totum profecto in divinis illius promiſsionibus continetur, quod ita ſpem, & fiduciam credentis de conſequenda gratuita remiſſione peccatorum tutam reddere queat, ut nihil amplius a Dei liberalitate, & miſericordia quaerendum ei homini reſtet, ſed quietum illius animum reddat in eo omni, quod a fidelitate ſupernarum promiſsionum pendere poteſt. Eoque refertur univerſa illa πληροφορία fidei, de qua loquitur Apoſtolus *Rom.* IV. 21.

At vero *quantum ad hominem pertinet*, tota haec fiducia, quamlibet magna & firma, numquam eum certum de divinis promiſsionibus in ſe expletis, deque iam recepta remiſsione peccatorum ſecurum, quietumque reddere poteſt. Niſi enim fiducia iſta tam exitioſae indolis ſit, ut oblivionem inducat, imo & *fidem* extinguat tot divinorum oraculorum, quibus Deus ad reconciliationis, iuſtificationiſque gratiam impertiendam, ſpiritum *poenitentiae* exigit, numquam profecto poterit per ſeſe ſomniatam illam certitudinem, & quietem animi de remiſſione peccatorum ingignere. Lutherus ipſe ad iuſtificationis gratiam, & remiſsionem peccatorum obtinendam ſincerae poenitentiae actus, converſionem cordis, deteſtationem peccati, voluntatem bene agendi, & contritionem animi, non quidem ut *diſpoſitiones*, ſed ut *conditiones neceſſarias*, requirebat. Non dubito quin hoc idem Pfaffius, Buddeus, Carpzovius, aliique Lutheranae ſectae ſcriptores hodieque velint. Et tamen hi omnes docent per ſolam fidem, qua homo *certo credit* ſibi fuiſſe propter merita Chriſti gratuito remiſſa peccata, iuſtificationem obtineri, etſi facile contingere poſſit, atque etiam ſoleat, ut uno eodemque temporis puncto de contritione, veraeque poenitentiae ſpiritu dubius haereat, & incertus,

L imo

imo & actu ipso mortaliter fortasse peccet. Notum enim est, quid Lutherani sentiant de bonis ipsis operibus, quae letali concupiscentiae vitio infici, atque foedari statuunt: Quid, si in momento conversionis putet homo habere se *illam peccatorum detestationem*, *& contritionem*, *quam Spiritus S.*, ut ait Buddeus l. 4. *Instit. dogmat.* cap. 3. §. 41., *per legem prout in Verbo divino est revelata*, *in cordibus mortalium operatur*; sed revera non habeat, nisi eam *peccatorum agnitionem*, *detestationemque*, quae proxime ante fidei iustificantis exordium, in nondum regenitis, non aliunde quam ex *animalibus naturae viribus*, eodem Buddeo fatente, oriri poterat? Neque enim inter eam peccatorum agnitionem, & contritionem, quae ex *lege naturae non revelata* profluit, & eam, quae ex *lege naturae* per Spiritum S. *revelata* proficiscitur, aliud demum discrimen agnoscit, quam hoc unum in eo situm, quod *haec latius patet*, *cum legem longe adcuratius ex revelatione*, *quam ex ratione cognoscere liceat*, *& magis seria est*, *& fructibus evidentissimis*, *praesertim si fides accedat*, *ab illa discernitur*. Neutra interea, ut saepe docet Buddeus, *ex evangelio* est, neutra germanae *fidei* lumine ducitur, neutra divini amoris scintillula animatur, sed eadem est utriusque natura, origo, & actio legalis. Adde, quod utraque, licet, propter legem *accuratius* cognitam, ista magis quam illa, seria est. Tam facile scilicet altera cum altera confundi potest.

De *fide* pariter, vera ne an fallax ea sit, quid, quaeso, certi, quod iactare valeant, habent adversarii nostri, quando eorum antesignanus Lutherus, & Apologia ipsa Augustanae confessionis, ut immortalis Bossuetus lib.III. *var.* §.28. praeclare ostendit, tam obvias, multiplicesque caussas, cur quis de fidei suae veracitate anceps esse queat, & dubius, passim offerri, exhiberique fatentur? Sed ceteris omissis, unum praestat audire Buddeum laud. l. IV. c. 3. in observ. ad §. 14. *Proh! dolor*, ibi admirans exclamat, *saepissime* contingit, *ut mortales falsa quadam fidei notione sibi ipsis illudentes*, *fidem se habere putent*, *qua tamen destituuntur*, *ne quis in re gravissima*, *& in qua sine salutis periculo*, *errare non licet*, *decipiatur ad fructus*, *ceu*

ceu criteria fidei longe certiſſima, *attendat*, *neceſſe eſt*. Aſt, perge porro, & vide iactata κριτήρια iſta, quae *longe certiſſima* Buddeus appellat, quam cito evaneſcant. *Neve*, ſubiungit, *& hic iterum* (*ille*, *qui credit*) *decipiatur*, *diſcrimen naturae*, *& gratiae probe teneat*, *ne fallacia naturae gratiam callide imitantis*, *illi illudat turpiter*. Quid praeterea ſignificat *ſecuritas* illa *carnalis*, quae *fiduciae ſpeciem adſumens*, eodem Buddeo teſte, illi *ſuccedit*? Et tamen tantae, ac tam proclivis fallaciae inſidiis obnoxius eſt quiſquis ille ſit qui credit, etiamſi habeat non modo intimum conſcientiae ſuae ſenſum, quo ſe fidem tenere percipit, ſed & Spiritus ſancti teſtimonium ex ſcripturis hauſtum, eiuſque *arrhabonem* a Deo ipſo ſibi in animo datam; quemadmodum ille idem Buddeus eo loci apertiſſime docet.

Et re quidem vera nemo eſt ex credentium numero, qui animi ſui ſenſum tam felicem dicere audeat, ut nec fidem *putatam* pro ſincera fide, nec teſtimonium humani ſpiritus pro divino ipſo Spiritus S. teſtimonio accipere umquam poſſit. Iam ſi, Lutheranis ipſis fatentibus, de propria fide dubitatur, fieri non poterit, ut cum hac dubitatione ſecuritas de remiſſione peccatorum habeatur. Tum igitur una cum Boſſueto concludam, aut nulla eſt remiſſio, aut ſi eſt, ſine Lutherana illa ſecuritate erit, vel, quod portentoſius cenſeri omnino debet, ſecurus quis erit de remiſsione quo tempore nec de fide, nec de poenitentia ſua ſecurus eſt; unde illud neceſſario conſequitur, ut remiſsio peccatorum neque a fide, neque a poenitentia dependeat.

In eo vero quod Pfaffius addit: *ea ſtante* (fiducia velut anima fidei iuſtificantis) *impoſſibile eſt hominem perire*, ſcripturis ſanctis, & Apoſtolorum praedicationi apertiſſime contradicit. Funditus namque evertit chriſtianae humilitatis, & ſalutaris vigilantiae fundamenta, tum & bonorum operum ſtudium, ſanctumque illum metum, atque tremorem, quo coniuncto cum ſpe ſummae felicitatis ex meritis Chriſti conſequendae, ſalutem noſtram operari monemur. Omnia enim haec vana ſunt, quoties quis ea in ſimplici fiducia de criminum ſuorum remiſsione perſiſtens perire nullo modo poſsit. Quid, ſi, ut

mox dicebamus, tota illa fiducia nuda ſit illuſio mentis? Quid, ſi in ea infeliciter erret? Spes certe de venia a Dei miſericordia recepta eſſe debet ab animi angoribus, & perturbationibus libera, ſed non a ſancto quodam & pacato timore, qui convenit filiis Deo Patri reconciliatis, disiuncta; alioquin non ſpes, non fiducia, ſed temeraria praeſumptio erit.

Multo etiam abſurdius, perniciosius, & horribilius eſt Calvinianum de fide iuſtificante ſyſtema. Praeter ſimplicem, exterioremque imputationem iuſtitiae Chriſti, quam etiam Lutherani in hominis iuſtificatione adoptant, tantae certitudinis, tantaeque ſecuritatis vim, ſuae illi fidei iuſtificanti adtribuunt, ut hominem ſemel iuſtificatum de iuſtitia prorſus inamiſsibili, de gratia, de donis Spiritus ſancti, de perſeverantia, de praedeſtinatione, deque ſalute ipſa ſempiterna omnino certum, abſoluteque ſecurum efficiat, etſi eum interea enormibus quibuſvis, nefandiſque criminibus obſtrictum, coinquinatumque eſſe contigerit.

Lutherani, qui in Anabaptiſtis *inamiſſibilitatem* iuſtificationis, ut ex Auguſtana fidei confeſsione liquet, proſcripſerant, maiori cum averſione abſolutam illam, atque funeſtam Calvinianorum de gratia, de perſeverantia, de praedeſtinatione, deque beatae vitae gloria ſecuritatem homini ſemel iuſtificato tributam ſe reiicere ſemper, & exſecrari teſtati ſunt. Recentiores ipſi Calvinianorum dogmatum propagatores huius doctrinae horrorem extenuare, & emollire curarunt.

Fides *Arminianorum* iuſtificans ad *Socinianam* accedit. Nudam eam eſſe volunt *conditionem*, qua Dei benignitas *nos habet pro iuſtis*. A Limborchio lib.5. Theol. Chr. cap.12. definitur: *firmus aſſenſus ex certa revelationis divinae notitia a Spiritu ſancto per verbum evangelii animis noſtris ingeneratus*. Et cap.9. §.24. *Aſſenſui arctiſſime unitur fiducia, immediate ex ea fluens; adeo ut aſſenſus noſter recte aſſenſus fiducialis appelletur. Eſtque haec fiducia non proprie ſpes roborata, quae conſequens potius fidei eſt, ſed confidentia, qua ſalutem, cuius promiſſioni aſſenſum praebemus, nobis iuxta promiſſum divinum obventuram certo certius confidimus.* Eamque *fiduciam fidei actum eſſe* ſtatuit Limborch., *quia*, ut

eo

eo loci ſcribit, *nihil aliud eſt*, *niſi roboratus aſſenſus in hominem fidelem reflexus* : & lib. 6. cap. 4. §. 30. *fidem* appellat *actum obedientiae noſtrae* : quae omnia ſatis certe implicata videntur. Huius vero *fiduciae obiectum*, *univerſalis* tantum *miſericordia* eſt *omnibus hominibus* ſub hac conditione *oblata*, *ſi in Chriſtum credant*, *& ex illius praeſcripto vitam* inſtituant; nam *ſpecialis miſericordia in Deo nulla eſt* : *hominibus promitti non poteſt*, *noxia eſt pietati*, nec fidei, fiduciaeque obiecto continetur, ſed fidem ipſam ſubſequitur.

Neque totum id eſt, ſed ex Limborchii doctrina, ad obiectum *eſſentiale fidei ſalvificae* neceſſarium non eſſe dicunt credere, neque in Chriſtum tamquam *Filium Dei*, *aeterna filiatione a Deo Patre genitum*, & eiuſdem cum ipſo naturae, atque ſubſtantiae Deum, neque in Trinitatem Perſonarum, unamque in eis divinitatem. Hinc noſtrum hunc verſiculum evang. Ioh. *Hoc eſt opus Dei*, *ut credatis in eum*, *quem miſit ille*, Limborchius p. 409. *de fide* interpretatur, quae opus ſit Deo gratum, quatenus ea habetur in Chriſtum tamquam doctorem ſimplicem ratione prophetici muneris a Deo ipſo miſſum. Remiſsionem peccatorum in una poenarum condonatione conſtituunt. Iuſtificationem vero peccatoris, non per infuſam caritatem, perque inhaerentis gratiae, & Spiritus ſancti inhabitantis donum, ut catholica eccleſia in Tridentina Synodo docet, neque per *extrinſecam* illam, quam Lutherani & Calviniſtae volunt, *imputationem iuſtitiae Chriſti*, ſed per hoc unum *imputationis* genus, quo *fides ipſa imputatur ad iuſtitiam*.

Dies me deficiet ſi velim errorum omnium portenta, quae in his Limborchianis, Arminianiſque commentis comprehenduntur, refellere. Neque heic ego errores appello ea, quae Limborchius adverſus falſam, improbamque *Contraremonſtrantium* de iuſtificatione doctrinam commiſcet, ſed quae contra revelatae Theologiae principia, contra Patrum traditionem, & luminoſiſsima eccleſiae catholicae dogmata conſequenter ſubtexit. Novum eſt, & indignum generale illud fidei iuſtificantis ſomnium, in quo praeterquam quod fides ipſa eſt, quae ſola imputatur ad iuſtitiam, locum non habet fides praeſens,

certa

certa, & abſoluta, ſed adhuc futura, incerta, & conditionata in Chriſtum, adde, & ita conditionata, ut apud Deum ſufficiens & idonea ſit ad imputationem iuſtitiae, etiamſi, (quod iam obſervatum eſt) divinam non credat Chriſti naturam, eiuſque aeternam filiationem, imo nec ipſum SS. Trinitatis myſterium a Chriſto ipſo revelatum.

Quam iniquum deinde ſit, Deoque iniurioſum ab iuſtificantis fidei, & fiduciae obiecto excludere *ſpecialem miſericordiam* ob eam maxime cauſſam, quod nec in Deo inveniri, nec a Deo promitti poſſit, nemo eſt, qui non intelligat. Praeterea quid eo magis ridiculum, magiſque fabuloſum a Limborchio fingi poterat, quam Deum dicere, imputare ad iuſtitiam unam illam fidem, quae pro obiecto habet miſericordiam tantummodo generalem, hominem vero eſſe, qui per ſubſequentem, peculiaremque fidem in evangelium ſibi applicat ſpecialem miſericordiam Dei? Non Deus ergo eſt, ſed ſingulus quiſque hominum, qui generalem illam miſericordiam, fidemque iuſtificantem ſibimet, Pelagiano ritu, applicando imputat ad iuſtitiam, ſeſeque ipſum eo pacto iuſtificat. Quid hoc genere iuſtificationis ineptius, abſurdius, Deoque ipſo indignius? Mitto ludicra ſophiſmata, quibus Arminianus philoſophus ſuam illam fiduciam, licet obiectum, ut aiunt, *formale* habeat ab eo, longe diverſum quod fides habet, ad fidei tamen naturam redigere ſe poſſe contendit. Mitto & alia, quae profanum, iocoſum, vaniſſimumque *Socinianae iuſtificationis* commentum ubique ſpirant.

Ne vero oblitus videar Pfaffii, redeo ad *ſalvificam fidem*, quam idem ipſe Caniſio, aliiſque concedit in eo evangelii loco a Chriſto Iudaeis praecipi. At verba Chriſti: *Hoc eſt opus Dei, ut credatis*, ſic Pfaffius interpretatur: *Debetis credere* (o Iudaei), *ſed nolite putare hanc fidem opus veſtrum fore; eſt enim donum Dei ab ipſo ſolo in cordibus veſtris efficiendum.* Et ad id quod iure obiicitur: *Si fides* ſolius *Dei opus eſſet, nos non crederemus, ſed Deus*, ſequelam *penitus negat, quia*, ut ille inquit, *nulla eſt*; eamque cauſſam reddit: *quod actiones immanentes ſemper ſubiectum, in quo recipiuntur, denominant,*

ſive

ſive illud ſuis viribus eas actiones efficiat, *ſive alterius viribus effectus recipiat*. Non inficiatur *quoad gratiam cooperantem*, *hominem quod ſuum eſt*, *contribuere debere*, *ſcilicet cum homo*, *quoad intellectum*, *voluntatem*, *&* *appetitum iam* vivificatus, & illuminatus *eſt Spiritu ſancto*, *ſe ultro ſubmittere*, *& ad ſanctificationem in Chriſtum credere debet*, *ita ut voluntas viribus credendi*, *ſperandi divinitus mota*, *determinataque ad illos actus*, *iam dicat* : *volo credere*, *volo ſperare &c. Et ſic in his actibus credentis*, *ubi mens noſtra movet ac movetur*, *operatio non ſolum attribuitur Deo*, *ſed etiam animae*, *& ſecundum hoc dicitur*: *Gratia cooperans*. Docet haec de homine *regenito*, & *vivificato*, in quo uno, ita ſola Dei actio, & Spiritus S. gratia opus fidei ſalvificae efficit, ut nihil omnino agat humana voluntas. Hinc ultro concedit Deum eſſe qui credit in voluntate hominis regeniti, actum vero credendi hominis voluntati *denominative* tantummodo tribui, quatenus, uti actio quaedam *immanens*, in ea tamquam *in ſubiecto* recipitur.

Et ne id *Pontificii* mirentur, exempla profert *viſionis*, & *fruitionis*, quarum alteram in intellectu, alteram in voluntate Beati Deus *ſolus efficit*, *ſine ullo activo illarum potentiarum concurſu*; quaſi ſcilicet tam hebetes, & ſtolidi ſint Theologi noſtri, ut actuum *immanentium* vocibus ſe facile illudi patiantur, nec ſatis intelligant abuſum nominis, quo Lutheranus doctor *actum fidei immanentem* appellat. Buddeus lib. 4. *Inſtit. dogm.* c. 3. §. 29. & 30. *converſionem*, *alias poenitentiam*, quae *ſaepius pro* contritione, & fide *ſumitur*, aliam eſſe dicit *tranſitivam*, aliam *intranſitivam* : & illa, inquit, *eſt actio*, *a Deo in homines tranſiens*, *poteſtque etiam* activa *appellari*; iſta *intranſitiva appellatur*, *cum actus ille*, quo homines ſeipſos *convertere* dicuntur, *intra homines maneat*, *nec ad alium tranſeat*, *quamquam paſſio potius ſit*, *quam actio*, *cum homo a Deo convertatur*. Fides ergo *immanens* a Pfaffio ſic dicta, eadem eſt ac fides *intranſitiva* Buddei. Ecquis iam erit ex Pontificiis Theologis, qui patienter ferat, actionem fidei eo ſenſu, quo Pfaffius, Buddeuſque fingit, ſive *immanentem*, ſive *intranſitivam* dici, eamque cum *immanenti* actione viſionis

beati-

beatificae comparari? Illa actio est viatoris libera, licet caussa ipsius effectrix, & principalis sit Dei gratia, ista actio est necessaria ex dulci, laeta, atque felici necessitate, qua summi & inamissibilis praesentia boni totam ad se rapit, sibique aeternum devinctam tenet mentem Beati versantis in termino. Fallitur itaque Pfaffius vehementer, si ex allatis exemplis quicquam colligere se posse confidit, quod ad hallucinationes suas fovendas quomodocumque conducat. Neque enim ex quo *visio*, & *fruitio* in Beatis actiones *immanentes* dicantur, ideo Pontificii theologi *Deum* aiunt vel in intellectu seipsum videre, vel in voluntate Beati semetipso frui.

Profecto Beatorum menti Deum videre actio *immanens* est, sed *simul etiam vitalis* est; proprium autem est actionis vitalis ab eo principio produci, in quo recipitur. Hinc nullus *Pontificiorum* Theologus, quem ego sciam, hactenus dixit, visionem in mente Beatorum a *solo* Deo produci, *sine ullo concursu potentiarum intellectus*, & *voluntatis*, quemadmodum temere Pfaffius contendit fidem a *solo* Deo in hominum cordibus gigni. Lumen gloriae ita certe *totum* id quod est in *Beatorum visione* efficit, ut habitus infusi, & divinae gratiae motio efficiunt *totum* id quod est in actibus virtutum fidei, spei, & caritatis *viatorum*. Non inde tamen colligendum est animi *potentiam* nihil agere. Nam & haec ipsa, quemadmodum *in via totum* id efficit, quod est in actibus fidei, spei, & caritatis, sic & *in patria* totum efficit quod est in visione beatifica; adeo ut visio ipsa & *tota* sit a lumine gloriae, & *tota* ab intellectu creato, quum ab eo lumine sit tamquam a caussa effectrice *principali*, quae facit, ut etiam intellectus creatus concurrat ad actionem vitalem visionis.

Verum quia plerique omnes *Pontificiorum*, ubi explicant *inaequalitatem* beatitudinis, eam unice repetunt a lumine gloriae maiori, vel minori, quod a Deo pro meritorum diversitate unicuique beatorum dispertit, non autem a maiori, vel minori intelligendi, atque volendi vi, & perfectione, qua *naturaliter* intellectus, & voluntatis potentia donata sit in beatis, ideo deceptus Pfaffius & unam cum altera sententiam confun-

fundens, *Pontificiis* Theologis falſo ſuum illud commentum attribuit, *de viſione Dei in intellectu Beati*, *&* *fruitione in voluntate*, quae *a ſolo Deo*, *ſine ullo activo potentiarum illarum concurſu*, *reipſa efficiantur*. Fruſtra proinde ſibi ſpondet futurum, ne Romanae Eccleſiae Theologi admirari debeant Lutheranorum figmentum de fide, quae ita *ſolius* Dei donum & opus ſit, ut ad eam recipiendam voluntas hominis ſe habeat tamquam inſtrumentum inanime, mereque paſſivum, & omni prorſus agendi vi deſtitutum. Mihi quidem licet omnium infimo ſtupori ſemper erit tanta illa confidentia Pfaffii, qua verbis ſibi obiectis ex Apologia ipſius confeſſionis Auguſtanae: *Fides eſt in voluntate*, *eſt enim velle*, *&* *accipere promiſſionem*; adeoque & argumento illi catholicorum inde deducto: *quomodo volumus*, *ſi penitus nil operamur*, reſpondet: *Fidem eſſe actionem*, *&* *converſionem eſſe mutationem voluntatis ſubiective*, *&* *receptive non negamus*. *Active*, *&* *efficienter a voluntate nondum vivificata procedere negamus*. *Sic enim eſt* opus ſolius *Spiritus S. Breviter*. *Cum credimus*, *volumus*, *&* *accipimus promiſſionem*, *&* *operamur non active*, *&* *efficienter*, *ſed receptive*, *&* *paſſive voluntas noſtra recipit in ſe operationem Spiritus Sancti*.

Multa, quae contra tam inauditae, & abſurdae doctrinae novitatem adferri poſſent, miſſa facio. Nam ad vaniſſima Pfaffii interpretamenta refutanda ſatis eſſe puto, quae magnus Boſſuetus in eadem prorſus inexplicabilia Lutheranorum aenigmata protulit lib. VIII. *Variationum*. Quid enim eo magis riſu dignum videri poteſt, quam cum Pfaffio dicere hominem *in primo converſionis* ſuae momento ſubiectum eſſe, inſtrumentumve mere paſſivum, emortuum, omnique prorſus actione deſtitutum, haud aliter quam frigidum ſaxum, aut lignum, in quo Deus ſolus agat, velit, & credat. Negari enim non poteſt, hominem ipſum eſſe, qui in converſionis ſuae exordio *incipit* reſipiſcere, credere, ſperare, & amare eo veriſſimae actionis genere, quod ſive a lapide, ſive a ligno, aut ab alio quovis mere paſſivo, emortuoque inſtrumento effici nullo modo poſſit.

Certe quidem quisquis *perfecte* convertitur, credit, & amat, haec omnia viribus maioribus perficit, re tamen ipsa non alia ratione, modoque perficit, quam quo primum incepit; adeo ut in utroque gradu, Spiritu sancto operante, cum eo simul operetur & homo, seseque voluntatis suae actu divinae gratiae subiiciat. Si itaque Pfaffius, aliique eius gregales, ubi fidem aiunt opus esse *solius* Dei, dicere vellent Deum in conversionis nostrae exordio excitare in nobis primas fidei cogitationes, primosque motus, qui *in nobis sine nobis* fiunt, rem dicerent, quae in confesso est apud universos Ecclesiae catholicae Theologos. Sic enim praevenientem, excitantemque Dei gratiam operari nos quoque tradimus, & profitemur. *Ipse Deus*, ait August. c. 17. de Gr. & lib. arb., *operatur incipiens*, *qui volentibus cooperatur perficiens ut ergo velimus* sine nobis operatur; *cum autem volumus*, *& sic volumus*, *ut faciamus*, *nobiscum cooperatur*.

Si rursus dicere vellent, liberum hominis arbitrium, quo temporis momento divinae gratiae consentit, & converti ad fidem incipit, non agere *naturae*, sed gratiae viribus, id quoque catholici dogmatis consensione firmatur. At omnem prorsus actionem, quae etiam ex viribus gratiae fiat, in hominis voluntate, dum primo ad Deum convertitur, primaeque fidei semen, genesimque recipit, sublatam penitus extinctamque praedicare, res est, quae cum scripturis sanctis, cumque SS. PP. traditione, & Ecclesiae catholicae doctrina apertissime pugnat.

Quid, quod uno eodemque principio, quo Pfaffius excludit ab exordio salvificae fidei quamcumque voluntatis nostrae actionem, liberique arbitrii cooperationem, omnis perinde hominis actio ab universa christianae vitae continuatione excluditur? Non modo enim Dei gratia hominem praevenit in exordio fidei, sed in omnibus omnino christianae vitae officiis; nec minus quicquid est in exordio, sed & quicquid est in continuatione fidei *totum* Dei est; quamquam & totum simul sit liberi arbitrii, quia homo a Deo motus totum agit non quidem naturae, sed gratiae viribus, sine quibus nihil efficere potest.

 Neque

Neque enim, ut Pfaffius nobis falſo imponit, *fides noſtra partim a vi liberi arbitrii inſita, partim a Spiritus Sancti virtute* eſt; ſed tota eſt a Spiritu ſancto, cuius *adiutorium*, ut verbis Auguſtini utar in epiſt. ad Sixtum, *ſic expreſſum eſt*, (Rom. VIII. 26.,) *ut ipſe facere diceretur, quod ut faciamus facit*.

Ex his autem, quae hactenus diſputata ſunt, boni quique facile intelligent eam Pfaffii interpretationem, quae fidem in Chriſtum ita *opus* ſolius *Dei* eſſe exponit, ut tantum in voluntate noſtra ſit tamquam in ſubiecto inanimi, nihil omnino agente, plura complecti, quae pietas chriſtiana ferre nullo modo queat. Haec & Pfaffius ipſe fortaſſe aut vidit, aut certe coniecit. Nam ad eam tollendam publicae offenſionis ſpeciem, quam ex hoc tam luculento, prodigioſoque commento oriri poſſe ſuſpicabatur, in alterum extremum una cum ceteris ſymmiſtis ſuis delapſus, uſus eſt Semipelagianis praeſtigiis. Qui ſcilicet actionem omnem voluntati hominis in primordiis fidei recipiendis abſtulit, ille idem viribus humanae naturae largitur quicquid ad fidem ipſam ſuſcipiendam praeparat, atque diſponit. En verba Pfaffii: *Habet etiam homo nondum regenitus facultatem exercendi actiones paedagogicas, ſeu ad fidem acquirendas perductorias, imo hos actus paedagogicos praeſtare tenetur*.

Hoc idem praeſtitit Pfaffii cultor celeberrimus *Ioh. Franc. Buddeus*. Statuit & is l.4. *Inſt. dogm.* c.3. §.12. ex hoc noſtro Evangelii loco: *Deum immo, SOLUM DEUM eſſe, qui fidem in nobis operatur. Iohan.* VI. *v.* 29. Eodemque proinde, quo Pfaffius, conſilio quicquid gradum facit ad fidem, viribus naturae & ipſe adtribuens, actuum illorum paedagogicorum ingenium, varietatemque expoſcit in obſerv. §.23. ſubiectis. *Ad actus*, inquit, *naturales, ſeu animales hominum irregenitorum illi etiam referuntur, qui paedagogici vocari ſolent. Hoc namque nomine eiuſmodi actus intelliguntur, qui ad ipſam equidem regenerationem, ſeu converſionem in ſe ſpectatam non pertinent, eidem tamen occaſionem praebent & hominem quodammodo praeparant, ac diſponunt, ut gratia convertens per verbum divinum vim ſuam, & efficaciam in eo exſerere queat*.

Tantam scilicet vim habent actus hi *paedagogici* naturales & a simplici libero arbitrio in homine irregenito producti, ad fidei, & conversionis gratiam, eiusque efficaciam consequendam, ut si ii desint, gratia nihil efficere possit. *Huc*, dicere pergit Buddeus, *secundum solitam declarationem* Form. Concord. art. 2. p. 664. *refertur*, *quod homo*, *antequam per Spiritum S. illuminetur*, possit Evangelium audire, & aliquo modo meditari, atque etiam de eo disserere &c. *Imo ipsa etiam naturalis illa rerum divinarum cognitio*, *&* *adsensus humanus huc referri potest*, *prouti interdum homo per illam ad gratiae convertentis operationem recipiendam disponitur*. Eadem fere repetit in observ. ad §. 41.

Nihil iam necesse esset plura adferre ad Semipelagianismi errores in actibus hisce paedagogicis dignoscendos. Si enim audire, & meditari Evangelium, deque divinis rebus ex eo, unius naturae ope studioque, cognitis disserere, actus sunt *naturales*, & *animales*, qui non modo *occasionem* praebent *gratiae* Spiritus S., sed ad eam hominem praeparant, atque disponunt, in quo differant, vel a desiderio sciendi medicum, vel a studio pulsandi, quaerendi, & inveniendi, vel a qualicumque *boni operis*, *bonaeve voluntatis merito* praecedente largitatem gratiae, vel ab aliis eiusdemmodi liberi arbitrii officiis, quae ex Semipelagianorum sententia, fidei dono viam parabant, omnino non video.

Ne me tamen, sed immortalem illum Meldensium Episcopum Bossuetum audiant necesse est quotquot dogmata haec Lutherana docent. Multis vir summus ostendit ex cit. lib. *Concord.*, Lutheranos, postquam ea, qua iam observavimus ratione, liberum hominis arbitrium in momento primae convertentis gratiae, & fidei iustificantis exordio exstinctum volunt, alia demum via eo evadere, ut totum nativis ipsis viribus liberi arbitrii tribuant; quippe qui operationem, & efficaciam divinae gratiae ex auditu serio & attente praestito praedicati Evangelii verbis dependere sine dubitatione constituunt; attente vero audire, & meditari S. Evangelii verba actus esse volunt *paedagogicos*, & *naturales*, quos licet *praeparatorios* ad gra-

ad gratiam esse doceant, eos tamen liberum hominis arbitrium sine ulla prorsus gratia efficere posse contendunt. Sed praeclaram, invictamque doctissimi Episcopi demonstrationem videsis in lib.8. *Variation.* §.52. ad §. usque 59. Iure proinde dictum ab eo est: *Lutherani enormi lapsu semper in extrema feruntur*. Inde & illud intelligere licet quemadmodum Semipelagiana Lutheranorum contagio inter Calviniana castra gradatim serpere coeperit ob mutuae confoederationis studium. Iam enim, verba sunt Bossueti, in gratiam Lutheranorum aiunt: *neminem Semipelagianismi caussa perire*; quod idem est ac dicere, posse quemquam initium salutis aeternae naturae viribus, liberoque voluntatis suae arbitrio inculpate prorsus, innocenterque tribuere.

Vidit haec proculdubio *Iohannes Fabricius* modestus protestantium Germanorum scriptor in *Consideratione controversiar. evangelicos inter & Romano-Catholicos, & Reformatos*, ubi de libero arbitrio differens p. 32. librum 8. *Hist. variat.* Episcopi Bossueti se expendisse significat, nec tamen suos ab ea, qua afficiebantur Semipelagianismi nota, vindicare suscepit, veritus fortasse ne res satis sibi feliciter cederet.

Ecqua igitur fronte audent hi modo Pelagianae, modo Semipelagianae contaminationis Romanam Ecclesiam, quae suam semper fecit Augustini doctrinam, quacumque data occasione, tam acriter insimulare? Eccui mirum non erit, quod qui actus paedagogicos *naturales dispositiones* esse *ad gratiam fidei*, tam libere, confidenterque depraedicant, non erubescant Catholicos reprehendere, ubi eos audiant, *fidem*, *timorem*, *spem*, & *initialem* ipsam *caritatem*, *dispositiones* appellare ad *interioris*, & *inhaerentis* iustificationis munus consequendum; tametsi millies a nostratibus dictum, probatumque sit, hasce omnes *dispositiones* non ab humanae voluntatis, sed a supernae gratiae viribus proficisci? Quod quidem non modo ipse fatetur *Iohannes Fabricius*, sed & suis persuadere nititur in laudato opere pag. praesertim 32. 33., & alibi.

Verum pluribus omissis, quae de hoc amplissimo argumento dici possent, redi tu mecum ad versiculum illum nostrum

ſtrum Evangelii Iohannis, & vide ex his paucis, quae hactenus protulimus, quam miſere errent & Pfaffius, & Buddeus, & Carpzovius, & alii Evangelico-Lutherani ſcriptores. I. Dum *fidem in Chriſtum*, ita *ſolius Dei opus* eſſe tradunt, ut nihil agat liberum hominis arbitrium, ſed inſtar trunci & lapidis tamquam ſubiectum mere paſſivum unam ipſius Dei actionem in ſe recipiat. II. Dum toti in partem alteram abeunt, tantumque virium libero arbitrio una cum Semipelagianis tribuunt, ut ad *fidem* ipſam per actus paedagogicos, pureque naturales ſe parare, ac diſponere poſſe velint. III. Dum tandem cum Reformatis coniuncti noſtrum hocce Evangeliſtae Iohannis teſtimonium de *fide*, quae, ſine operibus, licet *ex viribus gratiae*, peractis, *ſola* valeat hominem peccatorem iuſtificare, intelligunt. Multo etiam turpius, ut ante iam obſervavimus, Sociniani errant, & Arminiani.

Una igitur vera, ac ſplendida prorſus, atque divina eſt Tridentini Concilii de *fide*, & *iuſtificatione* doctrina ſeſs. VI. capp. III. IV. V. VI. VII. & VIII., aliiſque pluribus *canonum* ſententiis, quae recta huc ſpectant. Heic vero obviam mihi fit *Buddeus*, qui lib. iam indicato p. 955. Tridentinos Patres neſcio cuius fallaciae inſimulare eſt auſus: *Licet*, inquit, *veritate rei convicti, negare non auderent imputationem iuſtitiae Chriſti, & remiſſionem peccatorum ad iuſtificationem pertinere*, idque *ſe non abnuere praeſeferrent, eiuſmodi nihilo ſecius condiderunt decreta, quibus, quae concedere videbantur, penitus everterentur, veraque iuſtificationis notio, contra mentem, ſententiamque ſcripturae ſacrae, in iuſtitiae infuſione conſtitueretur*. Alia id genus plura adduxerat in obſerv. ad §. XI. c. 4. l. 4. *Eamdem viam* (ſubdit) *ingreditur BOSSUETUS, cui conſtitutum eſt Romanae Eccleſiae emollire dogmata, ut incautos fallat. Ita namque Concilii Tridentini veſtigiis inſiſtit, ut quae diſtincta plane ſunt, inter ſe miſceat, atque confundat, & imperitis lectoribus offundat caliginem.*

Itane vero licuit Buddeo Tridentinos Patres calumniari? At praeter intolerabilis audaciae notam, ſummam in hoc tam indignae cenſurae genere inſcitiam oſtendit. Pro certo enim ponit *iuſtitiae infuſionem* conſiſtere non poſſe *cum imputatione iuſti-*

iustitiae Christi, quasi altera hac posita prior illa e vestigio tollatur. Sed non tollitur, imo magis magisque firmatur.

Nam infusio iustitiae ipsa est applicatio, & communicatio satisfactionis iustitiae & meritorum Christi gratuito facta per gratiam. *Quamquam enim*, ait Trid. Conc. sess. 6. c. 7., *nemo possit esse iustus, nisi cui merita passionis domini nostri Jesu Christi communicantur; id tamen in hac impii iustificatione fit, dum eiusdem SS. Passionis merito per Spiritum Sanctum caritas Dei diffunditur in cordibus eorum, qui iustificantur, atque ipsis inhaeret*; sicque Spiritus Sancti inhabitatio, sive caritas Dei per Spiritum Sanctum diffusa, & *inhaerens* in corde eorum, qui iustificantur, illa Dei iustitia est, *non qua ipse iustus est, sed qua nos iustos facit, ut non modo reputemur, sed vere iusti nominemur, & simus*. In hunc vero modum inhaerentis iustitiae infusio cum remissione culpae, & sempiternae poenae, etsi ea non sit, qua Deo pro peccatis nostris, poenisque aeternis satisfacimus, (pro iis enim Christus ipse in cruce moriens satisfecit), est tamen effectus satisfactionis, & meritorum Christi, quae in iustificatione peccatoris communicantur. Eaque de caussa ab Apostolo Paullo 1. Corinth. c. I. v. 30: *Christus*, dicitur, *factus nobis iustitia, & sanctificatio, & redemptio*.

Audio heic ego Buddeum, qui pag. 977. recitato capite illo 7. mox laudato sess. 6. Trid. Syn., Patres nostros carpit, quod *unicam caussam formalem iustificationis esse doceant* iustitiam Dei, non qua ipse iustus est, sed qua nos iustos facit..., *imputationis iustitiae Christi nulla mentione facta*. Quae quum dicit, non credo virum philosophum eam potuisse in animo tam absurdam sententiam gerere, ut putarit Tridentinos Patres *duplicem*, vel *multiplicem* adferre debuisse *caussam formalem* unius eiusdemque rei, cuiusmodi iustificatio est. Nam ne ipse quidem adoptat inter suos peculiare illud placitum, quo nonnulli *geminam* iustificationis formam, *remissionem* scilicet, *sive non imputationem peccatorum*, & *imputationem iustitiae Christi* retinendam putarunt. Ergo ob id unum Tridentinos Patres reprehendere voluisse putandus est, quod in cap. illo VII. nullam

nullam mentionem fecerint de imputatione iustitiae Christi. Atqui mendacium hoc est Buddei apertissimum. Nam si *iustitia Christi*, ut Buddeus ipse eadem p. 977. diserte fatetur, non *ea* heic intelligitur, *quae* Christo, *ut* vero *Deo propria est*, *& inter attributa divina refertur*, *sed ea*, *quae in obedientia eius tum activa*, *tum passiva consistit*, *quae & alias* meriti, *itemque* satisfactionis *nomine venire solet*, in citato cap. VII. perspicuis hisce verbis commemoratur. *MERITORIA autem* (caussa est) *dilectissimus unigenitus* (Dei Patris) *dominus noster Iesus Christus*; *qui*, *cum essemus inimici*, *propter nimiam caritatem*, *qua dilexit nos*, *sua sanctissima passione in ligno crucis nobis IUSTIFICATIONEM MERUIT*, *& PRO NOBIS DEO PATRI satisfecit*. En *satisfactio* Deo Patri oblata, idest, interprete Buddeo ipso, *iustitia Christi*, qua *nobis iustificationem meruit*, eademque ipsa est, quae nobis *imputatur*, sive, ut rectius loquar, *applicatur*, dum haec *satisfactio*, haec *iustitia*, & haec *merita passionis domini nostri Iesu Christi in hac impii iustificatione*, sic docentibus Tridentinis Patribus, communicantur.

Ne vero in mentem veniat Buddeo de vocibus pueriliter altercari, quasi *imputari iustitiam*, non eamdem habeat significationem, quam habet *communicari iustitiam*, sat erit, ut promiscuum utrarumque locutionum usum ad unam eamdemque rem designandam non a nostratibus tantum, inter quos eminent Cardinales *Hosius*, *Contarenus*, *Bellarminus*, & Wallenburchii FF. Episcopi, & Theologi praestantissimi, sed a suis etiam Lutheranis scriptoribus solemniter frequentatum, adprobatumque videat apud Iohan. Fabricium Lutherano-Evangelicae Theologiae professorem in cit. op., cuius inscriptio est: *Consideratio controversiarum*, ubi varia de christiana iustificatione systemata explicantur. Videat & Meldensium Episcopum *Bossuetum* lib. IV. *Variat.* §. 34. *Res est*, inquit, *extra omnem dubitationis aleam posita*, *Christi Domini iustitiam*, eam nempe plenam, uberrimamque satisfactionem, quam pro peccatis nostris Deo Patri obtulit, *nobis imputari*; *nihilque erat*, *cur* adversarii Novatores *totum terrarum orbem commoverent*, sibique *fastosum Reformatorum nomen arrogarent ob huiuscemodi doctrinae caput*,

quod

quod tam probe cognitum, testatissimumque apud omnes erat. Tridentinum ipsum Concilium merita Christi, & passionis eius per iustificationis gratiam nostra fieri profitebatur, ubi ea nobis communicari, nec quemquam sine iis iustificari posse tam sedulo, ac frequenter inculcat.

Et audebitne adhuc Buddeus Tridentinos Patres insultare? Ita quidem. Nam recitato can. x. oecumenicae Synodi: *Si quis dixerit homines per iustitiam Christi formaliter iustos esse, anathema sit: hoc*, continuo subdit, *revera perinde est, ac si dixissent homines per iustitiae Christi imputationem neutiquam iustos esse*. Tanta scilicet caecitate mentis laborat Buddeus, ut discernere nesciat in Tridentino canone inter caussam formalem, & meritoriam iustificationis nostrae. Illam Tridentini Antistites sitam esse negant in ipsa imputatione iustitiae Christi, utpote quae nequeat esse infusa, & inhaerens animo hominis, istam in universa sess. VI. unice passimque collocat in solis ipsis meritis, & iustitia Christi. Nonne *Buddeus* ipse paullo ante probarat, tamquam *Augustanae confessioni* omnino consonam, sententiam illam, qua gregales sui *imputationem iustitiae Christi*, non *formam quidem*, sed *fundamentum iustificationis esse . . . contendunt*? Ecquo ergo iure ausus est modo reprobare tamquam *imputationi iustitiae Christi* repugnans dogma istud catholicum, quo Tridentini Patres definiunt *iustitiam Christi* non esse *caussam formalem*, sed *meritoriam iustificationis nostrae*?

Bossuetus vero non in una tantum *expos. doctr. cathol.*, sed etiam in lib. III. *Variat.* §.35. probe norat inanes & futiles distinctiunculas a recentioribus Lutheranis inter *iustificationem*, *regenerationem*, & *sanctificationem excogitatas*; easque in hoc nostro orthodoxae fidei dogmate exponendo iure neglexit. At vero in laudato *Variat.* loco totum hunc novarum, obscurarumque subtilitatum abortum ad tempora refert, quae epocham sequuta sunt Augustanae confessionis, ipsiusque Lutheri, & Melanchthonis mortem. Idque vir summus praeclare evincit apertis *synchronorum Lutheranorum* testimoniis, quibus fassi sunt tria haec, quae tam subtiliter, ac scrupulose ho-

N dieque

Bayerische Staatsbibliothek MÜNCHEN

dieque distinguere affectant, in Lutheri, & Melanchthonis scriptis, imo & in Augustana confessione, eiusque apologia non semel confundi.

Buddeus, & *Walchius* praesertim *introductione in libros eccl. Luther.* ne apologia mox commemorata hac in re *Romanensibus favere* videretur, conatus est aliud quoddam subtilioris distinctiunculae genus comminisci, quo vocabulum *iustificationis*, cum aliis, quae *regenerationem*, *sanctificationemque* designant, in suis illis symbolicis, publicisque libris, (sic rei natura postulante), confusum, arbitrario discerneret; eaque arte viam sibi patefaceret ad liberrime divinandum, ubinam *stricte*, & ubi *late* usurpatum incubet. Pergit porro *Walchius*, & in promiscuo istius vocabuli usu confessionem ipsam Augustanam, eiusdemque in primis apologiam hac de caussa excusat, quod eo *in usu Scriptores ecclesiasticos praeeuntes sibi haberent*. Nam *Augustinus*, *& qui eum sequebantur* *vocabulo* iustificationis *ita usi sunt*, *ut per illud regenerationem*, *& renovationem intelligerent*. Quid ergo Buddeus Episcopum nostrum *Bossuetum* sublestae fidei incusat, si Augustinum, aliosque veteres Ecclesiae Patres & ipse sequutus, sub unius *iustificationis* nomine, *regenerationem* quoque, *sanctificationemque* hominis comprehendit?

Utinam & Lutherani Theologi, qui in hoc capitali dogmate pertractando aliud fere nihil, quam Augustini nomen commemorare tam saepe solent, illius quoque sententias ea, qua par est religione, animique integritate expendere, & meditari aliquando vellent! Sed mea me vota fallunt. Quae enim spes est, ut recto, puroque sensu magni Hipponensis Magistri sententias de hoc summo, gravissimoque Christianae religionis capite intelligere queant homines, qui nexum totius Augustinianae doctrinae horrendum in modum dissolvunt, & quod volunt, excipiunt, quod vero nolunt, reiiciunt, atque pessundant: qui in certamine cum Pelagio, Iuliano, aliisque eiusdem perfidiae hostibus inito modum excessisse strenuum bellatorem affirmant: qui praedestinationem sanctorum, quemadmodum ab eo traditur, abominantur: qui in *doctrina de absoluto*

Bayerische Staatsbibliothek München

luto praedeſtinationis decreto, *ad alterum extremum*, *quod praedeſtinatianorum eſt*, Patrem SS. *declinaſſe* clamant: qui cum Semipelagianis, & Arminianis non aliam, quam *univerſalem gratiam* omnibus aequaliter oblatam propugnantibus, confoederati, peculiarem perque ſeipſam efficacem gratiam, quam in libris Auguſtini aperte doceri fatentur, ſub eo mendaciſſimo obtentu quod *irreſiſtibilis* ſit, averſantur: qui gratuitam praedeſtinationem ad *initium fidei*, & ad *magnum illud*, ut Tridentina Synodus vocat, *finalis perſeverantiae donum* in aureis Africani Doctoris ſcriptis repudiant: qui de glorioſiſſimo Pelagianorum triumphatore ita ſentiunt, ut quamvis lapidem omnem in concilianda libertate hominis cum praedeſtinatione, & efficacia gratiae eum moviſſe dicant, num tamen conatibus res ipſa reſponderit, quaſi ſub dubio relinquunt: qui auxilium gratiae, uti ab inclito praeceptore neceſſarium ad fidem ſtatuitur, bene, maleve in Auguſtinianis operibus accipi poſſe dictitant: qui demum non ubique ſibi conſtare Hipponenſium Praeſulem, nec eadem ſemper ratione mentem ſuam exprimere aſſerunt, ecquae, inquam, ſpes eſt, ut huius ingenii, atque licentiae homines in hac maxime cauſſa ingenui eſſe queant, & fidi Auguſtinianae mentis interpretes? Et tamen, id quod incredibile dictu eſt, ii ſunt, qui Auguſtinum perinde atque Angelicum Doctorem, ſectatoremque Auguſtini fidiſſimum D. Thomam, totum ſuum eſſe gloriantur. Iſtorum imaginem videſis in *Buddeo*, *Dorſchaeo*, aliiſque ſcriptoribus Lutheranis expreſſam. Sed hos inanes iactatores, alienique iuris uſurpatores, tandem aliquando dimittamus.

Anni iam fere *mille & quadringenti* numerantur, ex quo Eccleſia Romana ſuam iure fecit, ſemperque tenuit Auguſtini doctrinam. Age igitur, & quando id unum nobis propoſitum modo eſt, ut germanam v. *29.* cap. *6.* Ioh. interpretationem ex Auguſtini mente figamus, eumdem ipſum Doctorem SS. iterum audiamus. De hoc enim loco in libro *de praedeſt. SS.* c. *7.* ſic loquitur: *Sed forſitan dicunt*, (Semipelagiani) ab operibus *fidem diſtinguit Apoſtolus*: gratiam *vero* non ex operibus *eſſe dicit*, *non autem quod non ſit ex fide*. Ad haec S. Doctor, *ita*

vero est: respondet: *sed ipsam quoque fidem* opus Dei *dicit esse Iesus*, *&* *hanc ut operemur iubet*. Dixerunt enim ad eum Iudaei, quid faciemus, ut operemur opus Dei? (Sic ex mss. a Maurinis PP. indicatis, alias *opera Dei* in editis): Respondit Iesus, & dixit: Hoc est opus Dei, ut credatis in eum, quem misit ille. *Sic ergo distinguit Apostolus ab operibus fidem*, *quemadmodum in duobus regnis Hebraeorum distinguitur Iudas ab Israel*, *cum & ipse Iudas sit Israel*.

Hem *Buddee*! Tu, qui hunc locum de fide iustificante omni proculdubio interpretaris, tu, inquam, qui tam scrupulose caves, ne in actu iustificationis, praeter simplicem, nudamque fiduciam in meritum satisfactionis Christi, ulla penitus, vel levis umbra operis, actionisve immisceatur fidei, nega, si potes, fidem ipsam, iudice Augustino, verum *opus* esse, ut Iudas verus est Israel, etsi Iudas distinguatur ab Israel. Adde, quod Augustinus non tantum *opus*, *&* *opus Dei* fidem appellat quatenus a Deo in nobis producitur, sed & quatenus a Deo nobis iubetur, ut eo operante & *nos* illud *operemur*, non quidem ex viribus propriis liberi arbitrii, quasi quae antea *sopitae* erant, deinde excitentur per gratiam, (quemadmodum hac in re & tu, & ceteri de grege tuo consuevistis Romanae Ecclesiae Theologos calumniari), sed ex novis viribus gratiae, uti iam Cardinalis Bellarminus, teste Ioh. Fabricio vestro, & Bossuetus Episcopus, aliique nostratium disertissime docuerunt.

Verum & illud videas, velim, eo uno sancto mandato Christi de *fide* in se habenda, *totum contineri*, *si eam*, Augustino interprete in lib. *de F. & Oper.* c. 25., *intelligamus fidem credentium*, *quae per dilectionem operatur*, quaeque *fides gratiae* a Deo appellatur. Sentisne? Non iubet eo mandato Christus *solam fidem*, tamquam mancum quiddam & imperfectum, sed *totum*, fidem nimirum operantem per caritatem, sine qua fides viva non est. Tecum ergo aperte pugnat Augustinus, ne audeas dicere ita Deum *solum* operari fidem in cordibus nostris, ut liberum hominis arbitrium nihil agat, sed *mere passive* se habeat. Quid porro? Audi, quod sequitur; *Ex fide autem*

autem dicit (Apostolus) *iustificari hominem* , *non ex operibus* , *quia ipsa prima datur* , *ex qua impetrentur cetera* , *quae proprie opera nuncupantur* , *in quibus iuste vivitur* . Non dicit certe Augustinus : *in quibus iustificatur* , (ut Reisius acriter adversus Bellarminum animadvertendum obiicit in suo illo , quem falso ac temere inscripsit libro : *Augustinus . . . vindicatus*) , sed quum dicit : *iuste vivitur* initium *iuste vivendi* , necessario exprimit , neque enim vivere quis potest nisi primum vivere incipiat ; Id vero , quo quis vivere iuste incipit , actus ipse est iustificationis . At unde homo interior vivere incipit , ex fide ne sola , an ex fide simul & caritate ? Certe ex utroque ait S. Doctor lib. 13. *de Trin.* c. 20. de fide differens *in Christo* definita , quae docet neminem *liberari a diaboli dominatu* , *per remissionem peccatorum* , nisi *per illum* . En differentis verba : *Nondum dicendus* , *vel putandus est vivere secundum interioris hominis trinitatem* (memoriam , intellectum , & voluntatem) , *si ea non diligat quae ibi praedicantur* , *praecipiuntur* , *promittuntur . . . Cum autem vera esse creduntur* , *& quae ibi* diligenda sunt , *diliguntur* , *iam secundum trinitatem interioris hominis vivitur* : *secundum hoc enim vivit quisque quod diligit* .

Iam vero si , iudice Augustino , fides sola non dat principium spiritualis vitae homini interiori , sed ad illud obtinendum necessaria est caritas , & dilectio , secundum quam quisque vivit , quo demum pacto Germani protestantes audebunt dicere , duce Augustino , fide sola sine ullo caritatis , & *dilectionis* initio regenerari , reviviscere , excitari a morte peccati ad vitam gratiae , & ita iustum fieri hominem apud Deum , quem nondum diligit , imo nec diligere incipit ? Huius certe iustificationis forma nescio quid spirat , quod portentosi commenti loco haberi non iniuria possit . Sed ne in maiora *parerga* excurrere velle videar , finem huic meae tam prolixae adnotationi imponam .

(4) Ibid. v. 29. πιϛεύητε . Sic Alexandr. cod. , aliique apud Mill. Πιϛεύσατε Cod. Ang. bibl. 2. Πιϛεύσητε S. Iohan. Chrysost. , & editi . S. Cyrillus πιϛεύσητε legit & ipse in textu , sed in commentario πιϛευητε : ἵνα πιϛεύητε εἰς ὃν ἀπέϛειλεν αὐτὸς . *Ut credatis in eum* ,

in eum, *quem misit ipse*. De fide vero in Christum vide, quae observavimus in superiori adnotatione.

(5) Ibid. ἀπέϛαλκεν. Ita & cod. 61. Wetsten. Ceteri omnes ἀπέϛειλεν. Sed quaerendum a Wetstenio esset, an & haec ipsa vox ἀπέϛαλκεν altera fortasse sit ex earum numero, quas ad Latinam lectionem mutatas ei dicere placuit in cod. 61.?

(6) Vers. 30. σὺ σημεῖον. Convenit cum editis. Multi apud Mill. non habent σὺ, ut nec habet Cyrillus. Σημεῖον σὺ legitur in cod. Vat. 360. Quod ergo *signum facis tu*?

(7) Ibid. πιϛεύσωμεν σοὶ. Ita & editi, aliique omnes. In uno cod. Ang. bibl. 2. καὶ πιϛεύσομέν σοι: *Et credemus* (pro *credamus*) *tibi*.

(8) Vers. 32. ἀλήθεινον. Recte equidem v. cl. Michaëlis nudum librarii errorem dixit ἀλήθεινον pro ἀλήθινον *ex iotacismo* natum. Et iam Montfauconius in *Pal. Gr.* p. 230. adnotaverat in codd. VIII. seculi *perpetuam vocalium commutationem occurrere*, *nempe τῦ η in ι*, *& vicissim*, *τῦ υ in οι*, *ει in ι &c.*, *quas etiam in marmoribus*, *& libris antiquioribus*, *sed rarius observaverat*. Verum in hoc nostro Graeco-Aegyptio codice ex gentis more, & peculiari pronunciandi ratione similem litterarum commutationem fieri, persuasissimum mihi est. Nam, ut ait meus Boniourius in laud. *elem. Gramm. Copt.* ει *sonat apud Aegyptios perinde* ac ι, quod & variis exemplis demonstrat. Neque id accidit tantummodo in vocibus Aegyptiacis utriusque dialecti Memphiticae, & Thebaicae, sed etiam in Graecis ipsis nominibus, quae Coptitae in sacris libris suis retinuerunt. Huc facit, quod eruditissimus Grabe c. 1. *Prolegom.* in celeberrimum codicem Alexandr. §. 6. de litteris in eo frequentissime permutatis admonuit. *Ceterum*, inquit, *de litteris consonantibus pariter*, *ac vocalibus*, *diphthongisque notandum*, *quod illae hinc inde*, *hae quum ubique fere locorum*, *ac saepissime sint inter se permutatae nempe* ε, *&* αι, ι, η, υ, ει, οι, ο, *&* ω, *nec non aliquando* υ, *&* αι, ι, *&* ει, *in quibusdam verbis* α, *&* ε. Nemini itaque mirum videatur, si codicis nostri Aegyptius scriptor similes litterarum commutationes quandoque habeat; ni enim aetate maior, certe coaevus iure videri potest *Theclae*, sive alii cuilibet scribae cod. Alexandrini.

(9) Vers. 33.

(9) Verſ. 33. ὁ γὰρ ἄρτος τῦ Θεῦ ἐςὶν. *Hic enim panis Dei eſt*. *Latini multi*, ait Maldonatus, *legunt* : *Panis enim verus eſt*. Variat verſio noſtra Coptica, nec accurate reſpondet, uti infra videbimus, ſententiae iam recitatae Graeci textus. Qua ex re coniicere licet ſcriptorem codicis non *auctorem*, ſed ſimplicem librarium fuiſſe, qui textum ipſum cum Coptica verſione, quemadmodum in antiquiori exemplo exſtabat, deſcribere ſtuduit.

(10) Verſ. 35. εἶπεν αὐτοῖς. Editi apud Mill., & Wetſten. εἶπε δὲ. Sic & Cyrillus, & Auguſtinus. εἶπε ὖν Cantabr., & alii apud Mill., & Wetſten., quibus adde cod. Urb. Vatic. 2., (& quam Wetſten., ut animadvertit D. Michaelis, praetermiſit,) *Syriacam novam*. Nam & in cod. bibliothecae Angelicae legitur : ܐܡܪ ܝܫܘܥ ܠܗܘܢ.

(11) Ibid. ὁ ἐρχόμενος πρὸς ἐμὲ. Unicus eſt codex iſte, qui legat πρὸς ἐμὲ. Alii omnes legunt πρός με.

(12) Ibid. ὐ μὴ πεινάσει. Conſonant huic lectioni codices plures a Millio, & Wetſten. laudati. Cantabrig. addit πώποτε. Πεινάσῃ habent editi.

(13) Ibid. ὐ μὴ διψήσει. Quemadmodum eſt in Alexandr., aliiſque pluribus a Wetſten. recognitis. Millius in ipſo quoque Cantabrig. cod. legiſſe videtur διψήσει; ſed διψάσει legit Wetſten.

ADNOT. Nulla aptior verſ. huius 35. explicatio, teſte Ioh. Maldonato adferri poteſt, quam quae traditur ab Auguſtino verbis hiſce : *Qui venit ad me*, *hoc eſt quod ait* (Chriſtus), *& qui credit in me* : *& quod dixit*, *non eſuriet*, *hoc intelligendum eſt* : *non ſitiet unquam*. *Utroque illa ſignificatur aeterna ſatietas*, *ubi nulla eſt egeſtas*. *Panem de caelo deſideratis*? *Ante vos habetis*, *& non manducatis*.

(14) Verſ. 36. καὶ ἑωράκατέ μη. Καὶ deeſt in tribus Millii. Et μὴ pro μὲ poſuit amanuenſis Aegyptius deceptus fortaſſe conſpectu, & ſono τῦ μὴ proxime ſequentis. Alexandr. ne μὲ quidem habet.

(15) Ibid. καὶ ὐ μὴ πιςεύετε. Alexandr. καὶ ὐ πιςεύετέ μοι ex Mill. & Wetſten. Quid, ſi μη pro μοι ob ὁμοφωνίαν, aut commuta-

mutationem litterarum η, & οι, scriptum fuerit, eademque propterea sententia sit καὶ ἐ μοι πιστεύετε codicis nostri ac altera illa Alexandrini καὶ ἐ πιστεύετε μοι? S. P. Aug. legit: *Sed dixi vobis, & vidistis me, & non credidistis*. Vercell. cod. *Et videtis, & non creditis*. Veron. *Et vidistis, sed non creditis*.

(16) Vers. 37. ὁ δίδοσί μοι: δίδοσι scilicet pro δίδωσι, ut habent reliqui omnes apud Mill. & Wetsten., ω in ο commutato.

(17) Ibid. τὸν ἐρχόμενον πρός ἐμὲ ἐ μὴ ἐκβάλω ἔξω. Alii omnes πρός με: decem Wetstenii ἐ μὴ ἐκβάλλω, ut & Vatic. 360. Ἔξω *foras* monet Mill. deesse in Cantabr. & Pers., ubi, si Persicum Evang. a Wheloco editum intelligit, ibi certe بيرون *foras* aperte legitur. Non habuisse videtur exemplar quo utebatur S. Hilarius l. IX. *de Trin.* n. 49. *Et venientem ad me non apello*; sicuti non habent codd. *duo Vercellen.*, & *Veron.* apud cl. v. P. Blanchinium in Evangeliario quadruplici.

ADNOT. *Quorsum hoc dicat* (Christus v.37. c.6. Ioh: Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet) *omnes fere consentiunt reddi caussam, cur illi, quibuscum loquebatur, ad se non venirent, idest in se non crederent. Ita fere Chrysostomus, Leontius, Cyrillus, Theophylactus, & Euthymius*. Ipsissima verba sunt Ioh. Maldonati Comment. in Ioh. Et recte ille quidem, & erudite. Sed, si in hanc sententiam *omnes fere* Patres, sacrosque interpretes convenire fatetur, quo novitatis studio in aliam prorsus oppositam, cumque tota propemodum maiorum nostrorum traditione, auctoritateque pugnantem concedere maluit? Quid ita? Audi: *At hoc*, inquit, *non fuisset accusare eos, sed potius excusare, cum manifestum esse videatur eos accusare voluisse. Si enim*, subdit, *venire ad Christum non poterant nisi a Patre darentur, & Pater eos non dabat, culpa vacare viderentur, quod non vanirent*. Id vero quid aliud est, quam Patres illos omnes in impii, scelestique dogmatis suspicionem adducere, dum Maldonatus ex eorum sententia illud monstri necessario sequi argumentatur, ut incredulitatis crimen non in Iudaeorum voluntatem, sed in Deum Patrem, qui eos Christo non dedit, refundi debeat? Apage ergo tam iniquae, & calumniosae

argu-

argumentationis genus! Multa enim ſunt in quibus non Chryſoſtomus, non Cyrillus, non Euthymius, non alius quilibet ex laudatis interpretibus, ſed Maldonatus ipſe peccat.

I. Principio perperam ille Graecorum horum Patrum mentem, ſententiamque exponit. Ii enim per haec Chriſti verba eius generis cauſſam, cur Iudaei non crederent, reddi declarant, quae nec humani arbitrii facultatem, nec credendi potentiam in caecis, obduratiſque animis Hebraeorum adimeret.

Praevidit S. Iohannes Chryſoſtomus non tam obiectionem, quam cenſuram Maldonati, ubi hom. in Ioh. 43. alias 44. inducit qualemcumque incredulorum patronum, ineptumque ſophiſtam haec aut his ſimilia Chriſto ipſi obiicientem: *Sed dicat fortaſſe quiſpiam: Si omne, quod* dat Pater, *venit ad te, ſi illi item, quos ille trahit, veniunt; & ſi nemo poteſt ad te venire, niſi ipſi datum fuerit deſuper, ii, quibus non dat Pater, ſunt omni crimine liberi*. Quid ad haec Chryſoſtomus? Quaſi argutatoris levitatem irridens, brevi reſpondet: Λόγοι ταῦτα ψιλοὶ, καὶ πρόφασις. *Haec nugae ſunt, & obtentus. Nam noſtra quoque opus eſt voluntate, doceri quippe, & credere noſtrae voluntatis eſt*. Ne tamen putes poſtrema haec addidiſſe Chryſoſtomum ea mente, ut praevenientis gratiae neceſſitatem ad credendum aut involvere, aut reticere voluerit; apertiſſime enim antea dixerat: *Hoc loco* (ideſt verſ. 37.) *haec fere ſubindicat* (Chriſtus,) *Fides in me non parva res eſt*, ἀλλὰ τῆς ἄνωθεν δεῖται ῥοπῆς, *ſed ſuperna gratia opus habet*; ea, inquam *gratia*, quae ῥοπὴ a Chryſoſtomo dicitur, auxilium ſcilicet, adiutoriumque divinum, quod voluntatem hominum ad credendum inclinat. Huiuſmodi certe gratiae genere donati non erant Iudaei, quos Pater non dedit Filio, nec proinde credebant in Chriſtum, ſed poterant credere. *Edoceri enim, & credere ex voluntate eſt*, & ut ait S. P. Auguſtin. c. 7. de praedeſt. SS., *credere, vel non credere eſt in arbitrio voluntatis humanae, ſed in electis praeparatur voluntas a Domino*, ſcilicet ex τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς, *ſuperno auxilio*. Hinc, iudice Chryſoſtomo, *cum ait* Chriſtus: *Omne, quod dat mihi Pater ad me veniet, iure illorum* Iudaeorum *incredulitatem perſtringit*: quicquid contra argutari placuerit Maldonato.

S. Cyrillus caussam incredulitatis Iudaicae sic explicat: Ἑωρακότες οὐ πιστεύουσι, διὰ τὴν (ἐκ τῆς θείας ὀργῆς, quae verba Latinus interpres omisit) ταῖς διανοίαις αὐτῶν ἀχλύος δίκην ἐπισκήψασαν πώρωσιν, ἦσαν γὰρ δήπου, καὶ ἀναμφιλόγως ἄξιοι τοῦτο παθεῖν. *Quum viderint*, inquit ad v. 36., *non credunt*, *propter* caecitatem *ex ira divina eorum mentibus in morem obscuri velaminis insidentem. Erant enim vero procul dubio digni qui id paterentur, innumeris peccatis irretiti, & firmissimis iniquitatum catenis constricti ... Nulla igitur excusatio dementiae Iudaeis relinquitur*. Mox pergens ad v. 37: *Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet*, Christum dicit per haec verba, *caussam caecitatis* τὴν τοῦ πεπωρῶσθαι πρόφασιν superioribus dictis *subiecisse*, *ut se in divinam iram incurrisse* Iudaei *discerent*. Et quidem *iustis de caussis*. Neque enim Deus *istiusmodi de illis iudicium tulisset*, *nisi ratio omni ex parte inculpata ad id eum provocasset*. Paucisque interiectis quale sit divinum istud iudicium verbis hisce explicat: *cum ait* (Christus) *sibi a Deo & Patre allatum iri omne, quod dat ipsi*, *populum ex Gentilibus protinus adfuturum*, *& prope iam credentem subindicat*: Τοῦτο δὲ ἦν ἀπολοῦντος εὐφυῶς, ὅτι καὶ ἀποπεσοῦνται τῆς χάριτος αὐτοὶ ... *Hoc autem est praeclare interminantis*, *& eos* (Iudaeos scilicet) *privatum iri gratia*, *& in eorum locum successuros eos omnes*, *qui ex Gentilibus per bonitatem Dei & Patris adducuntur tamquam ad Salvatorem*, *& vivificum illum secundum naturam Filium*. Tandemque concludit: *Acerba itaque*, *& perniciosa res est admodum cordis durities*; nobisque *servatam* addit *circumcisionem cordis*, per Spiritum Sanctum perficiendam, quam consequenter negatam agnoscit caecis, incredulisque Iudaeis. Iam igitur omnem impotentiam credendi, qua tenebantur Iudaei isti utpote omnino voluntariam, & liberam ex caecitate & cordis sui duritie manantem, iusto Dei iudicio sic permittente, contraxerant; adeoque eorum infidelitas, iudice Cyrillo, nec culpa vacavit, nec ullis hodie Maldonati argutiis excusari potest.

Idque tam certo persuasum erat Alexandrino Doctori, ut hanc omnem Iudaeorum perfidiam ex eorum caecitate duritieque partam a Christo ipso Deo tanto ante per Isaiae

Va-

Vatis oraculum : *Vade , & dic populo huic : auditu audietis, & non intelligetis : & videntes videbitis , & non videbitis ; incrassatum enim est cor populi huius* ; fuisse aperte praedictam, putarit, atque adeo terribilem hanc praedictionem ab eodem ipso Domino indicari scribit verbis hisce : *Sed dixi* , idest praedixi, *vobis , quia & vidistis me & non creditis* ; dum praenovi futurum , quod modo accidit , ut *in duritie vestra firmiter permansuri , vestraeque familiari incredulitati tenaciter adhaesuri* , τῶν ἐμῶν ἀμέτοχοι καταλειφθήσεσθε *meorum donorum expertes deserendi essetis* . Calumniatur itaque Maldonatus Cyrillum , ubi Sanctum interpretem inducit sic explicantem verba Christi : *Omne quod dat mihi Pater , ad me veniet* , ut impotentiam credendi repetat a Patre , quatenus eos non dedit Filio ; quando Cyrillus caussam totam repetit quidem a Deo Patre , sed a Patre quatenus iusto prorsus , & inculpato iudicio iratus permittit impotentiam illam credendi tamquam poenam liberae caecitatis , & obdurationis Iudaeorum .

Euthymius , Theophylactus , aliique a Maldonato nuncupati Chrysostomum , & Cyrillum sequuntur ; nihilque habent , unde quis iure colligere queat Iudaeos passos fuisse *impossibilitatem credendi* in Christum ea de caussa quod non essent ei dati a Patre . Monstrosum hoc consectarium uni Maldonato deducere placuit , ut invidiam crearet ei Graecorum Patrum interpretationi , quae dogma catholicum de gratuita praedestinatione ad fidem christianam necessario supponit .

II. Si Maldonatus bona fide interpretari voluisset alterum illud Iohan. XII. v. 34. , *non poterant* (Iudaei scilicet) *credere* , non ausus esset hanc ipsam , quam Graeci Patres , ut ille putat , tradunt , expositionem carpere , & exagitare , etsi ex ea sequeretur consectarium istud : *Iudaei non poterant credere* . Neque enim ex hac impotentia recte infertur ; *ergo excusabiles erant , si non credebant* . Nam omnem hanc impotentiam , culpa sua prorsus inexcusabili , patiebantur . Audiatur Augustinus , qui tract. 83. in Ioh. ad propositam quaestionem : *Si non potuerunt credere , quod peccatum est hominis non facientis quod non potest facere ? Cito* , inquit , *respondeo , quia nolebant* . Et si

O 2 dicit

dicit Propheta (Iſaias :) *Quia dedit illis Deus ſpiritum compunctionis , oculos ut non videant , aures ut non audiant , & excaecavit oculos eorum , & induravit cor eorum . Etiam hoc eorum voluntatem meruiſſe reſpondeo . Sic enim excaecat , ſic obdurat Deus , deſerendo & non adiuvando , quod occulto iudicio facere poteſt : iniquo non poteſt . . . Quando adiuvat miſericorditer facit , quando non adiuvat , iuſte facit . . . Non itaque mirum eſt quod non poterant credere , quorum voluntas ſic ſuperba erat , ut ignorantes Dei iuſtitiam , ſuam vellent conſtituere . . . Quia enim non ex fide , ſed tamquam ex operibus tumuerunt ; ipſo ſuo tumore* caecati offenderunt *in lapidem offenſionis . Sic autem dictum eſt ,* non poterant credere , *ubi intelligendum quod nolebant , quemadmodum dictum eſt de domino Deo noſtro : ſi non credimus , ille fidelis permanet , negare ſeipſum non poteſt . Sicut ergo , quod Dominus negare ſeipſum non poteſt , laus eſt voluntatis divinae : ita quod illi non poterant credere , culpa eſt voluntatis humanae .* Sententiam hanc non uno in loco ab Auguſtino traditam eleganter explicat exornatque *Canus* de loc. theol. lib. II. c. 4. in reſp. ad arg. 7.

Sed Maldonatus ad intempeſtivae argutiae commentum confugiens evangelici oraculi ſenſum involvere ſtuduit : *Et vere ,* inquit, *non potuerunt credere* in ſenſu compoſito , *ideſt poſita Iſaiae praedictione fore , ut non crederent , abſolute tamen potuiſſe .* At vero Iſaias non eventum tantummodo infidelitatis Iudaeorum , ſed cauſſam etiam , ideſt caecitatem , & duritiam eorum cordis praedixit . Quamdiu autem tantae caecitatis , & obdurationis cauſſa prophetico vaticinio tam clare praenunciata in mentibus , & cordibus infidelium Iudaeorum perſeverabat , quomodo de iis dici poterat : *abſolute potuiſſe credere* ſine illa Dei gratia , quae caecitatem , & obdurationem *primitus* auferret ?

Si ergo Maldonatus, ubi ſtatuit Iudaeos hoſce *abſolute potuiſſe credere* intelligit nudam *poſſibilitatem* credendi , ſive ut loquitur Auguſtinus *poſſe habere fidem* , quatenus liberum arbitrium , ſi vellet , converti poſſet ad fidem , non abnuam : ſed ſi intelligit eos *abſolute potuiſſe* credere , ideſt *actum* credendi potuiſſe habere , potentia , ſic dicta , proxima , & expedita , ut aliud nihil

ad credendum requireretur, nisi voluntatis determinatio, id vero falsissimum est, & evangelio repugnans. Duo haec ab Augustino in eod. tr. 53. sic explicantur: *Ecce dico & ego, quod qui tam superba sapiunt, ut suae voluntatis viribus tantum existiment esse tribuendum, ut negent sibi esse necessarium divinum adiutorium ad bene vivendum, non possunt credere in Christum. Hinc & illi* (Iudaei) *non poterant credere: non quia mutari in melius homines non possunt, sed quamdiu talia sapiunt*, (ut & Pelagiani) *non possunt credere. Hinc excaecantur, & indurantur, quia negando divinum adiutorium, non adiuvantur. Hoc de Iudaeis, qui excaecati, & indurati sunt, Deus praescivit, atque in eius spiritu Propheta praedixit.*

III. Praeiudicatae opinionis affectibus impeditus non vidit Maldonatus, quod obvium erat & ante oculos positum. Chrysostomus, Cyrillus, aliique in Iudaeis incredulis non datis a Patre pravae voluntatis culpam incusant. Ecquid aliud praeterea requirebat Maldonatus, ut intelligeret Iudaicam perfidiam, iure horum Patrum iudicio, a Christo accusari, quum Augustino teste c. 9. *de D. P.*, tam *facile est, ut infidelitatem accusemus Iudaeorum de libera voluntate venientem, qui factis apud se tam magnis virtutibus credere noluerunt*?

IV. Nemini iam mirum videri debet, si vir alioquin ὀρθοδοξάτοτος, & omnigenae eruditionis laude praeclarus, neglecta Patrum auctoritate, interpretationem, quae tota Semipelagianum errorem spirare videatur, nobis exhibuerit: *Itaque potius credo*, inquit, *eorum perversam accusari voluntatem, quod a Patre se dari non sinant*. Quid ergo erit Maldonati iudicio illud: *Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet*, nisi hoc unum, *omne* quod se sinit dari *a Patre, ad me veniet*? Hinc aliis verbis explicaturus quinam ii sint, qui *se dari sinunt* a Patre, *Patrem*, dicit, *Filio non dare, nisi eos, qui maturi sint, qui idonei, ut Christi discipuli fiant*. Antequam ergo Pater det quemquam Filio explorat an is se dari sinat, an sit maturus, & an idoneus, ut fiat discipulus Christi. Si talem invenerit, dat, si non invenerit, non dat. At, quaeso, ubinam erit Dei gratia, quae praevenit, ut catholica ecclesia docet, quodcumque initium meriti

ad

ad fidem in Deum Patrem, & Christum filium eius? Nam si praevenit, ipsa est, quae inchoat meritum, ipsa facit, ut sinat se dari, seseque reipsa det Patri, & Filio; nec illa invenit, sed facit maturum & idoneum quemque, ut sit ipse discipulus Christi.

Ast perge porro, & audi quo novo paradoxi genere suae isti interpretationi auctoritatem conciliare se posse putet Maldonatus. *Quid sit* (in sequentibus scribit) *a Patre dari, intelligitur ex* v. 45. *& erunt omnes docibiles Dei ... dari ergo a Patre est docibilem esse Dei, docibilem autem esse Dei est* sinere se ab eo doceri. *Sicut statim exponitur audire, & discere: dari ergo a Patre est audire, & discere a Patre, idest audire ab illo, & illi credere.* Iam vero *sinere* se dari, seseque doceri a Patre, duo dicit humanae voluntatis officia, quorum alterum est *non reniti*, alterum *sequacem* se *facilemque praebere* Deo Patri *datori*, atque *magistro*, qui dat, & docet, quantum in se est, generatim, & aequaliter omnes. Atqui duo haec, uti a Maldonato ponuntur, eadem sunt ac *initia bonae voluntatis*, quae ex nobis esse, & primam gratiam, fideique donum mereri Pelagiani prae ceteris, & Semipelagiani dixerunt.

Qua de re ne quicquam dubites, tene apertum confitentis Maldonati testimonium ad vers. 65. cap. 6. Ioh. *Nemo potest venire ad me, nisi ei datum fuerit a Patre meo.* Ponit enim ibi: *primam fidem esse donum Dei, sed* (addit) *illud ipsum donum fidei a Deo omnibus offerri; ceterum illis reipsa non dari, qui sua illud culpa reiicerent, ILLIS DARI, qui ILLUD RECIPIENDO QUODAMMODO MERERENTUR.* Sed ne suum faceret expositi erroris crimen, illius auctorem fecit S. Iohannem Chrysostomum, totamque Patrum antiquitatem, si e numero demas unum Augustinum, illiusque scholae discipulos. Itaque subiungit: *Quae non Chrysostomi solum, sed OMNIUM ETIAM VETERUM AUCTORUM, AUGUSTINO, ET PAUCIS AUGUSTINI DISCIPULIS, PROSPERO, ET FULGENTIO EXCEPTIS, sententia fuit.*

Bone Deus! tantum ne licuit Maldonati ingenio, ut tandem S. Ioh. Chrysostomum *Vasquesio* suo tamquam Semipelagianum

num iure cenſendum, caſtigandumque proderet? Ecquid enim eſt *recipiendo quodammodo mereri* primae fidei donum, niſi una cum Pelagianis, & Semipelagianis ante *primae fidei gratiam* ponere in viribus naturalibus aliquid meriti, quo Deus Pater moveatur ad dandum merenti homini ipſius fidei donum? *Nullum accipiendae fidei meritum habere poteſt voluntas, quae non habet fidem*, ait S. Fulgent. *de praedeſt. & gr.* c.18. Iure proinde cum Auguſtino c.2. *de praedeſt. SS.* dixero: *Videte ſi aliud agitur iſto modo, niſi ut* gratia Dei ſecundum merita noſtra detur *quolibet modo, ac ſic* gratia iam non ſit gratia. *Redditur namque hoc pacto debita, non donatur gratis*. Gratia *nullum invenit meritum cui conferat donum, ſed ipſa donat bonorum exordia meritorum*.

Ad Chryſoſtomum quod ſpectat, etſi Maldonato concedere velim, ſic ſe habere Doctoris SS. verba, ut ab eo citantur: *Cum autem audieris dediſſe Patrem, noli ſimpliciter privilegium arbitrari, ſed illud crede, quod qui ſe accipiendi dignum reddit, ipſe accipit*, adhuc tamen quaerendum ſupereſt, unde *qui accipit, ſe dignum* accipiendi reddat. Nos enim cum Auguſtino, cumque Chryſoſtomo ipſo, qui praevenientis gratiae neceſſitatem ad quodcumque ſalutare bonum profitebatur, non ſuis viribus, ſed Chriſti gratiae auxilio ſe dignum reddere credimus. Quem enim Deus miſericorditer eligit ad fidem, non eum invenit, ſed eligendo dignum facit, ut hoc tam magnum donum accipiat.

Quod ſi Maldonatus in errorem ſuum trahere pergat Chryſoſtomi, aliorumque *omnium*, ut ait, *veterum auctorum* ſententiam, videat quid agat. Nam ſoli Pelagiani, teſte Auguſtino lib. II. c. 8. cont. duas epiſt. *Pelagianor.* quiddam *volebant praecedere in homine, ut adiutorio gratiae dignus haberetur. Iſti enim*, ait, *volunt in homine ab ipſo homine incipere cupiditatem*, (& quidem *ipſius imperfecti*) *boni, ut huius coepti meritum, etiam perficiendi gratia conſequatur*. Et c. 10: *Dicunt ſe confiteri*, gratiam quoque adiuvare uniuſcuiuſque bonum propoſitum, non tamen reluctanti ſtudium virtutis immittere. *Hoc quippe ita dicunt, velut homo a ſeipſo ſine adiutorio Dei*

Dei habeat propositum bonum, *studiumque virtutis*, *quo* merito praecedente *DIGNUS sit adiuvari Dei gratia subsequente*.

Ceterum si Maldonatus non ex Frontonis Ducaei, aut Savilii, aut cuiusvis alterius versione, sed ex Graeco ipso laudatum Chrysostomi testimonium expendere voluisset, ut erat Graiae linguae peritissimus, non tam facile in eam, quam semel animo imbibit, falsam opinionem erroremque maximum se duci sivisset. Nisi enim egomet fallor, magni Chrysostomi locus sic verti, explicarique postulat: *Quum illud audis*, δέδωκε, (vel ut in Angel. bibl. cod. legitur ἔδωκε,) *dedit*, *ne putes*, ἀποκλήρωσιν, (seu quod idem Angel. cod. habet ἀποκλήρωσίν τινα,) *sortem quamdam*, ἀλλ' ἐκεῖνο πίστευε, ὅτι ὁ παρασχὼν ἑαυτὸν ἄξιον τοῦ λαβεῖν, αὐτὸς ἔλαβεν. *Sed illud crede*, *quod qui se DIGNUM ACCEPISSE praebet*, *ipse ACCEPIT*. Nam verba haec duo λαβεῖν, & ἔλαβεν actionem praeteritam designant, & ambo respondent τῷ δέδωκε *dedit*: sensusque eorum est: *crede*, *quod qui ostendit se dignum* munere, *quod* a Patre datore *accepit*, *ille accepit*; ut meritum, & dignitas non antecedat, sed sequatur in accipiente donum datoris.

Sic ego Chrysostomi sententiam intelligi oportere dixerim, nisi quis velit, virum sanctissimum loqui de fide in Christum *perfecta*, ad quam accipiendam adferre possit homo aliquod dignitatis, & meriti genus ex antecedenti *gratia fidei inchoatae* partum, quemadmodum Cornelio Centurioni accidisse docet S. Doctor Augustinus lib. *de praedest. SS.* c. 5. De eo enim haec habet: *Ideo credere meruit*, *quia vir bonus erat & antequam crederet. Cuius acceptae sunt eleemosynae*, *& exauditae orationes antequam credidisset in Christum. Nec tamen sine aliqua fide donabat*, *& orabat. Nam quomodo invocabat*, *in quem non crediderat*? Ex his iure colligit Petavius cap. 10. *de Pelag. & Semipel. haeresi* c. 9: *Igitur alia fuit Cornelii fides antequam ad eum Petrus veniret*, *alia postquam ab eodem Apostolo nuntiatus est illi Christus. Utraque donum Dei fuit*: *sed illa inchoata*, *necdum perfecta*, *aut ad salutem consequendam idonea*, *quae posterioris meritum habuit*.

Iam si Chrysostomi verba: *Qui seipsum* dignum *recipiendi*, *ille*

ille recipit; de dono *perfectae fidei in Christum* recipiendo interpretabere, facile intelliges, quomodo per donum inchoatae fidei meritum ad perfectam comparari possit; recteque dicatur de eo: *qui* per donum, & meritum fidei initialis *dignum se praebet recipiendi* donum a Patre datum fidei perfectae in Filium, *ille recipit*. Sed Maldonatus non sine ingenti orthodoxae doctrinae damno abutitur Chrysostomi testimonio, omniumque veterum Patrum auctoritate, dum eorum dicta sic interpretatur, ut velint *donum fidei*, & quidem primae, & inchoatae, *omnibus offerri, ceterum illis reipsa non dari*, *qui sua illud culpa reiicerent*: *illis dari*, *qui illud recipiendo quodammodo mererentur*.

Siccine vero? Non igitur Patres illi antiquissimi, iudice Maldonato, ideo dari docent donum primae fidei, quia gratia est, & nullis praecedentibus meritis gratis datur, sed ideo dari affirmant, quia, qui illud recipiunt, viribus arbitrii sui *recipiendo quodammodo merentur*. Id autem purum purumque est Semipelagianorum commentum in Arausic. II. Concilio, & ab universali Ecclesia damnatum; nam eorum *error*, Petavio ipso teste, *totus in eo consistit*, *quod primam gratiam quocumque obtineri voluntatis humanae merito putarunt*; quamquam huiusmodi *inchoatae fidei*, *& bonae voluntatis meritum* viribus naturae adscriptum, tam leve, exiguumque in eorum opinione esset, ut eodem observante Petavio *ne dignum quidem meriti nomine censendum* existimarent, licet *veri meriti* naturam, atque rationem reipsa haberet. Et hinc fortasse est, cur Maldonatus Semipelagianorum exemplo *meriti* nomen & ipse extenuare, atque emollire curarit, ubi eos, qui donum fidei recipiunt, illud non absolute, sed *quodammodo mereri*, asseruit. Neque enim hanc loquendi formulam sumere potuit a Chrysostomo, qui ea certe numquam est usus.

IV. Ceterum non possum heic non vehementer dolere enormem improvidi interpretis lapsum, dum Constantinopolitanum Iohannem, omnesque cum eo veteres Patres ab *Augustino*, *Prospero*, & *Fulgentio* immani intervallo, foedaque scissione divellit. Si enim illi dicendi sunt in Maldonati hypothesi, *rectam*, & *catholicam* de primae fidei gratia tenuisse sententiam,

etsi aliquid meriti ad eam recipiendam in voluntate suscipientium ponerent, ergo erravit Augustinus, qui aeque, ac *Tridentina*, & *catholica fides*, teste Petav. tom. III. pag. 350. ed. Ven., oppositum docuit, erravit Prosper, erravit Fulgentius cum Episcopis Africanis in Sardinia exsulantibus, erraruntRomani Pontifices Caelestinus, Gelasius, & Hormisda Augustinianae sententiae vindices praeclarissimi, erravit Concilium Arauxicanum, errarunt Felix IV. & Bonifacius II., quorum opera *factum est*, sponsore, ac vade Norisio lib. II. *H. P.* c. 23., *ut* conditis in ea Synodo fidei canonibus ex libris S. Augustini de divina gratia depromtis, *Cassiani*, *Fausti*, *ac reliquorum eiusdem doctrinae hominum errores tamquam haereses*, *postea ab orthodoxis omnibus reiecti fuerint*, *neque amplius inter adiaphora numerari potuerint*.

At quis est in Ecclesiae sinu qui tam portentosi consectarii monstrum non exhorrescat? Error igitur totus est in Maldonato, qui Chrysostomum, eosque *omnes*, quos ille tacitis nominibus *veteres auctores* generatim appellat, in partes Semipelagianorum temere nimis, perque summam iniuriam traxit. Inde excitatum est in illius imaginatione somnium satis quidem lepidum, atque fatidicum de *Augustino*, *&* *paucis Augustini discipulis Prospero*, *&* *Fulgentio* e numero probatorum Patrum excipiendis, dum eos unos se vidisse fabulatur rectae, quam sibi fingit, Chrysostomi, & *veterum omnium sententiae* adversari.

Quid tu? Me audi: male affecti interpretis errorem tu corrige: tu bellulum somnium ride, & ecce tibi ante oculos aderit Augustinus, qui non modo in statuenda necessitate solius praevenientis gratiae ad initium fidei, & in reiiciendis quibusvis humanis meritis ante primae gratiae donum, Chrysostomo, totique veterum Patrum traditioni mirifice consentire videbitur; verum etiam in hoc catholicae doctrinae dogmate asserendo non *paucos discipulos*, quos Maldonatus contemnat, non *Prosperum* tantum, & *Fulgentium* (tametsi quam grandia nomina ea sint, tute nosti) sed orthodoxos omnes, sed Concilia, & Pontifices maximos, tutores, ac vindices, iudicesque sanctissimos, se numerare gloriabitur. Ne tandem quis sive theologus, sive interpres, vel ipsi Maldonato aequalis,

lis, ſibi licere putet Doctores Graecos cuiuſvis aetatis, & famae *Auguſtino* cummaxime, ceteriſque Latinis Patribus in hoc praeſertim doctrinae capite anteponere, prae oculis habenda erunt praeſtantiſsima illa Dionyſii Petavii monita lib. IX. *de praed.* *c.6.* §.1., & ea quidem, ſi de gratia vocationis ad Evangelium, & fidem Chriſti agatur, lib. X. ſeq. revocata numquam, ſed ibi & alibi perpetuo confirmata.

Quare etſi Chryſoſtomus, aliique omnes veteres auctores ſive Graeci, ſive Latini, qui ante Pelagianam haereſim floruerunt, aliquid meriti ad primae fidei gratiam obtinendam in humanae naturae viribus agnoviſſent, non ideo illorum ſententia a Maldonato huic uni, quam Auguſtinus, & pauci, (ut eos quaſi contemnens cenſor noſter appellat) Auguſtini diſcipuli, Proſper, & Fulgentius docuerunt, anteferenda erat. Illa tandem poſt auctorum funera ab Eccleſia proſcripta eſt: iſta vero ad catholici dogmatis dignitatem evehi meruit.

Quamquam ad Chryſoſtomum quod attinet, Doctor SS. ab ea, quam illi Maldonatus affingit, opinione ſemper fuerit alienus; quemadmodum theologi ſummi, meuſque in primis Laurentius Bertius, Montfauconius, aliique praeclariſſime demonſtrarunt.

V. Iam Maldonatus Chryſoſtomum, Cyrillum, alioſque Graecos Patres, & interpretes oppugnaverat, utpote expoſitioni ſuae, quam hactenus Semipelagiana labe vitiatam oſtendimus, adverſantes. Iam Auguſtinum, ceteroſque Latinae eccleſiae doctores, quaſi nihil umquam de his Chriſti verbis dixiſſent, omnino neglexerat, altoque ſilentio praeterierat. Unus reliquus erat *Theodorus Mopſueſtenus*, quem peregrinae opinioni ſuae favere poſſe coniecerat. Et hunc unum tamquam huius tam pulchri inventi auctorem, patronum, atque ſponſorem Chryſoſtomis, & Auguſtinis ipſis praeferendum, ſtatim ſeligit, eumque ceu magiſtrum *doctis* quibuſque in eccleſia ſpectandum, audiendumque proponit. *Hoc ſenſu*, quo ſupponit, Chriſtum dixiſſe, ſi vos *dari ſineretis* a Patre, *ſi maturi* eſſetis, ſi *idonei*, ut mei fieretis *diſcipuli*, ſi fieretis *idonei* credendo *Patri de Filio ſuo teſtificanti*,

 ſi *non*

ſi *non ſtaret per vos quominus crederetis* Patri , *ſi* denique *vos Patris mei eſſetis* , *ſi in illum crederetis* , *ad me utique veniretis* . *Hoc ſenſu* , a quo poſt tam multas eaſque mire implexas anſarum , conditionum , incertarumque divinationum ambages Chriſtum cauſſam ſumpſiſſe fingit , cur pro ſimpliciſſimo illo , vereque ſplendido divinoque oraculo : *Omne quod mihi dat Pater ad me veniet* ; alterum hocce ſubſtituerit : *Omne quod Pater habet mihi dat* , *&* *omne quod mihi dat ad me venit* (pro *veniet*) : *hoc* , inquam , *ſenſu* , *aliis licet verbis Theodorum Mopſueſtenum* eam Domini ſententiam rite *interpretari* Maldonatus exiſtimat . Quamobrem ſcribere pergit : *Certe Iudaeorum culpam notari* , *quod Patris reſiſterent voluntati* , *aperte* Mopſueſtenus *dicit* . *Ut docti habeant* , *unde vel hunc* , *vel alium fortaſſe meliorem* ſenſum *eliciant* , *eius adſcribam verba* (ex ms., ut notatur in margine) : δύο ταῦτα ἐν τοῖς ἀνωτέροις ἔφη ὅτι τε πιστεῦσαι πάντας προσήκει , καὶ ὅτι τοῖς πιστεύσασι τῆς αἰωνίου πρόξενός ἐστι ζωῆς · καλῶς οὖν ἀμφότερα ἐξήρτησε τοῦ θελήματος τοῦ πατρικοῦ , αὐτοῦ θέλημα εἶναι φήσας , καὶ τὸ πιστεῦσαι πάντας εἰς αὐτὸν , καὶ τοὺς πιστεύσαντας δι' αὐτοῦ κομίζεσθαι δωρεάν · ὥστε φανήνας δι' ἀμφοτέρων αὐτοὺς τῷ θελήματι τοῦ πατρὸς μαχομένους . Quae verba , quoniam latio donare noluit Maldonatus , ſic ego vertere conabor : *duo haec in ſuperioribus dixit* ; *quod omnes credere oportet* , *&* *quod iis* , *qui crediderint* , *dux ſit aeternae vitae* . *Recte igitur utraque paternam voluntatem perficiunt* , *quum dixerit ipſius voluntatem eſſe* , *&* *ut omnes credant in eum* , *&* *ut qui crediderint* , *per eum donum reportent* : *ſicque eos per utraque oſtendi Patris voluntati rebelles* . En locus ille celebris Mopſueſteni ſphinge quavis obſcurior , & implicatior .

An inde fortaſſe didicit Maldonatus *donum fidei* in Chriſtum referre potuiſſe Iudaeos ex merito antecedenti illius fidei , quam habuiſſent in Deum Patrem , ſi ei per Prophetas loquenti , & teſtificanti de Filio ſuo , unius doctrinae , & legis gratia adiuti crediddiſſent ; & ſic Patris voluntatem per utramque fidem in ſe impletam oſtenderent ? An , quia aperte Mopſueſtenus dicit Iudaeos δι' ἀμφοτέρων *reſtitiſſe voluntati Patris* , non credendo primum Patri ipſi per Prophetas de Filio ſuo teſtificanti , ideo etiam dicere voluit , eos non ſiviſſe ſe dari a Patre , non fuiſſe

fuiſſe maturos qui fierent diſcipuli Chriſti, non ſe idoneos effeciſſe recipiendo donum fidei in Chriſtum, non meruiſſe denique, ut a Patre darentur Filio? Verum tot haec tenebrarum volumina quid, quaeſo, commune habent cum nitidiſſima, ſimpliciſſimaque luce huius divini oraculi: *Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet*? Verba apertiſſima ſunt; ſic ſemper uti ſonant ubique, & ab omnibus in univerſa eccleſia recitata fuere; ſenſus vero non alius fuit umquam, quam qui ex antiquiſſima traditione a Patribus, praeſertim vero ab Auguſtino, a Conciliis, & a Romanis Pontificibus firmiſſime retentus & explicatus eſt. Tota illa anſularum, & conditionum commenta, quorum ope ex perſpicuo, plano, & abſoluto ſenſus iſte redditur omnino obſcurus, incertus, ambiguus, fallax, & errori obnoxius, indigna ſunt ingenuo interprete, qui Spiritus Sancti ſententiam, & non privatam cuiuſcumque hominis opinionem in teſtimoniis evangelicis quaerere, & invenire cupiat.

Quid, quod Maldonatus deſertis Patribus, unum ducem ſequutus heic eſt *magiſtrum* illum *Neſtorii*, & *Pelagii* inſignem, *Theodorum Mopſueſtenum*? Ignorarit Pelagiana *Theodori* monſtra; nam Maldonati aevo plerique eruditorum rem hanc ignoraſſe viſi ſunt; unumque Chriſtianum Lupum omnium principem inter ſcriptores ſec. XVIII. certa de *Theodoro Pelagiano* indicia ex Syn. V. protuliſſe meus Noriſius obſervat. *Marius Mercator* Epiſcopus, & coaevus Theodori, Pelagii, Iulianique ſcriptor, hunc Pelagianorum dogmatum architectum in celebri commonitorio deſcripſerat, eumque *SS.* praeſertim *Hieronymi*, & *Auguſtini* hoſtem infenſiſſimum demonſtrarat. Cetera de *Theodoro*, cuius nomen e ſacris Mopſueſtenae eccleſiae tabulis eraſum eſt, vide apud Noriſium *H. Pel.* lib. I. c. 9. lib. II. c. 4., unde & cauſſam intelliges cur in Synodo V., & in conſtituto Vigilii Pp. inter impia & horrenda Theodori dogmata contra Chriſtum proſcripta, numerata non fuerint Pelagiana. Conſule & Marii Mercatoris Commonitorium a cl. *Garnerio* editum, variiſque eruditiſſimis diſſertationibus ab eo illuſtratum. Ut enim ſcribit inviciſſimus *Traditionis* vindex *Boſſuetus* adverſus Richardum Simonium cum alibi, tum vero maxime Par. II. lib. VII.

c. 11. *Nemo iam post edita a docto P. Garnerio Marii Mercatoris opera dubitare sinitur*, *quin* Pelagianorum princeps *fuerit Theodorus Mopsuestenus*, a Simonio tamen saepe commendatus, aut certe, ubi locus non erat laudibus, defensus, & excusatus in iis maximis errorum capitibus, quae ille contra S. Augustini doctrinam, adeoque & contra Patrum, totiusque ecclesiae catholicae traditionem docuerat. Sed, uti dicere coeperam, ignorarit Maldonatus Theodorum Mopsuestenum *Pelagianum*, numquid ignorare poterat *Nestorianum*, immo & Nestorio ipso peiorem, scelestioremque? Damnatus is certe fuerat in Ephesino Concilio, & in V. Synodo gener. accedente constituto Vigilii Pont. max. ob impia haeretica, & nefanda errorum portenta, quae de Christi incarnatione multo etiam quam Nestorius turpius, atque sordidius, in scriptis suis evomere non dubitarat.

Id unum, quod iam compertum erat, cautum reddere debebat Maldonatum, ne forte, uti ego suspicor, in loco illo Mopsuesteni lateret Nestorianae impietatis virus de *duplici fide*, alia, quae esset in *Deum* Patrem, & alia in Christum Filium, *Deum* ab eo dictum, sic observante Bofs. par.I. lib. *de Trad. vind. cont. Simon.* c.3., *improprie*, *&* *abusive*, haud aliter, quam *Moyses dictus est Deus Pharaonis*. Hoc enim sceleris, & perfidiae genus, ut iam antea vidimus, imitatus denique est *Faustus* Socinus. Ut aliquid demum de Pelagiana Mopsuesteni lue Maldonato acerrimi ingenii, & immensae eruditionis viro, in tempore suboleret, sat erat si sciret allatum testimonium ex Nestoriani hominis calamo prodiisse. Est enim omnibus cognitum epitaphium S. Prosperi in *Nestorianam*, & *Pelagianam* haeresim, cuius exordium est:

Nestoriana lues successi Pelagianae,
Quae tamen est utero praegenerata meo.

Ne plura. Legerat profecto Maldonatus Leontii Byzantini scripta. Ea enim in Commentariis suis haud raro commemorat. Non viderit tot illa ac tam exsecranda haeresum convicia, quae ille ex Theodori operibus in Christum iactata refert. Quidni tamen, quod eius certe muneris erat, ea saltem videre

dere ſtuduit, quae Leontius Byzantinus monuit de *enarrationibus* Mopſueſteni *in Evangelia*, praeſertim vero in hoc noſtrum, quod eſt S. Iohannis? Eas Leontius *turbidas ubique & blaſphemas* pronunciat. Quod, ſi ex his *enarrationibus* in Evangelium Iohannis excerptum eſt citatum *Theodori* teſtimonium; neque enim aliunde facilius & aptius excerpi potuit; iam tute cernis quid inde exſpectare queas. Non aliud ſcilicet quam *turbidum* quiddam, *& blaſphemum*. De *turbido* nil dubita; nam ne ipſe quidem Maldonatus quidquid ſub hoc coeno lateret diſpicere valuit. Id unum vidit, *quod Iudaei Patris reſiſterent voluntati*. Cetera, quae ex Mopſueſteni mente, *blaſphema* fortaſſe erant, uti paullo ante ſuſpicabar, Graecorum verborum ambagibus tecta, & involuta reliquit.

Et tu tamen, Maldonate, magnum quoddam beneficium chriſtianae reipublicae te allaturum putaſti, ſi nobis tam infida, tamque abſtruſa, ſuſpecta, & peregrina Mopſueſtenae ſcriptionis arcana in Commentariis tuis ſpectanda offerres, *ut docti habeant, unde vel* tuum *hunc*, *vel alium fortaſſe meliorem ſenſum eliciant*? At (ſi me bona cum tua venia audieris) *non meliorem* certe, ſed *deteriorem*, ſed *Neſtorianum*, aliumve eius ſimilem dicere debueras. Nam tuus iſte, (quod tua item pace dixerim,) mihi *Semipelagianus* videtur. Ponit in hominis voluntate aliquid meriti, cuius intuitu Deus *primae fidei* gratiam ei impertit. Statuit eis a Deo Patre dari fidem in Chriſtum filium ſuum, qui ſe antea dari ſinunt Patri. Docet cauſſam, cur aliquibus detur donum fidei, aliquibus non detur (quum tamen commune ſit omnibus, & omnibus aequaliter offeratur) eam eſſe, quod illi *recipiendo quodammodo merentur*, iſti non recipiendo nullo modo merentur. Tradit diſcipulos, quos Pater dat Chriſto, eos primum diſpoſitos, & maturos eſſe per fidem habitam Patri teſtificanti de Chriſto, non autem per gratiam fidei, qua Chriſtus ipſe eligit, & facit diſcipulos: obſcurat, corrumpit, & enervat vim omnem evangelici oraculi retentam ſemper, & explicatam ab univerſis Eccleſiae Patribus: evertit denique fundamentum gratuitae praedeſtinationis, quae quatenus gratiam praevenientem initium fidei, *& magnum illud finalis perſeverantiae*

rantiae donum complectitur, sic affirmante Augustino, & sic demum consentiente Venerab. ipso Cardinali Bellarmino, ad SS. fidei nostrae dogma omnino spectat. Doleo, Maldonate clarissime, te Commentaria tua scripsisse antequam Sociniana pestis ex Polonis, Transilvanisque antris erumpens palam grassari coepisset. Nam novus iste pestilentium Pelagianorum cuneus, qui postea maioribus Arminianorum copiis auctior factus, & insolentior; debacchatus est, si tibi aliquando innotuisset, in iis praesertim explicandis Evangelicis testimoniis, quae ad Christi gratiam, & ad SS. praedestinationem propius, & arctius attinerent, te certe cautiorem reddidisset, & ne umquam ab Augustini doctrina, Patrumque traditione discederes, effecisset.

(18) Vers. 38. ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ. Ita & Alexandr. Editi, & mss. ἐκ τοῦ οὐρανοῦ.

(19) Vers. 39. τοῦτο ἐστιν τὸ, addito ν ante consonantem, ut in Alex. & aliis vetustissimis codd., qua de re vid. adnot. 3. At vero δὲ, quod Wetstenius in *vers. posteriore Syra a prima manu* scriptum dicit γὰρ, ut in cod. Colb.2844., ܕܝܢ δὲ una prorsus manu exaratum est in cod. bibl. Ang., nec ullum vestigium detegitur secundae cuiusvis manus, quae ܓܝܪ verterit in ܕܝܢ. Id fortasse peccavit emendator Wetstenianus, qui ܓܝܪ vers. 40. ad 39. accommodandum imperite censuerit.

(20) Ibid. τοῦ πέμψαντός με. Sic Alexandr., &, teste D. Michaëlis, Reuchlinianus, quibuscum conveniunt codd. sex Wetsten. Addunt πατρὸς Millii quatuor, Wetsten. multo plures, & Vaticani 349. 360. & 1210., & unus Ang. bibl.

(21) Ibid. ὃ δέδωκέν μοι, ν adiuncto, more Alexandrini cod., & Fragm. Regii apud Montfauconium, aliorumque vetustissimorum codd.

(22) Ibid. τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ; editi ἐν τῇ. Sed magno numero sunt codd. apud Mill. & Wetsten., qui non habent ἐν, ut nec noster habet.

(23) Vers. 40. τοῦτον ἐστὶ, pro τοῦτο δὲ ἐστὶ, ut in hunc locum animadvertit eques Michaëlis. Librarius enim sive incautus, sive, quod magis ille putat, imperitus, *loco* ΤΟΥΤΟΔΕΕΣΤΙ *emortua*

in

in delta inferiori linea, *scripsit* ΤΟΥΤΟΝΕΣΤΙ. Huiusque ingeniosae coniectationis notitiam me debere profiteor sodali meo eruditissimo & Generali Augustiniani Ordinis Assistenti, atque insigni Theologo iam antea Academiae Crassensis Professori, qui mihi praestantissimi viri commentationem in hoc nostrum Graeco-Aegyptium fragmentum ex Germanica lingua in Latinam convertit. Sed videat, obsecro, cl. Michaëlis Tab. III. Graeci textus col. 2. lin. 12. & 13., indeque facile intelliget caussam erroris eam esse non posse, quam nobis exposuit. ΤΟΥΤΟΝΕΣΤΙ non simul in una eademque linea iacent, sed ΤΟΥΤΟΝ vox est extrema lin. 12., & ΕΣΤΙ initium lin. 13. Aliunde ergo repetendum est erratum Aegyptii scriptoris; praesertim quum incerti simus, an exemplum, quod exscribere susceperat, haberet ΔΕ, vel potius ΓΑΡ, ut est in codd. Alex., & Vatic. 349., in Athan., Cyrillo, aliisque plurimis a Mill., & Wetsten. laudatis.

(24) Ibid. τὸ θέλημα τȣ̃ πατρός μȣ. Consonant codd. sex, inter quos Reuchlinian., sic praeter Mill., & Wetsten. admonente Michaële; itemque versio utraque Syra, & Pers., in primis vero Clem. Alexand., Athanasius, & Tertullian. Alii habent πέμψαντός με τȣ̃ πατρὸς, cum Vulg. nostra, alii τȣ̃ πατρὸς τȣ̃ πέμψαντός με. August. vero: *Haec est enim voluntas Patris mei, qui misit me.*

(25) Ibid. ἐγὼ τῇ ἐσχάτῃ, ut in editis: ἐγὼ desideratur in pluribus; alii vero bene multi apud Mill., & Wetsten. addunt ἐν.

(26) Vers. 42. καὶ ἔλεγων, pro ἔλεγον ex usitata Aegyptiorum scribarum commutatione τȣ̃ ο in ω. Οὐχὶ ȣ̃τός ἐστιν Ἰησȣ̃ς ὁ υἱὸς Ἰωσήφ. Eadem lectio, quae in S. Cyrillo, & in vulgatis, si tantum legeris ȣ̓χ pro ȣ̓χὶ. Ἰησȣ̃ς deest in cod. Vat. 349., τȣ̃ Ἰωσὴφ cum articulo unus habet cod. Cantabrig.

(27) Ibid. πῶς νῦν. Nullus est codex neque a Mill., neque a Wetsten. indicatus, qui legat νῦν. Omnes enim legunt ȣ̃ν. Νῦν certe vim maioris, praesentisque admirationis in Iudaeorum animis exprimit. Οὖν deest in priori Syra, sed in posteriori habetur.

(28) Ibid. λέγει ὅτι. Gr. Vulg. λέγει οὗτος, ὅτι ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβέβηκα. At in Cyrillo Alexandr. οὗτος desideratur, ut & in codd. *quinque* Wetsten., inter quos Reuchlinianum laudatus Michaëlis libenter commemorat. Ἑαυτὸν ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ καταβεβηκέναι legit Cantabr. ex Mill., & Wetsten.

(29) Vers. 43. ἀπεκρίθη Ἰησοῦς. Sic codd. plures apud Mill., & Wetsten., praesertim vero Cyrillus. Vulgata, & Syra posterior in cod. bibl. Ang. ἀπεκρίθη οὖν ὁ Ἰησοῦς.

(30) Vers. 44. ἐγὼ ἀναστήσω, omissum est καὶ. In Cantabr. apud Mill., & in duobus aliis apud Wetsten. legitur: κἀγὼ ἀναστήσω.

(31) Ibid. τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ. Sed ex Mill., & Wetsten. codd. Alexand., aliique plurimi, quibus addendi sunt Vat. 349. 354. 360., & 1210. habent ἐν τῇ.

(32) Vers. 45. Διδακτοὶ θεοῦ. Mitto διδακτικοὶ ex Vallae codd.; de hac enim aliisque variantibus Vallae lectionibus dubitant Mill., & Wetsten. At praetereunda non est omissio articuli τοῦ, qui quamquam in vulgatis Gr. habeatur: διδακτοὶ τοῦ θεοῦ; in Alex. tamen, & in S. Cyrill., perinde atque in magno numero codd. apud Wetsten. desideratur.

ADNOT. Locus, quem laudat Christus dominus, est in Isaia Propheta c.LIV. v. 18: וכל בניך תלמודי יהוה, & ut vertunt LXX. καὶ θήσω ... τοὺς πάντας υἱοὺς σου διδακτοὺς θεοῦ. De gratia christiana heic agitur, quae occultata in veteri Testamento, revelanda erat in novo. Huius divinae gratiae inimici non tam veteres, quam novi Pelagiani Socinianorum, Arminianorumque intemperiis exagitati portentosa commenta, quasi magica quaedam carmina excogitarunt ad implicandam, subruendamque doctrinam, quae cum in hoc, tum in coniunctis testimoniis ab Evangelista Iohanne ex ore Christi promitur, & explicatur.

Wolzogenius, qui facile possit ceterorum gregalium, personam agere, ecce iam prodit in scenam, & in hunc modum loquitur ad v. 45: διδακτοὶ τοῦ θεοῦ, *idest* docti Dei. *Genitivus* Dei *potest denotare caussam efficientem*, *ut idem sit* doctus Dei, *quod* doctus a Deo ... *sed* potest *etiam hic genitivus* Dei *nota-*

notare obiectum, *ut* doctus Dei *dicatur* doctus de Deo, *vel* in rebus Dei... *Sic ergo* doctus Dei *intelligetur is*, *qui* de rebus divinis, de voluntate Dei *bene institutus est*, & in lege Dei *probe est versatus*. *Ponitur autem in Prophetae verbis effectus pro efficacia*. Docti sunt *omnes* Dei, *sive id* a Deo, *sive* de Deo *intelligas*; (en effectus;) *quatenus homines habent* sufficientes occasiones, & media *ad Deum cognoscendum*, *&* *amandum*: (en Sociniana efficacia Dei docentis.) *Nota*, subiungit, *idem hic esse* doctum esse Dei, *quod* trahi a Patre... *Nisi idem esset*, *Christus male hoc Prophetae testimonio suam de tractione Patris assertionem probasset*... *sunt qui ex his verbis*... *colligant*, *ad id*, *ut quis in Christum credat*, *opus esse*, *ut a Deo* immediate per inspirationem, & illuminationem Spiritus S., *quam* verbum Dei internum vocant, doceatur. *Sed nihil tale*... *colligi posse patet*... *praesertim si* docti Dei *pro* doctis de Deo *accipiantur*. *Verum etiamsi* docti Dei *significent* docti a Deo, *non tamen mox sequitur eos* immediate *a Deo doceri*, *&* *per internam inspirationem*... Quisquis ergo audivit a Patre, & didicit, venit ad me... *Cur igitur cum dictum sit* omnes doceri a Deo, *non omnes tamen effectu ipso audiunt*, *&* *discunt*? *Inde nimirum patet*, *homines* non irresistibiliter *a Deo doceri*, *sed ita ut suppeditentur eis caussae*, *ac media idonea ad discendum*. *Patet itidem hinc homines non doceri immediate* per inspirationem; *nam qui sic docentur*, irresistibiliter *docentur*.

Eadem prorsus sunt nugarum, & errorum portenta, quae *Faustus Socinus*, quae Crellius, quae *Slictingius*, quaeve etiam Iohan. Clericus, Limborchius, aliique Pelagianae impietatis instauratores effraenata licentia, arroganti supercilio, & ore impudenti pasim effutire non cessant.

Interea vero Isaiae vaticinium tam maligna ac sacrilega fraude in perniciem gratiae Christi extenuant, ut ei nihil prorsus divinae virtutis, qua in hominum voluntate agere posit, relinquant. Nam si Isaias Propheta, quemadmodum recentes isti errorum magistri comminiscuntur, id unum futurum praedixit, ut in Evangelii manifestatione intelligerentur homines a Deo, vel de Deo *non immediate*, sed *mediate* tantum edocti,

 quate-

quatenus habituri essent occasiones, *& media sufficientia ad Deum cognoscendum*, *& amandum*, atque etiam ad fidem *vivam*, quam illi *obedientiam*, & *fiduciam* interpretantur, in Deum ipsum concipiendam, adeoque & ad aeternam salutem consequendam idonea; si Fausto Socino interprete, tom. I. pag. 511., id unum *ostendit Christus his verbis*, *tempus illud advenisse a Prophetis praedictum*, *in quo omnes a Deo docendi erant*, *idest curandum erat*, *ut docerentur* non per seipsum Deum, sed per alium quemque, qui Deus non esset, quid rari, quid novi praeteritis saeculis, nationibusque omnibus incogniti, & inauditi de *doctrina Dei* in adventu Christi, & gentium vocatione ad ecclesiam promissa vaticinatus esset?

Nonne Philosophi hi magis quam christiani Theologi, frequenter in scriptis suis praedicant Deum iam inde ab orbe condito omne mortalium genus per universitatem creatarum rerum, perque totius naturae concentum docuisse, hodieque etiam docere homines, ubi vel necdum praedicatum est evangelium Christi, vel ubi olim praedicatum ita e gentium memoria excidit, ut nullam omnino nominis sui umbram, nullumque vestigium in posterorum monumentis reliquerit: eaque *docendi* ratione *vires*, *& media sufficientia* ad aeternam salutem hominibus cunctis in quavis gente & populo Deum dedisse semper, semperque daturum esse contendunt?

Quid, quod hoc eodem *doctrinae* genere, absque ulla prorsus fide in Christum venturum, omnes homines θεοδιδακτὺς a Deo, sive de Deo edoctos volunt, eosque viribus sufficientibus donatos, & aptos ad aeternam salutem comparandam in statu legis naturae ab Adamo ad Mosem usque fuisse sentiunt?

Per unam deinde Mosaicam legem Deum Hebraeorum doctorem, adiutoremque faciunt, quo tempore nationes alias per usitata illa legis naturae documenta ad beatam immortalitatem incitare pergebat. Nam & in ipso novi foederis statu, quod multo exsecrabilius est, si Fausti Socini dicta p. 245. tom. II. audiamus, homines *a Deo*, *qui etiam CITRA CHRISTUM*, licet *per Christum potissimum*, *in omnibus generatim id praestat*, *ad animi probi-*

probitatem, *& iustitiam*, *eaque ratione ad assensum evangelicae praedicationi praebendum*, incitantur; ne si *speciali*, *& immediata inspiratione* edocti *a Deo* moverentur, humani arbitrii libertas in eis penitus extingueretur. Quo nihil futilius, nihilque magis a ratione, omnique verisimilitudine alienum cogitari potuit.

Huius tam ingentis, ac tam perniciosi erroris caussa ea est stulta prorsus, & falsa opinio, quod *inspiratio* quaevis doctrinae, illuminationis, & vocationis ad fidem Christi, si *interior* sit, si *praeveniens*, si *specialis*, & a Deo ipso hominum mentibus ἀμέσως, & occulte immissa, *irresistibilis* statim, *ineluctabilis*, *necessitans*, *cogens*, ac libero arbitrio fatalis dici debeat.

Ecquid mirum, si miseri Sociniani, eorumque asseclae Arminiani tantorum errorum tenebris occaecati tam male interpretantur vaticinium Isaiae, ut a scopo divini vatis enormiter aberrantes, totum hocce Prophetae sancti oraculum vanum, reddant, & vacuum, nihilque in eo videant, quod praestans, quod singulare, & proprium sit illius arcanae doctrinae, qua Deus Pater non alieno tantum ministerio, non una creaturarum, non quorumcumque praeconum ope, sed *per seipsum* tracturus erat ad fidem in Filium suum unigenitum Christum quotquot misericordiae suae munere vocare dignatus esset?

Sane astuti homines Pelagii fraudes, versutiasque sequuti, Dei gratiam multis, praeclarisque nominibus celebrare consueverunt. Nam & eorum antesignanus *Faustus Socinus* magnum, altum, ingens, gratuitum beneficium ex mera Dei misericordia, ac benignitate immerentibus hominibus collatum, insignem Dei amorem, *virtutem Spiritus S.*, sine quo fides in Christum, & in Deum ipsum haberi non possit, illuminationem denique, atque illustrationem & afflatum Spiritus frequenter appellat. Sed diserte affirmat *hunc spiritum omnibus dari*, *quibus ipse Christus rite annuntiatur . . . Spiritum S. a credentibus accipi*, *dum fides in corde credentis gignitur . . . hunc spiritum omnibus ministrari*, *quibus evangelium annunciatur*, *quippe qui cum ipso verbo sit coniunctus . . . nec est . . . Spiritus S. qui requiritur ad vim*, *& efficaciam verbo Dei conciliandam*, *quippiam diversum ab ipso verbo* : *immo verbum ipsum recte annunciatum*

tum est virtus divina ad salutem. Haec vide in notis Fausti Socini ad dialogum *de iustif. N.* 19. 20. 25. 26., itemque tom.II. p.442., aliisque in locis pluribus. Tom. vero I. *Praelect. Theol.*, postquam *duplex interius Dei auxilium* ..., de quorum altero, ait, *ii omnes loci intelligendi sunt*, *in quibus rogatur Deus*, *ut voluntatem suam doceat*, ut Ps.143., de altero *vero*, *in quibus Spiritus S- fit mentio* ..., explicaverat, concludit *verum auxilium id esse*, *quod* exterius dixerat, *cum interius utriusque generis nihil aliud sit*, *quam exterioris suggestio quaedam*, *& obsignatio*; & hoc non detur, nisi iis, in quibus fides, obedientia, & exsecutio *apertissimae voluntatis Dei*, praecesserit. En quo tandem evadit afflatus ille, illa virtus divina, illa Spiritus S. vis & efficacia, quae eadem est cum verbo Dei, & omnibus cum *patefactione legis*, *& evangelii* datur.

Id certe auxilii genus aliud nihil quam simplicem mentis illuminationem, tametsi eam interiorem dixeris, in iis quibus evangelium praedicatur, generatim parere potest. Quod enim ad voluntatem spectat, nihil in ea Deum agere posse impie, sacrilegeque in Praelect. Theologicis, & alibi passim decernit. Nam *ne praescire quidem actus liberos* hominis incredibili perfidia contendit; etsi, quod ad *actus exteriores* eosque cum universa mundi, & religionis oeconomia coniunctos attinet, homines quosque a Deo cogi posse deliret. Quid hoc monstro perniciosius, quidve magis fatale, & ad nefanda quaeque mortalium scelera excusanda excogitari aliquando poterit?

Non longo intervallo a Sociniano dogmate *Universalistae* Lutherani discedunt. Quamquam Iohan. Georgius Dorscheus in v.44. huius VI. capitis evang. Iohan., se suosque a Socinianis, quos iure *Photinianos* vocat, discernere studeat. Is enim *tractum gratiae* ... *invitatorium* in verbis illis Christi, *nemo venit ad me*, *nisi Pater* ... ἑλκύσῃ *traxerit eum*, agnoscit; & *hinc*, subdit, *evangelium* vocatur *potentia Dei* eo nempe sensu, quem mox a Fausto Socino audivimus. Deinde ad v.45. Isaiae oraculum Διδακτοὶ τοῦ Θεοῦ, *mediata quoque Dei doctrina*, inquit, *hoc tractu notatur*. Additque *receptionem doctrinae cum non repugnantia*, quae

quae certe non ex viribus gratiae, sed naturae sit, *intelligi debere*; unde Christum sic argumentantem inducit: *Quia vos non vultis informari*, idest, (*trahi*) *a Patre*, *ideo nec ad me venitis*. Quin & eodem prorsus, quo Sociniani, astu, *Pontificios* Theologos *cum Calvinianis* damnat, quasi ii sint, qui *gratiam Dei irresistibilem* una cum haereticis illis doceant, dum in tractione & doctrina *Patris*, ut Dorscheus ipse loquitur, *gratiam praedeterminantem*, *altam*, *& secretam vocationem comminiscuntur*. At nugae sunt hae, & fabulae frigidissimae.

Pontificii Theologi, qui hoc maxime nomine ingenue, veraciterque gloriantur, Augustinum sequuntur. *De arbitrio enim libero*, *& gratia Dei*, *quid Romana*, *hoc est Catholica sequatur*, *& servet ecclesia*, *licet in variis libris B. Augustini*, *& maxime ad Prosperum & Hilarium*, *abunde possit cognosci*, *tamen & in scriniis ecclesiasticis expressa capitula continentur*; ait S. Hormisda Papa ep. 77. ad Possessor. Qua de re, si plura Sociniani, Lutheranique cupiunt, videant in Augustinian. vindiciis Card. Nor., & Gallicanar. ecclesiar. fulgidissimum sidus Bossuet. de tradit. eccl. adversus Simonium. Nimis rancida, & putida calumnia ea est, quam de *irresistibili*, *ineluctabili*, *& fatali gratia* a veteribus Pelagianis invicto triumphatori Augustino millies affictam, semperque strenue repulsam, & pudefactam, novi divinae Gratiae hostes hodieque recudere, ac renovare moliuntur.

Trahitur ergo, inquit S. Doctor lib. I. contra duas epist. Pelagianor. c. 19., quisquis venit ad Christum, *miris modis ut velit*, *ab illo*, *qui novit intus in ipsis hominum cordibus operari*, *non ut homines*, *QUOD FIERI NON POTEST*, *nolentes credant*, *sed ut volentes ex nolentibus fiant*; ab illo, inquam, *trahitur*, *qui* voluntatem hominis *OCCULTISSIMA*, *ET EFFICACISSIMA POTESTATE convertit*; ab illo (c. 9. lib. II.) *qui sic tangit cor*, *ut homo praeparet cor*.

Iam si Augustinus axiomatis loco, hoc veluti principium statuit: ἀδύνατον *impossibile* esse, ut quis credat *nolens*, *invitus* scilicet, atque *reluctans*; si & c. 18. cit. lib. I. *nec ex Dei potentia vel in malum*, *vel in bonum aliquem cogi* ultro adversariis concedit, necessario consequitur, ut *gratia*, qua vir sanctus docet homi-

homines ex *invitis*, *reluctantibus*, *&* *nolentibus fieri volentes*, irresistibilis, necessitans, cogens, ineluctabilis esse nullo modo possit.

Ac certe, si vis & natura huius gratiae, quae definitur *inspiratio dilectionis*, *ut cognita sancto amore faciamus*, invitum, & reluctans cogeret, adigeretque necessario humanae voluntatis arbitrium ad bonum, id esset, vel quia haec inspiratio oritur ex *occultissima*, *&* *efficacissima potestate* Dei, vel quia *modus*, quo sancta dilectio boni inspiratur, non alius a Deo praesciri, adhiberique potest, quam qui *ineluctabilis* sit, & necessitans; vel denique quia ipsa Dei *misericordia* est *praeveniens* quodcumque hominis meritum. Atqui *impium* est dicere, occultissimam, & *efficacissimam* quamlibet potestatem Dei in corde hominis nec dari, nec cogitari posse, nisi sit irresistibilis, fatalis, & ineluctabilis; sic enim omnipotentiam, qua *Deus*, teste August. *de correp. & gr.* cap. 14., *magis habet in potestate voluntates hominum*, *quam ipsi suas*, contra quam divinae scripturae, & fidei nostrae symbola clamant, negare cogeremur, ne, ea posita, resistendi libertas homini tolleretur: *impium*, asserere Deum omniscium inter innumeros, infinitos, occultos, mirabiles, atque ineffabiles modos, quibus amorem boni in cordibus nostris infundere valet, nullum neque praescire, neque seligere posse nisi unum, aut eum certe, qui semper cogat invitum; sic enim vel nullus esset modus Deo *liber* in inspiranda dilectione boni, vel si esset, hunc ignoraret. *Impium* denique est affirmare, misericordiam Dei praeveniri a meritis hominum, & non merita hominum a Dei misericordia praeveniri; unde illud est Augustini in laud. lib. II. c. 9. *Avertat Deus hanc amentiam*, *ut in donis eius nos priores faciamus*, *posteriorem ipsum*, *quoniam misericordia eius praeveniet me*. *Impium* ergo est veluti fatum ineluctabile suggillare eam Dei gratiam, pro qua Praesul ille SS. annos viginti & amplius gloriosissime decertavit. *O novi haeretici Pelagiani* ..., vos sic alloquitur Hipponensis Episcopus, *nonne attenditis*, *nonne perspicitis*, *non a nobis divinae gratiae nomine fatum asseri*, *sed a vobis potius divinam gratiam fati nomine nuncu-*

nuncuparit ? Ibi cap. 6. *Haec gratia , si doctrina dicenda est, sic dicatur , ut altius & interius eam Deus cum ineffabili suavitate credatur infundere ... ita ut non ostendat tantummodo veritatem* , verum etiam *impertiat caritatem ... Isto modo sunt omnes secundum propositum vocati , sicut scriptum est in Prophetis , docibiles Dei ... Ac per hoc quando Deus docet , non per legis litteram, sed per spiritus gratiam , ita docet , ut quod quisque didicerit , non tantum cognoscendo videat , sed etiam volendo appetat , agendoque perficiat* . De gr. Chr. cap. 14. & 15.

Beausobrius in *observationibus* ad vers. 45. cap. 6. Iohan: διδακτοὶ τοῦ Θεοῦ idem esse scribit ac θεοδίδακτοι, de quibus S. Barnabas in epistola sua apud Clem. Alexand. haec habet: γίνεσθε οὖν, vel ut est in textu ipsius epistolae, γίνεσθε δὲ θεοδίδακτοι, ἐκζητοῦντες τί ζητεῖ ὁ κύριος ἀφ' ὑμῶν , καὶ ποιεῖτε , ἵνα σωθῆτε ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως , hisque verbis homines a Deo edoctos secundum unam *exteriorem doctrinam* indicari decernit. *Quod enim scitur* , (sic enim ille argumentatur) , *per interiorem , immediatamque inspirationem* divini Spiritus , *opus non est , ut aliunde quaeratur* .

Quae quum Beausobrius dicit , aut non animadvertit , aut animadvertere noluit , vel studium ipsum , curamque exquirendi ea , quae Deus a nobis requirit , ut salvi simus in die iudicii , ab interiori , & arcano Spiritus Sancti afflatu , occultaque divini magistri doctrina , ac directione seiungi non posse , neque vero debere . Hinc S. Barnabas in eo epistolae suae loco *precatur* , ut fidelibus ad quos scribit, *det Deus sapientiam , scientiam , intelligentiam , cognitionem* τῶν δικαιωμάτων αὐτοῦ *iustificationum suarum in patientia* , adeoque etiam *orat* , ut sint θεοδίδακτοι *docti a Deo* , idest sapientiae , scientiae , intelligentiae , & cognitionis *interioris* donis ab eo instructi ad exquirenda , & exsequenda praecepta salutarium , divinorumque δικαιωμάτων , unius certe aeternae salutis caussa .

De *scientia , & doctrina exteriori iustificationum* Domini iam antea S. Apostolus egerat , in eaque *eruditos* supponit populos , quos ipse alloquitur . Sic enim dixerat : *aequum est , ut edocti iustificationes Domini , quotquot prius scriptae sunt , in eis ambulemus* .

lemus. De alio ergo doctrinae genere, quod *interius* esset, & ex *immediato* ipso Dei Patris magisterio penderet, loquitur S. Barnabas, ubi ad calcem epistolae optat, ut filii sui, *filii dilectionis*, *&* *pacis*, (sic dicti, auctore Clem. Alex, ex *γνώσει cognitione*), θεοδίδακτοι efficiantur, exquirentes a Deo ipso magistro interioris vitae, salutisque aeternae praecepta, & adiumenta.

Sed & haec ex n. 16. epist. Barnabae audiat Beausobrius: *In domicilio nostro vere Deus exsistit : habitat in nobis. Quomodo? Verbum eius fidei, vocatio eius promissionis, sapientia iustificationum, mandata doctrinae : ipse in nobis prophetat, ipse inhabitat... Quare qui cupit esse salvus non in hominem respicit, sed in eum, qui in homine habitat, atque loquitur*. An non heic species effulget illius secretissimae scholae, in qua Deus Pater loquitur, & hominem per se occulte instruit, atque docet?

Si autem quaeras ab Alex. Clemente, quid illud sit, quod a Deo θεοδίδακτοι discant, accipe ex lib. I. illius *Paedagogi* c. *6*: *Novit* (Deus) *quos vocavit*, *quos servavit* : *simul autem vocavit*, *&* *servavit* : Ipsi *enim* vos, *inquit Apostolus*, a Deo docti estis. *Nefas est imperfectum iudicare, quod ab ipso docetur*. Τό δὲ μάθημα ἀΐδιος σωτηρία ἀϊδίου σωτῆρος. *Quod autem ab eo discitur est salus aeterna aeterni servatoris, cui gratia in saecula saeculorum, amen*. Ea vero doctrina, & gratia, qua suos Deus *vocat simul*, *&* *servat*, nisi interior sit, non perfecta certe, sed imperfecta dici poterit, quod nefas est, Clemente iudice, arbitrari.

S. Iohan. Chrysostomus *doctos* a Deo eos intelligit, quibus Pater per Filium, & Spiritum S. fidei mysteria non tam exterius, quam interius revelaturus erat. Quod etiam exemplo Petri ostendit, cui idem ipse Pater Filii sui divinitatem revelavit. S. Cyril. a Prophetis *praedictum* fuisse dicit, ut *Deus Pater mysterium* Christi *dignis* (quos nempe dignos facit) *instillaret*, *&* *Filium suum revelaret* ἀποῤῥήτως ἑκάστῳ προσλαλῶν *arcana quemlibet ratione alloquendo*, *&* *divinitus horum cognitionem infundendo*.

Nemo vero magis quam Augustinus interioris huius, divinaeque *doctrinae* lucem, admirandamque virtutem, & efficaciam

caciam agnovit. Ut hanc contra Pelagianos haereticos vindicaret, ex hoc ipso evangelico oraculo, ceterisque cum eo coniunctis testimoniis invictissima munimenta desumpsit. Videsis tract. XXVI. in Iohan. n. 7. & 8. Nam ego, ceteris fere innumeris praetermissis, ea tantum commemoravero, quae S. Doctor scripsit in lib. *de praedest. SS.* cap. 8.

En Augustini verba: Omne quod dat mihi Pater ad me veniet. *Quid est ad me veniet, nisi credat in me? sed ut fiat, Pater dat. Item paullo post*: Nolite, *inquit*, murmurare invicem: nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum est scriptum in Prophetis: *Et erunt omnes docibiles Dei*. Omnis, *qui* audivit a Patre & didicit, venit ad me. *Quid est* omnis, qui audivit a Patre & didicit, venit ad me, *nisi, nullus est, qui audiat, & discat a* Patre, *& non veniat ad me? Si enim* omnis, qui audivit a Patre & didicit, venit: *profecto omnis, qui non venit, non audivit a Patre, nec didicit; nam si audisset & didicisset veniret. Neque enim ullus audivit & didicit, & non venit: sed* omnis, *ut ait veritas*, qui audivit a Patre, & didicit, venit.

Valde remota est a sensibus carnis haec schola, in qua Pater auditur, & docet, ut veniatur ad Filium. Ibi est ipse Filius, quia ipse est verbum eius, per quod sic docet, nec agit hoc cum carnis aure, sed cordis. Simul est & ibi Spiritus Patris, & Filii: neque enim ipse non docet, aut separatim docet ... Valde, inquam, remota est a sensibus carnis haec schola, in qua Deus auditur, & docet. Multos venire videmus ad Filium, quia multos credere videmus in Christum, sed ubi, & quomodo a Patre audierint hoc, & didicerint, non videmus. Nimium gratia ista secreta est, gratiam vero esse quis ambigat?

Haec itaque gratia, quae occulte humanis cordibus divina largitate tribuitur, a nullo duro corde respuitur. Haec quippe tribuitur, ut cordis duritia primitus auferatur. Quando ergo Pater intus auditur, & docet, ut veniatur ad Filium, aufert cor lapideum, & dat cor carneum, *sicut Propheta praedicante promisit. Sic quippe facit* filios promissionis, & vasa misericordiae, quae praeparavit in gloriam.

Cur ergo non omnes docet, ut veniant ad Christum, nisi quia omnes, quos docet, misericordia docet? quos autem non docet, iudicio non docet? Et tamen secundum quemdam modum, omnes Pater docet venire ad suum Filium. Non enim frustra scriptum est : Et erunt omnes docibiles Dei. *Quod testimonium cum praemisisset, tunc subdidit :* Omnis qui audivit a Patre, & didicit venit ad me. *Sicut ergo integre loquimur, cum de aliquo litterarum magistro, qui in civitate solus est, dicimus : omnes iste heic litteras docet; non quia omnes discunt, sed quia nemo nisi ab illo discit, quicumque ibi litteras discit, ita certe dicimus, omnes Deus docet venire ad Christum; non quia omnes veniunt, sed quia nemo aliter venit.*

Quare, *inquiunt*, non omnes docet? *Si dixerimus, quia nolunt discere quos non docet, respondebitur nobis. Et ubi est, quod ei dicitur :* Deus, tu convertens vivificabis nos? *Aut si non facit VOLENTES EX NOLENTIBUS Deus, quid orat ecclesia secundum praeceptum Domini pro persecutoribus suis? Quid ergo oramus PRO NOLENTIBUS CREDERE, nisi ut* Deus in illis operetur, & velle? ... *Hoc pro eis oratur, ut non credentibus, idest fidem non habentibus, fides ipsa donetur.*

Cum igitur evangelium praedicatur, quidam credunt, quidam non credunt : sed qui credunt praedicatore forinsecus insonante, intus a Patre audiunt, atque discunt, qui autem non credunt, foris audiunt, intus non audiunt, neque discunt : hoc est illis datur ut credant, illis non datur; quia nemo, *inquit*, venit ad me nisi Pater, qui misit me, traxerit eum

Ergo trahi a Patre ad Christum, & audire & discere a Patre, ut veniat ad Christum, nihil aliud est quam donum accipere a Patre, quo credat in Christum. Neque enim audientes evangelium a non audientibus, sed credentes a non credentibus discernebat qui dicebat : nemo venit ad me, nisi fuerit ei datum a Patre meo. *Fides igitur & inchoata, & perfecta, donum Dei est : & hoc donum quibusdam dari, quibusdam non dari, omnino non dubitet, qui non vult manifestissimis sacris litteris repugnare.*

Summam heic habes sententiarum, quas Augustinus, ex oraculis Christi apud Evangelistam Iohannem cap. VI., in ope-

operibus ſuis tum contra Pelagianos, tum etiam adverſus Maſſilienſes exaratis conſtanter ubique tradidit, & ad diem uſque vitae ſuae extremum firmiſſime tenuit, ac vindicavit. Eae ſunt, quae ſplendidiſſime emicant in duobus illis magni Doctoris libris *de praedeſt. SS.*, deque *dono perſever.* a S. Caeleſtino Pont., a Sixto, ab Hormiſda, a Gelaſio, aliiſque deinceps Pontificibus maximis mirifice commendatis, & ad divinae gratiae gloriam auctoritate Apoſtolica adprobatis.

Huiuſque rei teſtes erunt nulla umquam futurorum temporum invidia intercipiendi, aureae ipſae Romanorum Antiſtitum epiſtolae, Proſper contra Collatorem, Fulgentius una cum Africanis Epiſcopis in Sardiniae inſula exſulantibus, S. Remigius, S. Prudentius Tricaſſin., Eccleſia Lugdun., eiuſque diaconus Florus magiſter, S. Bernardus, S. Anſelmus, Angelicus Doctor S. Thomas Aquinas, alterque Thomas Archiepiſcopus Valentinus, & alii prope innumeri Auguſtinianae doctrinae cultores, vindiceſque clariſſimi.

Haec diffiteri non potuit Fauſtus ipſe Socinus, qui tom. 1. pag. 694. de divina *praedeſtinatione*, atque adeo de Chriſti gratia, quae de ſeipſa efficax ex aeterno illo *miſerentis Dei* decreto neceſſario dependet, ſermonem inſtituens: *Hoc dogma*, inquit, *hauſtum eſt potiſſimum ex libris Aurelii Auguſtini*, *CUI*, *CUM ECCLESIA ROMANA PLURIMUM TRIBUAT*, *factum eſt*, *ut iſtius eccleſiae ſcholae id paſſim tradiderint*, *ac tradant*, *quamvis contra multi*, *iique valde inſignes theologi illud reiiciant*, *atque adeo ſummae impietatis damnent*. Sed de theologis hiſce, qualeſcumque ii fuerint, iudicium omne, non Socini fallaciis, & intemperiis, ſed eidem ipſi Romanae Eccleſiae auctoritati plane divinae, integre, ſancteque relinquendum eſt. Mihi enim non aliud in praeſentiarum depraedicare licet, quam quod olim ſcripſit cap. 21. contra Collatorem S. ille Aquitanus Doctor, idemque fidiſſimus Auguſtini diſcipulus Romae in primis, & univerſae catholicae Eccleſiae acceptiſſimus: *Agnoſcant calumniatores*, *ſuper hiſce obiicere*, *quod his libris non ſpeciale*, *neque diſcretum teſtimonium perhibitum ſit*, *quorum in cunctis voluminibus norma laudatur*. *Apoſtolicae enim*

Sedis,

Sedis, *quod a praecognitis ſibi non diſcrepat*, *cum praecognitis probat*, *& quod iudicio iungit*, *laude non dividit*.

(33) Ad eumdem verſ.45. non habet ἂν, quod eſt in editis, ut nec habent codd. 5. Wetſten. Vulg., Orig. in c.VIII. Iohan., & Copt. Adde ex Millio Barbar. 4., & Aethiop. Ο῾ ἀκȣ́σας noſter: ἀκȣ́ων, codd. num. 36. legunt apud Wetſten., qui pro hac lectione laudat poſteriorem Syram in margine. In cod. tamen Angel. bibl. nihil, quod variet, in margine exſtat. Addit praeterea Latin. codd., & S. Cyrillum, probante Millio, uti & Compl. Plantin., & Genev. editiones. Occurrit & mihi, ex cod. Angel. bibl. ἂν ὁ ἀκȣ́ων, cui conſentit etiam Vatic. 309.

Dominus Michaëlis de hoc ipſo fragmenti noſtri loco diſſerens: *Tota*, inquit, *vocum ſeries ab* ἡμέρᾳ *verſ.* 44. *uſque ad* ει μη ο ων *verſ.* 46. *eraſa eſt*, *& recentiore curſiva manu ſuppleta*, *quae & ipſa variationes ſubminiſtrat ſcribendo verbi gratia* εϛιν *pro* εϛι, *omittendo* ουν, *& verſ.* 46. *ſcribendo loco* τις εωρακε *inverſe ponendo* εωρακε τις, *quod duo mſs.*, *& Origenes faciunt*, *& abſque ſenſu ſubſtituendo pro* ει μη ο ων *haec alia* ει μηϑ ων.

At ignoſcat mihi, oro, illuſtris Huwidius, qui haec praeceptori ſuo Michaëli de Borgiano codice retulit, ſi liberе affirmavero, nullam heic eſſe *vocum ſeriem eraſam*, nec eam *recentiore curſiva manu ſuppletam*. Eraſum fuiſſe in membrana ſpatium illud omne, quod hodie lineas novem a voce ἡμέρᾳ uſque ad ει complectitur, ut vides in Tab. V. T. G., res eſt omnino certa, & evidens. Sed quid, & qua de cauſſa eraſum fuerit divinari poteſt, ſciri non poteſt. Nullum enim veſtigium vel minimae litterulae, quae antea in deſcripto ſpatio exarata fuerit, conſpicitur.

Multo vero minus dicere licebit *ſuppletam* ibi eſſe *recentiori curſiva manu* eam, quam abraſam indicat, vocum ſeriem. Nam ſingulae unciales litterae, quibus hae voces ſcriptae ſunt, eamdem omnino rotundam, quadratam, vetuſtiſſimamque formam, quae in reliquis totius codicis litteris cernitur, repraeſentant. Unum inter eas eſt leve diſcrimen in colore atramenti. Characteres enim, qui in hoc ſpatio ſpectan-

ſpectantur, plerique omnes paullo craſſiori, atriorique calamo depicti videntur; quum ceteri dilutiores, minuſque colorati appareant. Idque eſt, quod anſam totam praebuit Huwidio, ut huius loci ſcripturam recentiorem, atque *curſivam* putarit. Sed tota cauſſa, cur characteres hi aliquantum pinguiores, nigrioreſque cernantur, repetenda eſt a vitio membranae. Haec enim in tantam ſubtilitatem enormibus librarii ſcalpri eraſionibus redacta eſt, ut alicubi transfoſſa hodieque videatur, & ubi integra manſit ibi maiorem atramenti copiam, quam in litterarum ductibus inſtar bibulae chartae ſorbuit, retinuerit. Inde etiam orta eſt in ſuperficie membranae non ſatis laevigata dente, quaedam veluti villoſa ſcabrities, quae, ut ſaepe experti novimus, impedit calamum, ne litteras continuato, aptoque ductu pingat, atque coloret. Sicque nil ego miror, ſi quis, dum eas obiter, & perfunctorie intuetur, pro characteribus habeat recentiori, *curſivaque* manu exaratis, quemadmodum eruditiſſimo Hafnienſi accidiſſe intelligo.

(34) Ibid. πρὸς ἐμὲ: editi πρός με: ſic & mſs. apud Millium, & Wetſten. Hi enim nihil, quod variet ab editis, adnotarunt.

Nil dicam de variante ἑώρακε τὶς pro τὶς ἑώρακε in v. 46. Hanc enim, ut mox audivimus, iam rectiſsime adnotavit v. cl. Michaëlis. Sed altera ſupereſt εἰ μηθ ὤν, mendoſe, & *ſine ſenſu*, ut idem ipſe ait, poſita pro εἰ μὴ ὁ ὤν. Rem teneo. Addendum tamen erat librarium ipſum, agnito fortaſſe errore, qui totus eſt in littera θ, eum emendare ſtuduiſſe. Nam ad extremum ſiniſtrum *ſecantis* τῆς θ circellus, quo articulus ο indicetur, adpictus videtur: quum in ceteris curvilineis eiuſdem θ non obſcura appareant deletorii ſtili indicia. Eamque ob cauſſam legimus εἰ μὴ ὁ ὤν.

(35) Verſ. 46. ἑώρακεν τὸν πατέρα. De ν addito praeter regulam in ἑώρακεν, vide quae paſsim obſervavimus in ſuperioribus.

Ad verſ. 47. πολυμαθίστατος Michaëlis obſervat omiſſum εἰς ἐμὲ, quod nos uncis incluſum dedimus. Sed ingens macula, quae abſtergi eo loci non potuit, vetat, ne quid certi de omiſsis hiſce vocibus ſtatuatur.

(36) Verſ. 49.

(36) Verſ. 49. ἐν τῇ ἐρήμῳ τὸ μάννα. Sic codex *Ephraëm*, ubi editi habent τὸ μάννα ἐν τῇ ἐρήμῳ. Obſervationem hanc nobis ſuppeditat laudatus eques Michaëlis, cuius ea quoque de hoc noſtro cod. ſententia eſt: *legentium oculis ſenſim ſemper, nova ſuboriri argumenta de conſonantia fragmenti noſtri cum antiquis, & momentoſis manuſcriptis*. Ceterum peculiarem habes lectionem apud Chryſoſtomum: τὸν ἄρτον ἐν τῇ ἐρήμῳ τὸ μάννα. Eamdemque tibi offert Latinus codex Vercellenſis evangelii S. Ioh. in *Evangeliario quadruplici* a viro doctiſsimo, Romanae domus S. Philippi Nerii decori & ornamento, meique olim amantiſsimo Ioſepho Maria Blanchinio, Romae edito, & omnigenae eruditionis copia illuſtrato: *panem mannam in deſerto*, perinde atque Veronenſis: *panem in deſerto manna*. Auguſtinus: *manducaverunt in deſerto manna*, ut in cod. noſtro.

(37) Verſ. 51. ἐάν τις φάγῃ ἐκ τούτου τοῦ ἄρτου. Cod. Vatic. 560. φάγει, Cantabr. apud Wetſten. τοῦ ἄρτου τούτου. Non eſt heic praetermittenda obſervatio Millii: *Hilarius*, inquit, *hunc locum ita citat*, *ut*, *auctore Eraſmo*, *legiſſe videatur* ἐκ τοῦ ἄρτου μου. Exſtant Hilarii verba lib.x. *de Trin.* n. 18. Maur. ed. *Ipſe autem Dominus huius nativitatis ſuae myſterium pandens ſic locutus eſt*: Ego ſum panis vivus, qui de caelo deſcendi: ſi quis manducaverit de pane meo vivet in aeternum, *ſe panem dicens*; *ipſe enim corporis ſui origo eſt*. Nihil ego dubito, quin exemplar, quo utebatur S. Pictavienſium Antiſtes, eius ſimile eſſet hoc in loco codici Vercellenſi, in quo *ex meo pane* diſertiſsime legitur, ubi ceteri pene omnes *ex hoc pane* habent. Veronenſ. vero: *ex eo pane*. Hanc variationem peperit fortaſſe gloſſa adſcripta margini, & inde in textum invecta. Si enim ad oram Graeci exemplaris ſimilis Cantabrigienſi adnotata erat vocula μου, quaſi ea eſſet interpretatio τούτου, nihil tam facile accidere potuit, quam ut librarius aliquis eam in alterius locum intrudendam putarit, ſicque pro ἐκ τοῦ ἄρτου τούτου ſcripſerit ἐκ τοῦ ἄρτου μου, unde poſtea non unus modo Hilarius, ſed & S. Euſebius Vercellenſis latine reddiderint, *ex pane meo*, vel *ex meo pane*.

Adnot. Vulgatiſsimum erat per ea tempora, quae Hilarii, Euſe-

Eusebiique aetatem praecesserant, *panis* nomine in eo *veteri* vaticinio : *Mittamus lignum in panem eius*, *corpus* Christi cruci affigendum intelligi. Testis adest Tertullianus lib. III. *contra Marcion.* c. 19. *Extulit crucem ut secundum superiorem prophetiam, exinde Dominus regnaret a ligno. Hoc lignum, ut Ieremias tibi insinuat, dicturis praedicans Iudaeis* : Venite, mittamus lignum in panem eius, *utique in corpus* : & lib. IV. c. 40: *Scilicet crucem in corpus eius*. Quae & lib. *contr. Iud.* iisdem fere verbis repetit. Sunt praeterea qui putent, Christum quum haec verba protulit, suum ipsius corpus digito indicasse, sicuti alibi fecisse aiunt, ubi dixit: *Solvite templum hoc*, quod Evangelista noster de *templo corporis sui* dictum interpretatur. Hinc S. Presbyter Hierosolymitanus *Hesychius* in *Quaestionib.* Evangelicis apud Coteler. tom. III. *Monum. Eccl. Gr.*, solvens difficultatem XXII. ad illud Ioh. VI. v. 42: *Ego sum panis, qui de caelo descendi*, ἄρτος τὸ σῶμα, Θεὸς δὲ ὁ καταβὰς, *panis*, inquit, *corpus* (est), *& Deus, qui descendit*.

Ea proinde vetustiorum Patrum traditio facile inducere potuit Hilarium & Eusebium, ut *panem*, de quo hoc in versiculo loquitur Christus, pro ipsius SS. *corpore* accipiendum censuerint. Et Hilarius quidem, ut adnotant doctissimi editores Maurini, *ait Verbum se* panem *dicere*, *nimirum propter corpus*, *quod sibi cooptavit*, *& assumpsit* : corpus *autem illud a Verbo* suum *dici*, *ut res assumpta*, *& assumens persona distinguantur*, *adeoque Verbum in carnem defecisse non existimetur* : *demum corpus illud &* caeleste *vocari*, *propter personam caelestem*, *& divinam*, *quae illud condidit*, *& assumsit* : *rursumque* carnem, & sanguinem filii hominis (dici), *quia caro illa assumpta*, *vere de Virginis carne nata est*. *Cum autem haec dicat S. Doctor in eum Iohannis locum*, *quem de Eucharistiae sacramento interpretatum eum esse liquet*, *&* lib. VIII. n. 14. & 16., *ubi ad venerandum illud sacramentum refert*, *quae eidem loco connectuntur*; *sequitur eum sensisse unam eamdemque esse Christi carnem de Virgine natam*, *& in eucharistia a nobis sumptam*.

Huc & illa spectant Hilarii verba ex eodem lib. VIII. n. 13. *Vere Verbum caro factum est*, *& vere nos Verbum carnem* cibo do-

minico *sumimus ... Vere carnem corporis nostri Christus assumsit*; *& vere homo ille, qui ex Maria natus fuit, Christus est, nosque vere sub mysterio carnem corporis sui sumimus*. Sed praestat clausulam audire Maurinianae adnotationis, quae est ad n. 18. lib. X: *Totum illud confirmat, & illustrat Eusebius Emisenus apud Theodoretum ad calcem dial. 3.* Dicit Dominus panem Dei descendisse de caelo: & interpretans, (quamquam apertius dicere non possum propter mysteria *eucharistiae*), hoc dicit: Caro mea est. Caro Filii Dei descenditne de caelis? Quomodo ergo dicit: Panis Dei vivit, & descendit de caelis, & (hoc de carne sua) interpretans? Quoniam potentia, quae assumpsit, de caelis descendit, id quod habet potentia carni tribuitur. *Ubi vides etiam ab Eusebio non aliam existimari carnem, quae in mysteriis sumitur, & quae a Verbo in Virgine suscepta est*.

Eusebius vero, qui auctor traditur Latinae versionis, uti ea exstat in cod. Vercellensi, *corpus meum* transtulit, ubi v. 51. sequenti *caro mea* a Christo vocatur. Ex his nescio, quae maioris ponderis argumenta sua veluti sponte fluere videntur ad ea confirmanda, quae paullo ante coniiciebamus de *glossa* e margine inducta in textum Graeci exemplaris, quo usi fuerunt SS. Hilarius & Vercellensis Eusebius.

(38) Ibid. καὶ ὁ ἄρτος δὲ. Probare non possumus Wolzogenii sententiam de coniunctione καὶ &, quam *redundare* existimat, *nisi* quis, ut ille subiungit, *malit hoc sensu verba accipere, quasi dicat Christus: sed & panis &c.* Nam καὶ ... δὲ hoc in loco cum emphasi positum arbitramur pro καὶ δὴ, ad validius confirmandum id quod antea dixerat Christus verbis illis: *Si quis manducaverit ex hoc pane vivet in aeternum*; eaque de caussa καὶ ὁ ἄρτος δὲ vertimus: *Et vero panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita*. Eamdem vim habent καὶ δὲ apud Thucydidem, Platonem, aliosque; eaque ut Vigerus observat *de praecipuis Gr. linguae idiotismis* c. 8. sect. 8., recte transferuntur: *Et vero*. Parum proinde apte verba ipsa καὶ ὁ ἄρτος δὲ Wolzogenius vertit: *Et panis autem*.

De verbis ὃν ἐγὼ δώσω sapienter eques Michaëlis coniecit non haec, sed illa, quae sequuntur, ἣν ἐγὼ δώσω, *quam ego dabo*,

dabo, in codice nostro desiderari, *quemadmodum in tribus quoque egregiis codd.*, *& in Origene desiderantur*. Sic mendum Huwidiani excerpti, in quo variantem hanc lectionem male referri suspicabatur, ex ingenii sui acumine iure corrigendum praemonuit. Ceterum addendus etiam est cod. Vat. 2., Barb. 1., S. Cypr., Athan., Cyrill., & Vulg. apud Wetsten., & Millium. Nam ne in his quidem verba ista ἣν ἐγὼ δώσω leguntur. *Chrysostomus quoque*, teste Maldonato, *non videtur legere*, *nisi semel*: Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Adde & Augustinum, qui communem nostratum lectionem retinuit. Inter Latinos codices Brixiensis est, qui, ut vulgati Graecorum in quadruplici Evangeliar. Blanchinii, legit: *Panis quem ego dabo*, *caro mea est*, *quam ego dabo pro mundi vita*.

(39) Vers. 52. τὴν σάρκα ἀυτῦ. Consonant Barber. 1., Vulg. Pers., Arab. Aethiop. Chrysostomus ex Millio. ἑαυτῦ habent cod. 61; *in ora* Syrus, & Copt. ex Wetsten. Sed in editis deest ἀυτῦ contractum ex ἑαυτῦ. *Corpus suum* pro *carnem suam* habet Vercell. In Corbei. CXCV. τὸ *suam* additum est recentiori manu, sic adnotante Blanchinio.

(40) Vers. 53. πίετε pro πίητε commutato η in ε, ut in Graeco-Aegyptiis codd. saepe fieri observavimus. Praestat ad hunc versiculum adnotare vocem φάγητε, cuius loco in Cantabrig. legitur λάβητε, & in Lat. Vercell. *acceperitis*: *Nisi acceperitis corpus filii hominis*. Variantem hanc inobservatam reliquit cl. Blanchin.

ADNOT. *Nisi manducaveritis carnem filii hominis*, *& biberitis sanguinem eius*, *non habebitis vitam in vobis*. Redit in scenam Wolzogenius, & ne de *Eucharistia* locus iste intelligatur, modis omnibus vetat. *Nam primum*, inquit, *si hic de Eucharistia ageretur*, *nemo absque ea salvari posset*, *ac proinde etiam infantibus esset necessaria*, *non minus quam baptismus*; *quia sicut dictum est*: Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto *Ioh.* 3. 5., ... *ita non minus hic dicitur*: Nisi manducaveritis... *Si ergo propter illa verba necessarium putant*, *ut baptizentur infantes*, *cur non perinde necessarium censent*, *propter ista verba*, *ut infantibus Eucharistia praebeatur*? *Sane* Augustinus, *qui alioqui*

(*ut ſupra indicavimus*) *manducare*, *quod hic iubetur*, *nihil aliud eſſe dixit quam credere*, *tamen ut erat varius & inconſtans in ſententiis ſuis*, *hunc locum de Euchariſtia agere credens*, *ſtatuit etiam parvulis Euchariſtiam neceſſario dandam eſſe* : *quin fatetur* Maldonatus ipſe, *ſexcentos circiter annos viguiſſe hanc ſententiam in eccleſia*, *quod Euchariſtia parvulis ſit neceſſaria ad ſalutem*; *idque propter hunc ipſum locum* Ioh. *6.* 53.

Contra Fauſt. Socin. in diſp. *de Baptiſmo aquae* ex verbis Ioh.*6.* 53. haeretica vi ad aliud quodvis, quam ad Euchariſtiam intelligendam detortis, argumentatur non eſſe priora illa verba Ioh. 3. 5. ad *baptiſmum* elementaris aquae trahenda. *Eſt autem hic locus*, *ait*, *illis eiuſdem Chriſti verbis*, *apud eumdem Iohannem ſimilis*, *cum ait Iudaeis eos non habere vitam in ſeipſis*, *niſi comedant carnem filii hominis*, *& ſanguinem bibant*. *Quae verba diu ad carnem dominicam a multis detorta fuere*, *donec tandem animadverſum eſt id perperam fieri* *Ut igitur iſta ratione factum eſt*, *ut iidem illi*, *qui in coena Domini veram*, *& naturalem ipſius carnem*, *& ſanguinem percipi contendunt*, *tamen de coena Domini ibi non agi*, *iam agnoſcere incipiant*, *ſic quoque nulli*, *quamvis acerrimo terrenae aquae baptiſmi propugnatori dubium eſſe poteſt*, *de eo baptiſmo ibi agi non poſſe*, *ubi aperte aqua tamquam prorſus ad ſalutem aeternam neceſſaria requiratur*, *ut certe ſit*. Sic ille cap. IV. cit. Diſp.

Egregii ἀγύϱται, qui tam ludicra, & ſophiſtica verſatione piſtilli utrumque ſacramentum, unum ſcilicet per aliud, & hoc per illud, in evangelicis Iohannis noſtri oraculis contundere, & abolere ſe poſſe putant! Sed cum Wolzogenio res mihi modo erit.

In duabus hiſce propoſitionibus : *Niſi quis renatus fuerit ex aqua*, *& Spiritu Sancto*; & *Niſi manducaveritis carnem filii hominis*, quatenus praeceptum exprimunt, non unus verborum ſimilium ſonus, ſed res, quae praecipitur, an omnibus omnino eadem prorſus ratione, modoque conveniat, conſideranda eſt. Alioquin, ſi verborum ſimilitudinem tantum modo ſpectes, dicere cogeris ipſis quoque infantibus praecipi, ut poenitentiam perinde atque adulti peragant, & ut eorum

eorum iuſtitia abundet *pluſquam Scribarum*, *& Phariſaeorum*, quia ſicut ſcriptum eſt: *Niſi quis renatus fuerit* ... ita etiam dicitur Luc. 13. 3. *Niſi poenitentiam habueritis*, *omnes ſimiliter peribitis*; & Matth. 5. 20: *Niſi abundaverit iuſtitia veſtra pluſquam Scribarum*, *& Phariſaeorum*, *non intrabitis in regnum caelorum*. Adde, quod Auguſtinus ipſe utrumque praeceptum, & illud ſcilicet Ioh. III., & iſtud Matth. V. eidem veluti homini datum inſinuare videtur, ubi in L. *de Fide*, *& operibus* lib. 26. ſcribit: *Sanam doctrinam Dei magiſtri in utroque teneamus*; *ut ſancto baptiſmo conſona ſit vita chriſtiana*, *nec cuiquam homini*, *ſi utrumlibet defuerit*, *vita promittatur aeterna*, *qui enim dixit*: Niſi quis renatus ... *ipſe etiam dixit*: Niſi abundaverit iuſtitia veſtra &c.

Ut autem naſci natura, ſic & *renaſci gratia ex aqua*, *& Spiritu Sancto*, ſine propriae rationis, & voluntatis uſu infantes per fidem, & pietatem Eccleſiae poſſunt, *actu* vero manducare carnem, & bibere ſanguinem Chriſti Domini, quod proprium eſt eorum, qui uſu rationis pollent, infantes, niſi per eamdem Eccleſiae fidem, & caritatem, non poſſunt. Inſanum eſt ergo velle, ut, ſi hunc locum Iohannis de Euchariſtiae ſacramento accipi debere ſtatuimus, dicere cogamur *neminem ſine* actuali Euchariſtiae manducatione *ſalvari poſſe*, *ac proinde etiam infantibus eſſe neceſſariam*, uti neceſſarium eſt ſacramentum baptiſmi. Sed grammatico ſophiſtae quicquid lubet, licet.

Venio nunc ad Auguſtinum. Hoſtis eſt, & inimicus Sancti Doctoris infenſiſſimus, qui illius catholicae fidei, & doctrinae teſtimonium longe praeclariſſimum reddit. Hoc audiant neceſſe eſt Calviniani. Diſerte Wolzogenius fatetur Hipponenſem Antiſtitem locum iſtum Iohannis de orali, vera, & ſacramentali manducatione dominicae carnis in Euchariſtiae myſterio intellexiſſe. Verum quum id Socinianus heterodoxus aegerrime ferret, niſus eſt nobilis impoſtor tanti Patris auctoritatem imminuere, dira ei impacta calumnia, quod varius, inconſtans, & errans a priori ſententia hoc in loco diſceſſerit. Sed hoc tam iniquae calumniae, & impoſturae genus

ſatis,

ſatis, credo, retudimus adnot. 1. in verſ. 29. Heic interea ego teneo quod mihi dat, licet invitus det, Auguſtinum nempe in verbis Chriſti Domini aperte agnoſcere, & profiteri oralem comeſtionem verae carnis, & potationem veri ſanguinis Ieſu Chriſti.

His poſitis videamus, quid praeterea Africanae non minus quam Catholicae eccleſiae lumen fulgidiſſimum doceat de reali Euchariſtiae ſumptione tamquam neceſſaria parvulis ad ſalutem, ut inde in quo lateant inſidiae in Auguſtinianam doctrinam a calumniatoribus inſtructae facile detegamus. Duo ſunt controverſiarum capita, quae in hoc maxime argumento diſcernere diligenter oporteat. Primum eſt, an umquam Auguſtinus docuerit, *infantes etiam baptizatos, niſi Euchariſtiam perciperent, ſalvos eſſe non poſſe*? Alterum eſt, an, & quo ſenſu Auguſtinus docuerit, *infantes ſine Euchariſtiae ſacramento ſalvos eſſe non poſſe*?

Primum numquam docuit S. Auguſtinus, quemadmodum meus Noriſius invicte oſtendit in *Vindiciis Auguſtin.* c. IV. §. 4. Calumnia proinde eſt apertiſſima, quam Wolzogenius eodem prorſus, quo Maldonatus, commento affingit non uni tantum Auguſtino, ſed & ipſis PP. Max. Innocentio I., atque Gelaſio, & Patribus denique univerſis, qui ſex prioribus eccleſiae ſaeculis floruerunt. En ex Noriſio Maldonati cenſura, quam pediſſequs Socinianus ex aſſe retexit. *Miſſam facio*, ait Maldonatus, *Auguſtini, & Innocentii I.* (adde & *Gelaſii*) *ſententiam, quae ſexcentos circiter annos viguit in eccleſia, Euchariſtiam etiam infantibus neceſſariam. Rurſum ibidem affirmat Auguſtinum, & Innocentium eo teſtimonio Ioh. 6. adductos fuiſſe, ut crederent infantes etiam baptizatos, niſi Euchariſtiam perciperent, ſalvos eſſe non poſſe.*

Eumdem errorem tamquam iam *damnatum ſub anathemate a Concilio Tridentino* S. Doctori tribuunt *Moraines*, & Adamus. Quodque multo mirabilius eſt *Dionyſius Petavius* lib. unic. de Trident. Conc., & S. Auguſtini doctrina cap. 5. inter illius *dogmata, quae vel eccleſiae univerſae, vel Theologorum aut omnium, aut multorum, nec infimi ſubſellii, iudicio reprobantur*, illud numerat,

merat, *quod multis in locis asserit Augustinus, Eucharistiam post baptismum dandam parvulis, & eis esse necessariam. Quippe sacramenti utriusque parem necessitatem distincte, ac separatim adstruit, ex duplici Iohannis loco*, altero cap. III. 5. ... *altero cap.* VI. 53. *Eandem & Augustini, & Innocentii I. sententiam fuisse testatur eruditissimus Iohannes Maldonatus in Commentario ad cap. Ioh.* 6. 53. Eccur tam infinitae lectionis theologus *Gelasii Pont.* nomen reticuit? Nam & is in ep. ad Episcopos per Picenum scribit: *Ut providentia Dei omnes Pelagianorum nequitias amputaret, non solum dictum est:* Qui non fuerit renatus ex aqua, & Spiritu Sancto, non intrabit in regnum caelorum, *sed etiam pariter dictum est:* Qui non manducaverit carnem filii hominis, & biberit eius sanguinem, non habebit vitam in semetipso. *De vita autem aeterna hoc dictum nullus addubitat. Atqui haec opinio*, continuo subdit Petavius, *Tridentini Concilii auctoritate damnata est, & anathemate notata* sess. 21. cap. 4. & can. 4.

Calculum adiicit Richardus Simonius, qui in *hist. crit. novi Testam.* c. XX., Augustini argumentum de duobus sacramentis, baptismi scilicet, & eucharistiae ad ipsorum quoque infantium salutem necessariis adversus Pelagianos nihil valere affirmat, etsi innixum illud esset *fidei*, quae eo tempore vigebat. *Elle* (la preuve) *étoit cependant fondée sur la créance de ce tems-là*; additque cap. XLI. p. 610., totam antiquitatem ex hoc loco Ioh. 6. 53. intulisse necessitatem impertiendi revera parvulis eucharistiae perinde atque baptismatis sacramentum.

Quid plura? Dicam hanc S. Doctori coniunctis viribus *Dumolinius, La-Rochius*, aliique omnes heterodoxi, teste Bossueto, impingunt, ut uno errante Augustino, universam cum eo ecclesiam in tam gravissimo fidei negotio errasse contendant.

Magna proinde caussa est, cur heic strenuum Augustini vindicem Cardinalem Norisium audiamus. Nam uno vindicato Augustino, Sedes ipsa Apostolica, & tota ecclesia Catholica una cum eo vindicatur. *In primis*, ille inquit, *certum est, veteres Patres consuevisse, pueris statim post baptismum sacram Eucharistiam ministrare. Quod vero inquit Maldonatus*, (aiunt & alii,) *illos ita fecisse, quod putabant*, Eucharistiam etiam infantibus

fantibus neceſſariam, *nullo pacto concedi poteſt*; *id enim eſt contra Tridentini decretum ſeſſ.21. cap.4.*, *ubi de eodem antiquorum ritu*, *dandi parvulis Euchariſtiam*, *loquens ait*: Ut enim ſanctiſſimi illi Patres ſui facti probabilem cauſſam pro illius temporis ratione habuerunt, ita certe eos nulla ſalutis neceſſitate id feciſſe ſine controverſia credendum eſt.

Quod rurſus addit Maldonatus (addunt & ceteri, quorum meminimus,) infantes etiam baptizatos, niſi Euchariſtiam perceperint, ſalvos eſſe non poſſe *falſiſſimum eſt*. *Illi quidem dixere*, *infantes ſine ſacramento Euchariſtiae ſalvos eſſe non poſſe*, *at id* de pueris baptizatis numquam *affirmarunt*, *cum ea tempeſtate ſtatim poſt baptiſmum daretur omnibus etiam Euchariſtia*. *Ob hanc vero cauſſam eo teſtimonio Ioh. 6. contra Pelagianos optime & Romani Pontifices*, *& Auguſtinus uſi ſunt*. *Nam cum Pelagiani* vitam aeternam *extra regnum Dei* parvulis ſine baptiſmo morientibus *darent*, *ſancti Patres ita arguebant*: (animum huc advertant SS. PP. cenſores:) *NULLUS SINE BAPTISMO SUSCIPERE POTEST EUCHARISTIAM*, *per quam ex verbis Domini Ioh. 6. donatur* vita aeterna, *IGITUR PUERI MORIENTES SINE BAPTISMI, ET EUCHARISTIAE SACRAMENTIS NON POSSUNT PARTICIPARE VITAM AETERNAM*. *At numquam dixere infantes* tantum baptizatos *ante Euchariſtiae ſumptionem non habere gratiam*, *& ius ad vitam aeternam*. *Eo autem diſcurſu optime Pelagiani convincebantur*, *quia unde vitam aeternam parvulis promitterent*, *non habebant*.

Tota lis, quae poſtremo eccleſiam inter & Pelagianos verſabatur, eo demum redacta erat, an pueri ſine baptiſmo decedentes, quando excludendi procul dubio eſſent a regno caelorum, vitam ſaltem aeternam extra regnum illud beatum habere poſſent? Affirmantibus Pelagianis, quid aliud tam validum, & luculentum athletae noſtri ſanctiſſimi, Auguſtino duce, opponere poterant, quam hoc unum argumentum: Pueri carentes baptiſmo, & excluſi a regno caelorum non modo non habent, ſed nec capaces ſunt, qui habere queant, aeternam vitam. Nam ii tantum capaces ſunt aeternae vitae qui ſunt capaces percipiendae Euchariſtiae, qua vita promittitur, ſed

ſed pueri ſine baptiſmo non ſunt capaces percipiendae Euchariſtiae; haec enim nonniſi baptizatis dari poteſt; ergo pueri ſine baptiſmo non ſunt capaces aeternae vitae.

Eoque argumento ſummam contineri Auguſtinianae ſententiae liquido conſtat ex iis, quae Auguſtinus ipſe ſcribit in ep. ad Paulinum 196. Maur. ed., ubi ait: *Si autem cedunt Sedi Apoſtolicae, vel potius ipſi magiſtro, & domino Apoſtolorum, qui dicit non habituros vitam in ſemetipſis, niſi manducaverint carnem filii hominis, & biberint ſanguinem*, (notentur haec,) *QUOD NISI BAPTIZATI NON UTIQUE HABERE POSSUNT, nempe aliquando fatebuntur, PARVULOS NON BAPTIZATOS VITAM HABERE NON POSSE*.

Hinc lib. I. *de anima, & eius orig.* cap. II. de *parvulis* agens, *qui morte praeveniuntur prius quam baptizentur in Chriſto*, quibuſque Vincentius Victor auſus fuerat *promittere non ſolum paradiſum, verum etiam regnum caelorum*, non quidem *ſancti bapiſmatis*, ſed *euchariſtici ſacrificii*, quod pro eis offeretur, virtute, errorem audacis iuvenis in hunc modum & refert, & refellit: Sane, *inquit*, pro eis oblationes aſſiduas, & offerenda iugiter ſanctorum cenſeo ſacrificia ſacerdotum. *Ecce aliud*, ſubdit S. Doctor, *unde numquam exiturus eſt, niſi eum dixiſſe poeniteat. Quis enim offerat corpus Chriſti, niſi pro eis qui membra ſunt Chriſti? Ex quo autem ab illo dictum eſt:* Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu, non poteſt intrare in regnum Dei, *& alio loco*, qui perdiderit animam ſuam propter me, inveniet eam: *nemo fit membrum Chriſti, niſi aut baptiſmate in Chriſto, aut morte pro Chriſto*. Eadem habet l. II. ad Petrum Presbyter. c. II., ubi ipſiſſimis Vincentii Victoris verbis recitatis, ſic Petrum alloquitur: *Habeto iſtum, ſi placet, etiam cenſorem, ſi parum fuerat habere doctorem, ut SACRIFICIUM CORPORIS CHRISTI ETIAM PRO HIS OFFERAS, qui CHRISTO NON SUNT INCORPORATI. Rem tam novam, atque a diſciplina eccleſiaſtica, & a regula veritatis alienam*. Tandem l. III. cap. 12. ad eumdem Victorem: *Noli credere*, inquit, *nec dicere, nec docere, SACRIFICIUM CHRISTIANORUM PRO IIS, QUI NON BAPTIZA-*

TI DE CORPORE EXIERINT, *offerendum*. Quapropter *L.* III. *O. Imperf.* c. 38. Iulianum de *non regenerato* interrogans, an *vita vivat*? *si dicis*, ait, *eum vita vivere*, *contradicit Christus Antichristo*, Iuliano scilicet, *& dicit*: Nisi manducaveritis carnem meam, & biberitis sanguinem meum, non habebitis vitam in vobis, *QUEM CIBUM, ET POTUM AD REGENERATOS PERTINERE*, *velis nolis*, *cogeris confiteri*.

Non alia fuit Innocentii Pontificis mens in epistola, quam laudat August. l. 2. cont. 2. epistolas Pelagianor. cap. 4. ad Numidiae Episcopos: *Illud vero*, *quod eos vestra fraternitas asserit*, *praedicare*, *parvulos aeternae vitae praemiis ETIAM SINE BAPTISMATIS GRATIA*, *posse donari*, *perfatuum est*. Nisi enim manducaverint carnem filii hominis, & biberint sanguinem eius, non habebunt vitam in semetipsis. *Qui autem hanc eis sine regeneratione defendent*, *videntur mihi ipsum baptismum velle cassare*, *cum praedicant hoc habere*, *quod in eos credimus nonnisi baptismate conferendum*.

Hoc eodem argumento *ea prorsus*, qua illud Norisius explicuit, *ratione* constructo, usus est *Marius Mercator S. Augustini amicus & defensor in opusculo contra Iulianum*: Illudque ipsum *contra Pelagii blasphemias EVIDENTISSIMUM*, *atque VALIDISSIMUM* appellavit *Eusebius Episcopus Gallicanus* hom. 5. *de Paschate* inter eas, quae *Emisseni* nomine enunciabantur, *qui tamen Emisseno*, ut *Noris* censet, *& posterior*, *& melior fuit*. Praeter *Cyprianum*, addit Bossuetus adversus Simonium, *Isidorum* Pelusiotam lib. II. epist. 52.

Ecquid praeterea quaerimus, ut intelligamus, Augustini, & Innocentii propositum in expugnando ex divinis hisce Evang. Ioh. verbis Pelagianorum commento de vita aeterna iis largienda, qui sine baptismo decessissent, non aliud omnino fuisse, quam de pueris agere *non baptizatis*, eosque excludere a iure potiundae vitae per Eucharistiae sacramentum, non ea sane de caussa, quod ante dominici corporis sumptionem ex hac luce migrassent, sed quia sine baptismo, neque per se, neque per fidem gestantium, & credentium capaces, & apti fuissent, qui Eucharisticam vitam participare valerent? Quae qui-

quidem si S. Augustini censores paullo attentius discernere studuissent, multo in eum aequiores fuissent, nec a vera, rectaque illius mente assequenda tanto opere aberrassent. Quotquot igitur tam male de augustissimo Hipponensium Antistite sentiunt, ut eum docuisse velint, pueros iam baptizatos salvos esse non posse, nisi Christi carnem ederint, & sanguinem eius biberint, gravissime alucinantur, & apertam magno Doctori calumniam, iniuriamque luculentam affingunt.

Id unum Augustinus perpetuo docuit, infantes nimirum sine Eucharistiae sacramento vitam non posse consequi sempiternam. Sed quo sensu ita docuerit, ex ipsius S. Doctoris verbis explicandum est. Firma & perspicua sunt, quae l. 4. *de bapt.* c. 23. & 24. de *perfecta salute* scribit eorum infantium, qui recepto baptismatis sacramento ex hac vita decedunt, quin ullam de sumpta ab his Eucharistia mentionem faciat. *Sicut*, ibi ait, *in latrone*, *quia per necessitatem* (sanctificatio sacramenti) *corporaliter defuit*, *perfecta salus est*, *quia per pietatem* spiritualiter *adfuit*, *sic & cum* ipsa *praesto est*, *si per necessitatem desit quod latroni adfuit*, *PERFICITUR SALUS*. *Quod traditum tenet universitas Ecclesiae*, *cum parvuli infantes baptizantur*, *qui certe nondum possunt corde credere ad iustitiam*, *& ore confiteri ad salutem*, *quod latro potuit* *& sicut in illo latrone quod ex baptismi sacramento defuerat complevit omnipotentis benignitas*, *quia non superbia*, *vel contemtu*, *sed necessitate defuerat*: *sic in infantibus QUI BAPTIZATI MORIUNTUR*, *eadem gratia omnipotentis implere credenda est*, *quod non ex impia voluntate*, *sed ex aetatis indigentia*, *nec corde credere ad iustitiam possint*, *nec ore confiteri ad salutem*. *Ideo cum alii pro eis respondent*, *ut impleatur erga eos celebratio sacramenti*, *valet utique ad eorum consecrationem*, *quia ipsi respondere non possunt*.

At vero latro, de quo loquitur Augustinus, non sumpserat certe, ut Norisius observat, *Eucharistiam*, *quae pridie ante mortem in coena a Domino instituta fuerat*; & tamen *perfectae salutis* opus divinitus in eo completum S. Doctor agnoscit, etiam si *sanctificationem sacramenti* baptismatis *spiritaliter* tan-

T 2 tummodo,

tummodo, ideſt per *fidem*, & *cordis converſionem* illum recepiſſe doceat, quia ab ea *corporaliter* ſuſcipienda unius neceſſitatis cauſſa excluſus fuerat. Atqui ſimili prorſus modo infantes, qui *baptizati moriuntur*, *perfectae ſalutis* gratiam, ex communi eccleſiae doctrina, & ex Apoſtolica traditione conſequi Auguſtinus affirmat, non quia, vel Euchariſtiam actu ſuſceperint, vel proprio corde crediderint ad iuſtitiam, oreque ſuo confeſſionem ediderint ad ſalutem, ſed quia per ora geſtantium, & credentium reſpondentes, perque ſancti baptiſmatis celebrationem conſecrati, *ſanctificationem ſacramenti corporaliter* ſolummodo acceperunt. Auctore igitur Auguſtino ſalvi atque beati eſſe poſſunt infantes, ſi, una tantum *ſanctificatione baptiſmi corporaliter* ſuſcepta, e numero mortalium excedant.

Quin ex eadem ipſa Auguſtini ſententia, qua cum heic, tum alibi adverſus Donatiſtas conſtanter aſſeruit, *fidem*, *converſionemque cordis*, vi caritatis actualis partam, ſufficere homini ad ſalutem, *ſi a recipiendo baptiſmo improviſa neceſſitate excludatur*, recte colligit Noriſius, ſine actuali perceptione Euchariſtiae in tuto eſſe poſitam infantium baptizatorum ſalutem, quum ii *longe perfectiori modo habeant fidem*, *& caritatem ſibi a Deo in ſacramento regenerationis infuſas*.

Quando ergo Auguſtinus docuit, parvulos ſine participatione corporis, & ſanguinis Domini ſalvos eſſe non poſſe, de *participatione*, ut a Noriſio dicitur, *ſpirituali* intelligendus eſt. Ea autem fit per ſacramentum, & gratiam ſanctificantem baptiſmi, quo Chriſto tamquam illius corporis membra incorporantur. *Hac* prorſus *gratia*, inquit idem SS. l. 1. *de pecc. mer. & rem.* c. 9., *baptizatos quoque parvulos* (Chriſtus) *ſuo inſerit corpori*. Et c. 26: *Porro quia parvulos baptizandos eſſe concedunt... concedant oportet eos egere illis beneficiis mediatoris, ut abluti per ſacramentum*, *caritatemque fidelium*, *ac ſic* (nempe per ablutionem baptiſmi) *incorporati Chriſti corpori*, *quod eſt eccleſia*, *reconcilientur Deo*. Rurſus lib. III. c. 4. *Quoniam nihil agitur aliud*, *cum parvuli baptizantur*, *niſi ut incorporentur eccleſiae*, *ideſt*, *Chriſti corpori membriſque ſocientur*, *manifeſtum eſt eos ad damnationem*,

tionem, *nisi hoc eis collatum fuerit*, *pertinere* ... *Numquid etiam illud* (ambiguum est), *quia* nisi manducaverint homines carnem eius, *hoc est participes facti fuerint corporis eius*, non habebunt vitam? *Nonne veritas sine ulla ambiguitate proclamat*, *non solum in regnum Dei non* baptizatos *parvulos intrare non posse*, *sed nec vitam aeternam posse habere PRAETER CHRISTI CORPUS*, *cui ut incorporentur sacramento baptismatis imbuuntur*? Ubi certe unius sancti baptismatis virtuti, non vero *actuali* dominici corporis manducationi, gratiam *incorporationis* Augustinus aperte tribuit.

Quamobrem lib. I. *de orig. animae* cap. 9. *Nemo*, ait, *fit membrum Christi*, *nisi aut baptismate in Christo*, *aut morte pro Christo*. Et Tract. 26. in Ioh. *Hoc est manducare illam escam*, *& bibere illum potum*, *in Christo manere*, *& illum in se manentem habere*: Idem habet Tr. 27. n. 6: *Diximus* ... *Dominum commendasse in manducatione carnis suae*, *& potatione sanguinis sui*, *ut in illo maneamus*, *& ipse in nobis*. *Manemus autem in illo cum sumus membra eius* *Ut autem simus membra eius*, *unitas nos compaginat*. *Ut compaginet unitas*, *quid facit nisi caritas*?

Nihil necesse est plura, quae in hanc rem adduci possent, Augustini testimonia proferre. Nam ex his paucis, quae hucusque adtulimus, apertissime liquet, participationem carnis, & sanguinis Domini, necessariam parvulis ad salutem, in una *incorporatione*, quae eidem ipsi Christi corpori fit per *fidem*, & *caritatem* in sacramento baptismi, fuisse ab Hipponensi Antistite constitutam.

Atque haec ipsa sententia tam certa, ac nitida visa est S. Fulgentio, ut neminem de ea dubitare posse crediderit. *Nullus*, inquit cap. 11. epist. ad *Ferrandum Diaconum* de salute *Aethiopis catechumeni*, baptizati, ac non percepta Eucharistia mortui, *debet moveri fidelium in illis*, qui etsi legitime sana mente baptizantur, praeveniente velocius morte, carnem Domini manducare, & sanguinem bibere non sinuntur, *propter illam videlicet sententiam Salvatoris qua dixit*: Nisi manducaveritis ... *Quod quisquis non solum secundum veritatis mysteria*, *sed secundum mysterii veritatem considerare poterit*,

rit, in ipso lavacro sanctae regenerationis hoc fieri providebit. Quid enim agitur sacramento sancti baptismatis, nisi ut credentes membra Domini nostri Iesu Christi fiant, & ad compagem corporis eius ecclesiastica unitate pertineant? Ipsis enim dicit B. Apostolus : Vos estis corpus Christi, & membra de membro. *Quos ostendit non solum ipsius SACRIFICII participes, sed ipsum sanctum sacrificium esse ... Qui ergo membrum corporis Christi fit, quomodo non accipit, quod ipse fit? quando utique fit verum illius corporis membrum, cuius corporis est in sacrificio sacramentum. Hoc ergo fit ille, regeneratione sancti baptismatis, quod est de sacrificio sumturus altaris. QUOD ETIAM SS. PATRES INDUBITANTER CREDIDISSE, AC DOCUISSE COGNOSCIMUS.* Statimque addit: *BEATUS QUOQUE AUGUSTINUS de hac re sermonem fecit admodum luculentum, & aptum aedificationi, & instructioni fidelium. Quem sermonem totum epistolae malui subiungere, quia nec est prolixus, & in ipsa brevitate magnae instructionis, & suavitatis est plenus.* Hunc etiam habes tom.v. par.1. ed. Maur. n. CCCXXII. *ad infantes ante altare de sacramento.*

Eoque demum sermone integre descripto, concludit Fulgentius: *Arbitror, sancte frater, disputationem nostram praeclari DOCTORIS Augustini sermone firmatam, NEC CUIQUAM ESSE ALIQUATENUS AMBIGENDUM, tunc unumquemque fidelium corporis, sanguinisque dominici participem fieri, quando in baptismate membrum Christi efficitur, nec alienari ab eo panis, calicisque consortio, etiamsi antequam panem illum comedat, & calicem bibat, de hoc saeculo in unitate corporis Christi constitutus abscedat.* Ergo, teste S. Fulgentio, etiamsi parvuli baptizati non *actu*, *reque ipsa* Eucharistiae sacramentum sumant, rectissime tamen ex *Apostolicae Sedis*, *Patrum*, & *Augustini* praesertim sententia, carnem Christi edere, & sanguinem bibere creduntur per unum idemque sacramentum baptismi, quum per hoc ipsum *incorporantur* Christo, & vera illius corporis membra facti ipsius Eucharistici *sacrificii participes* revera fiunt. Sicque, ut Norisius concludit, *error ille de necessaria pueris praeter baptismum reali Eucharistiae sumptione a recentioribus Augustino attributus in fumum evanescit.*

Au-

Auctor ms. expositionis in Ioh., quam ego *Aegidio* meo *Columnae* adscribendam coniicio, duplicem ex Augustino distinguit manducationem, *spiritualem*, & *sacramentalem* : *spiritualis est per fidem*, *& caritatem* : *sacramentalis sub sacramento. Sine sacramentali potest esse salus*, *nec est necessitatis*, *quantum est de institutione sacramenti* : *spiritualis de necessitate. Sed obiicitur de parvulis baptizatis*, *qui salvantur*, *nec umquam manducaverunt sacramentaliter*, *nec spiritualiter. Respondeo dicendum*, *quod*, *sicut dictum est*, *duplex est effectus manducationis*, *scilicet* incorporatio, *&* conservatio. *Nullus salvatur*, *NISI MEMBRUM CHRISTI*, *ET NISI CONSERVETUR A CHRISTO. Unde sine effectu manducationis nullus salvatur* : *ideo dicitur manducatio necessaria. Quia vero in parvulis divina largitate*, *GRATIA potest esse effectus manducationis sine manducatione*; *ideo salvantur etiam sine manducatione quacumque*, proprio nempe oris, animique actu completa. Quae sententia eo demum redit, ut infantes per sanctificantem gratiam baptismi recte dici possint participes Eucharisticae manducationis, quod ad *effectum* illum *duplicem incorporationis* videlicet, & *conservationis*, quatenus corpori Christi Domini inseruntur, & tamquam ipsius membra servantur in spem vitae aeternae.

Fit ita, ut per sancti baptismatis gratiam parvuli capaces, apti, inclinati, praeparati, dispositi, & ordinati reddantur ad Eucharistiae sacramentum sumendum. *Et ideo*, inquit Angelicus Doctor S. Thomas 3.p. q.73. art.3., *ex hoc ipso*, *quod pueri baptizantur*, *ordinantur per ecclesiam ad Eucharistiam*, *& sicut ex fide ecclesiae credunt*, *sic ex intentione ecclesiae desiderant Eucharistiam*, *& per consequens recipiunt rem ipsius*. Est autem, ut antea dixerat, *res huius sacramenti unitas corporis mystici*, *SINE QUA non potest esse salus*. Hinc & *votum* habent pro eis ab ecclesia sancta conceptum recipiendae Eucharistiae, quo & ante *oralem* comestionem gratiam, & effectum illius percipiunt, dum *voto ecclesiae*, ut cum Augustino loquitur S. Thom. q.73. art.3., & q.79. a.1. ad 6. per baptismum ipsum incorporantur Christo. Sicque Doctor Angelicus infantes credidit in ipso baptismo *spiritali manducatione*, qua

qua de agit q.80. a.1. carnem Christi edere, & sanguinem eius bibere, antequam Eucharistiae sacramentum *in re* suscipiant.

Si deinde divinum hocce testimonium Ioh. 6. 53., accipiatur pro *reali* ipsa participatione Eucharistici sacrificii, quid erit quod vetet, quominus huiusmodi *participatio*, etsi victima actu non comedatur, necessaria dici possit parvulis ad aeternam salutem, quemadmodum necessaria est *incorporatio*, quae eidem Christi corpori fieri omnino debet? Innumera ad hanc rem declarandam occurrunt Graecorum, Latinorumque Patrum, sed Augustini praesertim testimonia, quae, ne multus fiam, vide, quaeso, in toto fere lib. x. *Thomasini de Incarn.* Quo enim ii voto, qua fide, qua caritate, dum baptizantur, incorporantur Christo, *participes* quoque *fiunt*, ut verbis utar Fulgentii, *sacrificii*, *imo & ipsi sunt sacrificium*. Christus enim in Eucharistiae sacrificio seipsum totum cum corpore suo, idest cum universa ecclesia, cuius membra sunt parvuli baptismate consecrati, Deo Patri offert. An aliud fortasse quidpiam est participes esse infantes *cruenti*, ab eo quod est participes ipsos esse *incruenti* sacrificii? At vero unum idemque utrumque est. Nec de illo minus, quam de isto dictum a Christo creditur: *Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita*, in cruce scilicet, & in sacramento altaris.

Quod si critici, nimisque morosi censores paullo acrius, & arrogantius Augustini, aliorumque Patrum dicta de *pari* omnino eademque prorsus tum baptismatis, tum Eucharistiae communionis ad salutem consequendam necessitate urgere pergant, ne me diutius in intemperiis hisce propulsandis detineam, sat mihi erit eos mittere ad *traditionis*, *& SS. Patrum vindicias*, quas magnus Bossuetus tom. VII. oper. lib. I. a cap. 10. ad 17. usque contra *Simonium*, & tom. XXVI. c.32. adversus *La-Rochium*, aliosque Reformatos heterodoxos dedit.

Eusebius Renaudotius tom. V. *de perpetua fide Ecclesiae* lib. II. c. 9. p. 137. observat dixisse aliquando Patres insitionem in corpus Christi, quod est ecclesia non tam per baptismum, quam etiam per Eucharistiam fieri. Non alia tamen de caussa

sic

ſic eos ſcripſiſſe affirmat, niſi quia tum temporis duo haec ſacramenta, una, eademque continuata ſacri ritus actione, miniſtrabantur. Hinc eruditiſsimus auctor *delectus canon. univ. Eccl.* in not. ad can.48. Concilii Laod. animadvertit lib. VII. *Capitularium* confirmationem, & euchariſtiam, quae ſimul cum baptiſmo tradebantur, *baptiſmatis ſacramenta* appellari, a Beda vero lib. III. *Hiſt. Eccl.* c.1. *ſacramenta regni caeleſtis*. Quamquam ſub uno quoque *completi* baptiſmatis nomine ea ſignificari cognorim.

Ceterum ubi ſermo eſt de *Incorporatione*, eam proprie quidem per baptiſmum fieri Auguſtinus, Patres, & Concilia, maxime vero Florentinum, & Tridentinum, aperte teſtantur; ſed eam reſpectum, & relationem ſemper habere puto ad *corpus* ipſum *naturale* Chriſti, unde ei *incorporari* dicimur, & adunari. Quod & tu mecum ſentias neceſſe eſt, dum audire velis Auguſtinum, qui ſerm. 161. diſſerens de verbis Apoſtoli I. Cor. VI. 15. *Neſcitis, quia corpora veſtra membra ſunt Chriſti* in hunc modum loquitur: *Corpora noſtra membra Chriſti eſſe dixit, quoniam Chriſtus caput noſtrum eſt, eo quod homo factus eſt propter nos: caput de quo dictum eſt:* Ipſe Salvator corporis noſtri. *Corpus autem eius eccleſia eſt. Si ergo Dominus noſter Ieſus Chriſtus TANTUMMODO ANIMAM HUMANAM SUSCIPERET, MEMBRA EIUS NON ESSENT NISI ANIMAE NOSTRAE: quia vero & CORPUS SUSCEPIT, PER QUOD ETIAM CAPUT EST NOBIS, qui ex anima, & corpore conſtamus; profecto ILLIUS MEMBRA SUNT ET CORPORA NOSTRA Haec autem corpora noſtra, quae dicit Apoſtolus eſſe membra Chriſti PROPTER CORPUS CHRISTI, quod ex genere corporis noſtri ſuſcepit. Haec ergo corpora noſtra dicit idem Apoſtolus templum eſſe in nobis Spiritus ſancti, quem habemus a Deo: propter inhabitantem Spiritum Chriſti, corpora noſtra ſunt* templum *Spiritus ſancti*. Et ſerm. 162. admonet plebem, ut intelligat, Apoſtolum *corpus utique fidelium templum dicere Spiritus ſancti, & membra corporis noſtri membra Chriſti* ...: *propter* nempe *ipſum corpus iam emptum pretio magno, ideſt Chriſti ſanguine pretioſo*.

Ubi igitur Augustinus parvulos dicit per baptismum incorporari Christo, & hanc divinam incorporationem cum evangelico oraculo c.VI. 53. Ioh. veluti necessario coniunctam exprimit, habet quidem prae oculis verum, & naturale corpus Christi sub eucharistici panis, & vini symbolis praesens, quatenus illud ipsum est, cui *per sacramentum regenerationis incorporantur baptizati*, sed non quatenus ad salutem ab ipsis quoque infantibus baptizatis comedi necessario debeat. Corpus enim Christi in eucharistia idem omnino est ac illud, quod ex Virgine Matre propter nostram salutem suscepit, atque in cruce obtulit Deo Patri. Quinimmo & illud est, in quo simul cum Christo ipso per baptismum morimur peccatis, consepelimur, & ad novam vitam resurgimus.

Reisnerus theologus Lutheranorum insignis in *Vindiciis* (sic falso inscriptis) *Augustinianis* tom. III. pag. 504. *explicationem*, quam Norisius Augustini verbis, atque sententiis adplicuit, tam firmam censuit, ut nullis adversariorum machinis loco moveri posse putarit. Contra Franciscus Buddeus sensit. Is enim lib. V. *Instit.* cap. 1. *de bapt. & sac. coena* in observ. ad §. 19. ita scribit: *Verum, ut non temere aliquis Patres ab errore isto ideo absolverit, quia in Concilio Tridentino absolvuntur, ita speciatim* Augustinum *absolvi non posse, ex instituto contra Norisium ostendit Basnagius in* Hist. Eccl. tom. II. l. 14. c. 9. Papae, Buddee! Tantum ne uni Calviniano Basnagio tribuis?

Ecquid illa sunt, quae Basnagius Norisio obiicere nititur, nisi vanissima quaedam aestuantis ingenii figmenta ex libidine rixandi infeliciter parta? Nam ecce quae, & qualis sit Basnagianorum sophismatum summa. Non distinguit Augustinus baptizatos a non baptizatis; sed utrisque ad aeternam salutem absolute necessariam esse contendit participationem corporis, & sanguinis Domini. Et tamen de pueris non baptizatis Augustini mentem interpretatur Norisius. Sed in hac hypothesi numquam eucharistica communio fuisset parvulis necessaria; sicque pulchra illa argumenta, quibus Augustinus sempiternae damnationi obnoxios revincere conabatur

tur

tur quotquot ſine participatione euchariſtiae ex hac luce migraſſent, merae fuiſſent decipulae ad ludificandos Pelagianos inſtructae.

An caecus erat, quum haec ſcriberet, Baſnagius? Nam eo in loco, quem idem ipſe citat ex cap. 20. lib.I. *de pecc. mer. & rem.*, Auguſtinus ſe cauſſam contra Pelagianos de pueris *non baptizatis* inſtituere aperte declarat. *Conantur*, inquit, *parvulis NON BAPTIZATIS innocentiae merito ſalutem, ac vitam aeternam tribuere*. Idem praeſtat Auguſtinus Doctor lib.V. cont. 2. ep. Pelagian. eo ſimiliter in loco, quem laudat Baſnagius: *Leguntur*, ibi ait, *ipſae memorati Antiſtitis* (Innocentii PP.) *litterae ſcribentis, NON BAPTIZATOS vitam parvulos habere non poſſe*. Sic legimus in ep. quoque ad Paulinum, & alibi ſemper.

O nimium inſulſos, ridiculoſque cenſores, ſi quam volunt, explicatioris *diſtinctionis* notam ad diſcernendos *non baptizatos* a baptizatis pueris, ab Auguſtino in hac cauſſa exigunt! Status controverſiae Auguſtinum inter & Pelagianos totus erat *de infantibus non baptizatis*. De his ille docet, eos *non* eſſe *capaces* aeternae vitae, quia ne capaces quidem ſunt euchariſtiae, *ad quam nemo niſi rite baptizatus accedit*.

At in hac hypotheſi, ſubdit Baſnagius, numquam eſſet neceſſaria communio euchariſtica. Veriſſimum id quidem eſt, ſi de *actuali manducatione* agatur. Nec inde tamen ſequitur, ut Baſnagio ſomnianti viſum eſt, inania eſſe Auguſtini argumenta ex Ioh. VI. 53. adverſus Pelagianos producta. Immo nihil iis validius exoptari poteſt. Nam Pelagiani aliud plane nullum, quam hoc unum teſtimonium, quo *vitam aeternam* parvulis promittere poſſent, in eo evangelio habebant. Atqui ad hanc vitam, quae hoc in loco promittitur, aſpirare nequeunt pueri non baptizati; quia quamdiu baptizati non ſint ad euchariſticae menſae participationem aſpirare non poſſunt; pueri ergo baptiſmi expertes ſpem nullam habere poſſunt aeternae vitae.

Palam eſt, ait vir doctiſſimus Euſebius Renaudotius lib. 2. c. 9. *de perpetua fide Eccl.*, *comme l' a prouvé le Cardinal de Noris*,

 que

que l' un & l' autre (Auguſtinus nempe , & Innocentius I.) *parlent du droit que les Néophytes acqueroient de participer a l' Euchariſtie , plutoſt que de la reception actuelle , qui n' a jamais eſté regardée comme néceſſaire au ſalut* . Sed vide quae ſemel iterumque diximus in ſuperioribus .

Convicti eo argumento Pelagiani , quid Auguſtino , reſponderent viri alioquin acutiſſimi , & in Ariſtotelis dialectica, arteque ſophiſtica verſatiſſimi , non habebant . Concedere cogebantur non inveniri locum in evangeliis , in qua *vita aeterna* explicatis vocibus promiſſa eſſet, quam hunc unum , ubi eam Chriſtus participantibus euchariſtiam promittit . Atqui , ſubſumebat Auguſtinus , ex fidei , & eccleſiae catholicae regula , pueris *non baptizatis* non datur aditus ad participandam euchariſtiam ; (quod & Pelagiani , ne apoſtolicae , & eccleſiaſticae traditioni ubique receptae reſiſterent , ſe admittere fatebantur) : ergo pueris *non baptizatis* nullus omnino patere poteſt aditus ad aeternam vitam . Concluſio erat Auguſtini ex duabus praemiſſis, quas Pelagiani vel inviti conceſſerant , rite deducta . Quumque nullis ii cavillationibus , & ſubtilitatibus ab eo tam ineluctabili argumento expedire ſe poſſe intelligerent , ſilendi magis , quam reſpondendi conſilium ceperunt .

Hinc riſu excipiendum eſt tamquam bellulum , lepidumque paralogizantis imaginationis ſomnium , *quartum* illud *Baſnagii* argumentum adverſus Auguſtinum p.851 . inſtructum , quo totus a propoſito diſcedens , nunc demum mutorum Pelagianorum ingeniis ſuggerere ſuſcipit , quid ſaeculis ante undecim reſpondere potuiſſent Hipponenſi concertatori . Quid eo ineptius ? Pergit Baſnagius , & multiplici ariete Noriſium concutere nititur .

Concilium Tridentinum , inquit , nihil ſpeciatim de Auguſtini ſententia decrevit : neque ex definitione ſynodi , quae annis poſt Auguſtinum mille & centum habita eſt , de huius Africani theologi doctrina iudicium ferendum eſt , praeſertim quum Tridentina ſynodus hac in re luculenter errarit . Ex beati Latronis exemplo perperam Cardinalis Noriſius argumentatur , Auguſtinum exiſtimaſſe , ſalvum eſſe poſſe hominem ſine euchariſtica communione , ſi uno tantum baptiſmatis ſacramento rege-

regeneratus ex hac vita decesserit. Nihil enim certi de S. Latronis baptismate statuit Hipponensium Antistes. Deinde ut magistrum suum tueatur statum controversiae Norisius invertit. Ex quo enim Augustinus contra Donatistas disputans ostenderit *adultos* sine baptismate salvos esse posse *per fidem*, non sequitur, id quod Norisius contendit, salvos a fortiori dici debere pueros sine eucharistica communione per *fidem* in baptismatis sacramento eis infusam. Sed nec illi permittitur, ut fidem infusam pueris in baptismo ei praeferat, quam ope gratiae efficacis, comite usu rationis, habent adulti. Contendit tandem Augustini verba nullo modo pati, ut per eam, quam Norisius *spiritualem* eucharistiae *participationem* appellat, explicentur.

Hui, quanta! Sed quae facili negotio refellantur. Nullus est Patrum, cuius dicta tam accurate, diligenterque in hac caussa synodus Tridentina expenderit, quam Augustinus. Mirorque Basnagium aut ignorasse, aut certe dissimulasse epistolam, quam laudat lib. XVI. *H. Conc. Trid.* c. 12. Cardinalis Pallavicinus, Mutinensis Episcopi ad Cardinalem Moronium, ubi Praesul doctissimus non modo huius tam scrupulosi examinis se testem αὐτόπτην praebet, sed etiam argumenta producit, quibus norat oecumenico concilio genuinam in primis Augustini sententiam de eucharistica communione parvulorum *absque necessitate salutis*, fuisse tam certo cognitam, firmiterque probatam, ut nullum de ea dubitandi locum relictum esse affirmet.

Iis argumentis usus est Pallavicinus contra *Soavem* non ad unum modo Augustinum, sed ad ipsum potissimum vindicandum Tridentinum concilium. Verum non omittam, quam ioculare, & ludicrum illud sit: Tridentina synodus inter Patres, quos generatim laudat, nomen non exprimit Augustini, ergo immerito Norisius *Augustinum* una cum ceteris Patribus ab errore de participatione sacramenti eucharistiae necessaria pueris ad salutem, istius synodi sententia absolutum pronunciat. Sic enim argutari quoque licebit: nemo Patrum in eo Tridentino decreto *nominatim* commemoratur, ergo nemo Patrum ab eo errore absolvitur. Sed haec ridicularia mittamus.

Alte-

Alterum Norisii argumentum ab exemplo sancti Latronis petitum vim omnem habet ad explicandam mentem Augustini de communione eucharistica *non necessaria* baptizatis hominibus ad salutem, si Basnagius aut sciat, aut velit distinguere inter baptismum, ut loquitur S. Thomas 3.p. q.68. art.2. actualem *in re*, & baptismum *in voto*. Posita enim tamquam re certa, quod Latro non susceperit actu dominici corporis sacramentum, unum restat, ut quaeratur de baptismo. Seligat modo Basnagius ex *multiplici Augustiniana hypothesi*, quamcumque malit. Si Latro ablutus est mirabili baptismo ex *aqua & sanguine* de latere Christi, aut si baptismum elementaris aquae suscepit a discipulis Christi, antequam conii-ceretur in carcerem; ergo *actualis baptismi virtute*, sine dominici corporis sumptione, salvatus est. Sin autem *incertum* fuisse dixerit Augustino, an Latro alterutrum baptismum *reipsa* susceperit, tum nova ei dabitur optio, ut, vel publica confessione christianae fidei, & conversione cordis inter supplicia crucis, vel etiam ex mirifico quodam ardentique martyrii subeundi proposito, *baptismum in voto*, (quod in desiderio ipso salutis *virtualiter* continetur) beatum Latronem suscepisse concedat.

Non est denique Norisius, qui statum controversiae invertat, sed Basnagius est, qui Norisianam argumentationem non intelligit, aut certe se non intelligere velle significat. Norisius ex posita Augustini thesi de *fide actuali* sufficienti in adulto ad salutem cum voto quidem *virtuali*, sed sine *reali* perceptione baptismi, veluti a *fortiori* probat, mentem S. Patris hanc esse, ut *fides infusa* in puero baptizato cum virtuali voto eucharistiae coniuncta ad illius salutem valeat, etsi urgente necessitate eam sumere nequeat. Fidem vero infusam actuali praecellere dixit Norisius spectata certitudine effectus, qui in puero baptizato semper producitur, non autem considerata intensione gradus, qui in fide actuali adulti licet incertus, intensior tamen esse potest, & excellentior, ex praeviis dispositionibus supernae gratiae adiutorio partis.

Postremo quicquid Norisius de *participatione spirituali eucharistiae*,

chariſtiae, tamquam Auguſtini defenſor, & interpres dixit, non ex *Vaſqueſio*, ut Baſnagius ſomniat, aut ex Cardinali Toleto, ſed ex ſplendidiſſimis ipſis aureiſque ſententiis SS. Parentis & magiſtri ſui accepit. Neque *litteralem* verborum eius ſenſum in allegoricum, quaſi circaeo pharmaco, vir maxime ingenuus, & in Auguſtinianis dogmatibus verſatiſsimus tranſformavit. Hanc ei calumniam unus importare potuit Baſnagius, ut liberum ſibi aditum patefaceret ad errorem de aeterna ſalute fidelium euchariſticae communioni illigata, Auguſtino primum, *Innocentio* deinde, *Gelaſio*, Chryſoſtomo, Cyrillo, Iſidoro Peluſiotae, ac univerſae demum eccleſiae mendaciſsime tribuendum.

Noriſius ſequutus eſt exemplum S. Fulgentii, qui in verbis Auguſtini de euchariſtica communione neceſſaria baptizatis ad ſalutem, unam participationem corporis Chriſti *ſpiritualem* exprimi, abſque ulla dubitatione affirmat. Sed Baſnagius a Noriſii latere Fulgentium tam longo intervallo, eaque tam callida machinatione divulſit, ut impetum omnem, totamque cenſurae ſuae indignitatem in unum ipſum Auguſtiniani vindicis caput intendere poſset.

Nec ita tamen admirabilis Fulgentii nomini, auctoritatique pepercit. Dicta, & ſenſa eius omnia mirum in modum lib. XIV. c. 5. pag. 879. corrupit, ac depravavit.

Fingit I. illius VI. ſaeculi theologiam in eo veluti dogmate fuiſſe conſtantem, ut parvulis, & neophytis neceſſaria eſſet ad ſalutem participatio euchariſtici ſacramenti.

II. *Ferrandum* Diaconum crediđiſſe, Aethiopem ob non receptam euchariſtiae communionem in aeternam damnationem iviſſe, quin illius votum de ſuſcipienda ad ſacram menſam dominica carne, defectum communionis ſupplere quiverit.

Sunt enim haec pura putaque commenta Baſnagii. Nihil in epiſtola Ferrandi de euchariſtica communione danda *parvulis* agitur; ſed tota haeſitandi ratio in eo collocatur, *qualis debeat haberi ſententia de his* (profecto adultis,) *qui etiamſi legitime SANA MENTE baptizantur*, *praeveniente velocius morte*, *carnem Domini manducare*, *& ſanguinem eius bibere non ſinuntur*: Unumque

que Ferrandus a Fulgentio petit, ut eum inſtruat: *Utrum noceat, quantum noceat, an omnino nihil noceat, ſi quis baptizatus in nomine Sanctae Trinitatis ſacro cibo potuque fraudetur?* Nihil denique dicitur de voto ſuſcipiendae euchariſtiae, quae, ſi in adultis ex neglectu, aut contemptu defuiſſet, ſuppleri non poterat, per fidem, & deſiderium eccleſiae, quemadmodum ſuppleri credebatur in parvulis.

III. Somniat Fulgentium nonnihil variaſſe, & vigentis theologiae vigorem emollire coepiſſe; interea dum ſuſtinebat baptiſmum ſpeciem quamdam eſſe communionis, quae aditum ad beatam vitam Aethiopi, de quo quaerebatur, aperuiſſet. Non eo tamen (mox ſubdit num. III. *Baſnagius*) trahenda ſtatim eſt Fulgentii opinio, ut non crediderit *neceſſitatem euchariſticae communionis*. Emolliebat tantummodo rigidam ſuperioris ſaeculi theologiam; idemque praeſtare ſuſcepit, quod & nos baptiſmi cauſſa hodieque praeſtamus. Quemadmodum enim, ne eos omnes, qui ſine regenerationis ſacramento decedunt, damnare cogamur, ſuppoſita ſunt baptiſmata *ſanguinis*, & *flaminis*, vota ſcilicet ſacramenti pro ſacramento ipſo, ita, ne Fulgentius ſuum illum condemnare compelleretur Aethiopem, genus quoddam communionis, quod per baptiſma fieret, ſtatuebat. Verum enim vero, ſicuti poſt inducta baptiſmata illa ſanguinis, & flaminis numquam ceſſatum eſt a neceſſitate tradenda baptiſmatis aquae a Chriſto inſtituti, in eum plane modum Fulgentius poſt ſuum illud *novae communionis* inventum, nec deſeruit theologica deceſſorum ſuorum principia, nec a dogmate diſceſſit de euchariſtiae neceſſitate ad ſalutem.

Hos nempe ludos in Fulgentio nobis reddere tentat Baſnagius. At vero non emollivit vir ſanctus rigorem antiquae theologiae, ſed eam, quam ex traditione Patrum acceperat, ſartam tectam ſumma religione ſervavit. Non fuit novae cuiuſdam euchariſticae communionis inventor, nec umquam docuit baptizatis neceſſariam eſſe ad ſalutem *actualem* participationem corporis & ſanguinis Domini. Audiatur igitur in hac cauſſa non infidelis Baſnagius, ſed Fulgentius ipſe,

qui

qui cap.5. epiſtolae ſuae ad Ferrandum, Aethiopem, per unius ſancti baptiſmatis virtutem, abſolute reſpondit, aeternam fuiſſe ſalutem conſequutum. *Quoniam*, inquit, *de illa Domini ſententia ſumpſimus diſputationis exordium, quae ſtatuit, quia* omnis qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſalvabitur, *illum puerum ſalvatum eſſe credamus, in quo nihil defuiſſe eorum, quae ad baptiſmatis officium, atque effectum pertinent, invenimus*. Non ergo ex qualicumque reali manducatione Euchariſtiae, quae defuit, ſed ex ſola ſuſceptione ſancti baptiſmatis ſalutem Aethiopis huius diſerte repetit S. Doctor Fulgentius.

Porro communio illa ſpiritualis, de qua loquitur Ruſpenſium Epiſcopus, aliud nihil eſt, quam *incorporatio*, & adunatio ad corpus Chriſti. Hanc ille a Patribus, praeſertim vero ab Auguſtino didicerat, eamque unam neceſſariam eſſe docuit baptizatis ad beatam vitam.

De veteri, recentique diſciplina tradendae parvulis Euchariſtiae ſtatim poſt baptiſmatis, & confirmationis ſacramenta tum apud Occidentales, tum vero maxime apud Orientales eccleſias videſis laudatum tom. V. *perp. fid. Eccl.* viri longe doctiſs. Euſeb. Renaud.

(41) Verſ.54. ἐν τῇ ἐσχάτῃ, ſed in codice noſtro mendoſe ſcriptum eſt ἐν τῇ ἐχάςῃ. Porro ἐν, quod heic habes, ut in Vat.360., 1210. *ſecunda manu*, & in *ſexdecim* codd. a Wetſten. indicatis, quemadmodum & in verſ. Vulg., Syr., inque Orig. Cyrill., Chryſoſt., Euſebio apud eumdem Wetſteninm, deeſt in editis, & in Angel. biblioth. codd., quibus addere licet Latinum Vercell.

(42) Verſ.55. ἀληθὴς, bis. Ita & codd. *undecim*, *Colbertinus unus*, *Codices Latini*, *Verſio Copt.*, *Syra poſterior*, *Origen....*, *Cyrill....*, *Leontius*, *Procopius*, *Chryſoſtom.*, *Clem. Alexand....*, *Damaſcen.....*, *Euſeb.....*, *Apollinar.*, referente Wetſtenio. Sed ubi Wetſten. verſionem Syram poſteriorem ad hanc lectionem confirmandam profert, eum in errorem lapſum ſuſpicor. Nam in cod. Angel. bibl. ܫܪܝܪܐܝܬ *vere*, ut in Syra priori, diſerte legitur. Alter eiuſdem biblioth. Gr. cod. pro ἀληθῶς ἔςι πόσις, habet ἀληθῶς ἔςιν πόσις.

ADNOT. III. Michaëlis codicis nostri lectionem *usitatae* ἀληθῶς, praeferendam putat, additque: *Non possum hic non mirari, quod* Luthero *inciderit textum istum vertere iuxta hunc ipsum legendi modum, qui in nulla editione reperitur, dum eum ita reddit in germanico*: Caro mea est verus cibus, & sanguis meus est verus potus. *An critica coniectura uti voluit, & adverbium* ἀληθῶς *ipsi (ut & mihi) periculosum visum est, eo quod haec vox Christi corpus cibum in sensu proprio esse insinuet, adeoque* transsubstantiationi *faveat? Aut prae manibus fors habebat exemplar aliquod latinum, in quo scriptum erat* verus? *Notatu certe dignum est, virum hunc pro sua de coena doctrina tam zelosum, voluisse ab eo legendi modo recedere, quem aliqui recentiorum suorum discipulorum pro ipsius doctrinae principali fundamento habendum putarunt.*

De lectione codicis nostri praeferenda alteri, quae usitata est, non disputo. Nec moras diu nectam in divinando, undenam acciderit Luthero eam, quam *Michaëlis* refert, germanicam huius loci versionem cudere? Notane an ignota homini illi novatori fuerint sive Graeca, sive Latina scripta veterum, unde suam hanc versionem mutuari quiverit, parum perfecto nostra interesse puto. Sed eam certe Lutherus vel ex alterutro Latinorum codicum, quorum meminit Wetsten., vel ex alio quovis id genus exemplo desumere facile potuit. Eadem enim versio, Blanchinio nostro teste, exstat in ms. cod. Maior. Mon. *Caro mea verus est cibus, & sanguis meus verus est potus.* Quod si Lutherus ex ingenio suo vertere sic voluit, ne, si ἀληθῶς retineret, versionem daret, quae *transubstantiationi* catholicorum faveret, nae ille nimium acumini suo indulgens delusus est. Nam sive ἀληθῶς *vere*, sive ἀληθὴς *verus*, utrobique legas, de eodem ipso corpore, & sanguine Christi, exclusa panacea quavis, vinaceaque cibi, & potus communis substantia, intelligi omnino debet, quod sit *vere*, sive *verus cibus, & potus*, non quidem *natura*, sed *effectu*.

Ut enim Maldonatus ad hunc locum rectissime scribit. *Etsi caro, & sanguis Christi vere a nobis in sacramento sumitur,*

tamen

tamen non vocatur verus cibus, quod vere manducatur, & verus potus, quod vere bibatur; multa enim vere manducantur, & bibuntur, quae non vitam, sed mortem potius afferunt; & ut diximus, voluit Christus probare carnem suam vitam manducantibus dare, quia verus est cibus. Verum igitur cibum, & verum potum vocat, quia vere animas nutrit, & vitam aeternam illis praebet, sicut v. 32. *vocavit se panem verum, non utique natura; nec vere, ac proprie si naturam spectes, panis est, sed effectu, quia vere praestat, quod panis praestare solet; cum ad id fiat, ut vere homines vivant*; & cap. 15. 1. *Vocat se vitem veram, non quod vera sit vitis, sed quod id, quod vitis facit, ut sarmenta sua nutriat, atque sustentet, multo ipse verius facit.* Sicque *cum omni alio cibo, ac potu carnem, & sanguinem suum* (Christus) *videtur comparare, significareque, praeter carnem, & sanguinem suum nullum prorsus verum cibum, nullum verum potum esse; cum nullus alius cibus, & potus vitam animae, ac ne corporis quidem, nisi ad breve admodum tempus dare possit: caro vero, & sanguis ipsius & animae, & corporis vitam praestet aeternam.*

Atque hanc esse Augustini, aliorumque Latinorum, Graecorumque interpretum sententiam eiusdem Africani Doctoris verbis ex Tr. 26. in Ioh. Maldonatus ipse egregie confirmat. Idemque repetit ex Hipponensis Episcopi dictis eruditissimus Calmetus: *Cum cibo, & potu id appetant homines*, inquit Augustinus, *ut nec esuriant, nec sitiant: hoc veraciter non praestat, nisi iste cibus, & potus, qui eos, a quibus sumitur, immortales, & incorruptibiles facit.*

Accinit Augustino Alexand. Cyrill. praeclaris hisce verbis: *Sanctum Christi corpus ad immortalitatem, & vitam aeternam nutriens* βρῶσις ὄντως ἔςαι ἀληθὴς, *cibus reipsa verus erit* ἀληθὴς δὲ, *verus autem, ut vere loquamur, comperitur* πόσις *potus, pretiosus sanguis Christi, qui totam radicitus exstirpat corruptionem, & mortem in humana carne inhabitantem subvertit. Sanguis enim est ...* αὐτῆς τῆς κατὰ φύσιν ζωῆς *ipsiusmet vitae secundum naturam.*

Hinc ipsi quoque posteriorum saeculorum Latini interpretes evangel. Iohan. corpus Christi, de quo idem ipse di-

xit : *Caro mea vere est cibus* , ita exponunt , ac si dixisset: *Caro mea verus est cibus* . Sic ego lego in ms. cod. saec. XIII. biblioth. Angel. *Caro enim mea &c. Tangitur hic tertium, scilicet refectionis veritas, & ideo vitam dat; vere enim reficit caro Christi, quia verus est cibus, & ideo vitam dat; propterea dicit: Caro enim mea vere cibus; idest vere dixi, quod habet vitam, qui manducat. Caro enim mea vere cibus, non* phantastice, *uti cibi corporales, qui ad momentum reficiunt, & deficiunt : & sanguis meus vere potus, quia sitim aufert omnino ... Et quod caro eius sit cibus verus reficiens, & vivificans ostendit tali ratione: Qui manet in me vivit semper* . Pauca haec ad rem nostram excerpsi ex hac ms. interpretatione, cuius auctorem, ut iam in superiori *Adnot.* indicare coeperam, meum illum Bituricensem Archiepiscopum, & Cardinalem *Romanum Aegidium de Columna* fuisse suspicor; eaque fortasse est, quam *Lelongus* tom. II. Bibl. sac. pag. 1139. eidem *Aegidio* tribuit, quamque in censum refert eorum operum, quae vel *non exstant*, vel *quo in loco sint indictum est* .

Iohanni Clerico ἀληθῶς, vel ἀληθὴς βρῶσις idem est. Sed profanus grammaticus in eo maxime sacrilegae temeritatis ausum ostendit, quod, mutato propositionis subiecto, contra apertissimam Christi mentem, non *carnem*, *& sanguinem*, quem ore sumant fideles, sed *doctrinam* evangelii de morte Christi, quam credant, esse velit cibum, & potum verum, μεταφορικῶς sic dictum a Fausto Socino, alimentum scilicet excellentissimum. Id quod & Calviniani, & Beausobrius, & Volzogenius, & ceteri Sociniani improbe faciunt.

Praeferat itaque cl. Michaëlis, dum ita ei placeat, communi illi lectioni ἀληθῶς alteram istam ἀληθὴς. Numquam tamen ego Luthero concedam, ut ἀληθὴς βρῶσις in eum sensum trahatur, qui involvere aliquid possit panaceae substantiae, *in qua*, *cum qua*, aut *sub qua* substantia corporis Christi sumatur.

Quamquam quiddam est intellectu difficile, quomodo in mentem venerit Luthero e citato catechismi loco eam arcere evangelici textus versionem, quae dogmati de *transubstantiatione* favere posse videretur; quando omnium princeps Luthe-

Lutherus fuiſſe noſcitur, qui contra Patrum omnium traditionem docere coeperit, in hoc VI. Evangelii Iohan. cap. nihil inveniri, quod ad ſacramentalem Euchariſtiae manducationem referri debeat.

(43) Verſ. 57. *κἀγὼ διὰ τὸν πατέρα*. Deeſſe videtur *ζῶ*. Nam editi omnes habent *κἀγὼ ζῶ διὰ τὸν πατέρα*. In vetuſtiori fortaſſe exemplari fragmenti noſtri ſcriptor, hunc locum, omiſſa voce *ζῶ*, invenerat. Ea enim ſubintelligitur, quemadmodum *μένω* ſubintelligitur in fine v. 56. *κἀγὼ ἐν αὐτῷ*.

(44) Ibid. *ὁ τρώγων*, ut editi. Sine articulo *τρώγων* legitur in cod. Vat. 354. *Ζήσει*, ut codd. *ſex* apud Wetſten., & Vatic. 360. *Ζήσεται* editi, & S. Cyrillus in textu; ſed in commentario *ζήσει δι' ἐμὲ*. *Δι' ἐμὲ ζήσεται* in Graec. bibl. Ang. legitur.

ADNOT. S. Hilarius l. VIII. *de Trin.* n. 16. verſiculum noſtrum ſic legit. *Sicut miſit me vivens Pater, & ego vivo per* Patrem, *& qui manducaverit meam carnem, & ipſe vivet per me*. Similem verſionem reddit cod. Veron. apud Blanchinium: *Sicut miſit me vivus Pater, & ego vivo per Patrem, & qui manducaverit carnem meam, & ipſe vivet per me*. Nec te moveat, quod audis pro vocibus *ὁ τρώγων με*, *qui manducat*, vel *manducaverit me*, alias haſce poſitas, *qui manducaverit carnem meam*. Id ex marginali gloſſa in textum invehi facillime potuit; vel certe ex interpretis rem magis quam vocabulum ſpectantis licentia prodiit. Nam S. quoque Cyrillus in commentario pronomen *με* expoſuit *carnem meam*, *ὁ τὴν ἐμὴν ἐσθίων σάρκα ζήσει δι' ἐμὲ*, *qui manducat meam carnem vivet per* (ſive *propter*) *me*.

Hilarianam verſionem in *διὰ τὸν πατέρα*, & *δι' ἐμὲ* eo conſilio dedimus, ut originem aeternae generationis Filii a Patre, & communicationem vitae, quae in nos ex manducatione vivificae carnis Filii in ſacramento altaris dimanat, ſignificantius exprimeremus. Hinc Maurini Patres in obſerv. laudato Hilarii loco ſubiecta, provocant Sacramentarios, ut concluſam a S. Pictavienſi Epiſcopo ſententiam probe expendant. *Sic enim*, inquiunt, *ratiocinatur*: *Ita Chriſtus vivit per Patrem accepta illius natura, ſicut nos vivimus per Chriſtum accepta*

cepta ipſius carne. Tum ſumit quaſi rem magis notam, de qua minime contenderent Ariani: atqui vivimus per Chriſtum naturam illius carnis adepti; adeo ut per carnis illius manducationem Chriſtum in nobis carnalibus carnaliter manentem habeamus. Ac demum adverſus Arianos concludit. Ergo & Chriſtus vivit per Patrem accepta ipſiuſmet natura divina, ita ut Pater ſecundum ... naturam divinam ei datam, naturaliter in eo maneat. Unde doctiſſimi adnotatores inferunt: *Qui argumenta tam clara alio detorquere conantur, indicant ſe vel mala fide agere, vel ſaltem quantum apud homines poſſint praeiudicatae mentis opiniones.* Quid, quod e re noſtra erat Hilarii verſionem, eiuſque uſum in oculos Socinianorum ingerere, ut intelligant ſe impie agere, quum διὰ τὸν πατέρα *per Patrem* in haereticum Photinianorum ſenſum perfide trahunt?

Nec ſic tamen a *Vulgata* noſtra Latina me diſceſſiſſe puto. Hanc enim ſequi religio mihi eſt. Itaque *ſicut miſit me vivens Pater*, ait Chriſtus, *& ego vivo* propter *Patrem*, *& qui manducat me*, *& ipſe vivet* propter *me*. Quae quum Chriſtus dicit, aut de ſe loquitur, ut homo eſt, ſervata tamen ſuae *cum Patre aequalitate naturae* ſecundum divinitatem, aut, ut Dei Filius eſt natura a Deo Patre genitus, fons vitae, & vita ipſa aeterna. Utrovis modo Servatoris dicta accipias, habes in Auguſtino Tr. 26. in Ioh. n. 19., unde ea apte, & praeclare interpreteris. S. Cyrillus haec verba ζῶ διὰ τὸν πατέρα de Chriſto intelligit, quatenus Deus eſt, Verbum, & Unigenitus; adeo ut quum dicit: *Vivo* διὰ *propter Patrem*, idem ſit ac ἐκ *ex vivente genitus ſum Patre*, *& ſicut lumen de lumine*, *ſic* ζωὴ ἐκ ζωῆς *vita ex vita ſum*; ſimilique proinde ratione *is*, *qui per participationem meae carnis me ſuſcipit in ſeipſo vivet*, *totus in me transformatus*, *ſicuti tota caro mea transformata fuit per incarnationem in vitam meam*. Qua cum Cyrilli interpretatione convenit *ſecunda*, quam huic loco tribuit in laud. Tr. Auguſtinus.

Novi Photiniani de Chriſto mero homine evangelicum teſtimonium exponunt. Ζῶ *vivo* praeſentis temporis reſpondens τῷ, ζῶν πατὴρ, mutant in futurum *vivam*, & ad vitam, quam Chriſtus ipſe poſt reſurrectionem, διὰ τὸν πατέρα *per Patrem*, ideſt

ideſt *dono*, *munere*, *ac beneficio* Patris, vel *propter* gloriam Patris, accepturus erat, referunt, quemadmodum & ei qui *manducat ſe*, ideſt *credit in ſe*, aiunt Chriſtum tamquam ſimplicem *oeconomum* promiſiſſe *vitam* aeternam, *beneficio* ſuo, vel *propter gloriam* ſuam, obtinendam. Tam nefariis videlicet, horrendiſque commentis Evangelium ſanctum ſacrilege corrumpunt, monſtroſeque deformant.

(45) Verſ. 58. ἐξ οὐρανοῦ. Ita & codex Reg. ſub littera C a Wetſten. indicatus. Editi ἐκ τοῦ οὐρανοῦ.

(46) Ibid. οἱ πατέρες. Omittit fragmentum noſtrum ſequentia ὑμῶν τὸ μάννα, quae in editis habentur. Eadem omittunt Origenes, codex Regius C apud Wetſten., & Copt. utriuſque dialecti, Cantabrig. habet ὑμῶν, non item τὸ μάννα. Sed ſi, quod Wetſtenius ſcribit, cum hoc ipſo Cantabrig. cod. collata eſt verſio Philoxeniana, quaerendum ab eo eſſet, cur in antiquiſſimo ms. Angel. bibl. non ſemel laudato hodieque legatur: ܐܒܗܝܟܘܢ ܡܢܢܐ *Patres veſtri manna*, quin ullum in eo appareat indicium lectionis emendandae ad normam Cantabrigienſis. Omiſſio accepta eſt & probata Millio. Unde Aegyptiaci fragmenti lectionem ceteris praeferendam Eques Michaëlis cenſuit. Qua de re mihi dubitare licet.

(47) Ibid. ζήσει. Sic etiam codd. 24. Wetſten. His adde ex Vaticanis cod. 354. Urb. Vatic. 2., & alterum Ang. bibl.

(48) Verſ. 59. Καφαρναοὺμ. Ita & in vetuſtiſſimis codd. Cantabrig., & Regio, quem *Ephraem* ex Wetſten. cl. Michaëlis appellat. Editi Καπερναοὺμ. De hac civitate vide Relandum l. 3. *de urb. & vicis Palaeſtinae* ſub *Capernaum & Capharnachum* nomine. Periiſſe doleo tabulam Thebaicae verſionis, in qua vv. 59. & alii ad 63. uſque continebantur. Quum enim Theban. dialectus ab aſpiratis abhorrere ſoleat, non *Capharnaum* fortaſſe, ſed *Caparnaum* in ea tabula, ſi exſtaret, legeremus expreſſum, niſi auctor in hoc proprio urbis nomine deſcribendo Graecum textum ſequi religioſe maluerit.

(49) Verſ. 60. ὁ λόγος οὗτος. Fragmento noſtro conſonant Cantabrig, Baſileenſis, ſive, ut eum vocat d. Michaëlis, Eraſmianus, Chryſoſt., Cyrill., Theophyl. apud Wetſten.

(50) Verſ. 63.

(50) Verſ. 63. λελάληκα. Convenit cum Regio, Cantabrig. Cyprio, *octavo* Stephani, aliiſque *octo* codd. a Wetſten. commemoratis, cumque Euſeb., Athan., Baſilio, Cyrillo, Chryſoſt., & verſionibus pluribus, Vulg. in primis, Goth., & Copto-Memphit., *probante*, ut ait Wetſten., *Bengelio*. Ex variantibus eruditiſſimi *Birchii* mecum communicatis addo Urb. Vatic. 2., & 360. Editi vero, & ms. Ang. bibl. λαλῶ.

De ν praeter regulam addito in vocibus γογγύζουσιν περὶ . . . v. 61. ἐστιν τὸ . . . ἐστιν, καὶ . . . v. 63. εἰσὶν τινες v. 64. ſatis diximus in ſuperioribus, ut nihil neceſſe ſit plura hoc in loco animadvertere. Additamenta iſta, quae, ut ego opinor, indicia ſunt ſcriptoris commune vitium ſequentis Aegyptiorum ſcriptorum, Eques Michaëlis *errata calami* appellat.

(51) Verſ. 64. τινες ἐξ ὑμῶν. Sic in Evangeliario *Caeſaris de Myſſi* apud Wetſten., ut idem etiam Michaëlis animadvertit. Sic & in cod. Vaticano 354. Editi ἐξ ὑμῶν τινες. At cod. Urb. Vat. 2. omittit τινες.

(52) Verſ. 66. ἤαν μὴ. Corrige ἐὰν μὴ. Errorem τοῦ, ἤαν pro ἐὰν, ſcriptor ipſe fortaſſe agnovit; eumque, ni egomet fallor, indicare voluit puncto illo tenuiſſimo, qui ſpatio inferiori τοῦ, η, inſcriptus hodieque viſitur.

(53) Ibid. ἐκ τοῦ πατρὸς. Omittit μου, ut faciunt codd. Regius *C*, Cyprius *K*, octavus Stephani *L*, & Colbert. 4705., Verſ. Copto-Memph. apud Wetſten., & Evangeliar. Vercell., & Veron. Vulgati ἐκ τοῦ πατρός μου. Sed Vatic. ms. 360. ἐκ τοῦ οὐρανοῦ e ſuperioribus huc male adſcitum.

(54) Verſ. 66. ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ ἀπῆλθον. Hactenus cum cod. convenit bibl. Comitis *de Winchelſea*. Indicatur is a Wetſten. in Elencho codd. Graecorum iuniorum ſub num. 106. Ad ſaeculum x. refertur, & Syram poſteriorem ſequi dicitur. Ac certe in cod. Ang. bibl. ܡܢ ܬܠܡܝܕܘܗܝ ܐܙܠܘ reſpondet τοῖς ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ ἀπῆλθον. Sed eadem etiam ſyntaxis occurrit in Syra priore. Porro περ, περιπάτουν, (nam error eſt typographi noſtri περιπάθουν,) ſi addas augmentum ſyllabicum ε, quod librarius in medio verbi compoſiti praetermiſit, emendatum habebis περιεπάτουν, ut eſt in textu.

IN

IN CAPUT VII.

(1) Verſ. 7. ὁ κόσμος μισεῖ· ὅτι. Ex manifeſta alucinatione librarii omiſſa ſunt, quae inter κόσμος, & μισεῖ interiacent, nempe μισεῖν ὑμᾶς· ἐμὲ δὲ. Id accidiſſe ob ὁμοιοτελέυτον ill. Michaëlis ſapienter admonuit. Locum igitur in hunc modum reſtitue ὀ δύναται ὁ κόσμος (μισεῖν ὑμᾶς· ἐμὲ δὲ) μισεῖ.

(2) Verſ.8. τὴν ἑορτὴν. Non habet additum ταύτην *prius*, uti nec Cantabrig., nec octo alii codd.; quos Wetſten. conſuluit, nec ms. Blanchlinianum ita dictum ab eodem Equite *Michaëlis*, nec Cyrillus, nec Chryſoſt., nec Verſio Copt. *utriuſque dialecti*, habent. Similem vero fragmenti noſtri lectionem probant Bengelius, & Millius. Hoc idem obſervat laudatus *Michaëlis*. In editis legimus ἑορτὴν ταύτην, perinde atque in utraque Syra. Ταύτην *poſterius* dat & noſter iſte Graeco-Aegyptius codex.

(3) Ibid. ἐγὼ οὔπω. Nam male typographus indicem numeralem notae (3) tranſtulit ad οὔπω poſterius. Ita vero legunt Editi, quibuſcum unum alterumque ms. Angel. bibl.; & lectio *nondum* cod. Brixiani in quadruplici Evangeliario cl. Blanchinii conſentit. Nec levem huic lectioni auctoritatem conciliat tum *antiquiſſimus ille CODEX VATICANUS*, *toto terrarum orbe*, ut ait Maldonatus, *celeberrimus*, tum etiam *Chryſoſtomus*, *Nonnus*, *& Euthymius*, qui, Maldonato ipſo obſervante, *ita non modo legunt*, *verum etiam exponunt*.

Sed Wetſtenius codices duos profert Cantabrig., & Cyprium, verſionem praeterea Vulgatam, Aethiopicam, & Copto-Memphiticam, in quibus pro οὔπω legitur οὐκ. Eiuſdemque lectionis teſtes numerat *Chryſoſtomum*, *Cyrillum*, *Epiphanium*, *Auguſtinum*, & *Hieronymum*, qui mendacii, & inconſtantiae calumniam a profano philoſopho Porphyrio Chriſto domino ex hoc loco impactam ſtrenue prorſus egregieque lib.II. contr. Pelagianos refellit. *Grotium* deinde, *Bengelium*, *Millium*, & *Clericum*, qui hanc ipſam lectionem probarunt, commemorat.

Verum quod ad Chryſoſtomum ſpectat, neſcio cur eum Wetſtenius collocet in illorum numero Patrum, qui in hoc

evangelico textu non aliam agnorint quam ſimplicem particulam οὐκ? Haec enim ſunt eloquentiſſimi Doctoris verba: οὐκ ἀναβαίνω ἄρτι. *Non aſcendo adhuc. Cur ergo aſcendit quum dixiſſet: non aſcendam? Non dixit ſimpliciter*: οὐκ ἀναβαίνω· ἀλλὰ, νῦν εἶπεν, τουτέστι. μεθ' ὑμῶν, ὅτι ὁ καιρὸς, ὁ ἐμὸς οὔπω πεπλήρωται. *Non aſcendam; ſed nunc dixit, hoc eſt, vobiſcum, quia tempus meum nondum eſt impletum*. Quae certe Chryſoſtomi dicta novam nobis ſuppeditant variationem: οὐκ ἀναβαίνω ἄρτι, ſive οὐκ ἀναβαίνω νῦν. Sic etiam, teſte Maldonato, *Leontius*, & *Ammonius legiſſe videntur* νῦν, *ſententia eadem*.

Hieronymi vero teſtimonium pro *antiqua ſcriptura* οὐκ adductum, non tam expeditum, quam ſibi ſuadent Hugo Grotius, & Clericus, cenſuit vir cl. *Philippus Garbelus* in epiſtola *de cod. Brixiano*, quae in fronte *Prolegomenων ad Evangeliarium quadruplex* ſcripta cernitur ad laudatum P. Blanchinium. Nam recitatis Hieronymi verbis: *Negat fratribus, & propinquis* (*Chriſtus*) *ire ſe ad ſcenopegiam. Et poſtea ſcriptum eſt: Ut autem aſcenderunt fratres eius, tunc & ipſe aſcendit ad ſolemnitatem ITURUM SE NEGAVIT, ET FECIT QUOD prius negaverat, latrat Porphyrius*, ſic argumentari pergit Garbelus: *Aeque profecto negabat Chriſtus ſe aſcendere ad ſcenopegiae feſtum adhibita particula* οὔπω, *ac illa* οὐκ; *quod nos*, non vengo per ora, *aut* non vengo, *utroque modo negantes efferimus. Praeterea quid locus Porphyrio ex vocula illa* οὐκ *afferendi in Chriſto mendacii, niſi quod percitis, ac furentibus, quaecumque ſe offerant, arma ſunt? nam ſequentia* quia tempus meum nondum eſt impletum, *ſatis aperte innuunt opperiri ſe horam, & tempus aſcendendi. Itaque non puto perverſum illud, ſed acre, ac vividum cetera ingenium ita fatuum fuiſſe, ut tam imbecillo argumento uti voluerit*; (quemadmodum nec uſus eo eſt Celſus quamquam acerrimus eſſet quarumcumque evangelicarum vocularum venator, ut materiem impoſturae, quam Chriſto affingere poſſet, undecumque colligeret.) *Itaque*, ſic Garbelus noſter concludit, *interpollato codice uſum Porphyrium legiſſe non dubito* ἐγὼ γὰρ οὐκ ἀναβήσομαι, non aſcendam; *quam lectionem ſingularem exhibet laudata* (Lipſienſ.) *Millii editio*; *niſi veterem ac genuinam impo-*

impostor ille corruperat. Nam interpollatis exemplaribus usum fuisse obiecit illi Hieronymus in Marci loco 1. 2. *Certe si contextus adducti loci integer perpendatur, patebit lectionem hanc clare Porphyrio tributam a Hieronymo eiusdem verba reddente: ITURUM SE NEGAVIT* (οὐκ ἀναβήσομαι) *latrat Porphyrius. Haec latius paullo* se deduxisse profitetur Garbelus *ad tuendam lectionem argentei codicis, quam*, ut ille subiungit, *non Porphyrii calumnia posteriorem, sed vetustiorum exemplarium primaevi interpretis, ante Hieronymum, fuisse verosimilius puto.*

Maldonatus lectioni adhaeret, quae retinet particulam οὐκ, *& ex loci difficultate lectionum quoque varietatem natam fuisse* arbitratur, *dum ut ad suum sensum locum flectat, alius addit, alius demit. Nonnulli totum hoc membrum praeciderunt, ego non ascendo ad diem festum hunc. Itaque in quibusdam etiam Graecis codicibus, non est. Alii non legunt* ταύτην hunc, *alii legunt* οὔπω ἀναβαίνω nondum ascendo. *Alii* οὐκ ἀναβαίνω νῦν non ascendo nunc. Sed missis ceteris, si de duabus οὐκ, & οὔπω mihi liceat libere proferre quod sentio, suspicor alteram pro altera, ex librariorum errore, in antiquissima evangelii Ioh. exemplaria priscis ecclesiae temporibus irrepsisse. Nam ponamus οὔπω fuisse primitus in archetypo scriptum. Tum vero si ille, qui locum hunc amanuensi dictabat, quasi per apostrophum scribendum suggessit οὐπ' ἀναβαίνω pro οὔπω ἀναβαίνω, facile intelligitur, quomodo ex οὐπ' ἀναβαίνω fieri potuerit οὐκ ἀναβαίνω. Neque enim nova est mutatio litterae π in κ. Huius mutationis exemplum habes in Polluce, & Hesychii Lex. ad vocem Σπάλαθρον, sive Σπάλεθρον, vel Σπάλευθρων, quam sic veteres dicere consueverant, οἱ νῦν δὲ *nunc vero*, ait Pollux, Σκάλεθρον, vel Σκάλευθρον appellant, verso, ut apparet, π in κ. Accedit quod forma ipsa π, si transversam habeat paullo breviorem ita, ut non tangat summitatem cruris dexteri, & hoc ipsum crus paullulum in curvae speciem e recta deflectat, non difficile erit, ut pro κ sumatur.

Accedit his, quod ad lectionem istam firmandam plurimum conferre potuit, non modo consideratio eiusdem occasionis, & circumstantiae sermonis Christi, sed etiam coniunctio

loci, ubi in eodem verſ. particula οὔπω quaſi explicatrix proximae praecedentis ſententiae ſubſequitur. Theophylactum Maldonatus iis accenſet, qui legunt οὔπω. Nam οὔτε quod legitur non modo in Aldino cod., (ſed etiam, ut ego video in Pariſina editione Caroli Morellii) *manifeſto vitio* pro οὔπω inductum exiſtimat.

Interea vero ex hoc noſtro Graeco-Thebaico fragmento haud certe levis momenti auctoritas illius lectionis antiquitati, quae nobis dat οὔπω, conciliari videtur.

(4) Verſ. 10. Εἰς τὴν ἑορτὴν, τότε καὶ αὐτὸς ἀνέβη. Conſonat cum *octavo* R. Stephani, cumque *Regio*, & *Caeſareo*, codd. *tribus* ſub litt. *L* & num. 15. & 76. a Wetſt. indicatis. Eamdem etiam lectionem reddunt verſio Syra, Copt., & S. Cyrillus. Editi, & cod. biblioth. Ang. τότε καὶ αὐτὸς ἀνέβη εἰς τὴν ἑορτὴν. Sic Vulgata noſtra, Syra poſterior eiuſdem bibl., & Auguſtinus. Ceterum non alia de cauſſa *HWidius* ſcribere potuit ad cl. *Michaëlis*, omiſſum eſſe in fragmento noſtro: τὴν ἑορτὴν, niſi reſpectu ſedis, quam tenet τὴν ἑορτὴν in Graecis vulgatis poſt ἀνέβη. Quum heic ſteterit Hwidii oculus, nec ad τὴν ἑορτὴν poſitum ante τότε redierit, pro omiſſo habuit, quod ex eius tantum conſpectu fugerat.

(5) Ibid. ἀλλα ὡς ἐν κρυπτῷ. Novum & heic praeſtantis HWidii παρόραμα Equiti *Michaëlis* occaſionem ſcribendi praebuit. *Hoc verſu reperitur & lectio in nullo codice obſervata*, αλλ ΟΥΧ εν κρυπτω, *quae ſignificat: non publice, ſed nec furtive. Scire hic cuperem, an columna Coptica idem exprimat; quod ſi haec aliter loquatur, merum errorem calami huius codicis eſſe putabo.* At vero columna Coptica ſic habet: ⲁⲗⲗⲁ ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲱⲡ, *ſed in occulto* ſine particula ὡς, ut Cantabrig., & alii duo Graeci, itemque *Latini codd.*, & *S. Cyrillus* apud Wetſt. *probante Millio*, quibus adde etiam Vercel., & Veron. ex quadrupl. evangel. Blanchinii. Nec inde tamen colligat *Michaëlis* errorem eſſe *calami* in hoc noſtro Graeco-Aegyptio fragmento. Rectiſſime enim ſcriptum in eo eſt: ἀλλὰ (abſque nota apoſtrophi) ὡς ἐν κρυπτῷ, ubi Editi ſimiliter legunt ἀλλ' ὡς ἐν κρυπτῷ, & in cod. Ang. bibl. ἀλλὡς omiſſa, ut fere ſemper in eo fit, nota apo-

apoſtrophi. Error, ſive, ut verius loquar, levis quaedam Hwidii alucinatio eſt, omni prorſus venia digna, ex eo procul dubio nata, quod characteres tam diluti hoc maxime in loco videantur, ut niſi acriori attentione iterum iterumque examinentur, facile confundi, & alienam formam ſimulare queant.

(6) Verſ. 12. Καὶ γογγυσμὸς περὶ αὐτοῦ ἦν πολὺς. Ita & textus S. Cyrilli. Communis vero editio καὶ γογγυσμὸς πολὺς περὶ αὐτοῦ ἦν. Sic & cod. Ang. Vatic. vero 349. καὶ γογγυσμὸς ἦν πολὺς περὶ αὐτοῦ. Deeſt in Cantabrig. πολὺς.

(7) Ibidem. οὐχὶ. ἄλλα. Sic cod. Cyprius, aliique quatuor a Wetſten. laudati. OΥΧ pro οὐ poſitum in fragmento noſtro *Michaëlis* refert. Sed eſt Atticum οὐχὶ pro οὐχ, *non*, cum paragoge ι, de qua vide cognominem meum *Chriſtianum Sigiſmundum Georgium* l. 1. *Hierocritici nov. Teſtam.* c. 3. §. 39. Eoque ſenſu οὐχὶ adhibitum deprehendes ab evangeliſta noſtro Iohan. c. 13. v. 10. 11., & Luc. c. 1. v. 60. perinde atque ab Iſocrate, Demoſthene, & Xenophonte. Neque in iis tantum Evangeliorum locis, ſed & *alibi ſaepius* οὐχὶ pro οὐδαμῶς uſurpari, adnotavit ad Heſychii Lexicon πολυμαθέστατος Albertus Fabricius.

(8) Verſ. 14. ἀνέβη Ἰησοῦς. Omiſſum articulum ὁ ante Ἰησοῦς iam monuit *Michaëlis*. Eum habent editi, & Angel. bibl. cod. ἀνέβη ὁ Ἰησοῦς.

(9) Verſ. 15. ἐθαύμαζον οὖν οἱ Ἰουδαῖοι, ut in *quinque* mſs., Cantabrig. ſcilicet, aliiſque, *inter quae*, inquit Michaëlis, *Reuchlinianum rurſus*. Addit Wetſt. S. Cyrillum, Verſ. Copto-Memph., & Syram poſteriorem in margine. Noſtra nihil habet in margine, ſed ſimpliciter legit ut Vulgata, & Graeca editio: καὶ ἐθαύμαζον οἱ Ἰουδαῖοι, *& mirabantur Iudaei*. Inter Lat. codd. Vercell. habet: *mirabantur ergo*; & Veron. *mirabantur autem*. De οἶδεν, ubi laudatus *Michaëlis errorem orthographicum* notat, ego vitium Aegyptiis ſcriptoribus fere commune dixerim. Vide, quae de huiuſmodi ν additiτio in ſuperioribus obſervavimus.

(10) Verſ. 16. Ἀπεκρίθη οὖν αὐτοῖς. Si Wetſtenianis addas mſ. Angel. bibl., Vatic. 354., Urb. Vat. 2. & 343., codices ſexaginta duo erunt, qui, uti & Syra poſterior, & Theophylactus, eam-

eamdem, quam Bengelius approbat, tibi dabunt cum noſtro lectionem. Non habet οὖν neque codex alter biblioth. Angel., neque Graeca, & Latina Vulgata edit., neque S. Cyrillus, & Copto-Memph., ſed neque Vercell., & Veron. Evangeliar., quorum poſtremo in hoc verſiculo deeſt etiam *eis*.

(11) Verſ. 17. περὶ τῆς διδαχῆς πότερον ἐν τοῦ Θεοῦ. Cod. Urb. 2. περὶ τῆς ἐμῆς διδαχῆς πότερον ἐκ τοῦ Θεοῦ. Vatic. 360. πρότερον pro πότερον: & noſter ἐν τοῦ Θεοῦ pro ἐκ τοῦ Θεοῦ, ex incuria, & mendo librariorum. Ἐκ Θεοῦ, omiſſo articulo τοῦ, habet Cantabrig.

(12) Verſ. 18. οὗτος ἀληθεὶς ἐστὶν, καὶ. Ἀληθεὶς pro ἀληθὴς ex more Aegyptiorum, qui, ut etiam novimus ex cod. Alex., facile η in ει commutare conſueverunt. Ἐστὶν vero ſeriptum eſt cum ν praeter regulam addito ante conſonantem, ut in cod. 2. bibl. Ang. Ceteri omnes: ἀληθής ἐστι, καί.

(13) Verſ. 19. Οὐ Μωυσῆς δέδωκεν ὑμῖν. Cantabrig. ἔδωκεν ὑμῖν Μωυσῆς. Vulgati οὐ Μωσῆς δέδωκε. Codd. 91. & 22. Μωσῆς ἔδωκεν ὑμῖν apud Wetſten. Noſter nomen *Μωÿſis* ſic ſemper ſcribit. Aegyptium enim eſt ei impoſitum a Regina filia Pharaonis, διὰ τὸ ἐξ ὕδατος ἀναλέσθαι αὐτὸ, τὸ γὰρ ὕδωρ μωῢ ὀνομάζουσιν Αἰγύπτιοι, *eo quod eum ex aqua ſuſtuliſſet. Aquam enim* Μωῢ *vocant Aegyptii*, ait Clem. Alex. l. 1. *Stromat.* pag. 412. ed. Oxon. ipſiſſima recitans verba Philonis; quamquam in voce Aegyptia μωῢ erret hodiernus Philonis textus, in quo pro μωῢ legitur μῶς. Et quod ad vocem μωῢ attinet recte quidem eam Clemens expreſſit, ſed pars altera, quae cum μωῢ compoſita integrum nomen Moy-ſis exhibet, omnino deeſt. Hinc Ioſephus l. II. *Archaeologiae* c. 5. ex μῶ & ὕσης nomen *Mo-yſes* conflatum dicit. *Nam aquam Aegyptii* mo *vocant*, ὕσης hyſes *vero, ex aqua ſervatos*. Verum ſi vocis huius poſterioris uſus apud priſcos Aegyptios fortaſſe viguit, modo certe in eorum libris non invenitur. Multo proinde veriſimilius putarem nomen *Moyſis* ex ⲙⲱⲟⲩ, Theb. ⲙⲟⲟⲩ, *aqua*, & ϭⲓ, Theb. ϫⲓ *captus*, *ſublatus*, vel *eductus*, quaſi Moy-ſi, & Graeca terminatione *Moyſis*, ſeu *Moyſes*, fuiſſe conflatum; unde ſeptuaginta, quemadmodum Eques Michaëlis iure obſervat, Moyſem perpe-

perpetuo ſcribere ſolent. Quamquam laudatus Clemens, & S. Cyrillus, aliique Aegyptii ſcriptores, modo *Moyſem*, modo etiam *Moſem* efferre conſueverint. Pfeiferus, aliique Hebraicum vocabulum משה quaſi משיתהו *extractus*, dici oportere contendunt. Sed huius loci non eſt plura de iſtius nominis ἐτύμῳ commentari.

(14) Verſ. 20. Ἀπεκρίθη ὁ ὄχλος. Δαιμόνιον. Addunt Editi, & S. Cyrill. καὶ εἶπεν. Δαιμόνιον. Cod. Ang. bibl. καὶ εἶπεν. Δαιμόνιον. Sic & Lat. Vercell., & Foroiul. In Veron. deſunt haec: *Reſpondit turba*, *& dixit*: *Daemonium habes*. *Quis te quaerit occidere*? Vitio proculdubio librarii, qui ὁμοιοτελεύτῳ exordio v. 21. ſequentis, omiſit integrum v. 20. Cod. Cyprius, & alii *tres* apud Wetſten. Ἀπεκρίθησαν οἱ Ἰυδαῖοι, καὶ εἶπον ἀυτῷ, eiſque Wetſten. ipſe conſonam citat Syram poſteriorem in marg. In noſtra tamen nihil huiuſmodi ad marginem conſpicitur, ſed tantum in textu legitur. *Reſpondit turba* ܘܐܡܪ ܠܗ καὶ εἶπεν ἀυτῷ, ut in Cantabrig.

(15) Verſ. 23. Μωυσέως. Sic & Cantabrig., & codd. alii duo apud Wetſt. Editi Μωσέως. Cetera, ut in Vulgatis.

(16) Verſ. 24. Κρίσιν κρίνετε. Sic legit S. Cyrillus, ut & Cantabrig., & *octavus* Stephani. Editi, & cod. Ang. bibl. κρίνατε.

(17) Verſ. 26. Καὶ ἴδε. Initium verſiculi καὶ deſideratur in textu Alexandr. S. Cyrilli, & in ſeptem Wetſt. codd. Sed lectio fragmenti noſtri eadem eſt cum utraque Syra, & Coptica, cumque Gr. vulg., & cod. bibl. Ang. Sequitur in textu παῤῥησίᾳ λαλεῖ, ubi Syra poſterior eiuſdem biblioth. integram vocem Graecam retinuit ܒܦܪܗܣܝܐ. Καὶ ὐδὲν ἀυτῷ λέγυσιν, ut S. Cyrill., & cod. biblioth. Angel., ceteri omnes λέγυσι· Μήποτε ἀληθῶς ἔγνωσαν οἱ ἄρχοντες, ὅτι ὖτός ἐςιν ὁ Χριςὸς. In iis ſcilicet verbis poſtremis deeſt ἀληθῶς *poſterius*, quemadmodum deeſt in Cantabrig., Cyprio, octavo Stephani, Reuchlin., aliiſque codd. *quatuordecim* apud Wetſten., aeque ac in Lat. Vercellen., & Veron., in verſionibus pluribus, inter quas Vulg. noſtra, & utraque Copt., in Patribus denique Origene, Cyrillo, Chryſoſtomo, Iſidoro, & Epiphanio, probantibus, ut ait Wetſten. ipſe, H. Grotio, Bengelio., & Millio. Editi unum, & alte-

rum

rum ἀληθῶς habent. Syra prior ἀληθῶς posterius tantummodo reddit; Philoxeniana vero *utrumque*.

(18) Vers. 27. Ἔκραξεν οὖν ἐν τῷ ἱερῷ Ἰησοῦς διδάσκων, καὶ λέγων· κἀμὲ οἴδατε. Editi in eo solummodo a nostro differunt, quod hi habeant: διδάσκων ὁ Ἰησοῦς. Reuchlinianus, & cod. a Wetst. indicatus sub num. 89. legit: Ἔκραξεν οὖν ὁ Ἰησοῦς ἐν τῷ ἱερῷ διδάσκων, καὶ λέγων, quo cum convenit Syra posterior, & Veron. Lat. Ἔκραζεν οὖν ἐν τῷ ἱερῷ διδάσκων ὁ Ἰησοῦς, καὶ λέγων cod. Angel. bibl. habet, ut & in adnotationibus Wetsten. Cantabrig., & Latini codd. cum Vulg. At Vat. 360. ex Birchii mss. excerptis: Ἔκραξεν οὖν ὁ Ἰησοῦς ἐν τῷ ἱερῷ διδάσκων, καὶ λέγων· κἀμὲ οὐκ οἴδατε. Ecqua vero de caussa contra aliorum omnium codd. fidem in hunc Vat. cod. irrepserit particula ista οὐκ, nisi fortasse ex spissa alucinatione librarii, cui οὐκ οἴδατε positum paullo post in fine eiusdem v. 28. huc incaute transferre contigerit, divinare nequeo.

(19) Vers. 29. Ἐγὼ οἶδα. Editi, ut & utraque Syra versio, & S. Cyrill. in Gr. textu, & Lat. Veron. Ἐγὼ δὲ οἶδα. Noster non habet δέ. Sed nec habent mss. codd. *quadraginta duo* Wetstenio cogniti, nec Vaticani 354., Urbin. Vat. 2. 349. 360. 1210., nec cod. bibl. Ang., nec Origenes, nec Vulgata, nec Lat. Vercell. De Syra posteriore scribit laudatus Wetstenius eam habere δὲ *cum asterisco*. At in ea, quae est bibl. Angel. nullus ad particulam ܕܝܢ cernitur asteriscus.

Ne ad vers. 30. obliti penitus videamur illius variantis, quae est ἔβαλεν pro ἐπέβαλεν: *Sane lectio*, inquit Michaëlis, *in hoc solo fragmento occurrit*. Quamquam ἐπ' αὐτὸν, quod sequitur, in S. Cyrillo legitur εἰς αὐτόν. Nescio an apud antiquos Graeci sermonis cultores tam facile inveniatur ἐπιβάλλειν, ut simplex βάλλειν invenitur eodem sensu constructum cum ἐπὶ, & accusativo, quemadmodum in lectione nostra fieri intelligimus. H. Stephanus ἐπιβαλλειν interpretari mallet *superiniicere*.

(20) Vers. 31. Ἐκ τοῦ ὄχλου δὲ πολλοὶ ἐπίστευσαν. *Lectio*, inquit Eques Michaëlis, *cum Reuchliniano tantum codice communis*. Addit Wetstenius Vulgatam, & Cyrillum. At S. Cyrillus pro δὲ habet οὖν. Ceteras variantes accipe ab eodem Wetstenio.

(21) Ibid.

(21) Ibid. καὶ ἔλεγον· ὁ Χριστὸς. Post ἔλεγον deest ὅτι, ut in Cantabrig., in *octavo* Stephani, in Reuchlin., & aliis *quinque* codd. a Wetsten. adductis. Sic & in Vulg., & Syra, & Goth. eodem teste Wetst., sed is fortasse errat in Coptica, quae habet ϫⲉ ὅτι. Quamquam an ϫⲉ τῷ ὅτι revera ibi respondeat decerni non possit. In hac enim lingua particula ϫⲉ persaepe redundat, nec aliud quicquam est, quam simplex & ἄφωνον signum ab Aegyptiis historiarum scriptoribus unice passim adhibitum ad indicandum, qua praecise *formula certis concepta verbis* usi ii sint, qui aliquid in mutuis interlocutorum colloquiis ore suo proprio dixisse introducuntur.

(22) Ibid. μὴ pro communi editorum, μήτι. At μὴ nostrum servant Wetsteniani codd. *undecim*, quibus adde cod. Angel. biblioth., & S. Cyrillum ab eodem Wetst. laudatum.

(23) Ibid. πλείονα σημεῖα ποιήσει ὧν. Editi cum cod. bibl. Angel. inter σημεῖα, & ποιήσει interserunt τούτων, quod, ut in nostro, & Urb. Vat. 2.. abest a Wetstenianis codd. *sexdecim*. S. Cyrilli textus pro ποιήσει legit ἔχει ποιῆσαι, tacito τούτων, quod & Chrysostomus omittit; subintelligitur tamen; & ideo vertimus *plura signa faciet his, quae hic facit*.

(24) Vers. 32. ἤκουσαν οἱ Φαρισαῖοι. Praemittunt ϗ, teste Wetst., codex ab eo commemoratus sub num. 69., & Versio Syra utraque, *sed posterior cum obelo*; quae tamen in ms. nostro nullum habet obelum. Οἱ ἀρχιερεῖς, ϗ οἱ Φαρισαῖοι post ἤκουσαν legit S. Cyrillus, qui rursus τὰ, ἀρχιερεῖς ϗ οἱ Φαρισαῖοι ὑπηρέτας, habet ut noster, & cod. maior Ang. bibl. At codd. Vat. 354., Urb. Vatic. 2. 349. 360., & Ed. Compl., & Bengelii ὑπηρέτας οἱ Φαρισαῖοι, ϗ οἱ ἀρχιερεῖς. Eques Michaëlis lectionem fragmenti nostri approbat, tamquam magis ordini accommodatam. Variantes aliorum codicum, quas cum hac nostra conferre valeas, videsis apud Wetstenium.

(25) Vers. 33. εἶπεν οὖν αὐτοῖς. Quam multis in codd. desit αὐτοῖς, Wetstenius observat. His adde Vaticanos 354. Urb. Vat. 2. 349. 360. Syra prior habet: *Et dixit*, omisso οὖν, quod legit posterior.

(26) Ibidem: ὅτι Ἰησοῦς χρόνον μικρὸν. *Error scribentis*, *textum*

 for-

fortasse non intelligentis. Forte in antiquiori aliquo exemplari scriptum erat ΕΙΠΕΝΟΥΝΑΥΤΟΙϹΕΤΙΙΗϹΟΥϹ, *& medius ductus in* Ε *non amplius apparebat*. Sic Eques Michaëlis. Quid vero, si error manavit ex incuria sive dictantis, sive scribentis, quorum alteruter, vel etiam uterque sedem mutarit particulae ὅτι, quae quum vel in textu, vel in margine codicis vetustioris, post vocem ΙΣ, locum forte fortuna teneret, ante eam in hunc modum, ὅτι ΙΣ, posita est? At unde, dices, hoc ὅτι, quod in nullo veterum, recentiumque mss. occurrit? Sed lege S. Cyrillum Alexand. in commentario, ubi hoc testimonium (nisi mendum & ibi cubet) cum ὅτι sic refert: ἐν μὲν γὰρ τῷ εἰπεῖν, ὍΤΙ μικρὸν χρόνον μεθ᾽ ὑμῶν εἰμί, etsi in textu Evang. ἔτι retinuerit. Eccur igitur, quod in Cyrillo cernis, non idem putes legi potuisse in antiquiori codice, unde fragmentum nostrum descriptum est? Video praeterea in utraque versione Coptica coniungi simul ὅτι cum ἔτι, in Memph. ϫⲉ ⲉⲧⲓ, in Theb. ϭⲉ ⲉⲧⲓ. An ita interpretati sunt prisci versionis auctores, quod ὅτι ἔτι in Graeco, quo utebantur, exemplari legerint? An non & illud contingere facile potuit, ut in variis, quos norant, codicibus, distractis a se invicem particulis, alii legerint, ut noster, simpliciter ὅτι, alii (quae vera est lectio) simpliciter ἔτι? Quid, si ob eas, quas attulimus caussas ad marginem antiquioris cod. adnotatum erat ὅτι coniungendum cum ἔτι, sed ἔτι quasi error habitum fuerit, & ideo imperitus scriba dupliciter peccarit, primo quia ἔτι vertit in ὅτι, deinde, quia ὅτι loco non posuit suo? Ceterum quod ⲉⲧⲓ audias in una & altera Coptica versione integre retentum, ne mireris. Est enim *vox*, iudice La-Crozio, *vere Aegyptiaca*. Adnota tandem, ordinem verborum in seqq. χρόνον μικρὸν eumdem esse ac in cod. 69. Wetsten.

(27) Vers. 34. καὶ οὐκ εὑρησετέ με. Fragmenti scriptor fortasse ex vitio dictantis, neglecto spiritu aspero in εὑρήσετε, scripsit οὐκ pro οὐχ, quod in aliis omnibus mss., uti & in Editis legitur. Με vero non alibi quam in nostro, & in utraque Syra versione occurrit. Nam ceteri εὑρήσετε heic legunt sine με.

(28) Vers. 36. τίς ἐστιν ὁ λόγος ὅτι εἶπεν. Deest οὗτος, quod est in Edi-

in Editis ante ὁ λόγος. At in Cantabr. , aliisque tribus codd. collocatur post λόγος. Sequitur in nostro ὅτι εἶπεν pro ὃν εἶπε. Sed εἶπεν habet etiam cod. Angel. biblioth. Omisimus in Latina fragmenti nostri versione , *quia dixit*; (quod fortasse non sine sensu positum videri potest) caussam enim indicare velle videtur, cur Christi sermo tamquam novum quiddam , & mysteriosum spirans , dignus esset acri consideratione.

(29) Ibid. εὑρήσετέ με. Editi , & reliqui omnes εὑρήσετε. Wetstenius Syram laudat priorem , & posteriorem versionem , quae ambae , ut fragmentum nostrum , addunt με. In hac tamen secunda adnotat *obelum* τῷ με praefixum , etsi eo careat in ms. bibl. Angel.

(30) Vers.37. ἱστήκει ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἔκραξεν, λέγων. Ex pronunciationis vitio , quo solent Aegyptii ει commutare in simplex ι, ἱστήκει scriptum est pro εἱστήκει. Ἔκραξεν vero , ἔκραζε legunt tres codd. Wetsten. , Vulgata , & S. Iohan. Chrysost. Editi legunt ἔκραξε. Sed cod. Ang. bibl.2. ἔκραξεν, perinde ac noster.

(31) Vers.39. πιστεύσαντες εἰς αὐτὸν, *cum duobus codd.* , *quorum unus est egregius ille Stephani octavus* , inquit Michaëlis, illud etiam addens , (quod verissimum est ,) *erronee* Wetstenium dicere , *eamdem lectionem habere* Syram. Nam utraque Syra legit ܕܡܗܝܡܢܝܢ ܒܗ cum Editis , πιστεύοντες εἰς αὐτόν.

(32) Ibid. πνεῦμα sine adiuncto ἅγιον , ut in Cyprio , Mediceo , & Cardinalis Perronii codicibus tribus , aeque ac in Origenis loco ex *Corderii* Catena , in S. Cyrillo , in Vulgata nostra , in Armena , in utraque Coptica , & Syra. Sic nec habet διδόμενον, quod habent & cod. Vaticanus a Wetsten. commemoratus , & Vulgata , & Syra utraque , & Victorinus c. Arian. I. Asteriscus tamen , quem ad hanc vocem in Syra posteriore adnotat Wetsten. , in ms. bibl. Ang. nullus apparet.

(33) Ibid. ὅτι Ἰησοῦς οὐδέπω ἐδοξάσθη. Articulus ὁ praefixus τῷ Ἰησοῦς desideratur , ut in Cantabrig. , aliisque decem codd. , quos laudat Wetsten. , ut ex eo subindicat Michaëlis. In ἐδωξάσθη vero corrige mendum nostrum. Nam in fragm. est ἐδοξάσθη per ο.

(34) Vers.40. Ἐκ τοῦ ὄχλου οἱ ἀκούσαντες τῶν λόγων τούτων, ἔλεγον. Desiderantur ab initio vers. Πολλοὶ οὖν, quae ante ἐκ

τοῦ ὄχλου, exhibent Editi. At quid erit illud ΟΥ post ὄχλου? *Falsum quiddam*, *&* *nullibi repertum*, expedite respondet Eques Michaëlis, unde etiam *notabile exemplum sumit falsarum lectionum ex duplicata lectione eiusdem litterae*, *aut syllabae* ΟΧΛΟΥ ΟΥΑΚΟΥϹΑΝΤΕϹ. Idem & ego suspicatus antea fueram, sed re paullo maturius considerata, errorem in eo situm esse intellexi, quod ΟΥ pro ΟΥΝ librarius incuriose scripserit. Nam lectio integra huius nostri fragmenti eadem esse videtur cum ea, quam habent tum codices tres Cantabrig., Reuchlinianus, & Colbertinus, tum etiam Origenes, S. Cyrillus, Vulgata nostra, & Latini codd. Vercell., Veron, & Foroiul. ἐκ τοῦ ὄχλου ΟΥΝ; pro qua lectione Wetstenius laudat etiam versionem Copticam; quamquam non eadem omnino sit. Nam utraque & Memphitica, & Thebaica ΔΕ pro ΟΥΝ, ut & Syra prior refert. Sic autem error ex dictantis vitio oriri potuit. Quum enim is non satis expressum, & distinctum reddidisset sonum liquidae Ν inter ου & α initialem vocis sequentis ἀκούσαντες, scriba firmato stilo in ΟΥ praetermisit Ν, atque ita ΟΥ solitarium pro ΟΥΝ impressum reliquit. Ceterum Origeniana lectio, ni male nimis coniicio, habebat οἱ ἐκ τοῦ ὄχλου οὖν ἀκούσαντες. S. Cyrillus non legit οἱ ante ἐκ τοῦ ὄχλου, sed post ἀκούσαντες addit τινες.

(35) Ibid. τῶν λόγων τούτων: Vide ne legas τὸν λόγον τοῦτον, uti descripta referuntur a Michaëlis, sed τῶν λόγων τούτων; eadem scilicet cum iis, quae leguntur in Cantabrig., in *octavo*, & *tertio* Stephani, in Reuchliniano, in Mediceo, in Latin. Vercel., Veron., Brixiano, & in versionibus Vulgata, Copto-Memph., & Syra posteriore, teste Wetstenio, *ad marginem*; etsi in hac nostra nihil ad marginem, quod huc spectet, inveniatur. Origenem quoque tamquam lectionis huius tutorem Wetstenius ipse laudat. At Origenes legisse potius videtur τῶν λόγων αὐτοῦ, uti legit Vatic. 349. Sic enim locum hunc Evang. citat Comment. in c. 8. Iohan. οἱ ἐκ τοῦ ὄχλου οὖν ἀκούσαντες τῶν λόγων τοῦ Ἰησοῦ. Ita & Syra nostra posterior legit τῶν λόγων αὐτοῦ ܡܠܠܐ ܕܝܠܗ *sermones eius*; quod pronomen αὐτοῦ servatum est, ut in *Vulgata*, *cum audissent hos sermones eius*, & in

& in multis Graecis codd., inter quos Cantabrig., &, ex Birchio, Vatic. 349. Ne vero dicere audeat Wetsten. τὸ ὠτῦ ex Itala antiqua in Cantabrigiensem inductum, locum Origenis paullo studiosius consideret.

(36) Vers. 41. Ἄλλοι δὲ ἔλεγον, legit cum Reuchliniano, & 69. Wetstenii cod, quodque magis est, cum Origene in laudato Comment. ad cap. 8. Iohan.

Ad ἔλεγον Syram posteriorem addere testatur Wetstenius ὅτι *cum obelo*. Nostra vero nec ὅτι, nec obelum habet.

(37) Vers. 42. ὅπȣ ἦν Δαυεὶδ (ita bis in textu ipso fragmenti, ut & nos in *Tab.XII.* edidimus,) ἔρχεται ὁ Χριςὸς. Δαυειδ pro Δαυὶδ ex *Iotacismo* scriptum iam observaverat Michaëlis; scilicet frequens mos est Aegyptii scriptoris, ut vocalem ι in ει, aliasque similis soni diphthongos commutet. De lectione vero nostra, quae est: ἔρχεται ὁ Χριςὸς, recte idem Michaëlis dixit eam singularem esse, si comparetur cum Graecis codicibus, qui omnes habent ὁ Χριςὸς ἔρχεται. Nam Syra prior cum codice nostro legit ܐܬܐ ܡܫܝܚܐ ἔρχεται ὁ Χριςὸς. Nec modo Syrus, verum etiam S. Cyrillus sic legit.

(38) Vers. 45. ἠγάγεντε pro ἠγαγετε. Mendum librarii. Ἠγάγατε habet Cantabrigiensis.

(39) Vers. 46. Οὐδέποτε ἐλάλησεν ὅτως ἄνθρωπος. Non legit quae in editis, aliisque mss. codd. sequuntur (ὡς ὅτως ὁ ἄνθρωπος.) Ita vero noster convenit cum Aegyptio, quo usus est Origenes, & Cyrillus, cumque Graeco S. Iohan. Chrysost., & *octavo* cod. Stephani, perinde atque cum Reuchliniano, ut eum Eques Michaëlis appellat. Adde ex Latinis *Foroiuliens.*, qui ipsissimam lectionem nostram exacte reddit.

Ad vers. 47. Idem Michaëlis adnotat in hoc nostro fragmento *deesse* ὖν, *sicut & in Reuchlin.*, *& Cantabrig. cod.* Sed fallitur. Exstat enim ὖν in Gr. textu fragm., quemadmodum exstat in Syra posteriori, & in Lat. Foroiulien. Deest tamen in Copto-Thebaica, ut infra observabimus.

(40) Vers. 49. ἐπαρατοί εἰσιν. Editi ἐπικατάροτοί εἰσι. Fragmentum nostrum lectionem exhibet, quae antiquissima est apud Origenem in Iohan. ἐπαρατοί εἰσιν, aut, secundum Huetianum

exem-

exemplar, ἐπάρατοί εἰσιν. S. Cyrillus vulgatam ἐπικατάρατοί εἰσιν in verſiculo textus refert, ſed lectionem noſtram ſequi videtur in commentario, ubi vanos, & falſos legiſperitos caſtigat, quod, ἐπαράτους εἶναι φασὶ τοὺς πιστεύοντας *eos qui credunt maledictos*, pronuncient. Quid, quod ἐπάρατοι legit etiam S.Ioh.Chryſoſtomus? Mirum proinde non eſt, ſi & Eques Michaëlis huic lectioni, quae *maximi momenti* dicta fuerat ab Hwidio, calculum ſuum adiicere voluit. At praeſtat integrum illius iudicium recitare. *Lectio iſta*, inquit, *a me praelata*, *&* *explicata eſt pag.* 311. *introductionis*, *quae quidem antea in tribus* (mox laudatis) *Patribus*, *aſt in nullo manuſcripto*, *niſi in Reuchliniano*, *reperiebatur*. *Manuſcriptum hoc cum noſtro fragmento multifarias raras lectiones communes habere*, *ex praecedentibus obſervationibus apparet*; *&* *profecto nullum ſcio*, *quod huic tam propinquum exſtet*. *Conſtat tamen pariter hos codices*, *fratres*, *ideſt ex uno eodemque antiquiori archetypo exſcriptos*, *non eſſe*, *ſed in remotioribus lectionibus ſolum affines*, *quum* earum *multae*, *quae ſunt in fragmento noſtro*, *in Reuchliniano codice non reperiantur*. Inter quae illud maxime obſervandum puto, quod ἐπάρατοι pro ἐπικατάρατοι, alio in nullo ms., quam in Reuchliniano reperiri affirmet, ſequutus ſcilicet auctoritatem Wetſtenii, qui hoc unum commemorat. At in celeberrimo cod. Vatic. 1209. diſſertiſſime legitur: ἐπάρατοί εἰσιν. Quumque viri eruditiſſimi Romanum ſimillimum Alexandrino Anglorum teſtari non dubitent, coniicere licet, eamdem omnino lectionem in eo potuiſſe hodieque deprehendi, niſi, ut Millius, & Wetſtenius ipſe ſcribit, codex mutilatus eſſet a cap. Iohan. VI. 50. ad VIII. 52. Nec Wetſtenius aut alius quiſpiam eius indolis cenſor, Vaticanum codicem tamquam ad normam Italicae, ſive Vulgatae verſionis in hac etiam voce interpolatum reiicere audebit, ni ſe doctorum, prudentumque hominum cachinnis obiicere velit. Nam ſive ἐπάρατοι, ſive ἐπικατάρατοι legas, idem ſemper erit, teſte Heſychio, quod *maledicti*.

(41) Verſ. 50. ὁ ἐλθὼν πρὸς αὐτὸν πρότερον, omiſſa νυκτὸς. Ipſiſſimam lectionem habes apud S. Cyrillum. Sed vide ne te fallat interpres Latinus, qui de ſuo addidit *nocte*. Hinc ego

non

non intelligo, cur fragmentum nostrum Eques Michaëlis *singulare*, *&* *unicum* in hac lectione dixerit, nisi de solis fortasse mss. codd. quibuscum hunc nostrum comparavit, loqui voluerit. Adnotat Wetstenius νυκτὸς cum addito τὸ πρότερον legi in Syra posteriori, sed cum *asterisco* ad τὸ πρότερον. In cod. tamen Angel. biblioth. nullus est asteriscus; sic enim simpliciter ibi legitur ܒܠܠܝܐ ܩܘܕܡ ܐܬܐ.

(42) Vers. 51. νόμος ὑμῶν. Ex typothetae errore inter variantes adnotavimus ὑμῶν. Nam fragmentum nostrum habet communem lectionem ἡμῶν, ut est in *Tab. XIII. textus Gr.* Ὑμῶν legunt tantummodo cod. Reg. apud Wetsten. 16., & *Bodlei unus*.

(43) Ibid. πρῶτον παρ' αὐτῦ. Consonant antiquioris, meliorisque notae codd. Cantabrig., Stephani octavus, Reuchlinian., ut & ipse Michaëlis observat, aliique *sex* a Wetst. indicati. Quodque magis est, cum codice nostro Aegyptio Aegyptii PP. Origenes, & Cyrillus conveniunt. Sed adde Vat. Urb. 2., qui legit πρῶτον, ubi editi, & alii omnes πρότερον legunt.

(44) Vers. 52. Εἶπαν, ut unus Cantabrigiensis.

(45) Ibidem. Ἐράυνησον pro ἐρέυνησον, *ex errore calami*, ait Michaëlis; sed verius fortasse ex vitio Aegyptiacae pronunciationis, qua littera ε cum α vulgo commutari solebat.

(46) Ibidem. καὶ ἴδε ὅτι ἐκ τῆς Γαλιλαίας προφήτης ἐκ ἐγείρεται. *Hunc ordinem*, inquit Michaëlis, *nullus alius codex habet*, *&* *in quo* ἐχ *grammaticalis error est*. De ordine quod scribit patet ex collatione huius nostri cum aliis codd., qui omnes habent: Καὶ ἴδε ὅτι προφήτης ἐκ τῆς Γαλιλαίας ἐκ ἐγήγερται. Quamquam S. Cyrillus eumdem cum nostro verborum ordinem reddit. Sed fallitur, ubi librarium nostrum erroris grammaticalis insimulat, quasi ἐχ scripserit; quum ibi sine ulla ambiguitate recte legatur ἐκ. Restat ἐγείρεται, quod inobservatum Michaëlis reliquit. Editi, & S. Cyrillus legunt ἐγήγερται. Origenes vero ἐγαρέται: eamque lectionem sequuntur Cantabrig. Reuchlinian., & codd. alii, quorum meminit Wetstenius, uti & Vulgata nostra, Goth. vers., & *Syra utraque*; etsi *posterior* eam *habet editam in margine*; quod quidem de uno codice

Angli-

Anglicano ab se viso asserere potuit Wetstenius. Ille enim, quem possidet Angelica bibl. non in margine, sed in textu ipso haud aliter quam Syra *pura*, perspicue legit ܝܩܘܡ. Addendi sunt codd. tum Vatic. 304., ubi ἐγήρεται *prima manu ad marginem* scriptum cernitur, tum bibl. Ang. 2. in quo occurrit ἐγείρεται.

IN CAPUT VIII.

De historia adulterae.

Adulterae historiam, quae sub initium cap. VIII. Iohannis narratur, canonicam esse, atque divinam, certa res est a Patribus tradita, & ab Ecclesia catholica in Tridentino oecumenico Concilio iam definita. Sed nec dubitare licet, quin ea auctorem habeat eumdem Apostolum, & Evangelistam Iohannem. Audio tamen Clericum criticorum audacissimum, qui inter adnotata ad vers. 53. cap. 7. magnum quiddam adversus *pericopem* istam evangelicam se obiecisse putat, ubi observat, *nullum usquam ullius iudicii antiquae ecclesiae*, *de hac historia*, *vestigium* reperiri. Sed obsecro, quod umquam de huius historiae αὐθεντίᾳ *antiquae ecclesiae iudicium* Clericus quaerit, si de ea numquam in antiqua ecclesia dubitatum est? Neque enim, nisi nata controversia, iudicium instituitur. Prius ergo ostendat nobis Clericus quonam tempore in *antiqua ecclesia* de *pericope* & *historia* ista Evangelii Iohannis disceptatum fuerit, &, si disceptationis huius vestigium invenerit, tum etiam lati iudicii vestigium iure suo exposcat; ne frustra laboret iudicem quaerens, ubi nemo est qui litiget. Ac certe quidem nulla *in latinis* sive prisci, sive recentis aevi *ecclesiis* de hac historia, seu pericope Evangelii excitata est quaestio. In Latinis enim, ipsomet *Calvino* teste, *semper recepta fuit*. Atqui neque in Graecis; nemo enim est, qui apud veteres, iunioresve ullam de hoc Graecarum Ecclesiarum dissidio mentionem faciat. Saeculo tantum XVI., quo tempore Calvinus in primis, & Beza turbas in ecclesiam inducere tentarunt, orthodoxae antiquitatis osores divinam hanc historiam, ut & alias nonnullas sacrorum voluminum pericopas, exagitare

coepe-

coeperunt. Qua novitate commoti Tridentini Patres coacti sunt sess. IV. in decreto de scripturis sanctis non modo *libros omnes*, quos nunc ecclesia habet in usu, *sed singulas etiam eius partes tamquam canonicas* approbare.

At vero Wetstenius vincit audacia Clericum. *Stilus*, inquit huius περικοπῆς, *a Iohanne dissentit. Iohannes enim raro coniunctiones, rarius* δὲ *habet, quae hic comm.* 1. 2. 3. 5. 6. 7. 9. 10. 11. *bis occurrit. Iohannis stilus valde est simplex, hic vero ornatior comm.* 9. 10. His nempe figmentis totam hanc pericopem novus iste Aristarchus abiudicare nititur Evangelistae Iohanni. Sed si quis simili nugarum genere abuti vellet, verendum esset, ne universum S. Iohannis evangelium, pluribus ex eo demptis, subtractisque locis, turbaret.

Nam ecce cap. XVIII. pars historiae Dominicae passionis legitur a v. 14. ad 25. usque. In his *novies* repetita cernitur particula δὲ, versu scilicet 14. Ἦν δὲ Καϊάφας, 15. Ἠκολούθει δὲ ... ὁ δὲ μαθητὴς, 16. Ὁ δὲ Πέτρος, 18. Ἑστήκεισαν δὲ ... ἦν δὲ μετ᾽ αὐτῶν ὁ Πέτρος, 22. Ταῦτα δὲ, 23. Εἰ δὲ καλῶς, 25. Ἦν δὲ Σίμων Πέτρος. An ergo suspicari licebit totam hanc *pericopen* non esse a Iohanne conscriptam, quod eamdem ipsam coniunctionem δὲ totidem fere vicibus ac pericope de adultera, repetitam exhibeat? Apage tam sacrilegae licentiae scelus! Quid, quod in aliis quoque divinissimi huius evangelii capitibus versiculi quidam occurrunt, in quorum singulis *ter* quandoque, saepe etiam *bis* usurpata legitur coniunctio δὲ?

Quod porro Wetsten. obiicit de stilo in duobus vv. 9. & 10. ornatiori, eoque diverso a simplicitate sermonis, quam adhibere solet Iohannes, leve nimis est & infirmum, *quum*, iudice elegantissimo, doctissimoque Canarien. Episcopo Cano, lib. II. *de l. Th.* c. 6. ad 9. *eumdem auctorem saepe contingat, non aliam modo, verum eamdem quoque sententiam stilo scribere differenti*. Scire praeterea cuperem a Wetstenio, quidnam in citatis commatibus illud sit, quod tam ornata oratione scriptum videri queat, ut alienum censeri debeat a simplicitate stili Evangelistae Iohannis? *Christianus Sigismundus Georgius* in Hierocritico, sive in l. *de stilo* N. Test. lib. I. c. 3. 5. 41. eam scribendi rationem, quae est

Iohan. VIII. comm. 10. ἀνακύψας ... εἶπεν αὐτῇ, ad Attici ser-
monis formam exigit, nec tamen a stilo Iohannis dissentien-
tem censet. Quid plura? Idem ipse Georgius non huic uni
pericope, sed toti evangelio κατὰ Ἰωάννην, uti & ceteris N. T.
libris, *stilum Atticum*, *simplicem*, purum, apertum, & elegan-
tem constantissime tribuit. Etsi ergo stilus utriusque comma-
tis 9. & 10. ornatior esset, non recederet tamen ab ea sim-
plicitate, & elegantia, qua totus evangelii textus a Iohanne
conscriptus est. His adde, quod si ἐξήρχοντο εἷς καθ' εἷς *unus
post unum*, ut Maldonatus decernit, purus putus *hebraismus*
in commate 9. esset, Wetstenii iudicium de Graeco stilo
huius commatis ornatiori omnino nutaret. Iohannes Michaël
Dilherrus εἷς καθ' εἷς, pro εἷς καὶ εἶτα εἷς, *unus & deinde unus*,
Marc. XIV. 19. positum censet.

Pergit porro Wetstenius, & hanc historiam e textu
cap. VIII. evang. Iohannis auferendam suadet, ut *comm.* 12.
cap. VIII. connectatur *cum* VII. 52., & ut *omnia*, quae sic con-
nexa leguntur, intelligantur *dicta fuisse eodem tempore*, *scilicet
die festi* (scenopegiae) *ultimo*. At vero si ea textui *inserta*
ponatur, *consequeretur rem gestam esse die sequenti ultimum diem
festi*: *videlicet* quae *cap.* VII. 37., VIII. 2., &, *quae a com-
mate* 12. *dicuntur usque ad finem capitis dicta fuisse post festum*.
Quod quidem credibile non est. Nam quisquis *perpenderit*, ait,
Iudaeos toto illius festi tempore se iactasse de effusione aquarum,
de lucernis accensis, *& luce legis*, *de libertate*, *& de peccato-
rum venia die ieiunii proximo impetrata*, *facile intelliget*, *non
solum quae de aqua spirituali dicuntur* VII. 37., *sed etiam quae
habentur de tenebris*, *in quibus Iudaei versarentur* VIII. 12. *de pec-
catis Iudaeorum nondum condonatis comm.* 21. *Et de servitute
Iudaeorum comm.* 32., *multo aptiori tempore*, *& convenientius
dici*, *dum agebantur dies festi*, *quam postea*.

Verum longe aliter saeculis ante duobus huius sacrae histo-
riae censores ratiocinabantur. De illis enim haec scribit Mal-
donatus in c. VIII. 12. *Qui historiam adulterae incertam esse pu-
tant*, *non existimant haec*: (*Iterum ergo locutus est eis Iesus*:)
cum illa cohaerere posse, *sed sensum esse*, *alio quodam die rursus
concio-*

concionantem Christum haec dixisse. Ii ergo erant, qui sermonem Christi incipientem a v. 12. c. VIII. reiiciebant in alium quemvis diem, quam in ultimum celebritatis scenopegiae. Sed hodie Wetstenius, ut e loco suo moveat historiam de adultera, dicta Christi a vers. 12. c. VIII. ad finem usque, eum ipsum diem ultimum festi, quo concio a Christo habita, & a Iohanne narrata est vv. 37. & seqq. cap. VII., redigere nititur. Irrito tamen conatu. Nam, ut id Wetstenio ex animi sententia succederet, comma 12. cap. VIII. sua veluti sponte connecti deberet cum commate 52. cap. VII., sed huiusmodi connexio vix, ac ne vix quidem obtineri potest. Ut enim inquit idem Maldonatus, *si ultimum versum*, nempe 53., *capitis septimi*, *& historiam hanc totam* de adultera *deleas*, *vix bene reliqua* (a v. 12. capitis octavi,) *haerere videbuntur*.

Ceterum si Wetstenius paullo attentius considerasset ordinem, & numerum dierum, qualis in sancta festivitate tabernaculorum statuitur Levit. XXIII. sine ulla, ego credo, difficultate intellexisset, necessariam esse historiam adulterae, ad duas illas conciones Christi, quae a Iohanne cap. VII. a v. 37., & cap. VIII. a 12. narrantur, eo ordine coniungendas, quo fiat, ut ambae incidisse demonstrentur in dies festos scenopegiae Iudaeorum. חג הסכות *festum tabernaculorum*, שבעת ימים *septem dierum* erat. *Primus dies* celeberrimus vocabatur, atque *sanctissimus*; sic & dies *octavus celeberrimus*, atque *sanctissimus* dicebatur; erat *enim coetus*, *atque collectae*, ibid. vv. 35. 36. Proprie festum istud concludebatur periodo dierum *septem*. Hinc S. Cyrillus comm. lib. IV. *Lex*, inquit, *inclytam*, *sanctam* ἐκάλει τὴν τε πρώτην, καὶ τὴν ἑβδόμην τῆς ἑορτῆς ἡμέραν, μεγάλην αὐτὴν κατωνόμασεν, *appellavit primam*, *& septimam festi diem*, *magnam ipsam denominavit divinus evangelista*. Attamen eidem diei *septimo*, & ultimo addendus erat *octavus* sic dictus עֲצֶרֶת, idest, ut Hebraei interpretantur, *retentio*; quod *transactis diebus* septem *solemnitatis*, *populus adhuc uno die* (octavo scilicet) *retineretur*. Eadem fere habes ex Philone vol. 2. *Op*. p.298. *de festis*, ubi de hoc ipso *octavo* die haec leguntur: Ἑπτὰ δ' ἡμέραις ὀγδόην ἐπισφραγίζεται, καλέσας ἐξόδιον αὐτήν. *Porro*

super septem illis diebus octavam *signat* (Moses ;) *eamque* exodium, *hoc est corollarium*, *appellavit*, *non istius*, *ut verisimile est*, *festi solum*, *sed omnium etiam annuarum solemnitatum*, *quas enumeravimus*.

Nunc vide quam belle & *prima* concio Christi a v. 37. c. VII., & *secunda* a v. 12. c. VIII. inciderint intra dies festos tabernaculorum. Christus primum verba fecit congruentia cum solemni, eoque iucundissimo ritu de haustu, & effusione aquae *ex fonte Siloe*, quum dixit c. 7. 37: *Si quis sitit veniat ad me*, *& bibat*, idque in *septimo die*, qui *novissimus*, & *magnus* festivitatis scenopegiae, vel κατ' ἐξοχὴν, aut hac fortasse de caussa a Iohanne appellatus est, quod eo anno coniunctus cum sabbato fuerit. Pone deinde eodem pariter die ad vesperas ea accidisse, quae in postrema c. VII. parte ad v. usque 52. ab evangelista narrantur, & Christum post haec in montem Olivarum, ut mos eius erat, secessisse. Quid porro die sequenti, qui *octavus* עצרת *retentionis* dicebatur, peregerit, facile tute ipse coniicies, si hanc nostram *pericopen* ab adversariis vexatam pro genuina, & a Ioh. ipso conscripta teneas. Christus diluculo ex monte Olivarum rediit in templum, ibique a Pharisaeis, Scribisque malignis tentatur in iudicio adulterae, quibus pudefactis, atque fugatis, secundam ad populum Iudaeorum habuit concionem, qua se veram esse mundi lucem ostendit. His cetera, quae apud gazophylacium in templo docuit, & praedicavit, succedunt. Sic historia adulterae, omnia, quae a v. 12. ad 21. cap. VIII., uti & alia, quae deinceps sequuntur ad finem usque capitis, perquam aptissime congruere intelliguntur cum die *octavo* tabernaculorum. Contra, si deleas & v. 53. cap. VII., & ea, quae de adultera a Iohanne narrantur *undecim* prioribus vv. cap. VIII., quiddam erit admodum difficile captu, quomodo possis intra dies festos scenopegiae Iudaeorum concludere dicta Christi, inde usque a v. 12. in capite illo VIII. descripta.

Quid vero illud est, quod Clericum, & Wetstenium nihil puduit suas facere impuras, atque omnino indignas suspiciones, quas ex huius historiae narratione Theodorus Beza in Christum

ſtum ipſum omnis caſtimoniae fontem, & exemplum auſus eſt excitare? Nam ea Bezae verba utrique iactitant: *Quod narrat Ieſum ſolum fuiſſe relictum in templo cum muliere, neſcio quam ſit probabile; nec ſatis cohaeret cum eo, quod mox, ideſt v. 12. dicitur eos rurſus allocutus*. Sed iure, meritoque *Maldonatus* ad haec: *Quis vir Beza? quam pudicus? quam abhorrens ab omni ſuſpicione adulterii? Nemo Gallus ignorat... ſi hunc locum* Beza *iccirco delet, quod ſolus cum muliere manſerit Chriſtus, inducat & hiſtoriam totam Samaritanae, aut Chriſtum accuſet, quod ſolus cum ſola non in templo, ſed in loco item ſolo, in agro longe ab omni teſte locutus fuerit. Quid, quod haereticus interpres* (evangelicum teſtimonium) *non intellexit?...* Cum *ſolus* (Ieſus) *manſiſſe dicitur* (& mulier in medio ſtans) *ad ſolos accuſatores, aut ad perſonas, quae ad iudicium illud pertinebant, referendum eſt, neminem manſiſſe ex omnibus, praeter iudicem, & reum, ideſt Chriſtum, & adulteram, ceterum auditores eoſdem, qui ante erant, remanſiſſe, in quorum* medio *manſerit adultera*. Ac certe quod v. 12. de Chriſto ſubditur: *Iterum ergo*, (quae particula vim ſimplicis tranſitionis heic retinet) *locutus eſt eis Ieſus*: neceſſario refertur ad v. 2. eiuſdem c. VIII: Πᾶς ὁ λαὸς ἤρχετο πρὸς αὐτὸν, καὶ καθίσας ἐδίδασκεν αὐτούς. *Omnis populus venit ad eum, & ſedens docebat eos*. Sicque etiam intelligitur, quo pacto, dimiſſa adultera, Chriſtus eodem *octavo die, exodio* nempe feſti tabernaculorum, ſermonem ad Iudaeos antea commemoratos iterum converterit.

Nonnulli ſacrilegi paganorum, Auguſtino teſte l. 22. c. 25. *cont. Fauſtum*, reprehendebant Chriſtum *tamquam.... puerilis fatuitatis affectum, quod inclinato capite digito ſcribebat in terra, & cum hominibus interrogantibus reſpondiſſet, rurſus hoc facere coepit*. Sed quaſi parum eſſet Chriſti factum tam impie intepretari, aliquid de ſuo Clericus addendum putavit, quo fieret, ut Chriſti ipſius ſcriptura in obſcenae rei ſuſpicionem trahi facillime poſſet. Nam in adnotatione ad v. 6. cap. VIII. Ioh. *Papiam, aut alium hanc circumſtantiam mutuam cepiſſe* ſuſpicatur *ex eo, quod refertur de Menedemo, & quod ita narrat Diogenes Laërtius... cum adoleſcens adverſus illum* (Menedemum) *aſpere quid dixiſſet, reſpondit quidem nihil, ſed ſumpta feſtuca pingebat in pavimento*

vimento figuram muliebria patientis (*traiecti* παραινομένου vertit Ioh. Sambucus Tirnavien.,) *donec videntibus omnibus*, *adolescens intellecta contumelia* abscessit.

Nil ego miror paganam caecitatem gentilium, si in facto Christi *divinam* illius *sapientiam* intelligere nequivere. Qui enim veram oderunt sapientiam, quo pacto eam invenire, aut etiam cogitare possent? Hanc vidit Augustinus, vidit Ambrosius, vidit Hieronymus, viderunt antiqui omnes, quibus historia ista innotuit, hodieque denique videt Ecclesia tota per orbem terrarum diffusa. Sed miror impudentiam Clerici, qui ex obscena Menedemi pictura formam scriptionis Christi conceptam, fictamque dicere non erubuit, quando in hoc facto nihil est, quod non castum, non decens, non denique Christi moribus omnino dignum videri debeat. Id *Calvinus* ipse recentium haereticorum princeps, ut Maldonatus observat, fateri coactus est. Si deinde (quod cl. Garbellus probare suscepit) *Papias quinquaginta ad minus annis praemortuus* est *Laërtio*, qui fieri potuit ut hanc circumstantiam mutuam acceperit a scriptis Laërtii, necdum inter mortales cogniti? His adde, quod nec ingenium, nec religio, nec studia Papiae ad huiusmodi ineptiarum, nugarumque genera in philosophorum exemplis quaeritanda accommodata erant.

At praestat Clericum mittere ad Socinianorum subsellia, ut vel inde discat paullo modestius de rebus a Christo gestis sentire. *Tanta est*, ait Wolzogenius, *in hoc facto sapientia*, *ut ausim affirmare*, *si omnes homines ingenia sua conferrent in unum*, *& excogitare vellent aptissimum aliquem modum eludendi tam ambiguam*, *atque captiosam quaestionem*, *quem proposuerunt Pharisaei non reperturos aptiorem*, *atque iste est*, *quo usus est Christus*. *Hoc ergo tam aptum*, *tam sapiens factum Christi quisquis absurdum dicit*, *nae ipse valde absurdus est*. Discat & a *Beausobrio* κριτικωτάτων acerrimo: *Il vaut mieux ne rien dire des actions de I. C. dont la raison ne nous est pas connue*, *que d' en dire des choses incertaines ou indignes de sa sagesse*. *On peut croire que c' est une des ces actions symboliques*, *que I. C. a faites quelquefois pour donner indirectement quelque leçon*. *Voyez Matth.* XXI. 19., *& Jo.* II. 15.

Ubi

Ubi vero responsum Christi tamquam eo indignum carpere Clericus non veretur, audiat Iohan. Alb. Fabricium, qui nihil non Christo Deo dignum in eo responso detegit, si tantum, quod omnino certum videri debet, ponatur redditum illud fuisse *non legitimo magistratui*, *sed hypocritis*, *quibus non erat integrum capitali supplicio moecham afficere*. Audiat *in eamdem sententiam Dan. Withby com. in h. l.*, *& Iac. Gussetum in confut. lib.* Chisuk Emuna, vindicantem adversus impium auctorem Iudaeum non modo divinae misericordiae largitatem, qua adulteram absolvit, sed & dignum Christo Deo primum illud fuisse ostendit responsi genus, quod non *iudicibus*, sed Pharisaeis *zelotis*, & hypocritis divinus ipse Magister dedit. Audiat & Ioh. Christoph. Wolfium, qui mox recitatas symmistarum suorum sententias adiecto calculo luculenter confirmat.

Nobis satis est audire inter ceteros ecclesiae PP. Augustinum, qui tract.37. in Ioh. symbolici huius facti mysterium explicaturus sic loquitur: *Quid respondit veritas? quid respondit sapientia? . . . Videte quam plenum sit iustitia, plenum mansuetudine, & veritate*. Qui sine peccato est vestrum, *inquit*, prior in illam lapidem mittat. *Responsio sapientiae! Quomodo eos intromisit in se? . . . Quid vobis aliud significat, cum digito scribit in terra. Digito enim Dei lex scripta est, sed propter duros in lapide scripta est. Nunc iam Dominus in terra scribebat, quia fructum quaerebat. Si diceret: non lapidetur adultera; iniustus convinceretur: si diceret lapidetur, mansuetus non videretur: dicat quod dicere debet mansuetus*, qui sine peccato est vestrum, prior in illam lapidem mittat. *Haec vox omnino iustitiae est, qua iustitia illi tamquam trabali telo percussi sese inspicientes, & reos invenientes*, unus post unum recesserunt. *Dominus autem cum illos telo iustitiae percussisset, nec dignatus cadentes attendere, sed averso ab eis obtutu*, rursum digito scribebat in terra. Et serm.13. in v.10. psal.2. *Digito scribebat in terra, ut erudiret terram*. Ac rursus de cons. evangel. l.IV. c.10. *Digito scribebat in terra, tamquam illos tales in terra scribendos significaret, non in caelo . . . , aut quod se humiliando, quod capitis inclinatione monstrabat, signa in terra faceret; aut quod iam tempus esset,*

ut

ut in terra, *quae fructum daret*, *non in lapide sterili*, *sicut antea*; *lex eius conscriberetur*. Audin' quae & quanta unum hoc *symbolicum* Christi *factum* (quale illud Beausobrius appellat) designare potuerit?

Quod si certam aliquam sententiam sive ab Ambrosio, sive a Hieronymo, sive a S. Thoma, sive etiam a Calmeto indicatam Christum in pulvere pavimenti sive templi, sive gazophylacii, sive atrii mulierum, scripsisse dixeris; erit qui inter cetera illud quoque tibi opponere fortasse velit de pulvere, in quo Christus litteras exararit; neque enim, obiiciet, credibile fit, tantam pulveris copiam, quanta ad characteres excipiendos necessaria videbatur, in eo templi solo inveniri potuisse. At facile habebis quid homini respondeas, si tantum memineris *pulveris*, quem *de pavimento* ipso sive *tabernaculi*, sive *templi* interioris, ut ait Philo vol. 2. pag. 309. ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ ἐδάφους sumere debebat sacerdos ad praeparandas aquas *zelotypiae*, ita Numer. v. nuncupatas. Sed nec putandum est eo in templi loco fuisse Christum, quo, ex Mischna in tr. *Beracoth*, non licebat Iudaeis ingredi *cum calceis*, seu *sandaliis*, & *pulvere pedibus adhaerente*. Immo nec in atriis, sed in spatio, quod erat *inter septum* cancellatum, *& atrium primum*. Nam & hoc ipsum spatium πρῶτον ἱερὸν, *primum templum*, a Iosepho appellatum observat l'*Empereur*, adnot. in Middoth. n. 3., ubi non ita multo post subiungit: *Sane cum Servator in templo docuisse* c. 8. *Iohannis legitur*, *quo mulierem in adulterio deprehensam Pharisaei ipsi adduxerunt*, *alium locum praeter hunc*, *qui erat extra atria*, *designari credere nequeo*, *quandoque a Iosepho observatum iam fuit impuris atria adire fas non fuisse*? Ligfootus *in atrium mulierum* adulteram adductam putat, ubi & *decem ac tria gazophylacia* collocat, etsi l'*Empereur* ea *non intra*, sed *extra*, eiusdem tamen atrii muris inhaerentia, statuat. At vero sive intra, sive extra mulierum atrium, in priorem templi περίβολον, quo Christus ex monte Olivarum veluti recta venerat, adulteram adductam velis, dubitari vix potest, quin magna pulveris copia ex confluxu pene innumerabili populorum eo in loco, ubi Salvator noster versabatur, congesta pavimentum

tum obtegeret; praesertim quum in gaudiis *festi tabernaculorum* non dies tantum, sed & noctes omnes, novo veluti ritu, per illud temporis, Hebraei ducere consuescerent.

Nugas alias, quas Clericus garrit, commemorare pudet; tam vanae sunt, futiles, & indignae prorsus quae prudentum, doctorumque virorum oculis subiiciantur.

Neque obtortis, & commentitiis interpretationibus, quibus noster iste Aristarchus totam hanc *pericopen* in peregrinos, absurdosque sensus trahere nititur, ingentem orthodoxorum interpretum seriem, sed unum opponam e protestantium numero Wagenseilium virum eruditissimum, qui, ut ille scribit, *nova* quidem ratione, *verum* κατ' ἀναλογίαν τῆς πίστεως, eam explicare curavit apud Surhenusium leg. Mischnicar. p. 111. in adnot. 2. ad n. 1. tr. de *sota*, sive *de uxore adulterii suspecta* p. 190. 191. Ex ea enim Wagenseilii ἐξήγησι quisquis fuerit praeiudicatae mentis opinionibus vacuus statim intelliget, longe aliter quam Clericus putarit, singulas *pericopes* huius partes sic accipi debere, ut nihil in iis inveniri queat, quod cum evangelicae historiae ingenio, ac dignitate non omnino conveniat.

Postrema nunc restat difficultas, quae tota repetitur ex antiquitate, & numero codicum, in quibus historia de adultera vel ex integro omittitur, vel obeliscis, sive etiam asteriscis notatur, vel loco suo mota, immo vero & ex eodem ipso VIII. Iohannis cap. alio translata conspicitur.

Omittunt utraque versio Syriaca; sed illa in primis, quae *pura* dicitur, &, tamquam apostolicis temporibus proxima, antiquitatis praestantia, alteri antecellit. Omittunt celeberrimi Alexandrini codd. Vaticanus, & Londinensis; Urbin. Vatic. 2. Itemque Vaticani alii 360. 364. 758. 1229., Palatino-Vat. 220., Barberin. 211., Vallicellan. B. 133., Evangeliarium Eminentiss. Card. de Zelada, Regius 1905., & 2861., qui scilicet est *octavus* R. Stephani; (hoc enim spatium vacuum, ubi historia nostra scribenda erat, relinquit) cod. Venet. bibl. s. Marci continens evangelia cum catena PP., alter ven. R. P. Canonici, sec. IX., vel X., Lectionar. Graec. Laurentian. bibl. aureis litteris exaratum, Neapol. bibl. Augustin. S. Ioh. ad Carbonariam,

quamquam ad marg. recentiori charactere, ſaeculi nempe XII., adnotatum habeat λυ^{π} (pro λει^{π}) ω^{δ} φυ^{λλ} τόδε *mancum ſic eſt folium iſtud*. Omittunt & Latini codd. Brixien., & Vercellenſ.

Obelis transfigunt codd. Vatic. 79. 89. 208. 356. 1160., Palatino-Vatic. 136.; ſed hic obelos habet praefixos manu ſecunda. Barber. 13. a v. 3. ad 11. uſque. Cod. Evangel. Ang. bibl. minoris formae a verſu tantum 3. cap. VIII. Nam. 53. cap. VII., ut & primum & 2. VIII., ſine obelis exhibet. Codd. Regii 1883. 3424. a Wetſten. indicati.

Aſteriſcis praenotant Vatic. 180. 189. 354. 756. cum ſcholio ad marg. Τοῦτο ἐν τίσιν τῶν ἀντιγράφων οὐκ εὑρίσκετο· διὸ οὐδὲ σχόλια ἐδέξατο. Barber. 10. 115., & apud Wetſten. Baſileenſis indicatus ſub litt. E, & Colb. ſub n. 24. Cur vero hiſtoria iſta *aſteriſcis* praenotata fuerit, hanc cauſſam, inquit idem Wetſten., reddit *ſcholion* cod. 34. ideſt *Coislin.* 195. ἰστέον, ὅτι διὰ τοῦτο μετὰ ἀστερίσκων ἐτίθησαν τὰ περὶ τῆς μοιχαλίδος, ἐπειδὴ εἰς τὰ πλείω τῶν ἀντιφράφων οὐκ ἔγκειται, πλὴν εἰς τὰ ἀρχαιότερα ηὕρηνται.

Transferunt ad calcem evangelii Ioh. cod. Vatic. 358. cum ſcholio τὸ περὶ τῆς μοιχαλίδος κεφάλαιον ἐν πολλοῖς ἀντιγράφοις κείμενον γεγράφαμεν. Vatic. 365. item cum ſcholio ſequenti: Εὕρεται καὶ ἕτερα ἐν ἀρχαίοις ἀντιγράφοις· ὅπερ συνείδομεν γράψαι πρὸς τῷ τέλει τοῦ αὐτοῦ εὐαγγελιστοῦ· ἅ ἐστι τάδε; quae duo ſcholia conferenda erunt cum iis, quae Wetſtenius refert, alterum ad cod. 37., ad *Coisl.* ſcilicet 21., uti & ad 102. (ni fortaſſe heic erret nota numeri) alterum ad codd. PP. Orat. Pariſ., & Nicetae, tum Reuchlin. cum ſcholio, quod integrum Wetſtenius exſcripſit; aliique codd. plures ab eodem ipſo Wetſten. laudati. Reiiciunt vero in finem Luc. XXI. Wetſteniani 10, 13. ideſt Reg. 2244., & 69., nempe *Leiceſtrenſis* ſaec. XIV.

Nullam denique iſtius hiſtoriae mentionem faciunt antiqui PP. Non Origenes, non Chryſoſtomus, (quod ab ipſo quoque Euthymio obſervatum eſt) non Cyrillus, non ipſa denique catena Patrum ſive quae edita, ſive quae exſtat in variis codicibus.

Armeni, ut Nicon teſtatur, eam tamquam pluribus noxiam,

xiam, & damnosam ἀκρόασιν, reiiciunt, aut certe, quemadmodum narrat Iohannes Gregorius in *praef. ad observ. sacr.*, ad calcem Evangelii adtexunt.

His adde mss. Coptorum codd., quorum paucissimi, ut & Wilkinsius, & Wetsten. referunt, hanc *pericopen* a v. 53. c. VII. ad v. usque 12. c. VIII. habent, eamque uncis inclusam exhibent, ut eo veluti indicio significent historiam de adultera in publicis saltem ecclesiae conventibus non legi.

Ad hanc difficultatem solvendam sat esset, duce viro longe doctissimo Augustino Calmeto, *exemplaria exemplaribus opponere, graeca graecis, latina & orientalia latinis & orientalibus.*

Ac sane Syris codicibus versionis ܦܫܝܛܬܐ *simplicis*, qui hanc nostram historiam praetermittunt, opponimus eos, in quibus ex probatis testibus saec. V. ineuntis *pericope* de adultera sub initium cap. VIII. Iohan. reperiebatur. Nam *Maras* Amidenus Episcopus ex testimonio *Zachariae Meletinensis*, ut illud citat Dionysius Barsalibaeus in suo ipsius Evangelii codice canone *69.*, historiam adulterae descriptam retulit, eamque interpretatus est; etsi *Marae versio discrepat ab ea, quam edidit Waltonus ex cod. bibl. Usserii in Polyglottis, & F. Naironus in Testam. N. impresso Romae typis Sac. Congreg. de P. F. an.* 1703. *Nec mirum, quum in graecis etiam exemplaribus magna appareat varietas.* Sic nempe Sim. Assemanus tom. II. *Bibl. Or.* p. 53. Scribit certe Barsalibaeus saeculo XIII., hanc historiam non exstitisse in omnibus exemplaribus evang. Ioh. Sed qui dicit non *in omnibus* ܒܟܠܗܝܢ, necessario consequitur, ut in pluribus saltem se eam invenisse significet. Antiquae, sincerae, & optimae notae est codex Usserii, ex quo Dilherrus περικοπὴν istam in *Dictum* VI. *Eclogarum sacrarum*, & ex Dilherro *Aegidius Gutbirius* in Syram, eamque praeclaram editionem N. T. fidelissime transtulit. Sed & ille idem codex praeviam habet admonitionem, qua ingenue dicitur, in vulgatis Syrae ecclesiae codd. lectionem de muliere peccatrice non reperiri. Id vero non facit, quin & codex iste solidum & germanum testimonium sit traditionis, quae inter Syros scriptores de huius historiae fide, & veritate a maio-

ribus accepta perpetuo viguit. Caussa igitur, cur in vulgata versione *simplici* Syrorum haec historia desideretur, alia quaerenda erit, quam quae a Beza, Grotio, Clerico, Wetstenio, aliisque eius ingenii criticis fingitur.

Sin autem consulere velis *Tatiani diatessaron*, quo harmonia evangelica condita ab eo est ad an. aer. vulg. circiter 172. dubitare non poteris, quin nostra haec *perioche* saec. II. a *Syris* ipsis agnita, & recepta fuerit tamquam *autographa* Evangelistae Iohannis. Eam enim Tatianus numerat inter partes illius divini evangelii. Quodque notatu dignum est, sic observante Millio *Proleg.* pag. 38. huius *diatessari exemplaria*, quemadmodum testatur Euseb., *passim apud Syros circumferebantur*, *in locis praesertim Mesopotamiae vicinis*; & quidem tanto numero, ut *Theodoretus ad episcopatum Cyri evectus circa an.* 420. *codices plus ducentos invenisse se dicat in ecclesiis suis lectitatos*.

Codicibus Alexandrinis alios perinde eiusdem generis codd. opponimus, eumque in primis, quem Gregorius *Bar-hebraeus* saec. vertente XIII. in *Horreis mysteriorum*, in haec verba ab Assemano to.II. p.169. *Biblioth.Orient.* descripta, commemorat: *Post illum versiculum*, Propheta non surget ex Galilaea:

ܐܫܬܟܚ ܒܟܪܘܙܐ ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܦܣܩܐ ܕܐܢܬܬܐ ܕܓܝܪܬܐ

repertum est in cod. Alexandr. caput de muliere adultera, *quam quidam ad Iesum adduxere, num legi lapidationis eius consentiret. Ipse vero inclinatus* ܘܟܬܒ ܚܛܗ̈ܝܗܘܢ ܕܟܠܚܕ ܡܢܗܘܢ ܥܠ ܐܪܥܐ uniuscuiusque eorum peccata in terra scripsit, *& illi relicta ea abierunt. Iesus autem dixit: vade, & noli amplius peccare.* Similem omnino codicem prae manibus forte fortuna habuit *Wagenseilius*. De eo haec scribit adnot. in *Mischnam de Sota* p.190. Postquam enim retulit ea Ioh. verba: *Iesus autem incurvatus deorsum*, *digito scribebat in terra*, continuo subdit: *non possum silere ingens glossema*, *quod in* illustris Pauli, Aubeswaldii Baronis *veteri cod. ms. Graeco*, *quatuor Evangelistarum*, *cum olim in Hungaria eo uterer*, *post ipsa verba* (... τῷ δακτύλῳ ἔγραφεν εἰς τὴν γῆν) *reperi*: *subiicitur enim ibidem*: ἑκάςου αὐτῶν τὰς ἁμαρτίας. Hoc

Hoc vero glossema, quod *in margine* antiquioris apographi antea *notatum* fuisse coniicit, *scribae alicuius imperitia, uti saepe factum est, ipsi postea textui* (in cod. Hungar. descripto) insertum existimat.

Ad haec, si quae de codice Cantabrigiensi scribit Wetstenius vera essent, eum inter Alexandrinos magis, & Aegyptios quam inter occidentales, & Latino-Graecos, secus atque ille statuit, recensendum esse putarem. *Hoc codice usum fuisse* existimat *Thomam Charckel, sive Heracliensem, cum an.* 615. *Alexandriae versionem Syriacam alteram, auspiciis Philoxeni adornatam, cum codicibus Graecis conferret, & variantes lectiones in margine adnotaret. In eo enim margine plurimae valde longae, adeo etiam valde absurdae lectiones reperiuntur, quas frustra alibi quam in* Cantabrigiensi *quaeras*. Eique *probabilius saltem videtur, codicem* Thomae, & Cantabrigiensem *esse unum, eumdemque*. Sic enim codex *Cantabrigiensis* multo verius *Alexandrinus*, & in Aegypto, non autem in *occidente*, neque ab *homine latino* scriptus dici deberet. Quo enim pacto fieri potuisse credam, ut Syrus Episcopus Thomas statim in promptu haberet codicem graecum in occidente exaratum, & a latinis oris Alexandriam ad illius nutum in tempore delatum, quo opportune uteretur ad collationem Syriacae versionis cum eo instituendam, nisi quicquid fingere tibi libeat, id etiam in rerum natura, ita, ut tute finxeris, reipsa factum existimes? Longe itaque probabilius videri potest codicem, quo usus est Thomas, fuisse iam Alexandriae, & in Aegypto multo ante a Graeca primum manu descriptum. Sic autem, quum in eo reperiatur historia adulterae, iam haberemus codicem alterum Alexandrinum, qui novum ei adderet pondus auctoritatis.

Quapropter, ut ingenue dicam, quod sentio, Wetstenii coniectationes de codice Cantabrigiensi, qui usui fuerit Thomae Heracleensi in collatione secundae versionis Syrae, commentitias, & falsas esse suspicor.

I. Thomas testatur suam illam versionem se contulisse cum *tribus graecis* exemplaribus Alexandriae in monasterio S. Antonii; neque eorum alterum *Graeco-Latinum*, vel *Latino-Graecum* cuiusmodi esset, Wetstenii iudicio, *Cantabrigiensis*, appellat.

II. Ordi-

II. Ordinem Evangeliorum ſecundum Ammonii, & Euſebii canones retinet, nec uſquam ſignificat, varium eum eſſe in uno ex tribus illis a ſe inſpectis codd., ubi, quemadmodum fit in Cantabrigienſi, primas teneret Evangelium Matthaei, ſecundas Evangelium Iohannis. Thomas ergo cod. Cantabrig. non vidit. Nam ſi vidiſſet, qui fieri poterat, ne quid de hiſtoria adulterae ex eo codice admonere vellet?

III. Variantes Graecae, quas Wetſtenius affirmat ſe vidiſſe ad margines verſionis Syrae a Thoma Heracleenſi recognitae, quaſque teſtatur alibi non reperiri quam in *Cantabrigienſi*, in cod. bibliothecae Angelicae pauciſſimae ſunt, quae hoc nomine donari mereantur: eaeque in aliis pleriſque codd., praeterquam in Cantabrig., reperiuntur. Nam omnes fere, aut ipſae ſunt Graecae voces, quas Syrus interpres, quum proprias non haberet, in textum ad formam nativae linguae traductas, adhibuit, aut nudae quaedam, & ſimplices ſunt explicationes Syrorum nominum; reliquae, quas iure variantes dixeris, rariſſime occurrunt. Quin etiam tam male quandoque expreſſae, & exaratae deprehenduntur, ut ſcriptorem indicent Syrum, qui Graeca rite reddere neſciret. Exempli cauſſa Iohan. I. 28. Syriace legit in textu ܒܒܝܬ ܥܢܝܐ *in Bethania*, (ut & in ſimplici,) in margine vero interiori graece notatur εν Βηθαραβα mendoſe, pro ἐν Βηθαβαρᾷ, ubi etiam littera ρ (quemadmodum & alibi ſemper) inverſo ocello ꝗ pingitur. Noſter iſte codex delituerat amiſſus ad annum uſque Graecorum 1046., Chriſti 735. Multo igitur ante ſcriptus fuerat. Sed de illius antiquitate alius fortaſſe erit dicendi locus.

IV. P. Couſtantius Maurinae Congr. Monachus, vir certe doctiſſimus, in vita S. Hilarii Pictavien., codicem Cantabrigienſem (ſi is tamen eſt, cuius, ut contendit Wetſtenius, meminit *Druthmarus* Monachus Corbeien. ad an. circiter 840.) eiuſdem S. Hilarii manu deſcriptum cenſuit. Contra eruditiſſimus *Garbellius*, in epiſt. ad P. Blanchinium inter Prolegom. ad *Evangeliar. quadrupl.*, unum eſſe putat ex Aſiaticis codicibus, quem magnus Pictavienſium Antiſtes pro fidei cauſſa relegatus in Phrygiam ſibi inibi comparaverat, ſecumque dein ab exſilio redux detu-

detulit in Galliam . Sic autem neuter codicem Cantabrigienſem cum eo , quem Druthmarus commemorat , eumdem eſſe exiſtimavit . Neque enim inter codd. graece ſcriptos unus eſt Cantabrigienſis , qui eum ordinem Evangeliorum retineat , ut primum ſit Matthaei , alterum Iohannis , tertium Lucae , quartum Marci . Nam & Graecus ille , quem S. Euſebius Vercellenſis latine donaſſe dicitur , eumdem prorſus ordinem haud dubie ſervabat . De hoc tamen argumento vide quae egregie ſcripſit in cit. ep. laudatus *Garbellius* .

Verum ſi in tanta , quae fertur , opinionum varietate de natali ſolo Cantabrig. codicis , meam mihi quoque liceat divinationem proferre , eum in Aegypto , uti ab initio coniicere coeperam , ſcriptum putarim ; praeſertim ſi (quemadmodum viſum eſt Wetſtenio) unus ſit ex codicibus , quibus uſus eſt Thomas Heracleenſis . Ea enim argumenta , quae , iudice Wetſtenio , probant codicem iſtum fuiſſe in occidente , & ab homine Latino exaratum , probare peraeque valent in Aegypto fuiſſe deſcriptum a viro , qui graecam linguam non ignoraret .

Legit Wetſtenius in codice Cantabrigienſi Marc. xv. verſ. 15. φλαγελλώσας ; indeque ſtatim collegit Latinum hominem ad nativae linguae ſuae morem graecam vocem φλαγελλώσας ſcripſiſſe ? Quid vero , ſi quis mutationem τοῦ ρ in λ , non ex latina ſcribendi ratione , ſed ex vitio pronunciationis , quo maxime Aegyptii ſcriptores graeca nomina corrumpere ſolebant , repetendam putet ? Habes in *Graeco-Coptis litaniis* , quas edituri ſumus δευτελαρίας , & δευτελαρίου pro δευτεραρίας , & δευτεραρίου , converſo ſcilicet , abſurdae pronunciationis cauſſa , ρ in λ . Annon & Graecus natione erat S. Zacharias Pontifex , qui φλαγέλλιον pro φραγέλλιον uſurpavit in *dialogis* a ſe in graecam linguam converſis S. Gregorii Magni lib. I. c.2. , & lib. III. c. 12. Id iam & Ducang. , & clariſs. Maurinus oper. S. Gregorii editor & illuſtrator obſervaverant . Habes etiam in Heſychio ſub voce σκυτάλη , φλαγέλλιον , σκύταλαι , φλαγέλλια , λῶροι . Verum , etſi φραγέλλιον , aut φραγέλλια ſive apud Zachariam , ſive apud Heſychium legeris , hoc ipſum tamen vocabulum a Graecis uſurpatum , teſte Eudemo,

'Pω-

'Ρωμαϊκόν ἐςι, *Romanum*, latinae nempe originis, *eſt*. Vid. Ducangium. Eccur igitur φλαγελλώσας uni latino tribuas, quod & Aegyptio, Graecove ſcriptori tribui perinde potuit?

De Δανιήλȣ quod ſcribit Wetſtenius, quaſi Cantabrigienſis cod. ſequutus fuerit ad Matth. XXIV. 15. latinum *Danielum*, purum putum commentum eſt. Nam quaeſo, erat ne Fl. Ioſephus *Antiq. Hebraicar.* auctor, Latinus, an Graecus ſcriptor? Certe licet Hebraeus gente, graece tamen eleganter, ex eruditorum ſententia, ſcripſit. At is lib. X. *Antiq.* cap. 10. & alibi non Δανιήλ, *Daniel* indeclinabile, ſed Δανιήλȣ, *Danieli* nomen expreſſit. Unde & Δανιῆλος, inquit, ἐκαλεῖτο, *Danielus vocabatur*. Errat igitur Wetſten., errat & Richard. Simon, quum ex Δανιήλȣ nomine coniicere ſe poſſe putant, *Latinum* fuiſſe ſcriptorem cod. Cantabrig. Quod ſi adhuc contendere velint, *Graecum* non eſſe, quod Δανιήλου vocem non ab alio, quam a barbaro ſcriptore prodere potuiſſe decernant, ubinam, obſecro, certius, huiuſmodi ſcriptorem, niſi in Aegypto, invenient? Profecto apud ſolos Copto-Thebanos non infrequens mos iſte eſt, ut graeca quaedam verba vel terminent, vel corrumpant per ου. Unde Marc. XV. 15. ſcribunt αφραγελλου, & Ioh. XIX. 1. ⲥⲁϥⲙⲁⲥⲧⲓⲅⲟⲩ: in precibus vero Liturgicis ex Borgiano fragmento: Μιχαὴλ ἀρχαχγγελου, pro ἀρχαγγελε, legitur.

Λεπρώτȣ vocabulum *a prima manu* in cod. Cantabrigien. ad XXVIII. Matth. cap. v. 6. poſitum, ſi illius originem paullo curioſius inveſtigaſſet, Graecum, & non Latinum, neque a Latino ſcriptore inductum dixiſſet. Ut enim λεπρῶσα, *leproſa* apud *Aquilam*, & *Theodotionem* in Lexico *Montfauconii* ad Hexapl. Origenis graeca vox eſt, per contractionem ducta a λεπρόω, *leproſum eſſe*, ſic etiam eſt λεπρῶσος, & inde λεπρώσȣ Cantabrig. Huiuſque verbalis, & quidem *contracti* nominis notam ſatis cognitam, perſpectamque habere potuiſſet Wetſtenius ex ω, quo contractio gemini οο in ω facta ſignificatur. Quid, quod ſcriptor fortaſſe, quum ad Matth. XXVI. 6. ἐν οἰκίᾳ Σίμωνος τȣ͂ λεπρώσȣ poſuit, eo λεπρώσȣ nomine exprimere voluit *cognomentum*, non morbum Simonis? Nam in aliis omnibus evangeliorum locis, ubi de *leproſo*, *leproſiſve* fit mentio, ſemper τȣ͂ λεπρȣ͂, ſive λεπρὸς nomi-

nominibus eos appellat, ſed abſoluto opere, poſtquam ad codicis ſui recognitionem, eiuſque cum ceteris ἀντιγράφοις collationem venit, quum, non modo alibi, ſed & Marc. XIV. 2. ſe ſcripſiſſe deprehendiſſet ἐν οἰκίᾳ Σίμωνος τοῦ λεπροῦ, revocata ſententia, *ſpongia* delendum ſtatuit ad cit. Matth. teſtimonium τοῦ λεπρώσου, eiuſque loco reſtituit τοῦ λεπροῦ, ut ſuum hocce exemplar in eo nomine cum ceteris conveniret.

Reſtat τὸ Σαμαρειτανῶν Matth. c. X. v. 5., quod etiam novum quoddam Latini ſcriptoris indicium eſſe putat Wetſtenius. Itane vero? Ergo non Latinum, ſed Graecum dicat neceſſe eſt vulgatae noſtrae ſcriptorem, quia 4. Reg. 17. 29. ſemel *Samaritae* Graeca voce dicti ab eo ſunt, qui tamen in aliis omnibus ſacrae ſcripturae locis ſemper *Samaritani* ab eodem ipſo vocantur; ſic enim & in Cantabrigienſi codice *ſemel a prima manu* poſitum legebatur Σαμαριτανῶν, quum alibi ad Graecam formam ſemper legatur Σαμαρειτῶν. Nil praeterea vetat, quin e calamo Graeci, aut etiam Aegyptii ſcriptoris, nomen Σαμαριτανῶν a Latinis deſumptum, hoc tantum in loco excidere quiverit; ſed quod ſecundis poſtea curis recognitum, uti revera accidit, emendarit. Et hinc fortaſſe eſt, cur in aliis evangeliorum locis perinde atque in Actis Apoſtolorum Σαμαρείτας, non Σαμαριτανοὺς, Samariae populos appellarit. Quid, ſi Σαμαριτανῶν ſcribere potius voluit, quam Σαμαρειτῶν, ne gentem confunderet cum *miniſtris menſariorum*, qui aevo ſuo iam dici coepiſſent Σαμαρεῖται, ii ſcilicet, quorum munus ex edicto Iuſtiniani illud fuiſſe novimus, ut conficiundis rationibus adeſſent, confectiſque ſubſcriberent; etſi poſtea, re melius conſiderata, reſtituendum putarit Σαμαρειτῶν, ad normam exemplarium antiquioris notae? Si deinde in Cantabrig. ſcriptum prima manu fuiſſet Σαμαρειταίων; nam Σαμαρειταῖοι ex onomaſtico Geſneri *dicti ſunt qui Samariam habitant*; facile accidere potuit, ut alucinati Wetſten., & Millius ipſe legerint Σαμαρειτανῶν, ubi ſcriptum erat Σαμαρειταιων, confuſa ι dipthongi τῆς αἰ cum ν, ob ſuper inductae liturae umbras ab emendatrici manu relictas. Huc facere poteſt vox Σαμαρειτηνων poſita pro Σαμαρειτων, in cod. Reg. a doctiſſimis edi-

toribus

toribus oper. S. Athan. laudato in adnot. ad *Synopſ. ſcript. ſac.* tom. II. pag. 253. Quiſquis tandem memoria teneat nomina τῶν Σιμονιανῶν, Βασιλιδιανῶν, Μενανδριανῶν, aliorumque id genus principum Chriſtianae fidei corruptorum in antiquiſſimis *Origenis*, & *Euſebii* libris crebro commemorata, ſtatim fortaſſe coniiciet ſcriptorem cod. Cantabrig., ubi nomen τῶν Σαμαριτανῶν pro Σαμαρειτῶν expreſſit; *ſectam* magis quam *nationem* Samaritanorum in eo Matth. loco indicare voluiſſe. Ceterum non uni Graeci, ſed & Aegyptii antiquis illis temporibus ſolida quaedam Latinorum nomina ſua feciſſe deprehenduntur.

Alia praetereo vocabula, quae Wetſtenius a Latino homine deſcripta putat, ea praeſertim de cauſſa, quod frequens in iis litterarum quarumdam permutatio occurrat. Verum nulli magis quam Aegyptii in Graecis nominibus efferendis huiuſmodi litterarum commutatione abuti conſueverunt.

Porro ex *Latina interpretatione* Graeco textui in codice Cantabrigienſi adiecta, colligere velle, ſcriptionis auctorem Latinum fuiſſe, qui in *occidente* natale ſolum ſortitus fuerit, nimium debilis, & infirma eſt coniectura Wetſtenii. Non enim deerant in monaſteriis Coptorum, qui Graecam, Latinamque linguam ſimul addiſcere ſtuderent, quamquam circa *Dioſcori* tempora Graiarum litterarum nitor apud illius gentis monachos iam obſoleverat. *Theonam* inter ceteros memorat Sozomenus lib. VI. *H. E.* cap. 25. Aegyptiorum, Graecorum, Romanorumque litteris, ac diſciplinis eruditum. Sed & alios eius gentis aſcetas, qui praeter Aegyptiam, Graecam quoque, Latinamque linguam callerent, Pallad. in *H. Laus* refert. Nec praetermittendum eſt Latinorum plures conſueviſſe in Aegyptum ad illius gentis Monachos proficiſci, ut vitam cum iis ducerent, & monaſticam diſciplinam exercerent. Nihil igitur probabilius eſt, quam ut divinum novi praeſertim Teſtamenti volumen, patria lingua exaratum, ſecum ferrent: ex quo poſtea deſumpta fuerit Latina illa verſio, quae in Cantabr. cod. hodieque cernitur Graeco textui in eum fere modum, quo eſt Copto-Thebaica in hoc noſtro Fragmento, accommodata. Sed Latinae huius translationis adiunctor, quum lin-

linguae nostrae satis rudis, & imperitus esset, multa vel invitus in ea peccavit. Quod nemini mirum in Aegyptio homine videri deberet.

Verum quum ego meditor Graeca illa barbara, quae Millius ad calcem pag. 132. *Prolegom.* edit. Oxon. *N. T.* an. 1727. collegit, eaque confero cum liturgicis precibus, & canticis ex alio iam Borgiano Fragmento laudatis, multo vehementius in eam opinionem impelli me sentio, ut credam codicem Cantabrigien. in aliquo Aegypti monasterio fuisse descriptum. En ποιηκον, idest canticum, ex fol. ρπε.' Graece: Αποστολοι καη Μαρτηροι καη παντοις Προφητοις πρεσβευσομεν υπερ τονοσσουντον καη περι της ειρηνη. Idem mox Coptice: ⲚⲀⲠⲞⲤⲦⲞⲖⲞⲤ ⲘⲚ ⲘⲀⲢⲦⲒⲢⲞⲤ ⲀⲨⲰ ⲚⲈⲠⲢⲞⲪⲎⲦⲞⲒⲤ &c. Aliud ex p. ρπς.': χορος επυρανιε υμνει σε.... Δοξασουσιν σε τον θεον υμων των ευεργητη των ψυχον υμων τιμια ζοα τα ἐξαπτεργα τον επινοικοιον υμνον ατου σει βοων αγιος αγιος αγιος ειν ο εν αγιος αναπαυομενος. Aliud ex p. ρπζ.': Οι ουρανοι ουρανον ενωσιν σε κυριε τα Χαιρουβιμ μετα τον Αγγελων ενωσιν σεβοουντες χαιρε τω καυχημα τον Αποστολον... Χαιρε και δοξα υμιν Χριστε. Ex p. ρμγ.' Εξ ουρανους πεμθη Πνευμα αγιον · αγιος ισχυρος · επει της αγιας μαθητης καη Αποστολης · αγιος αθανατος · ειρηνη καη χαραν του Παρακλητον μεθ υμων. Ibi Trisagion super aquas. Αγουσον των συναγμων αιι των εν αυτοις κατεκουντα θεον και πατηρα. Φωνη τον ορφανον στοσον υμας ο θεος αναγογε δεομεθα τα ποδαμοια υταδα επι τον μετρον αυτων · αγιος ο θεος αγιος ισχυρος αγιος αθανατος ο σαρκωθης δι εμας ελεησον ημας. Οι Αγγελοι υμνουσιν σε βασιλευς τον απαντων γενος ανθρωπον... Χορος των δικαιον ευαγγελισασθε ημεραν ες εμερας των σωτηριον αυτου... Μιχαηλ Αρχαγγελου... πρεσβευσον υπερ υμων. In S. Pachomium: Χαιρε Παχυμιου των αρχιμαντριτου κα πνα̃ τω Φορου.... In Psoe.: Χαιρε Ψοσιου τω αναχοριτου και των ασκητον του πατρος των μονοσσον.... In evangelium: Δευδε παντοις ελαοι... Quid Graecis hisce foedius, quidve corruptius? Quaedam enim sunt, quae ego, ne divinando quidem intelligere potuissem, nisi facem mihi praetulissent *Coptica*, quae subiiciuntur Graecis. Omnia tamen sunt eleganti forma depicta. Haec si cognita habuisset Millius, quo die indicatam barbararum dictionum seriem ex co-

dice Cantabrigiensi collegit, non alibi, credo, quam in Aegypto post Dioscori tempora recentiorem illum exoticumque scriptorem, qui codicem in eum modum conspurcarit, inveniri potuisse dixisset. Ac sic ego equidem sentio.

Sed quando inter ceteras Cantabrig. cod. barbaras voces eam quoque, quae est παρασκευγὴν, Millius observat, cavendum est, ne ille fortasse erret in γ, putans per eam repraesentari Ϝ graecum, & *g* latinum. Millium in hac etiam accusatione sequutus est Wetstenius. Verum si mihi uterque dederint Coptum, qui sic & παρασκευγὴν, & Δαυγὶδ descripserit statim & ego solutum dabo huiusmodi peregrinae scriptionis aenigma. Praeter graecum υ, vel Υ, quod lineae tamquam basi insistens Copti depingere solent, alterum habent Υ, cuius hastam ad formam latini *y* longius infra lineam protrahunt. Huius characteris figuram interdum observavimus in Graeco-Copticis Litaniis. Sed in Theban. fragmento Psalmorum 31. 32. 33. 34. 35. 36. non aliam quam hanc unam *currenti calamo* depictam vidimus. Similis propemodum formae occurrit in fragm. lectionar. saeculi fortasse VIII., hasta tamen multo breviori, quemadmodum cernis ex specimine Cyprii, vel Aegyptiaci cod. apud Montfaucon. *Palaeog.* pag. 305. Qui hoc nesciunt, facile Copticum *y*, cum γ Graeco, adeoque & cum *g* Latino, confundunt, quamquam legendum sit ut υ, sive Υ. Unde Coptice παρασκευγὴν, Δαυγιδ, pronunciabis geminato υ πάρασκευυὴν, Δαυυιδ, non *parasceugin*, *Davgid*. Male proinde Wetstenius in cod. Alexandr. 1. ad Timoth. I. 19. legit ἐναυγαγησαν, quod εναυυαγησαν legi debet, dummodo primum γ scriptum sit in eam vulgarem formam, quam Wetstenius ipse exhibet per γ, & non per Ϝ. Qua de re ex codicis inspectione diiudicandum esset; quamquam ea etiam in hypothesi, qua pro vulgari γ antiquior forma τοῦ Ϝ in supra dictis vocibus haberetur, eodem fatente Wetstenio, *digamma* esse posset *Aeolicum*; atque ita sono τοῦ ו, *vau*, & υ, in pronunciando responderet.

Quid si littera esset ꞩ sexta in ordine alphabeti Graeco-Copti, & forma pene similis τοῦ Ϛ? Nonne ob eam omnino caussam, quam adfert Wetstenius, eumdem sonum ac di-

 gamma

gamma Aeolicum, & ו Hebraicum reddere deberet? At ego vellem, ut viri eruditi paullo curiosius contemplarentur formam τȣ̃ ϒ, in cit. Apostoli loco ex cod. Alexand. Nam ego suspicor ϒ esse ab Aegyptio librario quomodocumque repetitum, sed vel temporis vetustate, vel ipsius amanuensis vitio, *sinistro cornu* mancum, mutilatumque hodieque videri, ut cum *uno dextro* pro ϒ accipi facillime queat. Quod si esset ϒ, & ϒ licet non semper, ut est in Alphab. cl. Montfauconii *Pal.* p.412., aliquando saltem, idem valeret ac ε apud Aegyptios, facile intelligerem, quemadmodum vel unum illud, de quo dicebamus, Δαυυιδ nomen, nihil differat a Δαυειδ, quo more a Copto-Thebaeis exprimi consuevit. Sed ne de incidentis controversiae capite plura disputem, ad summam venio.

Quicquid peregrinitatis Wetstenium induxit, ut Cantabrigiensis cod. scriptorem faceret latinum hominem, multo magis me hodie movet, ut credam, fuisse Aegyptium. Interea vero duo haec teneat velim Wetstenius, I. iniuria redargui scriptorem nostrum, quasi is tam malae fidei homo fuerit, ut Graecum codicis textum ex antiqua Itala versione interpolare studuerit; & rursus ex interpolato textu eamdem dederit interpolatam vitiatamque versionem. II. Si codex *a prima* praesertim, *secundave manu*, uti hactenus coniecimus, Aegyptius est, antiquissimum ex eo quoque testimonium de historia adulterae ab Aegyptiis nobis suppeditari.

Hinc ad Romanos codd. pergamus necesse est. Eis itaque paucis, qui ex Romanis biblioth. tamquam huius historiae immemores proferuntur, alios, quos opponamus, uberiori copia, & quidem (si unum Alex.Vat. excipias) antiquitatis praestantia, maxima ex parte spectabiliores, habemus. Hi sunt Vatic. 53., 229., 349. saec. x., 359., 363., 757., 1210., 1254., Palatino-Vatic. 189., Barbarin. 8., 9., 11., 12., 14. Ex biblioth. S. Mariae in Vallicella sign. C. 61., & alter sign. F. 90. saec. x. Ex bibl. S. Basilii codd. signati XXII., XXXXI., CXIX., CLXIII. Ex bibl. Augustin. cod. Evangel. maioris formae a Montfauconio inter Passioneos pag. 290. *Pal.*, & p.292. specim. III. character. saec. XI., commemoratus; etsi (quod ingenue fatemur) folia

folia quaternionis, λ, indicent hiſtoriam de adultera fuiſſe *ſecundis curis* ab eodem ipſo codicis ſcriptore, re melius conſiderata, exaratam, quum eam fortaſſe in alio quaternione antea omiſiſſet. Ex bibl. cl. Praeſulis noſtri Borgiae codices duo, alter Evangel. ſaec. XI., alter lection. ſaec. XIV. vel XV.

Venetis rurſus Venetos opponimus. Primum ſcilicet Evangeliar. uncialibus characteribus ſcriptum ex cimeliis cl. Equitis Nanii, alterum ſaec. XII. ex bibl. Canonic. Lateran. Patavii Venetias translatum. Ac ne de ſingulis dicam, quam multi ſint Regii Gallicani, Anglicani, Germanique codices & numero, & antiquitatis dignitate maiores, quos multo paucioribus, iiſque aut aequalis, aut minoris aetatis, iure praeponas, ex Wetſtenio ipſo, qui centum ferme variantium codd., multarumque editionum verſionumque ſeriem in hanc pericopem dedit, intelliges. Idem tu dicito de Neapolitanis, Florentinis, Mediceiſque codd.

Qui vero hiſtoriae noſtrae *obelos* praefixerunt, non traditionem eccleſiae conſuluerunt, ſed nudam, ſimplicemque huius pericopae omiſſionem in quibuſdam exemplaribus obſervatam, conſiderarunt. Quare hac omni obelorum nota non indicarunt, ſe eam velle ex evangelio Iohannis tamquam adulterinam, aut νοθείας ſuſpectam expungere; ſed id unum ſignificarunt, ſe illam in nonnullis codicibus non inveniſſe. Id perſpicue omnino, invicteque oſtenditur ex ſcholio, quod Wetſtenius ipſe retulit, ex calce codicis ſui 20. (niſi pro eo numerari debeat 21.) Τὰ ὠβελισμένα, inquit cod. ſcriptor, & adnotator, ἐν τίσιν ἀντιγράφοις οὐ κεῖνται, οὐδὲ Ἀπολλιναρίῳ· ἐν δὲ τοῖς ἀρχαίοις ὅλα κεῖνται. Μνημονεύουσι τῆς περικοπῆς ταύτης καὶ οἱ Ἀπόστολοι πάντες ἐν αἷς ἐνίθεντο (ἐξέθεντο ex Simonio, Fabric.) διατάξεσιν. *Obelis notata aliquibus in exemplaribus non ponuntur, neque apud Apollinarium habentur, at omnia ponuntur in antiquis. Meminerunt pericopes huius omnes quoque Apoſtoli in iis, quas ediderunt, conſtitutionibus* (adde ex eodem Simonio, & Fabr. εἰς οἰκοδομὴν τῆς ἐκκλησίας *in aedificationem eccleſiae*); quae verba Wetſten. *Bezae*, & *Clerici* laudator pretermittere non debebat. Teſtimonium vero, quod heic ſub nomine omnium Apoſtolorum inducitur, exſtat lib. II. *Conſtitutionum Apoſtolicar.* c. 24.

Unde

Unde egregius adnotator *Cotelerius*, *istum locum*, inquit, *in mente habuit graecus quidam* codex Reg. 2375., *ubi post evangelium Iohannis positis versibus illius evang.*, *ultim. cap.* VII. *& undecim* (in c. 8.) *sequentibus subiungit*: τὰ ὠβολισμένα, & cetera, quae mox recitavimus. Obeli igitur huic historiae praefixi non eam, quam S. Isidorus eis tribuit, iugulandi, expungendique vim habent, sed quam S. Epiphanius descripsit, pure scilicet, atque simpliciter indicandi id, quod in nonnullis exemplaribus fuerat ante omissum. Haec ii intelligant necesse est, qui nobis *pericopen* istam ὠβολισμένην obiiciunt.

Quam infirmus deinde sit hic omnis obelorum manipulus ad pericopen nostram ex evangelico canone reiiciendam, colligere licet ex summa, eaque libera nimis licentia, quam sibi librarii in notis hisce pro lubitu appingendis, usurparunt. Riccardus Simonius in *Catena PP.* apud *Corderium* se invenisse scribit v. 53. cap. VII. sine obelo. Contra codices, quos iam numeravimus, hunc etiam vers. obelo praenotant. Codices etiam tum Barbarinae, tum Angel. bibl. nullos habent obelos, ut ante vidimus, ad v. 53. c. VII. neque ad 1. neque ad 2. vers. cap. sequentis.

Simili prorsus licentia, dissimili licet ex caussa, quae scilicet, iuxta recentium heterodoxorum principia, in eo sita est, ut iudicium de divinis scripturis *privati* cuiusque *spiritus* sensui, arbitrioque relinquat, Theodorus Beza *ultimum versiculum* cap. VII., & *duos priores* cap. VIII., (ceteris ad 12. usque reiectis,) retinendos constituit. Ecquid ergo contra huius evangelicae historiae αὐτενθάαν valere poterunt in mss. codd. istiusmodi *obelorum* signa, quae sine ulla certa, & constanti lege, sed pro varia dumtaxat scribarum licentia, ac voluntate modo *omnibus*, modo *quibusdam tantummodo* adiecta cernuntur?

Asterisci non umbram, sed lucem adferunt traditioni. Nam in Vatic. codd. caussam explicant, cur caput evang. Ioh. *de adultera* destitutum appareat brevibus illis usitatisque interpretationibus, quibus cetera illustrari solent; eamque repetunt ab omissione & reticentia huius historiae, quae *in quibusdam exemplaribus non reperiebatur*, ἐν τισι τῶν ἀντιγράφων οὐκ εὑρίσκετο.

σκετο. Qui autem ita loquuntur, procul dubio ſignificant, ſe caput iſtud, utpote in aliis pleriſque omnibus codd. inventum, tamquam αὐτόγραφον & genuinum in Ioh. evangelio admittere, *Scholion* vero de *aſteriſcis* additum codici Wetſten. 34. multo apertius antiquitati & πατροπαράδοσι de hac tota pericope ſuffragatur. Diſerte enim fatetur ea, quae apud Ioh. *de adultera* narrantur, *in pluribus exemplaribus non eſſe poſita*, *ſed tamen in antiquioribus reperiri*; ratus ſcilicet vetuſtiores codd. recentioribus anteponi debere.

Sequuntur mss., qùae in calcem evangelii Ioh. hiſtoriam noſtram reiiciunt. Duo inter ceteros huius notae codd. Vaticani exſtant, *ſaeculì* (ut ex characterum forma colligitur) *XI.* Eorum ſcholia iam ante dedimus; atque haec quidem comparata cum ſcholiis a Wetſten. deſcriptis tum ex cod. ſuo 37., tum ex cod. altero PP.Orat. Pariſ., eadem omnino eſſe videntur. Sunt enim iiſdem plane verbis concepta; quamquam, quod ad ſcholium primum attinet, errorem in alterutrum ſive Romanum, ſive Pariſienſem cod. irrepſiſſe neceſſe eſt. Quo tamen auctore, neſcitur. Romano-Vatic., quemadmodum ex ſchedis illuſtris *Birchii* mecùm communicatis accepi, ſic legit: τὸ περὶ μοιχαλίδος κεφάλαιον ἐν πολλοῖς ἀντιγράφοις κείμενον, γεγράφαμεν, ubi Pariſino-Wetſtenianus habet: τὸ περὶ τῦς μοιχαλίδος κεφάλαιον, ὧν (fortaſſe ὡς) ἐν πολλοῖς ἀντιγράφοις μὴ κείμενον, γεγράφομεν, ἄγεσι κ.τ.λ. Sed aequi iudices facile intelligent, utrum ex duobus hiſce ſcholiis in erroris, ne dicam *adulterationis* ſuſpicionem, iure meritoque incurrat? Cauſſa certe, quam adfert Pariſien. cod.; ita, uti a Wetſtenio producitur, ridicula eſt. Ideo enim ad hanc hiſtoriam litteris conſignandam ſe adductum dicit, quia *in multis exemplaribus non erat poſita*. Contra ſcriptor Vaticani cod. ſe eam deſcripſiſſe monet, quia *in multis exemplaribus tradebatur*, ut quando omiſſa fuerat in textu evang. Iohan.; ſaltem in calce haberetur. Sat ſcio, quam male Wetſten. de Vatic. codd. ſentiat; quippe qui eos omnes tamquam ſuſpectos ubique habeat. Aſt videat ille, ne tota haec ſuſpicionum moles in ſuos magis quam in noſtros recidat.

Scholion alterum teſtimonium eſt nobiliſſimum de anti-

quitate

quitate exemplarium, in quibus pericopes ista Evangelica, tamquam a Iohanne ipso edita legebatur. Eaque antiquitatis auctoritas est, quae utriusque & Romani, & Parisini codicis descriptorem Evangeliorum movit, ut, quum eam in recentioribus codd. praetermissam cerneret, integram ipse redderet Iohannis evangelio adiunctam.

Quid porro dicam de inepta, minimeque ferenda licentia, quam sibi arrogavit scriptor Regii codicis 2861.? Iam in conspectu habebat antiquius exemplum Evang. Ioh. quod novo opere in alias tabulas referre studebat. In eo pericopem de adultera sibi in oculos incurrentem vidit; nec tamen, uti eam vidit, in codice suo describere voluit, sed vacuo spatio, ubi describenda erat, relicto, praeteriit. An eam in finem eiusdem Evangelii reiecerit, nihil certi Simonius *de H. C. N. T.* pag. 244. dicere potuit, quod codex iste, Graecorum Evangeliorum quotquot in R. B. exstant antiquissimus, in fine sit mutilus.

Nonne pari licentia abusus est descriptor cod. Reuchliniani, sive Basileensis, quem etiam nobis obiecit Wetstenius? Παρήλειψα, inquit, κατὰ τὸν τόπον, pericopen scilicet *loco suo*, qui est ad cap. VIII. Ioh. *praetermisi*. Caussam, cur id fecerit, hanc esse dicit quod adulterae caput ἐν πλείστοις, *in plurimis* exemplaribus non reperitur; nec illud Iohannis interpretes, ut Chrysostomus, Cyrillus, Theodorus Mopsuestenus, ceterique commemorarunt. Interea vero a fide vetustioris exempli, quod describebat, ut opinioni suae indulgeret, defecit. Et mirabimur porro si numerus codicum, qui sequutis temporibus hanc pericopen omisere, maior in dies evasit? Nam ex hoc ipso Basileensis cod. scholio aperte liquet, scribas fuisse, qui deserta antiquiorum, eorumque etiam *praesentium* exemplarium, fide, *criticae* libertatis vitio, historiam adulterae ad VIII. Iohannis cap. vel praetermittere, vel loco movere sunt ausi. Quodque multo mirabilius est Reuchlin. cod. auctor e sede sua eam pericopen expulit, quam certo norat publice apud Graecos fuisse lectam. Nisi enim Wetstenius nos fallat, ille idem codex n. 1. indicatus lectionem huius nostrae historiae inscribit εἰς μετανοοῦντα,

ut & 35., quibus addendus modo eſt *Borgianus* ſaec. XI. eamdem inſcribens lectionem εἰς μετανοοῦντα. τῷ καιρῷ. Ἄγουσιν οἱ γραμματεῖς, καὶ οἱ φαρισαῖοι πρὸς Ιν̃., licet in textu habeat, πρὸς αὐτὸν.

Ad codd. duos qui hanc hiſtoriam capiti XXI. S. Lucae adtexunt, in promptu reſponſio eſt. In poſtremis vv. c. 21. Evang. Lucae mos ille ſanctiſſimus celebratur, quo Chriſtus interdiu populum docebat in templo, noctu vero in montem Oliveti ſecedere, indeque ad plebem univerſam ſummo mane in eodem templo erudiendam redire conſueverat. Quid porro? Haec, quae *generatim* de illo Chriſti more a Luca evangeliſta narrata ſunt, ſcriptor codicis *Leiceſtrenſis*, *facto ſingulari* ducto ex cap. VIII. Evangelii Iohannis illuſtrare voluit. Ibi enim vv. 1. & 2. de Chriſto dicitur, *perrexit in montem Oliveti*, *& diluculo iterum venit in templum*; *& omnis populus venit ad eum*, *& ſedens docebat eos*; quumque ille idem ſcriptor factum adulterae accidiſſe putaret, eo prorſus tempore, quo diluculo Chriſtus ex monte olivarum redux, plebem in templo erudiebat, hinc anſam arripuit hiſtoriam omnem adtexendi laudato cap. XXI. Evang. Lucae. Cuius rei certiſſimum argumentum illud eſt, quod codex ipſe Leiceſtrenſ. eamdem plane hiſtoriam, & quidem integram, loco ſuo deſcriptam habet in cap. VIII. S. Iohan., modo ſit fides adhibenda *Millio*, qui in *Prolegomen.* ad edit. *N. T.* Oxonii vulgatam an. 1707. pag. 166. haec teſtatur: *Ad finem Luc. cap. 21. adnexa eſt hiſtoria adulterae*, *quae tamen occurrit in hoc codice* (Leiceſtr.) *etiam apud Iohannem*. Quamobrem ego neſcio an bona, an mala fide, ſed certe falſo *Wetſtenius* in deſcriptione cod. Leiceſtr. ſub num. *69. Prolegom.* pag. 53, contraria ſcribit, dum ait: *In hoc codice hiſtoria adulterae non reperitur ſuo loco Iohan.* VIII. (*quod Millius affirmat Prolegom.* 1506.), *ſed ad finem cap. Lucae* XXI. Nam & ibi, & heic eam reperiri ex recitatis ipſius Millii verbis audivimus.

Quod ſi cod. Wetſtenii 13., ideſt Reg. 2244. *ſimillimus eſt*, ut idem ipſe fatetur in *Proleg.* p. 13., codici ſuo *ſexageſimo nono*, utrobique tum ad calcem cap. XXI. Lucae, tum ad cap. VIII. Ioh. habebit & hic hiſtoriam adulterae; quamquam mihi maxime ſuſpe-

ſuſpecta ſit fides *Wetſtenii*, ubi in adnotatis ad cap. VIII. Ioh. codicem iſtum Reg., alias abs ſe nuncupatum 13., eamdem hiſtoriam reieciſſe dicit in calcem capitis XXI. Lucae. Quid enim eſt, quod in adnotatione ſubiuncta verſic. 38., eique poſtremo cit. cap. Lucae, unum laudat codicem ſuum 64., nempe Leiceſtrenſ., qui additam hoc loci habeat hiſtoriam adulterae, nulla facta mentione codicis 13., ſive Reg. 2244.? Ecqui fieri poterat, ne huius quoque codicis meminiſſe vellet, ſi & is additamentum Leiceſtrenſi ſimile habuiſſet?

Ad Patres, quod attinet, ſunt qui reſpondeant, eos in *exegeticis* ſcriptis ſuis *pericopen* noſtram praetermiſiſſe, quod facilis intellectu nullis indigeret interpretum curis, & explicationibus. Quae reſponſio, ſi de Patribus ageretur, qui, vel alia plura Evangeliorum capita, ut de *Iuvenco* notat Iohan. Albert. Fabric., vel etiam faciliora captu interdum omittere conſueſcerent, omnium, meo quidem iudicio, acceptior, & expeditior videri poſſet. Sed agitur de S. in primis Ioh. Chryſoſtomo, deque Cyrillo Alexandrino, qui non modo faciliimas quaſque Evangelii Ioh. ſententias, ſed & textum integrum in homiliarum, concionumque ſuarum opera refundere, variaque ſimul ratione illuſtrare ex ordine ſolent.

Non deſunt interea magni quoque nominis ſcriptores, interque ceteros Croius, & Simon Aſſemanus, qui velint Chryſoſtomum homil. 60. mentionem feciſſe de muliere adultera. Idemque ſuadere tentavit Latinus eiuſdem hom. interpres. At ex ſimplici ipſa, nudaque iſtius homiliae lectione ſine ulla prorſus ambiguitate liquet, ſermonem ibi inſtitui de muliere peccatrice, quae Luc. VII. lacrimis rigavit pedes Ieſu; quemadmodum adverſus Croium, & Latinum ipſum interpretem iure animadvertunt Cotelerius, & Fabricius.

Itaque ingenue fatemur in S. Ioh. Chryſoſtomi ſcriptis adulterae hiſtoriam deſiderari. Huius vero *omiſſionis* exemplum ab uno Chryſoſtomo repetitum, apud Graecos praeſertim ſequentium temporum ſcriptores, tantum valuit, ut eorum plerique hanc omnem hiſtoriam in codicibus deſcribendis vel praetermiſerint, vel notarint, vel loco moverint; unde & illud

 acci-

accidit, ut ea in veterum ſcholiis ad caput VIII. Ioh. quaſi penitus ignota reticeatur; immo & a nonnullis revocari videatur in dubium. Huc enim ſpectant verba Euthymii a Wetſtenio producta: *Scire oportet, quod quae heic habentur uſque ad illud*: πάλιν οὖν ἐλάλησεν κ. τ. λ., *in accuratiſſimis exemplaribus aut non inveniuntur, aut praenotantur obelis; ideoque adſcriptitia, addititiaque videntur*; certumque *huius rei* τεκμήριον *argumentum illud eſt*, τὸ μηδὲ τὸν Χρυσόστομον μνημονεῦσαι αὐτῶν, *quod Chryſoſtomus eorum non meminit*. Nec Graecorum tantum, ſed etiam Latinorum *quidam* Chryſoſtomi auctoritate commoti *dixerunt*, *quod hoc* (factum) *fuit immixtum Evangelio Iohannis, ſicut hiſtoria Suſannae Danieli; in cuius rei teſtimonium adduxerunt; quod Chryſoſtomus de hoc nullam fecit mentionem, ſed Auguſtinus, & expoſitores noſtri exponunt de ſerie Evangelii*. Verba ſunt auctoris ineditarum *quaeſtionum* in Evang. Iohannis, quem nos in ſuperioribus Aegidium Romanum fuiſſe ſuſpicabamur.

Eadem propemodum de S. Cyrillo Alexandrino tu dicito. Nam quicquid in latinis eius operum editionibus de pericope noſtra ſcriptum occurrit, non aliunde eſt quam ex *Iodoci Clichtovei* additamentis, ut recte monet Ioh. Albert. Fabric. in obſervat. ad Notit. & Fragm. Evang. apocryph. p. 357. Magni quidem & nos facimus grandia illa SS. Iohan. Chryſoſtomi, & Cyrilli Alexandr. nomina, non tanti tamen, ut, ex quo vel unus Chryſoſtomus hanc pericopen ad caput VIII. Ioh. omiſerit, ſtatim cum Euthymio, aliiſve paucis ſive Graecis, ſive Latinis *adſcititiam* eſſe putemus. Tale quiddam ex unius alteriuſve Patris ſilentio arguere velle, lubricum nimis, fallax, & periculoſum eſt.

Ubi agitur de canonica quavis, & autographa divini ſcriptoris particula, *traditio* eſt, quam ſpectare debemus, non modo orientalium, ſed etiam occidentalium eccleſiarum, ut certum de ea iudicium inſtituere valeamus. At vero traditio de pericope Evang. Ioh. complectente hiſtoriam adulterae, ubique profecto, ſed maxime in occidentali eccleſia antiquiſſima eſt, univerſalis, & iam inde ab Apoſtolicis temporibus ad hanc uſque diem conſtantiſſime ducta.

Neque

Neque traditionis huius vim intercipere poteſt ſimplicis *omiſſionis* caſus, quo accidit, ut nec Chryſoſtomus, nec Cyrillus, nec alii quidam interpretes Evang. Ioh., immo nec Syra verſio, nec noſtrum hocce Fragmentum, Chryſoſtomi aevo, uti putamus, antiquius, nec varii, quos iam attulimus, codices adulterae hiſtoriam commemorarint. In hac enim controverſia cauſſa magis, cur *omiſſio* acciderit, quam *omiſſio ipſa* conſideranda eſt. Ut itaque ea accuratius inveſtigetur, varias quae ab eruditis ad rem hanc explicandam excogitatae ſunt, *hypotheſes*, in medium proferre praeſtabit.

Ὑπόθεσις I. Hugonis Grotii. Hiſtoriam de adultera narratam ponit ab Apoſtolis, atque adeo etiam a Iohanne auditoribus ſuis traditam, poſtea ab his ad Papiam, & ad alios, qui diſcipulos Iohannis audiverant, (quod teſtatur Euſeb. lib. III. *H. E.* cap. 39.) perveniſſe; & quamvis reliquae Papiae traditiones reiectae fuerint, hanc tamen adprobatam & admiſſam ab eccleſia fuiſſe, quippe quam ſatis conſtaret ab ore Apoſtolorum manaſſe, atque inde, ut teſtatur Hieronym., in *Nazaraeorum Evangelio* deſcriptam. Unde factum eſt, ut temporibus verſione Syriaca poſterioribus, ſed antiquioribus Arabica, & antiqua verſione Latina in hunc locum (ideſt in cap. VIII. Ev. Iohan.) inſerta fuerit, & in eccleſia Dei publice lecta. Hammondus, aliique viri doctiſſimi Grotii hypotheſim adprobant, renuente Iohan. Clerico, qui ferre non poteſt, ut *Eccleſia Papiae aequalis, aut quae eum proxime ſequuta eſt, iudicaſſe* dicatur, *hanc eius traditionem eſſe veram*.

At Grotii hypotheſis non ex eo improbanda eſt, quod Apoſtoli, interque ceteros Iohannes ipſe, hiſtoriam de adultera praedicarint, quodque traditionem hanc a Papia ſervatam eccleſia aut aequalis, aut quae eum proxime ſequuta eſt, tamquam veram & ab Apoſtolis derivatam adprobarit, ſed quod *eam* a θεοπνεύστῳ evangeliſta Ioh. in Evangelio ſuo deſcriptam neget. Et id tamen *Grotius*, dum ſuam tueri vellet hypotheſim, negare non poterat, neque vero debebat. Nam tria Grotius ponit. I. Veritatem huius hiſtoriae viva voce a Iohanne praedicatam. II. Eam fuiſſe in Evangelio Nazaraeorum

rum conſcriptam . III. Attamen a Ioh. in Evangelio ſuo *omiſſam ſcribi*, *quod facile inde calumnia accipi poſſet traducendi chriſtianos apud magiſtratus*, *quaſi evertentes publica iudicia*, *quibus ſtare videtur reipublicae ſalus*. Atqui haec omnia eo nos ducunt, ut longe credibilius putemus, Iohannem ipſum hanc hiſtoriam divino inſtinctu motum in Evangelio ſuoipſius calamo deſcribere magis, quam omittere voluiſſe.

Nam in confeſſo eſt apud omnes Iohannem Evangelium ſcripſiſſe adverſus Cerinthum, & Ebionem eiuſque ſectarios, qui eodem, quo Nazaraei haeretici, Evangelio *ſecundum Hebraeos* dicto, utebantur. Quum autem dilectus Chriſti diſcipulus Iohan. probe noſſet quid Evangelium Ebionitarum contineret, non poterat, non perinde noſſe hiſtoriam adulterae, uti ferebatur in eo Nazaraeorum Evangelio deſcripta. Nam Evang. *ſecundum Hebraeos*, ut viri eruditiſſimi ſentiunt, non modo ante Evangelium Iohan., ſed & ante Evang. Lucae ſcriptum, atque editum erat. Hinc & illud peraeque Iohannes cognorat, metum *calumniae*, quae ex iſtius hiſtoriae ſcriptione *accipi poſſet traducendi chriſtianos apud magiſtratus*, nihil abſterruiſſe auctorem illius pſeudo-evangelii, cunctumque ſimul Ebionitarum gregem, quominus eam Hebraicis primum, deinde etiam Graecis litteris evulgarent. Poſt hoc exemplum quis umquam ſibi perſuadere poterit, tantam metus huius vim unius Iohannis animum occupaſſe, ut eo deterritus ab eadem ipſa ſcribenda hiſtoria, quam antea viva voce praedicaverat, abſtinuerit? Scimus praeterea multa fuiſſe facta Chriſti deſcripta, quae falſis narrationibus in eo Nazaraeorum Evangelio fuerant depravata. Quid igitur, ſi inter cetera & hanc ipſam hiſtoriam in illo falſi nominis Evang. male textam ac deformatam Iohannes legerat? An non eam, uti vere acciderat, in Evangelio ſuo, quovis depoſito metu, deſcribere debebat?

Atque ego equidem ita ſe geſſiſſe Iohannem exiſtimo, ne falſa nobis pro vera hiſtoria obtruderetur. Certe quidem narrationem Papiae de muliere *multorum criminum* apud Dominum accuſata, quemadmodum, teſte Euſebio, in *Evan-*

gelio

gelio ſecundum Hebraeos referebatur, longe ab ea, quae a Iohanne deſcribitur, diverſam fuiſſe, magnus Card. Baronius, Tillemontius, aliique viri ſummi, quicquid dicat I. Alb. Fabr., exiſtimarunt. Eoque fortaſſe ſenſu *Papianam* illam, ἀλλὴν ἱϛορίαν dixit Euſebius. Nam ex Tatiani, & Ammonii Harmonia Evangel., διὰ τεσσάρων inſcripta, cognitam veram adulterae hiſtoriam habebat Euſebius; eamque can. x. ſub ſect. πϛ.' 86. adnotatam reliquit.

Non me latet quid Simonius, quidve Wetſtenius excogitarint, ut eam Euſebio ignotam, nec umquam in Iohanne lectam affirmarent.

Simonius tom. I. *H. C. Nov. Teſt.* cap. 13. pag. 149. fingit primo, collectionem Tatiani non ex ſolis quatuor Graecis Evangeliis, ſed etiam ex Evangelio ſecundum Hebraeos fuiſſe conſtructam, indeque dubitari poſſe ſcribit, an Tatianus in referenda hiſtoria adulterae ſequutus fuerit Evangelium Hebraicum, ſive Chaldaicum?

Verum nec Euſebius, nec alii quilibet veterum dixere umquam, Tatiani opus ex *Hebraico* perinde ac ex quatuor Graecis Evangeliis fuiſſe conflatum. Euſebius lib. IV. *H. E.* c. 29. Διὰ τεσσάρων catenam, ſive συναγωγὴν *collectionem Evangeliorum* a Tatiano inſcriptam teſtatur, eamque a quibuſdam ſuo quoque tempore haberi ibidem ſubiungit. Hinc deceptum ſuſpicor Simonium vel mendoſa inſcriptione, qua *Victor Capuanus* Harmoniam Evangelicam Tatiani *Diapente*, quaſi ſcilicet ex *quinque* Evangeliis contextam; appellat, vel S. Epiphanii teſtimonio, qui hoc Tatiani opus haer. 46. *Evangelium ſecundum Hebraeos* a nonnullis vocari dicit. Praeterea hiſtoria adulterae in *opere* Tatiani a *Victore Capuano* in latinum verſa non ea ratione deſcribitur, qua a Papia, & in Evangelio ſecundum Hebraeos apud Euſebium indicatur, ſed ea prorſus, qua a Iohanne in Evangelio ſuo refertur.

Quod ſi Simonius, Valeſius, & Cave de hoc Tatiani opere, uti apud eumdem Victorem latine exſtat, ideo dubitare velint, an genuinus ſit eiuſdem Tatiani fetus, quod in hoc noſtro latino exemplari Chriſtus dicatur non ſemel *filius David*,

ubi

ubi in Tatiani prototypo reiecta erant ex Evangelica historia, sicuti & in Evang. secundum Hebraeos, quaecumque ad *Davidicam genealogiam Christi* pertinebant, nae illi quidem parum attente res considerasse videri poterunt. Duo enim sunt, quae in latino Tatiani textu ex Victore edito circa Davidicam Christi genealogiam paullo acrius intueri, & animadvertere oporteat. Divina nempe *Evangelistarum testimonia* de genealogia Christi ex familia David, & vulgaria Iudaeorum dicta de Christo filio David. Illa, quae ex Dei revelantis fide, & auctoritate, ista, quae ex populari Hebraeorum opinione pendebant. Illa rescissa penitus, & expuncta cernuntur in latino exemplari Tatiani; ista retenta sunt duplici in loco, ubi *pueri Hebraeorum* cecinerunt epinicium illud: *Hosanna filio David*, & iterum ubi Christo interroganti, *cuius tandem filium* (Pharisaei) *crederent Christum*? illi incunctanter responderunt, *David*. Sed quod addit Tatianus: Christus *clam notavit IMPIAM illorum opinionem: quippe qui hominem fatebantur, Deum ignorarent: nisi enim Deus sit, absurdum videri, quod David in psalmis Dominum appellet, qui sit illi filius*. (Matth. 22., Marc. 12.) indicium est scriptoris, qui Davidicam genealogiam in Christo improbare magis, quam adprobare vellet. Longe aliter hunc locum commentatur Chrysostomus, qui *fallacem* tantummodo, vel, ut loquitur Zacharias Chrysopolitanus, *erroneam*, Pharisaeorum responsionem de Christo simplici nudoque Filio David, appellans & utramque divinam nempe, & Davidicam in eo γένεσιν coniungens, *absit*, inquit, *ut Christus se neget Filium Davidis*.

Id tamen animadvertendum est, Harmoniam Evangelicam Tatiani apud Victorem Capuanum Ammonio inscribi, eam vero quae Ammonii est, tribui Tatiano; qui error non tantum in latinos, sed etiam in *Syros* codices irrepsit. Nam Gregorius Bar-hebraeus, teste Asseman. *Biblioth. Orient.* tom. I. §. 9. pag. 58. de *Diatessaron Ammonii* ita scribit: *Eusebius Caesareensis videns corruptelas*, quas ܐܡܘܢܝܘܣ ܐܠܟܣܢܕܪܝܐ Ammonius Alexandrinus *in Evangelium*, Diatessaron *nuncupatum*, *induxerat* ܡܥܠܬܐ ܗܘܐ ܐܠܗܘܬܗ ܒܪܫܝܬܐ ܕܣܘܪܓܗ, *cuius initium*: in prin-

in principio erat verbum; *quod S. Ephraem dilucidavit: quatuor quidem Evangelia, ut in textu perfecta integraque reliquit: verba vero, quae in ipsis consentiunt, communi canone notavit*. At *Diatessaron*, quod incipit: *in principio erat verbum*, & dilucidavit *S.Ephraem*, Tatiani est, & non Ammonii, quemadmodum Tatiani sunt, & non Ammonii, *corruptelae*, quarum meminit saec. XIII. scriptor, Abulpharagius. Hinc recte Dionysius *Bar-salibaeus*, qui saeculo superiori scribebat: *Tatianus*, inquit Assemano interprete to.I. par.3. p.568., *Iustini Martyris ac Philosophi discipulus, ex quatuor Evangeliis unum digessit, quod* Diatessaron *nuncupavit. Hunc librum S. Ephraem commentariis illustravit, cuius initium*: In principio erat verbum. Ecce heic Barsalibaeus illud idem *Diatessaron*, quod Bar-hebraeus *Ammonii* opus dixerat, Tatiano diserte adscribit. Addit porro de *Elia Salamensi*, quod *Evangelium & ipse confecerit ad exemplum τȣ* Diatessaron *Ammonii, cuius meminit Eusebius in prologo ad canones. Quum enim Elias illud* Diatessaron *non invenisset, aliud ipsi simile elaboravit. Ipse autem Elias canones Eusebii identidem reprehendit, menda quaedam in eis contineri demonstrans; & quidem iure. Verum hic Eliae codex haud obvius est*.

Quae quum ego meditor, mihi videre videor Graeco-Eusebianorum canonum exemplaria, consequentium temporum iniuria, apud Syros alicubi depravata variasse. Indeque factum arbitror ut & Elias ille Salamensis, & Barsalibaeus errores quosdam in vitiatis canonum apographis deprehensos Eusebio ipsi tribuendos putarint. Ac certe de variatione Eusebianorum canonum in antiquioribus Syrorum codd. exempla habemus praeclarissima omnino duo. Alterum ex codice biblioth. Laurent. ab immortali Canonico *Biscionio* egregiis adnotationibus, & aereis tabulis tom.I. & II. Medic. biblioth. illustrato; alterum ex cod. illo nostro saepius laudato Angel. biblioth.

Illum cum Graecis duobus saec. XI. cumque Latino insignioris notae contulit, & ex collatione facta *non parum discriminis*, inter Syriacum, & Graecum, Latinumque sectionum numerum ex X. canonum summa collectum, interesse cognovit. Nos vero hunc nostrum Syro-Romanum cum Mediceo illo Flo-

rentino comparavimus in una tabula poſtrema canonis *decimi*, ubi lectiones *ſolius Iohannis* in ſeriem ordinantur. Numerus, quem noſter exhibet, eſt ſection. 93. At Syro-Mediceus numerum dat ſection. 103. Ab utroque Syro differt Graecus Millii, qui eſt ſection. 97. Ab hoc tamen Syriacus noſter non differt niſi in ſimplici omiſſione numerorum 80. 144. 163. 210. Nam in ceteris mire convenit. Non ita Mediceus, qui ex ſumma 103. non plures habet, quam 42. ſect. numeros, qui cum Graecis Millii, & Syris noſtris conveniant: reliqui omnes 61. ſection. numeri plane diſſentiunt. Quae varietas facit, ne cuiquam ſubeat animum mirari ſi Amidenus citat canonem, id eſt *ſegmentum* 89., ſub quo in cod. ſuo Syro erat hiſtoria adulterae; ſi rurſus cod. Syro-Mediceus, in quo haec hiſtoria legitur eam ſub alio numero referat, ſi denique in Graec. Millii, aliiſque codd., immo & in Latino S. Hieron. eadem ipſa praefixum habeat numerum canonis πϛ.', de quo iterum pauca dicam.

Nunc, ut ad Bar-ſalibaeum, unde paulliſper diſceſſimus, redeamus, ex teſtimoniis paullo ante recitatis liquet, Syro iſti ſcriptori, non modo Ammonium, & Tatianum, ſed eorum etiam evangelicas harmonias, quas ille ſuis in commentariis diſerte commemorat, fuiſſe probe cognitas, & exploratas.

Wetſtenius interea contra Millium pugnat, ne harmonia, quae ſub Ammonii nomine circumfertur, fetus illius genuinus credatur. Eoque in primis veluti vehementiori ariete utitur, quod *Latinus Ammonius habeat hiſtoriam adulterae Iohan.* VIII. *Ammonio aeque ac Euſebio numquam lectam*; quaſi ſcilicet unus ipſe viderit primigenia Ammonii, & Euſebii ſcripta, in quibus haec hiſtoria deeſſet.

Cetera, quae Wetſten. a *Valeſio* accepit, numquam cogent Millium a ſententia ſua diſcedere. De Euſebio id unum monet, multo certius eſſe, eum retinuiſſe hiſtoriam adulterae, quam in Tatiano, & Ammonio legerat.

Nec me movet cavillatio Simonii, qui incertam reddere nititur ſedem huius hiſtoriae poſitam in canone Euſebiano ſub num. πϛ.' 86., quod haec nota non ſit affixa ſingulari pericopae

copae de adultera, ſed antecedentibus verbis inde uſque a v.45. c.VII.; unde fit, ut hunc eumdem canonem $\pi\varsigma$.' hodieque retineant iidem ipſi codices, qui hac hiſtoria carent. Fatemur & nos canonem $\pi\varsigma$.' complecti ea omnia, quae a v. 45. cap. VII. ad v. uſque 19. cap. VIII. in Iohanne leguntur; nec eſſe praefixum uni pericopae de adultera. Sed adhuc iure noſtro contendimus ex indicati canonis poſitione illud ſaltem evinci, hiſtoriam hanc, ſi a Ioh.(uti contendimus) deſcripta eſt, nec ad calcem Evangelii, nec alibi, ſed hoc tantum in loco ſub can. $\pi\varsigma$.' ſedem ſuam apud Euſebium obtinuiſſe. Ut igitur oſtendatur, an revera in Euſebii codicibus hiſtoria noſtra ſub eo canone exſtiterit, confugiendum eſt ad ſcriptores, qui Euſebio proximi ad illius canonum normam Evangelia ſancta ordinarunt. Iam vero inter eos, qui *Pierii*, *Adamantii*, & *Euſebii* cum primis codices ſtudioſius expenderint, & conſuluerint, nullus eſt ipſius Euſebii aetate proximior, quam Hieronymus. At Hieronymus in emendanda antiqua Itala, eaque *Graecae fidei reſtituenda*, hiſtoriam de adultera ſub can. $\pi\varsigma$.' 86. collocavit. Certe ad exemplum Euſebiani codicis; nam ſi eo in loco non inveniſſet apud Euſebium hiſtoriam adulterae, aut eam ex Evangelio Nazaraeorum in VIII. cap. Iohan. ſub cit. can. inſertam in Euſebio ipſo vidiſſet, alicubi in operibus ſuis de hac hiſtoria ab Euſebio *in canonibus* praetermiſſa Hieronymus mentionem feciſſet, aut eam ab Itala reſecuiſſet, quemadmodum fecit ad cap.XII. v.10. Matthaei, unde ope canonis Euſebiani abſtulit fabellam de coementario ibi inſertam ex citato evang. Nazaraeorum. Qua de re vide Mill. in *Proleg.* p.72. edit. Oxon.

Ecquis deinde non facile credat, inter *multos* illos *Graecos codices*, quos Hieron. lib. III. cont. Pelag. §.2. tamquam huius noſtrae hiſtoriae teſtes adducit, evangelicos quoque Euſebii codices cum adiectis canonibus praecipue deſignari? Utitur enim Hieronymus hac hiſtoria ad *auctoritatem*, quae tota innititur authentico teſtimonio Evangeliſtae Ioh. ex probatae fidei exemplaribus, atque adeo etiam ex Euſebii canonibus agnito. Nam alio in loco, ubi Hieron. adverſus Pelagianos ipſos teſtimonium citat ex evangelio Nazaraeorum, eo ſe uti profi-

tetur *non ad auctoritatem*, ſed ad nudam *antiquitatem* ſententiae. Hinc ego ſuſpicor, Grotium anſam arripere potuiſſe ſcribendi: *Hanc hiſtoriam in Nazaraeorum Hebraeo* (Evang.) *fuiſſe*, *ſatis ex Hieronymo conſtat*. Confundens enim Grotius Hieronymi loca cont. Pelag. adducta, *memoria*, ut ait Fabric., *lapſus eſt*. Quamquam & Fabric. ipſe labitur, dum hiſtoriam de adultera a Iohan. narratam cum ea confundit, quam *Euſeb.* ex evang. ſecundum Hebraeos commemorat.

Neque nos ignoramus codices dari, qui notam can. πϛ.' 86. in margine gerant, licet non habeant in textu Evangeliſtae *pericopen de adultera*. Sed in his quaerere praeſtat, undenam omiſſio iſthaec repeti debeat? Nam eam ex nimia librariorum criticorumque ſcriptorum licentia repeti oportere, facile mihi ſuadet vel unum hocce exemplum, quod nobis ſuppeditant duo illi laudati codices Syri, Romanus, & Florentinus. Ambo verſionem Philoxenianam collatam Alexandriae a Thoma Heracl. cum tribus Graecis codd. exhibent. Sed in noſtro ſub num. ſect. ܦܘ 86. deeſt *pericopes* adulterae; quae eſt in Mediceo-Florentino, non tamen ſub ea ſect. ܦܘ; haec enim in can. x. non exſtat. *Hinc*, (verba ſunt v. cl. Stephani Evodii Aſſemani de codice iſto Mediceo ita ſcribentis), *eumdem diverſae editionis ab illis*, nempe a *praefatis* codd., in quibus haec hiſtoria deſideratur, *iuxta verſionem* Philoxeni *Mabugenſis*, a Thoma Heracleenſi *emendatam*, *quae apud nonnullos Syros in uſu eſt*, *editum non dubitamus*. Pone igitur Syro-Florentinum, in quo haec hiſtoria legitur ſub alio num. ſectionum, quam ſub 86. unum eſſe ex emendatis codd. Philoxenianae verſionis: tum, quid aliud inde inferes, niſi noſtrum Syro-Romanum eſſe in hoc loco corruptum vitio librariorum, qui licet retinuerint veram Euſebianae ſect. notam πϛ.', pericopen tamen de adultera abſtulerunt?

Quamobrem ferenda non eſt mira illa libertas, & confidentia Wetſtenii, qua veluti ex tripode pronunciare eſt auſus, *hiſtoriam adulterae Ammonio, & Euſebio numquam lectam*.

Quod tandem Grotius addit de tempore, quo haec hiſtoria addita fuerit graeco Evangelio Iohannis, & id quidem

fícti-

fictitium, & imaginarium est. Fingit enim eam insertam fuisse evang. postquam iam versio *Syriaca*, immo, ut Hamondus mentem Grotii exponens adiungit, ipsa quoque *Latina* versio in lucem prodierat; & ideo adulterae historiam in simplici illa Syrorum versione ab initio omissam existimat. Sed quum Syriacam versionem Grotius differat in ea tempora, quibus λειτυργία *formam certam acceperat*; quia haec ipsa Syrorum versio ad cap.VI. Matth. v. 13. additam habet δοξολογίαν mutuatam, ut ipse censet, ex formula illa liturgica: ὅτι σῦ ἐςὶν ἡ βασιλεία κ. τ. λ.; vix circa an. XL. saec. II., quo S. Iustinus Martyr florebat, & λειτυργία in communem, usitatumque ordinem redacta fuerat, Syrae versionis exordia statuere liceret; unde illud etiam consequeretur, ne historia adulterae dici posset in evangelium Iohan. inserta vel a Papia, vel *ab aliis* eiusdem Evangelistae *discipulis*, nisi aliquamdiu post aevum Iustini. Atqui per ea tempora iam legebatur in Evangelio Iohan. Nam Tatianus Iustini discipulus illius meminit in suo διὰ τεσσάρων: quod, ut idem ipse animadvertit Wetstenius, *in Evangelistis citandis videtur ad manus habuisse* auctor Constit. *Apostolicarum*, in quibus testimonium Iohan. de adultera disserte laudatur. Caussa ergo, cur Syra versio hanc historiam omiserit aut ea non est, quam fingit Grotius, aut certe est maxime dubia, incerta, & obscura.

Quid porro iudicii Grotius, & Hammondus de antiqua versione Itala laturi erunt? Syriaca ne recentiorem dicent, & diu post invectam in Evang. *pericopen* adulterae, adornatam? Sed ista ad citatum Matthaei locum non habet liturgicae illius δοξολογίας additamentum. Ex Grotii igitur ὑποθέσει Itala nostra erit antiquior Syriaca. Atqui ea semper habuit pericopen de adultera. Ab initio ergo, & ante tempora Syriacae editionis haec historia legebatur in Evangelio Iohannis.

Ceterum Grotianae hypothesi Syri omnes scriptores, aliique aliarum gentium eruditi viri adversantur; quippe qui Syriacam versionem tamquam omnium antiquissimam celebrant, eorumque nonnulli ab Apostolis, vel ab Apostolico homine conditam volunt; quamquam multo magis eidem hypothesi adver-

adverſari videatur Wetſtenius, qui hanc vulgatam Syrorum verſionem ab ea, qua uſus eſt S. Ephraem, duce Fabricio, diverſam putat; immo nonnihil in ea ſe deprehendiſſe ſcribit, quod ingenium aevumque ſpiret ſaec. VII. Sed haec tam nova, & peregrina commenta uni Wetſtenianae critices licentiae deſerenda ſunt.

Ad nos quod ſpectat; ex hactenus dictis, & demonſtratis colligimus, hypotheſim Grotii multis nominibus admitti non poſſe, I. Eo nos ducit, ne pericopem de adultera ab auctore divinitus inſpirato in Evangelio Iohan. ſcriptam credamus; quod nefas eſt de canonicae ſcripturae particula cogitare. II. Indignum quiddam, & improbabile nobis ſuadere nititur, ubi ponit Iohannem quaſi metu publicae calumniae deteritum referre timuiſſe in Evangelio ſuo factum adulterae. III. Quae Grotius ſtatuit de tempore, deque auctoribus huius hiſtoriae in Evangelio Iohan., poſt editionem Syriacae verſionis, inſertae, fallaciſſima ſunt, & ad id, quod ſibi propoſuit, demonſtrandum prorſus inepta.

Ὑπόθεσις II. Ianſen. Gandav. Commentar. in Evang. cap. 76. *Hanc hiſtoriam ex apocrypho illo* (Nazaraeor.) *Evang. additam ſtatuit, quae tamen auctoritatem obtinuerit, non quod in apocryphis ſcripta fuerit, ſed quod eam Papias e ſuo doctore audierit, quodque hanc eccleſiae conſenſus, ut Evangelio dignam comprobarit.* At vero Gandavenſis hypotheſis abſurda involvit aut eadem, aut iis, quae in Grotiana iam obſervavimus, omnino ſimilia. Non parum in primis laeditur dignitas Evangelii Iohan., ſi ei addita ponatur hiſtoria iſta ex apocrypho Evang. ſecundum Hebraeos. Quid, ſi Papias vir exigui ingenii, & malus haud ſemel Apoſtolicorum dictorum interpres, deceptus eſt, & hiſtoriam apocryphi evangelii cum ea confudit, & miſcuit, quam illius doctor narrando tradiderat? Ecquamnam deinde hiſtoriam conſenſu ſuo comprobavit eccleſia? Illam ne, quam in apocrypho evangelio ſcriptam Papias ſuis quoque auribus ſive ab Apoſtolo Iohan., ſive etiam ab eiuſdem Apoſtoli auditoribus exceperat? Non credam. Neque enim illam, ſed hanc unam, cuius teſtis & ſcriptor fuit Evangeliſta Iohan. univer-

ſalis

ſalis eccleſiae comprobavit. Accedit, his, quod eccleſia numquam facere potuiſſet, ut pericopes de adultera locum obtineret in Evangelio Iohan., eique *divinae* auctoritatis dignitas tribueretur, niſi certa fuiſſet de illius auctore, qui peculiari Spiritus Sancti lumine ductus in ea ſcribenda ab omni erroris periculo alienus eſſet. At huius certitudinis gradus in hypotheſi *Gandavenſis* omnino deeſt.

Ὑπόθεσις III. quam ſic exponit noſter ille ſive Aegidius, ſive alius quilibet vetus auctor quaeſtionum in Iohan. ad cap. illius Evang. VIII. *Quod Chryſoſtomus nihil dicat, cauſſam neſcio. Quidam dicunt, quod in antiquis libris Graecis non inveniebatur, quia Iohannes addidit eam evangelio completo.* Nihil detrahit divinae huius hiſtoriae auctoritati. Eam tamen e ſede ſua removet. Cur autem Latinorum nonnulli ſic opinati fuerint, ea omnium probabilior cauſſa reddi poteſt, quod hiſtoriam de adultera in graecis quibuſdam ἀντιγράφοις reiectam noſſent ad calcem Evangelii Iohan.

Ὑπόθεσις IV. Richardi Simonii in Diſſert. crit. de *mſs. Novi Teſtam.* adverſus Arnaldum: *Aprés avoir medité*, p. 26. Simonius inquit, *ſur l'hiſtoire de la femme adultere, qu'on lit au commencement du chap.* 8. *de S. Jean dans tous les exemplaires Latins, & qui n'étoit point autre fois dans les exemplaires Grecs les plus exacts, je n'ay pu rapporter cette grande difference à d'autre raiſon, qu'à la correction du méme Origene, qui a cru que cette hiſtoire avoit eté ajutée après coup au texte de S. Jean, ayant été priſe d'un Evangile apocryphe. Les egliſes d'Orient ont ſuivi cette correction; & c'eſt ce qui fait que l'egliſe de Conſtantinople, les egliſes d'Egypte, & celles des Syriens ne l'ont point liſié, bien qu'Ammonius, & Tatianus l'euſſent trovée dans leurs exemplaires avant Origenes.* Et p. 27. *L'ancienne vulgata ayant eté faite ſur un ms. ou cette hiſtoire étoit, elles s'eſt conſervée dans les exemplaires latins qu'on liſoit dans les egliſes. Quoy que S. Jeróme preferàt l'exemplaire d'Origene ou elle n'etoit point, il n'oſe cependant pas l'oter de l'edition latine, etant trop autoriſée par l'uſage publique.* Rurſum: *Origene, qui n'a pas jugé en Theologien, mais en critique de la verité de cette hiſtoire, a cru*

a cru qu' elle ne devoit point tenir ſe place dans l' Evangile de S. Jean, voyant qu' elle avoit été tirée de l' Evangile Ebreu des Nazaréens.

Excipe quae Simonius adfirmat de hiſtoria adulterae a Tatiano, & Ammonio in Iohannis evangelio agnita; quaeque de Graeco primigenio codice illius Evangelii, deque vulgata noſtra ex eo parta, & inde eamdem hiſtoriam retinente ſimiliter ſcribit, cetera pura putaque ſunt aberrantis imaginationis commenta, temere prorſus, & nimis confidenter iactata. Undenam enim, quaeſo, Simonius bellulam hanc narratiunculam accepit de *Origine*, qui ex Evangelio Iohannis a ſe ad regulas critices emendato, conſulto expunxerit *pericopen* de adultera, quod eam ſpuriam eſſe ſciret, & ex Hebraico Evangelio Nazaraeorum intruſam? Origenes certe de hac hiſtoria ubique ſiluit, ſed numquam eam reiecit. Idque Simonius ipſe tom.I. *H. C.* cap.13. teſtatur, ubi Origenem inter eos Patres commemorat, *qui de cette hiſtoire ... n' en diſent rien*. Hinc de ipſo quoque Origine iure quaeritur, cur nullam de ea mentionem fecerit? At vero admiſſa ſemel Simoniana hypotheſi de emendato Evangelio Iohan., & ex eo reiecta hiſtoria adulterae, ſequeretur, Byzantii, Aegypti, Syriae, & Orientis omnes eccleſias Origenis exemplo, & auctoritate ductas, non modo omiſiſſe, ſed etiam dedita opera hiſtoriam hanc reieciſſe tamquam adulterinam, & ex apocrypho evangelio inductam. Quod certe falſum omnino, & commentitium eſt.

Ὑπόθεσις V. Ea eſt, quae pericopes ex Evang. Iohan. detruncatae auctores ſtatuit *Novatianos*. Nulli tamen Patrum, qui collato gradu cum hoc haereticorum agmine decertarunt, hanc eis dicam ſcripſiſſe commemorantur. Hinc viri docti, iudiceſque graviſſimi communi fere calculo ab huiuſmodi ſacrilegae fraudis genere *Novatianos* abſolvunt. Quid, quod, hac hypotheſi ſemel admiſſa, fraus Novatiana Latina magis, quam Graeca exemplaria occupare debuiſſet? Novatianorum enim haereſis orta primum eſt apud Latinos.

Ὑπόθεσις VI. Ex lib. II. SS. Doctoris Auguſtini *de adulterinis coniugiis ad Pollentium* excerpta. Quum haec Auguſtinus c.6. praemi-

praemisisset: *Quod tibi durum videtur, ut post adulterium reconcilietur coniugi coniux, si fides adsit non erit durum Nunc enim posteaquam Christus ait adulterae* : Nec ego te damnabo, vade, deinceps noli peccare : *quis non intelligat debere ignoscere maritum, quod videt ignovisse Dominum amborum; nec iam se debere adulteram dicere, cuius poenitentis crimen divina credit miseratione deletum*? scribere pergit : *Sed hoc videlicet infidelium sensus exhorret, ita ut hominum modicae fidei vel potius inimici verae fidei, credo, metuentes peccandi impunitatem dari mulieribus suis, illud quod de adulterae indulgentia Dominus fecit, auferrent de codicibus suis : quasi permissionem peccandi tribuerit, qui dixit*, iam deinceps noli peccare, *aut ideo non debuerit mulier a medico Deo illius peccati remissione sanari, ne offenderentur insani*. Haec de *Graecis* codicibus sic interpolatis dicta ab Augustino fuisse non modo Millius, sed & magni ipsi Maurini PP. Augustinianorum operum editores intelligere videntur : Fabricius vero *de libris quibusdam, & versionibus antiquis* generatim accipit. Inde caussa omnium aptior, & probabilior datur, cur vel in vetustissimis quibusdam Graecorum, imo & in ipsis Origenis, Chrysostomi, & Cyrilli Alexandr. exemplaribus haec historia praetermissa fuerit.

Principio enim facile fuit, ut fallax illa, & insana, quam Augustinus indicavit, persuasio scribarum quorundam imperitorum animos occuparit. Nam, ut Ambrosius in Apologia Davidis de hac historia sermonem instituens, ait : *Profecto, si quis eam auribus accipiat otiosis, incentivum erroris incurrit*, quemadmodum Armenis, teste *Nicone*, accidisse novimus. Si porro ad illius male natae persuasionis fallaciam accessit metus non modo criminationum, quibus haeretici, & pagani coniunctis studiis factum Christi in hac historia narratum impetebant, verum etiam publicarum legum, municipaliumque animadversionum, quae in adulterii flagitia passim exercebantur, statim intelligemus, quomodo vel secundo ipso Ecclesiae saeculo in privatis exemplaribus evangelii secundum Iohan. historia de adultera supprimi facillime quiverit. Nec mirum videri debet, si ea omissio e domesticis, & privatis in publica

 Orien-

Orientalium quarumdam Ecclesiarum apographa subinde manarit; aut ita saltem fuerit ab iis usu recepta, ut etsi haec historia scripta in Evangelico codice esset, numquam tamen, (quod sic expedire putarent,) coram populo legeretur. Vid. in hanc rem Millium ad cap.VIII. Ioh., & in *Proleg.*, Ioh. Alb. Fabric. in *Apocr. N. T.*, Christophorum Wolf. *in observ. Evang.*, Seldenum *de uxor. Hebr.*, aliosque ex ipso protestantium numero eruditissimos viros a doctissimo Calmeto laudatos.

Et quoniam inter caussas, quae ad intermittendam tum in solemnibus Orientalium populorum coetibus, tum etiam in privatis quibusdam, publicisque codicibus, pericopae nostrae lectionem inducere potuerunt, metum incurrendi offensionem imperialium, municipaliumque legum adversus adulteros indicavimus, pauca de his adiicere praestat.

Iam Caesar Augustus legem tulerat *Iuliam : de Adulter.* quae permittit patri, ut quemlibet deprehensum in adulterio cum filia mactet, & marito, ut adulterum vilem necet. An eadem lege *publica* mortis poena decreta fuerit adulterio, certant inter se viri docti, & in antiquarum Legum historia peritissimi. Nicol. Comnen. Papadopoli, qui *in Praenot. Mystagog. ex Iure Canon.* resp. VI. sect. IX. *de nece adulterae* tam multa de poenis adulterorum apud omnes fere gentes tum ante, tum post Augusti tempora collegit, nullam publicae, sed tantum privatae necis mulctam lege Iulia irrogatam probat. At Iohan. Voet in doctissimo Commentar. ad Pandectas lib. II. tit. 15. *de Transaction.* n. 18. multis evincit, *poenam sanguinis lege Iulia* adulterio decretam, eo rigore, ut *nominatim vetita* fuerit *de adulterio transactio*; quamquam fateatur, *ipsam legis Iuliae poenam, quae saepe, quasi lege prope dormiente, vix in adulteria decernebatur, fuisse alias renovatam, notante illud Iuvenale satyr. 2. v. 19.* Hinc mirum non esse scribit, si tandem a *Magno Constantino renovata* ea fuerit. Nam certe *Apuleius, & Arnobius, qui ante Constantinum vixerunt, capitalis in adulteros meminerunt poenae*. Huc etiam spectare videtur Imp. Antonini Constitutio, quam ex *Gregoriano* cod. laudat S. August. lib. II. *de adult. coniug.* c. 8. Animadvertendum praeterea est cum eodem

dem Voeto, plerumque accidisse, ut licet Proconsules, & Praesides provinciarum poenam ex lege Iulia non irrogarent adulteris, eam tamen quasi *extra ordinem* infligere consuescerent, *ex mandatis principum ad usum, ac praxin puniendi sacrilegos accommodatis*. Poenam deinde capitalem exasperarunt *Constantius, & Constans, qui adulteros culeo insui iusserunt*.

Profecto in *Epheso* iudicia publica in adulteros institui consuevisse colligi potest ex *Eroticis Achillis Tatii Alexandrini* ab eo certe editis antequam Christianam religionem amplecteretur. Ibi vides *Praesidem* iudiciorum in caussa adulterii ἄρχοντας, iudices decem, accusatores, patronos, satellites, carcerem, vincula, & lib. demum VIII. τὴν ὀφειλομένην τοῖς μοίχοις τιμωρίαν; θάνατος δὲ ἐστι, *debitam adulteris poenam, quae mors est*.

In Aegypto Philonis aevo poena procul dubio capitalis, eaque publica inferebatur adulteris. Audiatur Philo ipse, qui lib. de Ioseph p.48. de adulterio loquens: *Hoc crimen*, inquit, *cui mortalium non caede mulctandum videtur? Nam de ceteris dissentire soliti in hanc solam conspirant sententiam; ita ut omnes poena capitali dignos pronuncient* adulteros, *& deprehensos iniudicatos laesis dedunt mactandos*. Non deprehensi vero, sed accusati in carceribus iudicandi includebantur. Unde pag. 53. de carcerum custodibus ait: *Degunt hi inter plagiarios, fures, parietum perfossores, facinorosos, violentos, stupratores, homicidas*, μοίχους adulteros, *sacrilegos*. Ubi animadvertere iuvat Philonem, non de Hebraeorum, sed de Gentilium, Aegyptiorumque omnium adulteris, ex universae illius nationis moribus, & institutis, generatim loqui. Nam adulterii crimen in Aegypto frequentissimum erat. Unde illa est Achillis Tatii exclamatio: *O Aegyptium, & Ionicum adulterium*!

De hoc enormi crimine inter Byzantinos, aliasque gentes grassante nihil est, cur plura moneam. Huius monumentum est maximum, & sempiternum lex a Magno Constantino sive edita, sive, quod verius existimo, renovata, de poena capitali in adulteros interminata.

Iam quiſquis eſt, qui meminerit, quid Grotius dixerit de conſilio, quo motus S. Apoſtolus Iohan. a ſcribenda in evangelio ſuo hiſtoria adulterae abſtinuerit, non dedignabitur, uti ego ſpero, atque confido, noſtris quoque, non admodum diſſimilibus, coniectationibus faciles benignaſque aures praebere.

Pone in Epheſo, ſecundo, vel tertio Eccleſiae ſaeculo librarium, qui territus publica iudiciorum forma, & ſeveritate in puniendis, damnandiſque adulteris, metueret, ne ex mirabili illa indulgentia, & pietate Chriſti in adultera abſolvenda religionis noſtrae hoſtes occaſionem arriperent traducendi chriſtianos tamquam publicorum iudiciorum in adulterii crimine everſores. Fac & praeconcepto metui acceſſiſſe variarum ſuſpicionum aeſtum de confuſa veritate hiſtoriae cum traditionibus Papiae, & incertis Hebraici Nazaraeorum Evangelii enarrationibus; unde ſcriba ille Epheſinus paullo in fide (ut cum Auguſtino loquar) timidior, & humanae prudentiae conſiliis ſeductus hanc hiſtoriam in ſuo, quod deſcribebat, evangelii Iohannis exemplari, omittere primum coeperit. Quid inde? Nil eo certe credibilius accidere potuit, quam ut hoc unum apographum, Epheſi in urbe, & ſede ipſa Apoſtoli Ioh. elaboratum, magnam ſibi conciliaret auctoritatem praeſertim apud exteros, ad quos forte fortuna perveniſſet. Inde & in ceteras Aſiae civitates, & in Aegyptum, atque Byzantium facile manare potuerunt alia eius generis exemplaria, in quibus omiſſio huius hiſtoriae tanto acceptior eſſet, quanto aptior, & opportunior inter hos populos videri poſſet ad amputandam occaſionem calumniae de everſione iudiciorum in cauſſis, & criminibus adulterorum; niſi velis, id quod cogitabamus de Epheſino librario, accidiſſe primum aut in Aegypto, aut in Thracia, ubi iiſdem de cauſſis Graeci quidam ſcriptores excitati fuerint ad hanc pericopen in exemplaribus ſuis ſimiliter omittendam.

Nec aliunde ortam crediderim omiſſionem iſtius hiſtoriae, quae tum in antememoratis codd., tum in Syriaca verſione, tum vero maxime in hoc noſtro Aegyptio fragmento occurrit.

Inde

Inde etiam in Byzantinam cum primis, & Alexandrinam Eccleſiam morem ſurrepſiſſe ſuſpicor, ne coram populo hiſtoria noſtra legeretur. Hunc morem, ante M. Conſtantini tempora invectum, invenit Byzantii S. Iohan. Chryſoſtomus, & Alexandriae S. Cyrillus, & ideo nec ii, nec alii quidam ex antiquis evangel. Ioh. enarratoribus, ſuis eam commentariis explicuiſſe deprehenduntur. Interea vero non hi PP. SS., qui hanc praxim innoxie ſervarunt, ſunt accuſandi, ſed quicquid in hac S. Evangelii particula omittenda peccatum eſt, uni librariorum illorum, de quibus dicebamus, licentiae tribui debet. Mihi enim probatiſſima eſt praeclara illa Maurinorum Patrum ſententia, qua viri doctiſſimi laudatum Auguſtini iudicium confirmant, *ut quod primum in Iohannis verioribus exemplaribus exſtabat, detractum ſit hominum imprudentium temeritate, ne mulieribus adulteris, in quas erant ſeveriores leges ſaeculares, peccandi licentia, & impunitas in Evangelio data videretur*.

Haec porro omiſſio aditum patefecit novo cuidam licentiae generi, quod ſibi critici librarii in *pericopen* noſtram nimis facile uſurparunt. Quum enim in eorum animis varias de illius ἀυθεντίᾳ ſuſpiciones creaſſet, effecit, ne ea, qua par erat, religione primaevam ſacri textus integritatem ſervare curarint. Hinc natam aiunt notabilem illam *variantium* frequentiam, quae in undecim prioribus verſiculis c. VIII. Ev. Iohan. occurrit. Sic & eorum plures, qui γνησιότητα iſtius evangelicae particulae tuentur, affirmare non dubitarunt. Sed audiendus heic eſt inter ceteros vir magni ingenii, & exquiſitae eruditionis *Chriſtophorus Volfius*, qui, praeeunte *Millio*, obſervat, *lectionum varietatem talem hic eſſe, qualis alibi, & in primis In Apocalypſi occurrat*.

Nunc vero, ſi fortaſſe cupis ex his quoque tabulis noſtris quaedam iſtarum variantium exempla, quae nobis ſuppeditarunt codd. a Wetſtenio non viſi, accipe ſyllogem.

I. Ex cod. *primo*, ſive ex Evangeliar. Borgiano ſaec. XI. Verſ. 3. Ἐπὶ μοιχείᾳ καταληφθεῖσαν. V. 4. Λέγουσιν ἀυτῷ πειράζοντες ... κατελήφθη. V. 6. ex incuria amanuenſ. omittitur ἔγραφεν ... & in fine v. additum legitur μὴ προσποιούμενος. V. 7. Πρῶτον

pro

pro πρῶτος ἐπ' αὐτὴν λιθοβαλέτω. V.9. vitio librarii desideratur ἕως τῶν ὀσχάτων ... ἔσα pro ἑςῶσα. V. 11. Deest αὐτῇ.

II. Ex cod. II. Borgiano eiusdem, aut seq. saec., complectente lectiones Evangel. per annum distributas. In die *S. Pelagiae*: Ἐκ τᾶ κατὰ Ἰω. Vers.3. ἄγεσι omisso πρὸς, legit tantummodo τὸν Ἰησᾶν ἐπὶ μοιχεία κατειλημμένην. 4. ... Κατείληπ]αι ἐπαυτοφόρῳ μοιχευομένη. 5. Καὶ ἐν τῷ νόμῳ ἡμῶν λειθάζειν. 6. Τᾶτο δὲ εἶπον ἐκπειράζοντες ... κατηγορίαν αὐτᾶ. 7. ... Ἀνέκυψε· καὶ εἶπεν αὐτοῖς πρῶτον ἐπ' αὐτὴν λίθον βαλέτω. 9. Οἱ δὲ ἀκέσαντες ἐξήρχοντο ἀρξάμενοι ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων. Καὶ κατελείφθη Ἰησᾶς καὶ γονὴ ἐν μέσῳ ἔσα. 10. Desunt haec: Καὶ μηδένα θεασάμενος πλὴν τῆς γυναικος. Deinde haec habet: γύναι. πᾶ εἰσὶν οἱ κατηγοροί σᾶ. 11. Deest αὐτῇ: tandem concludit: ἀπὸ τᾶ νῦν μηκέτι ἁμάρτανε.

III. Ex cod: maj. biblioth. Angel. vers.3. ἐπὶ μοιχεία. 4. Ταύτην εὕρομεν ἐπαυτοφόρῳ μοιχευομένην. 5. Ἐν δὲ τῷ νόμῳ ὑμῶν Μωσῆς ἐνετείλατο τὰς τοιαύτας λιθάζειν περὶ αὐτῆς. 6. ἵνα ἔχωσι κατηγορίαν κατ' αὐτᾶ ... μὴ προσποιέμενος. 9. ... εἷς καθ' εἷς ... ἔσα. 10. ... γυῦναι· πᾶ εἰσὶν οἱ κατήγοροί σε. 11. Καὶ ἀπὸ τᾶ νῦν μηκέτι ἁμάρτανε.

IV. Ex cod. min. vers.3. deest πρὸς αὐτὸν. In ceteris ad totum usque v. 6. eaedem variantes sunt, quas in cod. maj. vidimus. Vers. 7. ἐπερωτῶντες αὐτῶν ἀναυλέψας εἶπεν αὐτοῖς πρῶτος λιθωυαλέτω ἐπ' αὐτὴν. V. 9. deest καὶ ὑπὸ τῆς συνειδήσεως ἐλεγχόμενοι. Deinde sic: ὁ Ἰησᾶς μόνος ... ἔσα pro ἑςῶσα, ut in maj. nostro, & in Borg. V. 10. Ἀνάκυψας δὲ ὁ Ἰησᾶς· εἶδεν αὐτὴν, καὶ εἶπεν. γύναι· πᾶ εἰσὶν: omittuntur οἱ κατήγοροί σε, cod. maj. ἐδεὶς σοι κατέκρινεν. V. 11. ἀπὸ τᾶ νῦν μηκέτι, ut cod. maj.

Ex schedis, quas mecum mira cum liberalitate communicavit cl. Danus Christophorus Munter, intelligere potui variantes cod. II. biblioth. nostrae prodiisse ex apographo eius simili, unde prodiere variantes Evangeliarii, quod uncialibus litteris exaratum inter cimelia Nobiliss. *Naniae* domus asservatur Venetiis. Una in hoc est additio ad v. 8. ενος εκαςου αυτων τας ἁμαρτιας. Ea legitur in *quinque* mss. Colb. a Wetstenio numeratis, in dial. Hieron. cont. Pel., & in cod. Hungar., atque etiam in Alexandr. a *Bar-hebraeo* laudato, sed in nostro desideratur.

Verum

Verum antequam manum de tabula amoveam, impune praeterire non ſinam ſcrupulum, quem nobis Wetſtenius, aliique pauci iniicere tentant, ne credamus auctorem *Synopſis Scripturae ſacrae* tam nitide, ac praeciſe hiſtoriam adulterae ex loco Evang. Ioh., ubi modo eſt, retuliſſe, ut certam de ea re non reliquerit dubitandi notam. Quid enim, aiunt, aliud ſignificat ordo narrationis, quo paucis primum verbis complectitur ſermones, & diſputationes Chriſti cum Iudaeis habitas cap. VIII. Ioh. ad verſic. uſque 20. ſic dicens: *Iterum Ieſus diſputat cum eis: ipſi contra verba eius confutare conantur*, & mox adulterae hiſtoriam commemorat: ἐνταῦθα τὰ περὶ τῆς κατηγορηθείσης, ſubiicitur ſcilicet, ut Patres Maurini interpretantur, *de muliere ſuper adulterio accuſata*? Nonne haec ſatis aperte demonſtrant, ſcriptorem noſtrum in apographo ſuo hanc hiſtoriam collocatam legiſſe inter 20. & 21. verſiculum eiuſdem capitis. Hic igitur ipſe *Synopſeos* locus novam quamdam de ea dubitandi cauſſam nobis in animo parit.

At miror viros ceteroquin acutiſſimos non vidiſſe vocem ἐνταῦθα, quae totam hanc parit difficultatem, ἐπίρρημα eſſe non τοπικὸν, ſed χρονικὸν, idemque ſignificare ac τότε *tunc*, *eo tempore*, aut etiam ἐν τούτῳ *interea*. Ergo, ſi recte mens ſcriptoris noſtri exponatur, ea eſt, ut quae de adultera in c. VIII. Iohan. narrantur, pertineant ad illud temporis intervallum, quod interfluxit inter ſermones Chriſti cum Iudaeis primum habitos, quando diluculo, πάλιν *iterum*, venit in templum antequam adduceretur ad eum adultera, ut narratur v. 2., & inter ſermones, quos πάλιν *rurſum* cum eis habuit a v. 12. ad *vigeſimum* uſque, poſtquam miſeram feminam abſolverat.

Iam non ego quaeram, an magnus Epiſcopus *Athanaſius* ſacrae huius *Synopſeos* auctor fuerit, an vero magis, ut Wetſten., Caveus, aliique cenſent, *Athanaſius* alter, qui ſaec. V. florebat. Satis enim mihi eſt in hoc eleganti, & egregio opere divinos libros citari ex eorum ordine, qui publica Alexandrinae eccleſiae auctoritate recepti in ſolemnibus conventibus legebantur. Ii enim omnes ex canone eiuſdem eccleſiae recitantur. Hinc auctor noſter *Danielem* verbis hiſce commemorat:

rat : *Daniel*, *cuius exordium est* : Et erat vir habitans in Babylone, & nomen illi Ioachim, & accepit uxorem nomine Susannam filiam Chelkiae. Quod novum visum est Maurinis adnotatoribus, unde illa est tantorum virorum observatio: *Nec in Graecis*, *nec in Latinis exemplaribus prophetia Danielis iam incipit a Susanna*. Sed in Alexandrina ecclesia tale erat libri Danielis exordium, ut liquet ex versione Copto-Memphitica, quam ego, quum latio donare cepissem, iuxta exemplum mei Boniurii manu diligentissime exaratum, aliis curis distentus intermittere coactus sum.

Ex his vero mihi colligere posse videor, historiam adulterae in codicibus Evangelii S. Iohan. ab Alexandrina ecclesia usu receptis, & approbatis, eodem ipso aevo, quo *S. Cyrillus* Athanasii iunioris, uti fatetur Wetsten., avunculus, commentaria sua adornabat, exstitisse; adeo ut si eam Cyrillus praetermisit, non alia de caussa id fecisse putandus sit, nisi quia tum temporis nondum in publicis conventibus coram populo *pericopes* nostra legebatur.

(1) Ad vers. 12. Πάλιν οὖν αὐτοῖς ἐλάλησεν ὁ Ἰησοῦς, λέγων. Editi praemittunt ὁ Ἰησοῦς τοῖς αὐτοῖς. Cantabrig., & alii codd. duo apud Wetsten. ἐλάλησεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, λέγων. Hi uni ὁ Ἰησοῦς ponunt cum nostro ante λέγων. Ceteri omnes ab eodem Wetst. laudati ὁ Ἰησοῦς collocant ante ἐλάλησε. Ex his corrige, quae cl. Eques Michaëlis de scriptoris nostri lapsu adnotavit. Nam nec verum est, *quod* ἐλαλησε *sine* ν *ephelcystico ante vocem a vocali incipientem sit scriptum*. Est enim in cod. super *e* extremum lineae nota compendiaria τυ, ν. Hinc legendum est ἐλαλησεν, & non ἐλαλησε.

(2) Ibid. μοι, singularis. Nam omnes legunt ἐμοὶ.

(3) Ibid. περιπατήσῃ. Ed. περιπατήσει. Noster cum Origene in primis, cumque aliis plurimis melioris, antiquiorisque notae codd. a Wetsten. productis consentit.

(4) Vers. 14. οὐκ οἰδάτατε. Error descriptoris pro οἴδατε. Coeperat scriba ope scalpri delere praesertim τὸ, δ. Sed coeptum perficere neglexit.

Ibidem sequitur η που υπαγω, quod in editis est: καὶ

πῶ

πῦ ὑπάγω. Noſter eamdem, quam Cantabrig., Cypr., Reuchlin., Vat.349., aliique bene multi codd., lectionem habet. Sic nullus heic error eſt, ſed tantum lectio varians, eaque probatiſſima, & cum vulgata noſtra conſentiens. Hinc aditus omnis praecluditur tot illis ceteroquin ingenioſiſſimis coniecturis, quibus Eques Michaëlis errati cauſſas multifariam exponere ſtuduit. Non enim καὶ ἢ ὑπάγω, ſed ἢ πῦ ὑπάγω in Fragmento noſtro ſine ullo liturae indicio apertiſſime legitur. Cod. duo Angel. biblioth. ob ὁμοιοτέλευτον: καὶ πῦ ὑπάγω, totam hanc v. 14. particulam omittunt, nempe: ὑμεῖς δὲ ὐκ οἴδατε πόθεν ἔρχομαι, καὶ πῦ ὑπάγω.

(5) Verſ. 16. ἀληθινή ἐστιν. Ed. ἀληθής ἐστιν. Noſter cum Origene in comment., & cum Cantabrig., & Reuchlin. legit ἀληθινή ἐστιν.

Ibid. Praeſtat heic verba ipſa referre laudati Equit. Michaëlis: *Illud*, inquit, *exemplum ſimilis errandi occaſionis habemus in proxima variante v.16., ubi abſque ſenſu ſcribitur*: ἀλλὰ ἐγὼ ἀληθινὴ, καὶ ὁ πέμψάς με πατήρ. *Habent nempe mſs. aliqua in verbis proxime praecedentibus* ἀληθινὴ *loco* ἀληθὴς; *corrector fortaſſe hoc* ἀληθινὴ *ad marginem ſcripſerit*, *deſcriptor vero id textui loco indebito inſeruerit*. Huius tamen tam novae, tamque ineptae variantis exemplum in Fragmento noſtro nullum eſt. En locus integer: Ἡ κρίσις ἡ ἐμὴ ἀληθινή ἐστιν· ὅτι μόνος ὐκ εἰμὶ· ἀλλ' ἐγὼ, καὶ ὁ πέμψάς με πατὴρ. Inſitio igitur τῦ, ἀληθινὴ, inter ἀλλ' ἐγὼ, & inter καὶ ὁ πέμψας eſſe poterit in ſolis ſchedis, unde locum hunc depravatum cl. Eques exſcripſit.

(6) Verſ. 19. ἀπεκρίθη Ἰησῦς: ſic Angel. biblioth. cod. Ceteri & ed., & mss. ὁ Ἰησῦς habent cum articulo ὁ.

Ibid. ὔτε ἐμέ οἴδατε, ὔτε τὸν πατέρα μυ: pro ὔτε τὸν πατέρα μυ.

(7) Ibid. ἂν ᾔδειτε: ſic & Orig., & S. Cyrillus, & C. Reuchlin. adnotante Wetſten., & Equ. Michaëlis. Reliqui & Ed., & mss. ᾔδειτε ἄν.

(8) Verſ. 20. ταῦτα τὰ ῥήματα ἐλάλησεν ἐν τῷ γαζοφυλακίῳ. Omittit poſt ἐλάλησεν (ὁ Ἰησῦς,) qui certe eſt in editis, aliiſque pluribus mss., ſed omittit cum Origene, cum S. Cyrillo, cum Cantabrig., Cyprio, & VIII. Stephani.

 (9) Verſ. 21.

(9) Verſ. 21. Εἶπεν ἐν παλιν αὐτοῖς, tacito ὁ Ἰησῦς, quemadmodum faciunt Orig., S. Cyrill., & Cantabrig., atque Latin. codd.

(10) Verſ. 23. ἔλεγεν αὐτοῖς... cum Cantabrig., VIII. Steph., Leiceſtr. codd., & cum Orig., & S. Cyrillo. Hinc laudati Michaëlis iudicio, illud in Fragm. noſtro peculiari obſervatione dignum occurrit, quod vv. 20. 21. & 23. *variatlones cum Origene omnes concordant*. Ibid. ἐκ τέτε τῦ κόσμε ἐςὲ. Editi ἐκ τῦ κόσμε τέτε ἐςὲ.

(11) Verſ. 24. ἀποθανεῖσθε ἐν ταῖς ἁμαρτιαις ὑμῶν· ἐὰν γαρ κ. τ. λ. & iterum ἀποθανεῖσθε... Cod. Ang. bibl. min. formae ἀποθανεῖσθαι mendoſe utrobique legit, & γὰρ omittit poſt ἐὰν.

(12) Verſ. 25. Τὴν ἀρχὴν ὅτι. Sic Reuchlin., & Latini cod., Auguſtinus, aliique apud Wetſten. Editi τὴν ἀρχὴν ὅ, τι.

(13) Verſ. 26. καὶ κἀγὼ ἃ ἤκυσα. Καὶ ſingularis lectio, ſed ſuperflua.

(14) Ibid. Ταῦτα λαλῶ cum Cantabrig., Cyprio, aliiſque pluribus apud Wetſten. Editi ταῦτα λέγω.

(15) Verſ. 28. Εἶπεν ἐν ὁ Ἰησῦς ſine αὐτοῖς cum Reuchl. & Lat. codd. Editi εἶπεν ἐν αὐτοῖς ὁ Ἰησῦς· πάλιν poſt αὐτοῖς addunt Cantabrig., duo alii codd. apud Wetſt., & utraque Syra verſio; ſed poſterior in exemplari Angel. bibliothecae habet poſt εἶπεν ܗܘ ܠܗܘܢ ܬܘܒ ܝܫܘܥ ܐܡܪ ἐν αὐτοῖς πάλιν ὁ Ἰησῦς. In priori deſunt ἐν, & articulus ὁ.

(16) Ibid. Ἐδίδαξέν με ὁ πατὴρ. Editi ἐδίδαξέ με ὁ πατήρ μυ. In ἐδίδαξέν με, ν, contra regulas additum. Quamquam in Borgiano quoque cod. legatur: ἐδίδαξεν με. Μυ vero in noſtra, ut & in Cantabrig., aliiſq. codd., perinde atque in Euſebio, & S. Cyrillo, deeſt.

(17) Verſ. 29. ὐκ ἄφηκέν με μόνον. Et heic rurſus ν more Aegyptio inter ἄφηκε, & με male inſertum. Deeſt in noſtro poſt μόνον vox ὁ πατὴρ, ſicuti deeſt in Cantabrig., in Reuchlin., in aliis codd. Wetſt., & in Euſebio, ac S. Cyrillo.

(18) Verſ. 31. Ἐὰν ὑμεῖς μένητε. De μένητε unicum evang. ſub num. 9. adfert Wetſten. Μείνητε Editi omnes habent.

EXPO-

EXPOSITIO IV.

Versio Copto-Thebaica fragmenti nostri in Latinam linguam translata seorsum a Graeco textu spectanda proponitur.

Ex cap. VI. Evangelii S. Iohannis

V. 21.
.
. . . (1) ⲟ. .
. . . . ⲟⲛⲉ
. . . . ⲛⲉⲩ//
. . . . ⲉⲣⲟϥ
22. . . . ⲧⲉ ⲡⲙⲏ//
. . . ⲧ ⲁϩ ⲉⲣⲁ//
. . (2) ⲓⲕⲣⲟ ⲛ̀//
. . . ⲁⲥⲥⲁ ⲁⲩ//
ⲛⲁⲩ ϫⲉ . . ⲙⲛ̀ ϭⲉ
. ⲟⲉⲓ̀ ⲙ̀ⲙⲁⲩ ⲛ̀//
. ⲁ ⲡⲏ
ⲉⲛⲧⲁ ⲙ̀ⲙⲁⲑⲏ//
ⲧⲏⲥ ⲛ̀ ⲓ̅ⲥ̅ ⲧⲁⲗⲉ
ⲉⲣⲟϥ ⲁⲩⲱ ϫⲉ
ⲙ̀ⲡⲉ ⲓ̅ⲥ̅ ⲧⲁⲗⲉ
ⲙ̀ⲛ ⲛⲉϥⲙⲁⲑⲏ//
ⲧⲏⲥ . ⲁⲗⲗⲁ ⲛⲉϥ//
ⲙⲁⲑⲏⲧⲏⲥ ⲙⲁⲩ//
ⲁⲁⲩ ⲛⲉⲛⲧⲁⲩⲃⲱⲕ
23. ⲁⲩⲱ ⲉⲓⲥ (3) ϩⲉⲛⲕⲉ//

21.
.
.
.
.
.

22. Crastina die multitudo, quae stabat trans mare, viderunt, quod non alia navis ibi erat nisi una illa, in quam discipuli Iesu adscenderunt, & quod Iesus non adscendit cum discipulis suis, sed discipuli eius soli adscenderant.

23. Et ecce aliae

 na-

	ⲉϫⲏⲩ ⲁⲩⲉⲓⲉⲃⲟⲗ	naves venerunt ex
	ϩⲙ̄ⲧⲓⲃⲉⲣⲓⲁⲥ ϩⲁ//	Tiberiade prope lo-
	ⲧⲙ̀ⲁⲡⲙⲁ ⲉⲛ̄ⲧⲁⲩ//	cum, ubi manduca-
	ⲟⲩⲱⲙ ⲙ̀ⲡⲟⲉⲓⲕ	verant panem, quum
	ⲉⲡϫⲟⲉⲓⲥ ϣⲡ̄ϩⲙ//	Dominus gratias e-
	ⲟⲧ ⲉϫⲱϥ	gisset super eum.
		
24.		24.
		
		
25.	ⲓ	25. Quum inve-
	ϩⲉ ⲉ//	nissent eum trans
	ⲕⲣⲟ ⲛ̀ⲑⲁⲗⲁⲥⲥⲁ	mare, dixerunt ei:
	ⲡⲉϫⲁⲩ ⲛⲁϥ ϫⲉ	Rabbi, tu venisti in
	ϩⲣⲁⲃⲃⲉⲓ (4) ⲛ̀ⲧⲁⲕ//	hunc locum, ecquan-
	ⲉⲓ ⲉⲡⲉⲓⲙⲁ ⲛ̀ⲁϣ	donam?
26.	ⲛ̀ⲛⲁⲩ ⲡⲉ * ⲁⲓ̅ⲥ̅ ⲟⲩ//	26. Iesus respondit
	ⲱϣⲃ ⲛⲁⲩ ⲉϥ//	eis, dicens: Amen,
	ϫⲱ̀ⲙⲙⲟⲥ (5) ϫⲉ	amen dico vobis:
	ϩⲁⲙⲏⲛ ϩⲁⲙⲏⲛ	vos quaeritis me,
	ϯϫⲱ̀ⲙⲙⲟⲥ ⲛⲏ//	non equidem quia
	ⲧⲛ̄ ϫⲉ ⲛ̀ⲛⲉⲧⲉ//	vidistis signa, sed
	ⲧⲛ̄ ϣⲓⲛⲉ ⲛ̄ⲥⲱⲓ	quia manducastis de
	ⲁⲛ ⲡⲉ. ϫⲉ ⲁⲧⲉ//	panibus, & satiati
	ⲧⲛ̄ ⲛⲁⲩ ⲉϩⲉⲛ//	estis.
	ⲙⲁⲉⲓⲛ. ⲁⲗⲗⲁ ϫⲉ	
	ⲁⲧⲉⲧⲛ̄ ⲟⲩⲱⲙ	
	ⲉⲃⲟⲗ ϩⲛ̄ ⲛ̀ⲟⲉⲓⲕ	
	ⲁⲩⲱ ⲁⲧⲉⲧⲛ̄ⲥⲉⲓ.	

27. Ne

27. ⲙⲡⲣ̀ ⲣ̀ϩⲱⲃ (6) ⲉⲧⲉϩ//
ⲣⲉ ⲉⲧⲛⲁⲧⲁⲕⲟ
ⲁⲗⲗⲁ ⲉⲧⲉϩⲣⲉ ⲛ̀//
ⲧⲟϥ ⲉⲧⲛⲁⲙⲟⲩⲛ
ⲉⲃⲟⲗ ⲉⲡⲱⲛϩ̀
ⲛ̀ϣⲁ ⲉⲛⲉϩ . ⲧⲁⲓ
ⲉⲧⲉⲣⲉ ⲡϣⲏⲣⲉ
ⲙ̀ⲡⲣⲱⲙⲉ ⲛⲁⲧⲁ//
ⲁⲥ ⲛⲏⲧⲛ̀ . ⲡⲁⲓ
ⲅⲁⲣ ⲡⲉⲛⲧⲁⲡⲛⲟⲩ//
ⲧⲉ ⲡⲉⲓⲱⲧ ⲥⲫⲣⲁ//
ⲅⲓⲍⲉ ⲙ̀ⲙⲟϥ .

27. Ne operemini escam, quae perit, sed escam illam, quae permanet in vitam sempiternam. Haec, quam Filius hominis dabit vobis. Hunc enim Deus Pater signavit.

28. Ⲡⲉϫⲁⲩ ϭⲉ ⲛⲁϥ ϫⲉ
ⲟⲩ ⲡⲉⲧⲛ̀ⲛⲁⲁϥ
ϫⲉⲕⲁⲥ ⲉⲛⲉⲣ//
ϩⲱⲃ ⲉⲛⲉϩⲃⲏⲩⲉ
ⲙ̀ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ

28. Dixerunt ergo ei: ecquid faciemus, ut operemur opera Dei?

29. Ⲁⲓ̅ⲥ̅ ⲟⲩⲱϣ̀ⲃ ⲡⲉ//
ϫⲁϥ ⲛⲁⲩ ϫⲉ (7) ⲡⲁⲓ
ⲡⲉ ⲡϩⲱⲃ ⲙ̀ⲡⲛⲟⲩ//
ⲧⲉ ϫⲉ ⲉⲧⲉⲧⲛ̀ ⲉ//
ⲡⲓⲥⲧⲉⲩⲉ ⲉⲡⲉⲛ//
ⲧⲁⲡⲏⲧⲛ̀ ⲛⲟⲟⲩϥ

29. Respondens Iesus dixit eis: Hoc est opus Dei, ut vos credatis in eum, quem misit ille.

30. Ⲡⲉϫⲁⲩ ⲛⲁϥ ϫⲉ
ⲟⲩ (8) ϭⲉ ⲛ̀ⲧⲟⲕ ⲙ̀//
ⲙⲁⲉⲓⲛ ⲡⲉⲧⲕ̀
ⲉⲓⲣⲉ ⲙ̀ⲙⲟϥ ϫⲉ//
ⲕⲁⲥ ⲉⲛⲉⲛⲁⲩ .
ⲁⲩⲱ ⲛ̀ⲧⲙ̀ⲡⲓⲥⲧⲉⲩⲉ

30. Dixerunt ei: quod igitur signum tu facis, ut videamus, & credamus tibi? Quod opus tu facis?

31. Pa-

ⲉⲣⲟⲕ. ⲟⲩ ⲡⲉ ⲡϩⲱⲃ
ⲉⲧⲕⲉⲓⲣⲉ ⲙ̀ⲙⲟϥ

31. ⲁⲛⲉⲛⲉⲓⲟⲧⲉ
ⲟⲩⲱⲙ ⲙ̀ⲡⲙⲁⲛ//
ⲛⲁ ϩⲛ̄ⲧⲉⲣⲏⲙⲟⲥ
ⲕⲁⲧⲁⲑⲉ ⲉⲧⲥⲏϩ
ϫⲉ ⲁϥϯⲛⲁⲩ ⲛ̄ⲟⲩ//
ⲟⲉⲓⲕ ⲉⲟⲩⲟⲙϥ
ⲉⲃⲟⲗ ϩⲛ̄ⲧⲡⲉ

31. Patres noſtri mãducaverunt manna in eremo, quemadmodum ſcriptum eſt: dedit eis panem ad manducandum de caelo.

32. Ⲡⲉϫⲉ ⲓ̅ⲥ̅ ϭⲉ (9) ⲛⲁⲩ
ϫⲉ ϩⲁⲙⲏⲛ ϩⲁⲙⲏⲛ
ϯϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ ⲛⲏ
ⲧⲛ̄. ϫⲉ ⲙ̀ⲙⲱⲩⲥⲏⲥ
ⲁⲛ ⲡⲉⲛⲧⲁϥϯ
ⲛⲏⲧⲛ̄ ⲙ̀ⲡⲟⲉⲓⲕ
ⲉⲃⲟⲗϩⲛ̄ⲧⲡⲉ
ⲁⲗⲗⲁ ⲡⲁⲉⲓⲱⲧ
ⲡⲉⲧϯ ⲛⲏⲧⲛ̄
ⲉⲃⲟⲗϩⲛ̄ⲧⲡⲉ
ⲙ̀ⲡⲟⲉⲓⲕ ⲙ̀

32. Dixit Ieſus ergo eis: Amen, amen dico vobis: Moyſes non dedit vobis panem de caelo, ſed Pater meus dat vobis de caelo panem verum.

33. ⲙⲉ * ⲡⲟⲉⲓⲕ (10) ⲅⲁⲣ
ⲡⲉ ⲡϣⲏⲣⲉ ⲙ̀//
ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲡⲉⲧ//
ⲛⲏⲩ ⲉⲡⲉⲥⲏⲧ
ⲉⲃⲟⲗϩⲛ̄ⲧⲡⲉ
ⲁⲩⲱ ⲛ̄ϥϯ ⲛ̄//
ⲟⲩⲱⲛϩ ⲙ̀//
ⲡⲕⲟⲥⲙⲟⲥ

33. Panis enim eſt *Filius* Dei, qui deſcendit de caelo, & dat vitam mundo.

34. Ⲡⲉϫⲁⲩ (11) ϭⲉ

34. Dixerunt itaque

ⲛⲁϥ ϫⲉ ⲡϫⲟⲉⲓⲥ
ⲙⲁ ⲛⲁⲛ
ⲙⲡⲉⲓⲟⲉⲓⲕ ⲛ̀ⲟⲩ//
ⲟⲉⲓϣ ⲛⲓⲙ.

que ei : O Domine,
da nobis hunc pa-
nem omni tempore.

35. Ⲡⲉϫⲉ (12) ⲓ̅ⲥ̅ ϭⲉ ⲛⲁⲩ
ϫⲉ ⲁⲛⲟⲕ ⲡⲉ [l. ⲡⲟⲉⲓⲕ] ⲡⲟ//
ⲉⲓϣ (13) ⲙ̀ⲡⲱⲛ̀ϩ
ⲡⲉⲧⲛⲏⲩ ϣⲁ//
ⲣⲟⲉⲓ ⲛ̀ϥⲛⲁϩⲕⲟ
ⲁⲛ. ⲁⲩⲱ ⲡⲉⲧⲡⲓ//
ⲥⲧⲉⲩⲉ ⲉⲣⲟⲉⲓ
ⲛ́ϥⲛⲁⲉⲓⲃⲉ (14) ⲁⲛ

35. Dixit ergo Iesus
illis : Ego sum [l. *pa-
nis* pro] *tempus* vi-
tae : qui venit ad me
non esuriet, & qui
credit mihi non sitiet
unquam.

36. ⲉⲛⲉϩ. * ⲁⲗⲗⲁ ⲁⲓ//
ϫⲟⲟⲥ ⲛⲏⲧⲛ̀ (15) ϫⲉ
ⲁⲧⲉⲧⲛ̀ⲛⲁⲩ ⲉⲣⲟⲓ
ⲁⲩⲱ ⲛ̀ⲧⲉⲧⲛ̀ ⲡⲓ//

36. Sed dixi vobis,
quod vos vidistis me,
& vos non creditis.

37. ⲥⲧⲉⲩⲉ ⲁⲛ. * ⲟⲩⲟⲛ
ⲛⲓⲙ (16) ⲉⲧⲉⲣⲉ ⲡⲁⲉⲓ//
ⲱⲧ ⲛⲁⲧⲁⲁϥ ⲛⲁⲓ
ϥⲛⲏⲩ ϣⲁⲣⲟⲉⲓ
ⲁⲩⲱ ⲡⲉⲧⲛⲏⲩ
ϣⲁⲣⲟⲓ ⲛ̀ϯⲛⲁ//
ⲛⲟϫ̀ϥ ⲉⲃⲟⲗ ⲁⲛ

37. Omnis, quem
Pater meus dabit
mihi, veniet ad me:
& eum, qui venit
ad me, non emittam
foras.

38. ϫⲉ (17) ⲛ̀ⲧⲁⲉⲓ̀ ⲉⲃⲟⲗ//
ϩⲛ̀ⲧⲡⲉ ⲉⲧⲣⲁ//
ⲉⲓⲣⲉ ⲁⲛ ⲙ̀ⲡⲁ//
ⲟⲩⲱϣ.
ⲁⲗⲗⲁ ⲙ̀
ⲡⲟⲩⲱϣ (18) ⲙ̀ⲡⲉⲛ//

38. Quia descendi
de caelo ut faciam
non voluntatem
meam, sed volunta-
tem illius, qui misit
me.

39. Haec

39. ⲧⲁϥⲧⲟⲩⲟⲉⲓ ★ ⲡⲁⲓ
ⲇⲉ ⲡⲉ ⲡⲟⲩⲱϣ
ⲙ̀ⲡⲉⲛⲧⲁϥⲧⲁⲟⲩⲟⲓ
ϫⲉⲕⲁⲥ ⲛⲉⲛⲧⲁϥ
ⲧⲁⲁⲩ ⲛⲁⲓ ⲧⲏⲣⲟⲩ
ⲛ̀ⲛⲁⲧⲁⲕⲟ ⲉⲃⲟⲗ
ⲛ̀ϩⲏⲧⲟⲩ . ⲁⲗⲗⲁ
ⲉⲓⲉⲧⲟⲩⲛⲟⲥⲟⲩ
ϩⲙ̀ ⲡϩⲁⲉ ⲛ̀ϩⲟⲟⲩ .

40. ⲡⲁⲓ ⲅⲁⲣ ⲡⲉ ⲡⲟⲩ//
ⲱϣ ⲙ̀ⲡⲁⲉⲓⲱⲧ .
ϫⲉⲕⲁⲥ ⲟⲩⲟⲛ ⲛⲓⲙ
ⲉⲧⲛⲁⲩ ⲉⲡϣⲏⲣⲉ
ⲁⲩⲱ ⲉⲧⲡⲓⲥⲧⲉⲩⲉ
ⲉⲣⲟϥ ⲉϥⲉϫⲓ ⲛ̀ⲟⲩ//
ⲱⲛ̀ϩ ⲛ̀ϣⲁⲉⲛⲉϩ
ⲁⲩⲱ ⲁⲛⲟⲕ ⲧⲁⲧⲟⲩ//
ⲛⲟⲥϥ ϩⲙ̀ ⲡϩⲁⲉ

41. ⲛ̀ϩⲟⲟⲩ ★ ⲛⲉⲩ//
ⲕⲣⲙ̀ⲣⲙ̀ ϭⲉ ⲡⲉ ⲛ//
ϭⲓ ⲛ̀ⲓⲟⲩⲇⲁⲓ ⲉⲧⲃⲏ//
ⲏⲧϥ . ϫⲉ ⲁϥϫⲟ//
ⲟⲥ ϫⲉ ⲁⲛⲟⲕ
ⲡⲉ ⲡⲟⲉⲓⲕ ⲉⲛ//
ⲧⲁϥⲉⲓ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲛ̀

42. ⲧⲡⲉ . ★ ⲁⲩⲱ ⲛⲉⲩ//
ϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ ϫⲉ ⲙⲏ
ⲙ̀ⲡⲁⲓ ⲁⲛ ⲡⲉ ⲓ̅ⲥ̅
ⲡϣⲏⲣⲉ ⲛ̀ⲓⲱ//

39. Haec eſt autem voluntas illius, qui miſit me; ut quos dedit mihi omnes non perdam ex ipſis, ſed reſuſcitem eos in ultimo dierum.

40. Haec enim eſt voluntas Patris mei, ut quiſquis videt Filium,&credit in eum, habeat vitam in ſempiternum: & ego reſuſcitabo eum in noviſſimo dierum.

41. Murmurabant itaque Iudaei de eo, quod dixit: Ego ſum panis qui veni de caelo.

42. Et dicebant: Nonne hic eſt Ieſus filius Ioſeph, cuius nos cognovimus patrem,

ⲥⲏⲫ ⲡⲁⲓ ⲁⲛⲟⲛ
ⲉⲧⲛ̄ⲥⲟⲟⲩⲛ ⲙ̄-
ⲡⲉϥⲉⲓⲱⲧ ⲙⲛ̄
ⲧⲉϥⲙⲁⲁⲩ ⲛ̄
ⲁϣ ⲛ̄ϩⲉ ϥϫⲱ-
ⲙ̄ⲙⲟⲥ ϫⲉ ⲛ̄ⲧⲁⲓ-
ⲉⲓ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲛ̄ ⲧⲡⲉ
43. ⲁⲓ̅ⲥ̅ ⲟⲩⲱϣⲃ̄ ⲡⲉ-
ϫⲁϥ ⲛⲁⲩ ϫⲉ ⲙ̄-
ⲡⲣ̄ⲕⲣ̄ⲙⲣ̄ⲙ ⲙⲛ̄
ⲛⲉⲧⲛ̄ⲉⲣⲏⲩ
44. ⲙⲛ̄ ϣϭⲟⲙ ⲛ̄ⲗⲁⲁⲩ
ⲉⲉⲓ ϣⲁⲣⲟⲉⲓ ⲉⲓ-
ⲙⲏⲧⲓ ⲉⲛⲧⲉⲡⲁ-
ⲉⲓⲱⲧ ⲉⲛⲧⲁϥ-
ⲧⲁⲟⲩⲟⲉⲓ ⲥⲱⲕ
ⲙ̄ⲙⲟϥ ⲁⲩⲱ ⲁⲛⲟⲕ
ϩⲱ ⲧⲁⲧⲟⲩⲛⲟⲥϥ ϩⲙ̄
45. ⲡϩⲁⲉ ⲛ̄ϩⲟⲟⲩ * ϥⲥⲏϩ
ϩⲛ̄ (19) ⲛⲉⲡⲣⲟⲫⲏⲧⲏⲥ
ϫⲉ (20) ⲥⲉⲛⲁϣⲱⲡⲉ ⲧⲏ-
ⲣⲟⲩ ⲛ̄ⲣⲉϥϫⲓⲥⲃⲱ ϩⲓ-
ⲧⲙ̄ ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ. ⲟⲩⲟⲛ
ⲛⲓⲙ ⲛ̄ⲧⲁϥⲥⲱⲧⲙ̄
ⲉⲃⲟⲗ ϩⲓⲧⲙ̄ ⲡⲉⲓⲱⲧ ⲁⲩⲱ
ⲁϥϫⲓⲥⲃⲱ ϥⲛⲏⲩ ϣⲁ-
46. ⲣⲟⲓ. *(21) ⲛ̄ⲉⲃⲟⲗ ⲁⲛ ϫⲉ
ⲟⲩⲁ̀ ⲛⲁⲩ ⲉⲡⲉⲓⲱⲧ ⲉⲓ-
ⲙⲏⲧⲓ ⲡⲉⲧϣⲟ-

trem, & matrem: ecquomodo dicit: veni de caelo?

43. Respondens Iesus dixit eis: Ne murmuretis inter vos.

44. Non est possibile quemquam venire ad me, nisi Pater meus, qui misit me, traxerit eum: & ego quoque resuscitabo illum in ultimo dierum.

45. Scriptum est in Prophetis: Erunt omnes edocti a Deo: omnis, qui audivit a Patre, & didicit, venit ad me.

46. Non quod equidem quisquam vidit Patrem, nisi is, qui est ex Deo,

ⲟⲡ ⲉ̀ⲃⲟⲗϩⲓⲧⲙ̀
ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ. ⲡⲁⲓ
ⲡⲉⲛⲧⲁϥⲛⲁⲩ ⲉ//
47. ⲡⲉⲓⲱⲧ. * ϩⲁⲙⲏⲛ
ϩⲁⲙⲏⲛ ϯϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ
ⲛⲏⲧⲛ̀ ϫⲉ ⲡⲉⲧⲡⲓ//
ⲥⲧⲉⲩⲉ ⲉⲣⲟⲉⲓ ⲟⲩ
ⲛ̀ⲧⲁϥ ⲙ̀ⲙⲁⲩ ⲙ̀ⲡⲱ//
ⲛ̀ϩ ⲛ̀ϣⲁ ⲉⲛⲉϩ
48. ⲁⲛⲟⲕ ⲡⲉ ⲡⲟⲉⲓⲕ
49. ⲙ̀ⲡⲱⲛ̀ϩ * ⲁⲛⲉⲧⲛ̀//
ⲉⲓⲟⲧⲉ ⲟⲩⲱⲙ ⲙ̀//
ⲡⲙⲁⲛⲛⲁ ϩⲛ̀ ⲧⲉ//
ⲣⲏⲙⲟⲥ (22) ⲁⲩⲙⲟⲩ.
50. ⲡⲁⲓ ⲇⲉ ⲡⲉ ⲡⲟ//
ⲉⲓⲕ (23) ⲉⲧⲛⲏⲩ ⲉⲃⲟⲗ//
ϩⲛ̀ⲧⲡⲉ. ϫⲉⲕⲁⲥ
ⲉⲣϣⲁⲛ ⲟⲩⲁ ⲟⲩⲱⲙ
ⲉⲃⲟⲗⲛ̀ϩⲏⲧϥ
ⲛ̀ⲛⲉϥⲙⲟⲩ.
51. ⲁⲛⲟⲕ (24) ⲡⲉ ⲡⲟ//
ⲉⲓⲕ ⲉ̀ⲧⲟⲛϩ
ⲉⲛⲧⲁϥⲉⲓ ⲉⲃⲟⲗ//
ϩⲛ̀ⲧⲡⲉ (25) ⲉⲣ//
ϣⲁⲛ ⲟⲩⲁ ⲟⲩ//
ⲱⲙ ⲉⲃⲟⲗϩⲙ̀
ⲡⲉⲓⲟⲉⲓⲕ
ϥⲛⲁⲱⲛϩ
ⲛ̀ϣⲁ ⲉⲛⲉϩ ⲡⲟ//

exDeo. Hic est qui vidit Patrem.

47. Amen, amen dico vobis: qui credit in me, is habet vitam in sempiternum.

48. Ego sum panis vitae.

49. Patres vestri, qui manducaverunt manna in eremo, mortui sunt.

50. Hic vero est panis, qui venit de caelo, ut si quis manducaverit ex eo, non moriatur.

51. Ego sum panis vivens, qui venit de caelo. Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in sempiternum.

Pa-

ⲉⲓⲕ ⲇⲉ ⲉϯⲛⲁⲧⲁⲁ//
ⲁϥ ⲁⲛⲟⲕ ⲡⲉ ⲧⲁ//
ⲥⲁⲣⲝ ϩⲁ ⲡⲱⲛϩ
ⲙ̀ⲡⲕⲟⲥⲙⲟⲥ
52. Ⲛⲓⲟⲩⲇⲁⲓ ϭⲉ ⲛⲉⲩ//
ⲙⲓϣⲉ ⲙⲛ̀ ⲛⲉⲩⲉ//
ⲣⲏⲩ ⲉⲩϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ
ϫⲉ ⲛⲁϣ ⲛ̀ϩⲉ ⲉⲣⲉ
ⲡⲁⲓ ⲛⲁϯ ⲛⲁⲛ ⲛ̀//
ⲧⲉϥⲥⲁⲣⲝ ⲉⲟ̀ⲩⲟ//
53. ⲙ̀ⲥ. * ⲡⲉϫⲉ ⲓ̅ⲥ̅
ϭⲉ (26) ⲛⲁⲩ. ϫⲉ ϩⲁⲙⲏⲛ
ϩⲁⲙⲏⲛ ϯϫⲱ ⲙ̀//
ⲙⲟⲥ ⲛⲏⲧⲛ̀ ϫⲉ
ⲉⲧⲉⲧⲛ̀ⲧⲙ̀ⲟⲩⲱⲙ
ⲛ̀ⲧⲥⲁⲣⲝ ⲙ̀ⲡϣⲏ//
ⲣⲉ ⲙ̀ⲡⲣⲱⲙⲉ
ⲁⲩⲱ ⲛ̀ⲧⲉⲧⲛ̀ⲥⲱ
ⲙ̀ⲡⲉϥⲥⲛⲟϥ
ⲙ̀ⲛ ⲧⲏⲧⲛ̀ ⲙ̀ⲙⲁⲩ
ⲙ̀ⲡⲱⲛϩ ⲛ̀ϩⲏⲧ
54. ⲧⲏⲩⲧⲛ̀. * ⲡⲉⲧ//
ⲟⲩⲱⲙ ⲛ̀ⲧⲁⲥⲁ//
ⲣⲝ ⲁⲩⲱ ⲉⲧⲥⲱ
ⲙ̀ⲡⲁⲥⲛⲟϥ (27) ⲟⲩ//
ⲛ̀ⲧⲁϥ ⲙ̀ⲙⲁⲩ ⲙ̀
ⲡⲱⲛϩ ⲛ̀ϣⲁ ⲉⲛⲉϩ
ⲁⲩⲱ ⲁⲛⲟⲕ ϯⲛⲁ//
ⲧⲟⲩⲛⲟⲥϥ ϩⲙ̀ⲡϩⲁⲉ

Panis autem, quem dabo ego, mea caro eſt pro vita mundi.

52. Iudaei ergo concertabant inter ſe invicem dicentes: Quomodo fiet, ut hic det nobis carnem ſuam ad eam manducandam?

53. Dixit itaque eis Ieſus: Amen, amen dico vobis: niſi manducaveritis carnem Filii hominis, & biberitis ſanguinem eius, vos non habebitis vitam in vobis ipſis.

54. Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, is habet vitam in ſempiternum, & ego reſuſcitabo eum in fine dierum.

55. ⲛ̀ϩⲟⲟⲩ. * ⲧⲁ (28) ⲥⲁⲣⲝ
ⲅⲁⲣ ⲟⲩϩⲣⲉ ⲙ̀ⲙⲉⲉ
ⲧⲉ. ⲁⲩⲱ ⲡⲁⲥⲛⲟϥ
ⲟⲩⲥⲱ ⲙ̀ⲙⲉⲉ ⲡⲉ
56. ⲡⲉⲧⲟⲩⲱⲙ ⲛ̀ⲧⲁ//
ⲥⲁⲣⲝ ⲁⲩⲱ ⲉⲧ//
ⲥⲱ̀ ⲙ̀ⲡⲁⲥⲛⲟϥ
ϥⲛⲁϭⲱϩⲣⲁⲓ ⲛ́ϩⲏⲧ
ⲁⲩⲱ ⲁⲛⲟⲕ ϩⲣⲁⲓ
57. ⲛ́ϩⲏⲧϥ. * ⲕⲁⲧⲁⲑⲉ//
ⲉⲛⲧⲁϥⲧⲁⲩⲟⲉⲓ
ⲛ̀ϭⲓⲡⲉⲓⲱⲧ (29) ⲉⲧ//
ⲟⲛϩ· ⲁⲩⲱ ⲁⲛⲟⲕ
ϩⲱϯⲟⲛϩ ⲉⲧⲃⲉ
ⲡⲉⲓⲱⲧ· ⲁⲩⲱ
ⲡⲉⲧⲛⲁⲟⲩⲟⲙⲧ
ⲡⲉⲧⲙ̀ⲙⲁⲩ ϩⲱⲱϥ
ⲟⲛ ⲛⲁⲱ́ⲛϩ ⲉⲧⲃⲏ//
58. ⲏⲧ. *ⲡⲁⲓ ⲡⲉ ⲡⲟⲉⲓⲕ
ⲉⲛⲧⲁϥⲉⲓ ⲉⲃⲟⲗ//
ϩⲛ̀ⲧⲡⲉ. ⲛ̀ⲕⲁⲧⲁ//
ⲑⲉ ⲁⲛ (30) ⲉⲛⲧⲁⲛⲉ//
ⲧ́ⲛⲉⲓⲟⲧⲉ ⲟⲩⲱⲙ
ⲁⲩⲱ ⲁⲩⲙⲟⲩ. ⲡⲉⲧ//
ⲛⲁⲟⲩⲱⲙ ⲇⲉ ⲙ̀ⲡⲉⲓ//
ⲟⲉⲓⲕ ϥⲛⲁⲱ//
ⲛ̀ϩ ⲛ̀ϣⲁ ⲉⲛⲉϩ

55. Mea enim caro verus cibus eſt, & meus ſanguis potus verus eſt.

56. Qui manducat meam carnem, & qui bibit meum ſanguinem, manebit in me, & ego in illo.

57. Sicut miſit me Pater vivens, & ego etiam vivo per Patrem: & qui manducat me, ille idem etiam vivet per me.

58. Hic eſt panis, qui venit de caelo. Non ſicut patres veſtri, qui manducaverunt, & mortui ſunt: qui manducat hunc panem vivet in aeternum.

59. *Desiderantur versiculi, quos iam indicavimus ad Tab. VI. Text. Copt.*	59. .
60. .	60. .
61. .	61. .
62. .	62. .
63. .	63. .
64. .	64. .
65. .	65. .
66. .	66. .
67. .	67. .
68. ⲁϥⲟⲩⲱϣⲃ (31) ⲛⲁϥ ⲛ́ϭⲓⲥⲓⲙⲱⲛ ⲡⲉⲧ= ⲣⲟⲥ ϫⲉ ⲡϫⲟⲓⲥ ⲉⲛⲛⲁⲃⲱⲕ ϣⲁ ⲛⲓⲙ. ϩⲉⲛϣⲁϫⲉ ⲛ̀ⲱⲛϩ ⲛ̀ϣⲁ ⲉⲛⲉϩ	68. Respondit ei Simon Petrus: O Domine, ibimus, ad quem? verba vitae aeternae tu habes.
69. ⲉⲧⲛ̀ⲧⲟⲟⲧⲕ. * ⲁⲩⲱ ⲁⲛⲟⲛ (32) ⲁⲛⲡⲓⲥⲧⲉⲩⲉ ⲁⲩⲱ ⲁⲛⲉⲓⲙⲉ ϫⲉ ⲛ̀ⲧⲟⲕ ⲡⲉ ⲡⲉⲭ̅ⲥ̅	69. Et nos credimus, & scimus, quod tu es Christus sanctus Dei.

70. Re-

ⲡⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ ⲛ̀ⲧⲉ//
70. ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ (33) * ⲁϥ//
ⲟⲩⲱϣ`ⲃ ⲛⲁⲩ ⲛ̀ϭⲓ//
ⲓ̅ⲥ̅ ⲡⲉϫⲁϥ ϫⲉ ⲙⲏⲛ̀ ⲁ//
ⲛⲟⲕ ⲁⲛ ⲁⲓⲥⲉⲧⲡ̄
ⲧⲏⲩⲧⲛ̀ ⲙ̀ⲡⲙⲛ̀ⲧ//
ⲥⲛⲟⲟⲩⲥ · ⲁⲩⲱ ⲟⲩⲁ
ⲉⲃⲟⲗⲛ̀ϩⲏⲧ ⲧⲏⲩ//
ⲧⲛ̀ ⲟⲩⲇⲓⲁⲃⲟⲗⲟⲥ

70. Respondit eis Iesus, dixitque: Nonne ego elegi vos duodecim, & unus ex vobis diabolus est?

71. ⲡⲉ · * ⲛⲉϥϫⲱ̀ ⲙ̀//
ⲙⲟⲥ ⲉⲧⲃⲉ ⲓⲟⲩⲇⲁⲥ ÷
ⲡⲓⲥⲕⲁⲣⲓⲱⲧⲏⲥ (34)
ⲡⲁⲓ ⲅⲁⲣ ⲡⲉⲧⲛⲁ//
ⲡⲁⲣⲁⲇⲓⲇⲟⲩ ⲙ̀//
ⲙⲟϥ ⲉⲟⲩⲁ̀ ⲡⲉ
ⲉⲃⲟⲗ ϩⲙ̀ ⲡⲙⲛ̀ⲧ
ⲥⲛⲟⲟⲩⲥ ·

71. Dicebat de Iuda Iscariote. Hic enim, qui traditurus erat eum, unus erat ex duodecim.

÷ ⲡϣⲏⲣⲉ ⲛ̀ⲥⲓⲙⲱⲛ *in marg. inf. additum:* Filius Simonis.

Ex cap. VII.

1. * ⲙⲛ̀ⲛ̀
ⲥⲁ ⲛⲁⲓ (1) ⲛⲉϥⲙⲟⲟϣⲉ
ⲛ̀ϭⲓ ⲓ̅ⲥ̅ ϩⲛ̀ ⲧⲅⲁⲗⲓⲗⲁⲓⲁ//
ⲁ ⲛ̀ⲛⲉϥⲟⲩⲱϣ ⲅⲁⲣ
ⲁⲛ ⲡⲉ ⲉⲙⲟⲟϣ ϩⲛ̀
ϯⲟⲩⲇⲁⲓⲁ
ϫⲉ ⲛ̀ⲛⲉⲩϣⲓⲛⲉ
ⲛ̀ⲥⲱϥ ⲡⲉ ⲛ̀ϭⲓ ⲛ̀//
ⲓⲟⲩⲇⲁⲓ ⲉⲙⲟⲟⲩⲧ`ϥ

1. Post haec ambulabat Iesus in Galilaea; nolebat enim ambulare in Iudaeam; quia quaerebant illum certe Iudaei, ad eum interficiendum.

2. Pro-

2. Ⲛⲉϥϩⲏⲛ ⲇⲉ ⲉϩⲟⲩⲛ
ⲛ̀ϭⲓⲡϣⲁ̀ ⲛ̀ⲛⲓⲟⲩ//
ⲇⲁⲓ ⲧⲉⲥⲕⲏⲛⲟ//
ⲡⲏⲅⲓⲁ.

2. Proximus vero erat dies festus Iudaeorum, Scenopegia.

3. * ⲡⲉϫⲁⲩϭⲉ
ⲛⲁϥ ⲛ̀ϭⲓⲛⲉϥⲥⲛⲏⲩ
ϫⲉ ⲡⲱⲱⲛⲉ ⲉⲃⲟⲗ//
ϩⲙ̀ ⲡⲉⲓⲙⲁ ⲛ̀ⲅ̅ ⲃⲱⲕ
ⲉϩⲣⲁⲓ ⲉϯⲟⲩⲇⲁⲓⲁ.
ϫⲉⲕⲁⲥ ⲉⲣⲉ ⲛⲉⲕ//
ⲙⲁⲑⲏⲧⲏⲥ (2) ϩⲱⲟⲩ
ⲛⲁⲩ ⲉⲛⲉϩⲃⲏⲩⲉ
ⲉⲧⲕⲉⲓⲣⲉ ⲙ̀ⲙⲟⲟⲩ

3. Dixerunt igitur illi fratres eius: Transmigra hinc, & perge in Iudaeam, ut tui etiam discipuli videant opera, quae tu facis.

4. ⲙⲉⲣⲉⲗⲁⲁⲩ ⲅⲁⲣ ⲣ̀//
ϩⲱⲃ ϩⲙ̀ ⲡϩⲱⲡ
ⲁⲩⲱ ⲛϥϣⲓⲛⲉ
ⲛ̀ⲧⲟϥ ⲛ̀ⲥⲁϣⲱ//
ⲡⲉ ϩⲛ̀ ⲟⲩⲡⲁⲣⲣⲏ//
ⲥⲓⲁ. ⲉϣϫⲉ ⲕⲉⲓⲣⲉ
ⲛⲁⲓ ⲟ̀ⲩⲟⲛϩⲕ ⲉ//
ⲃⲟⲗ ⲙ̀ⲡⲕⲟⲥⲙⲟⲥ

4. Nemo enim operatur in abscondito, & quaerit ipse in aperto esse. Si tu facis ista, te etiam manifestum fac mundo.

5. ⲛⲉⲣⲉⲛⲉϥⲕⲉ//
ⲥⲛⲏⲩ ⲅⲁⲣ ⲡⲓⲥⲧⲉⲩⲉ
ⲁⲛ ⲉⲣⲟϥ.

5. Nam & illius fratres non erant credentes in eum.

6. Ⲡⲉϫⲁϥ ϭⲉ ⲛⲁⲩ
ⲛ̀ϭⲓ ⲓ̅ⲥ̅. ϫⲉ ⲡⲁⲟⲩ//
ⲟⲉⲓϣ ⲁⲛⲟⲕ
ⲙ̀ⲡⲁⲧϥⲉⲓ (3) ⲡⲉ//
ⲧⲛ̀ⲟⲩⲟⲉⲓϣ ⲇⲉ
ⲛ̀ⲧⲱⲧⲛ̅ ⲥⲃⲧⲱⲧ

6. Dixit ergo illis Iesus: Tempus meum necdum advenit: quod vero est tempus vestrum, paratum est semper.

7. Fieri

7. ⲛ̄ⲥⲛⲏⲩ ⲛⲓⲙ ★ ⲙ̀ⲙⲙⲛ̄//
ϣϭⲟⲙ ⲉⲧⲣⲉ ⲡⲕⲟ//
ⲥⲙⲟⲥ ⲙⲉⲥⲧⲉ
ⲧⲏⲩⲧⲛ̀. ⲁⲛⲟⲕ
ⲇⲉ ⲉϥⲙⲟⲥⲧⲉ
ⲙ̀ⲙⲟⲓ. ϫⲉ ϯⲣ̀//
ⲙⲛ̄ⲧⲣⲉ ⲁⲛⲟⲕ
ⲉⲧⲃⲏⲏⲧϥ. ϫⲉ
ⲛⲉϥϩⲃⲏⲩⲉ ⲥⲉ//

7. Fieri non poteſt, ut mundus vos odio habeat : me autem odit, quia teſtificor ego de eo, quod illius opera ſunt mala.

8. ϩⲟⲟⲩ. ★ ⲛ̀ⲧⲱⲧⲛ̀
ⲃⲱⲕ (4) ⲉϩⲣⲁⲓ ⲉ//
ⲡϣⲁ ⲁⲛⲟⲕ ⲇⲉ
ⲉⲙⲡⲁϯⲛⲟⲩ ⲉⲉⲓ̀
ⲉⲡⲉⲓϣⲁ̀ ϫⲉ
ⲙ̀ⲡⲁⲧⲉ ⲡⲁⲟⲩⲟ//
ⲉⲓϣ ϫⲱⲕ ⲉⲃⲟⲗ

8. Vos ite ad feſtum diem : ego nondum venio ad diem feſtum hunc ; quia meum tempus nondum impletum eſt.

9. Ⲛⲧⲉⲣⲉϥϫⲉ ⲛⲁⲓ
ⲇⲉ ⲛ̀ⲧⲟϥ. ⲁϥϭⲱ
ϩⲛ̀ ⲧⲅ'ⲁⲗⲓⲗⲁⲓⲁ

9. Quum autem haec dixiſſet ille, manſit in Galilaea.

10. ⲛ̀ⲧⲉⲣⲉ ⲛⲉϥⲥⲛⲏⲩ
ⲇⲉ ⲃⲱⲕ (5) ⲉϩⲣⲁⲓ
ⲉⲡϣⲁ̀. ⲧⲟⲧⲉ
ⲛ̀ⲧⲟϥ ϩⲱⲱϥ
ⲁϥⲃⲱⲕ ⲉϩⲣⲁⲓ ϩⲛ̀
ⲟⲩⲟⲩⲱⲛϩ ⲁⲛ
ⲉⲃⲟⲗ. ⲁⲗⲗⲁ
ϩⲛ̀ ⲟⲩϩⲱⲡ

10. Ubi vero fratres illius ad feſtum diem ivere, tunc & ille ivit, non in manifeſto, ſed in occulto.

11. Ⲛⲓⲟⲩⲇⲁⲓ ϭⲉ ⲛⲉⲩ//
ϣⲓⲛⲉ ⲛ̀ⲥⲱϥ ⲡⲉ

11. Iudaei igitur quaerebant eum in tem-

ϩ̀ⲙ ⲡⲉⲣⲡⲉ. (6) ⲁⲩⲱ
ⲛⲉⲩϫⲱ̀ ⲙ̀ⲙⲟⲥ
ϫⲉ ⲉϥ ⲧⲱⲛ ⲡⲏ
12. ⲁⲩⲱ ⲛⲉⲣⲉ ⲟⲩⲕⲣ̀ⲙ//
ⲣ̀ⲙ ⲉⲛⲁϣⲱϥ
ϣⲟⲟⲡ ⲉ̀ⲧⲃⲏⲏ//
ⲧ'ϥ. (7) ϩⲛ̀ ⲙ̀ⲙⲏⲏϣⲉ
ϩⲟⲉⲓ ⲛⲉ ⲙⲉⲛ
ⲛⲉⲩϫⲱ̀ ⲙ̀ⲙⲟⲥ.
ϫⲉ ⲟⲩⲁⲅ̀ⲁⲑⲟⲥ
ⲡⲉ: ϩⲉⲛⲕⲟⲟⲩⲉ
ⲇⲉ ⲛⲉⲩϫⲱ ⲙ̀//
ⲙⲟⲥ. ϫⲉ ⲙ̀ⲙⲟⲛ
ⲁⲗⲗⲁ ⲉϥⲡⲗⲁⲛⲁ
13. ⲙ̀ⲡⲙⲏⲏϣⲉ. * ⲛⲉ//
ⲙⲛ̀ⲗⲁⲁⲩ ⲙⲉⲛ//
ⲧⲟⲓ ϣⲁϫⲉ ⲉⲧⲃⲏ//
ⲏⲧϥ (8) ϩⲛ̀ ⲟⲩⲡⲁⲣ//
ⲣⲏⲥⲓⲁ ⲉⲧⲃⲉ ⲑⲟ//
ⲧⲉ ⲛ̀ⲛⲓⲟⲩⲇⲁⲓ.
14. ϩⲛ̀ ⲧⲙⲏⲧⲉ ⲇⲉ (9) ⲙ̀//
ⲡϣⲁ ⲁⲓ̅ⲥ̅ ⲃⲱⲕ ⲉ//
ϩⲣⲁⲓ ⲉⲡⲉⲣⲡⲉ.
15. ⲁϥϯⲥⲃⲱ̀. * ⲛⲉⲩ//
ⲣ̀ϣⲡⲏⲣⲉ ϭⲉ (10) ⲛ̀//
ϭⲓⲛ̀ⲓⲟⲩⲇⲁⲓ ⲉⲩ//
ϫⲱ̀ ⲙ̀ⲙⲟⲥ. ϫⲉ ⲛ̀//
ⲁϣ ⲛ̀ϩⲉ ⲡⲁⲓ ⲥⲟⲟⲩⲛ
ⲛ̀ⲥϩⲁⲓ ⲉ̀ⲙ//

templo, & dicebant, ubi est ille?

12. Et erat murmur multum de eo in turba. Quidam equidem dicebant: Bonus est: reliqui vero dicebant: Non, sed seducit turbam.

13. Nemo tamen libere loquebatur de eo propter metum Iudaeorum.

14. In medio autem festivitatis Iesus ivit in templum: docens.

15. Admirabantur vero Iudaei dicentes: Quomodo hic scit litteras non edoctus?

ⲛⲟⲩⲧⲥⲁⲃⲟϥ.

16. ⲁϥⲟⲩⲱϣⲃ̄ ϭⲉ ⲛⲁⲩ
ⲛ̄ϭⲓ (11) ⲓ̅ⲥ̅ ⲉϥϫⲱ ⲙ̄//
ⲙⲟⲥ ϫⲉ ⲧⲁⲥⲃⲱ
ⲁⲛⲟⲕ ⲛ̄ⲧⲱⲓ ⲁⲛ
ⲧⲉ ⲁⲗⲗⲁ ⲧⲁ ⲡⲉⲛ//
ⲧⲁϥⲧⲁⲩⲟⲉⲓ ⲧⲉ

16. Respondit ergo eis Iesus dicens: Mea doctrina, mea non est, sed est illius, qui misit me.

17. ⲉⲣϣⲁⲛ ⲟⲩⲁ ⲣ̄ ϩⲛⲁϥ
ⲉⲉⲓⲣⲉ (12) ⲙ̄ⲡⲉϥⲟⲩ//
ⲱϣ ϥⲛⲁⲉⲓⲙⲉ
ⲉⲧⲃⲉ ⲧⲉⲓⲥⲃⲱ
ϫⲉ ⲟⲩ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲙ̄
ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲧⲉ ϫⲉ
ⲡⲁⲛⲟⲕ ⲉⲓϣⲁϫⲉ
ϩⲁⲣⲟⲉⲓ ⲙⲁⲩⲁⲁⲧ

17. Si quis voluerit facere voluntatem illius, cognoscet de doctrina, utrum ex Deo sit, an ego loquar a me ipso.

18. ⲡⲉⲧϣⲁϫⲉ ϩⲁ//
ⲣⲟϥ ⲙⲁⲩⲁⲁϥ
ⲉϥϣⲓⲛⲉ ⲛ̄ⲥⲁ//
ⲡⲉϥⲉⲟⲟⲩ ⲙ̄ⲙⲓ//
ⲛ ⲉⲙ̄ⲙⲟϥ. ⲡⲉⲧ//
ϣⲓⲛⲉ ϫⲉ ⲛ̄ⲧⲟϥ
ⲛ̄ⲥⲁⲡⲉⲟⲟⲩ ⲙ̄//
ⲡⲉⲛⲧⲁϥⲧⲛ̄ⲛⲟ
ⲟⲩϥ. (13) ⲡⲁⲓ ⲟⲩⲙⲉ
ⲡⲉ. ⲁⲩⲱ ⲙⲛ̄ ϫⲓⲛ//
ϭⲟⲛⲥ ϩⲣⲁⲓ ⲛ̄ϩⲏ//

18. Qui loquitur a seipso, quaerit gloriam suam propriam: qui vero quaerit gloriam illius, qui misit eum, hic verax est, & iniustitia non est in eo.

19. ⲧϥ. * ⲙⲏ ⲙⲱⲩⲥⲏⲥ
ⲁⲛ ⲡⲉⲛⲧⲁϥϯ ⲛⲏ//
ⲧⲛ̄ ⲙ̄ⲡⲛⲟⲙⲟⲥ

19. Nonne Moyses dedit vobis legem: & nemo vestrum facit

ⲁⲩⲱ ⲙⲛ̄ⲗⲁⲁⲩ ⲙ̄ⲙⲱⲧⲛ̄
ⲉⲓⲣⲉ ⲙ̄ⲡⲛⲟⲙⲟⲥ
ⲁϩⲣⲱⲧⲛ̄ ⲉⲧⲉⲧⲛ̄-
ϣⲓⲛⲉ ⲛ̄ⲥⲁⲙⲟⲩ-
ⲟⲩⲧ ⲙ̄ⲙⲟⲉⲓ.

cit legem? Quid vos quaeritis interficere me?

20. Ⲁϥⲟⲩⲱϣⲃ̄ ⲛ̄ϭⲓ-
ⲡⲙⲏⲏϣⲉ (14) ϫⲉ ⲟⲩ
ⲛ̄ⲟⲩⲇⲁⲓⲙⲟⲛⲓⲟⲛ
ⲛⲙ̄ⲙⲁⲕ ⲛⲓⲙ ⲡⲉⲧ-
ϣⲓⲛⲉ ⲛ̄ⲥⲁⲙⲟⲟⲩ-

20. Respondit turba: daemonium tecum est. Quis quaerit interficere te?

21. ⲧⲕ * ⲁ ⲓ̅ⲥ̅ ⲟⲩⲱϣⲃ̄
Ⲡⲉϫⲁϥ ⲛⲁⲩ ϫⲉ ⲟⲩ
ϩⲱⲃ ⲛ̄ⲟⲩⲱⲧ ⲡⲉⲛ-
ⲧⲁⲓⲁⲁϥ ⲁⲩⲱ ⲧⲉⲧⲛ̄-
ⲣ̄ϣⲡⲏⲣⲉ ⲧⲏⲣⲧⲛ̄

21. Respondit Iesus dicens eis: unum opus feci, & vos admiramini omnes.

22. ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲁⲓ ⲁⲙⲱⲩ-
ⲥⲏⲥ ϯ ⲛⲏⲧⲛ̄ ⲙ-
ⲡⲥ̄ⲃⲃⲉ ⲟⲩϫⲟⲧⲓ
ϫⲉ ⲟⲩ ⲉⲃⲟⲗϩⲙ̄
ⲙⲱⲩⲥⲏⲥ ⲡⲉ
ⲁⲗⲗⲁ ⲟⲩ ⲉⲃⲟⲗϩⲛ̄
ⲛⲉⲛⲉⲓⲟⲧⲉ ⲡⲉ
ⲁⲩⲱ ⲧⲉⲧⲛ̄ⲥ̄ⲃⲃⲉ
ⲣⲱⲙⲉ ϩⲙ̄ ⲡⲥⲁⲃ-

22. Propterea dedit vobis Moyses circumcisionem; non quia a Moyse est, sed a patribus est; & vos circumciditis hominem in sabbato.

23. ⲃⲁⲧⲟⲛ. * ⲉϣϫⲉ
ϣⲁⲣⲉⲣⲱⲙⲉ ϫⲓ
ⲥ̄ⲃⲃⲉ ϩⲙ̄ ⲡⲥⲁⲃ-
ⲃⲁⲧⲟⲛ. ϫⲉ ⲛ̄ⲛⲉϥ-
ⲃⲱⲗ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̄ϭⲓ-

23. Si homo recipit circumcisionem in sabbato, quin solvatur lex Moysis, cur irascimini mihi,

 quod

ⲡⲛⲟⲙⲟⲥ ⲙ̀ⲙⲱⲩ-
ⲥⲏⲥ. ⲁϩⲣⲣⲱⲧⲛ̀ ⲧⲉ-
ⲧⲛ̀ⲛⲟϭ̀ⲥ (15) ⲉⲣⲟⲓ ϫⲉ
ⲁⲓⲧⲟⲩϫⲉ ⲟⲩⲣⲱⲙⲉ
ⲧⲏⲣϥ ϩⲙ̀ ⲡⲥⲁⲃⲃⲁⲧⲟⲛ
24. ⲙ̀ⲡⲣⲕⲣⲓⲛⲉ ⲕⲁⲧⲁ
(16) ⲟⲩⲙⲛ̀ⲧⲣⲉϥϫⲓ-
ϩⲟ' ⲁⲗⲗⲁ ⲕⲣⲓⲛⲉ
ⲙ̀ⲡϩⲁⲡ ⲙ̀ⲙⲉ
25. Ⲛⲉⲩ ⲛ̀ϩⲟⲉⲓ ⲛⲉ
ϭⲉ ϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ
ⲉⲃⲟⲗ ϩⲛ̀ ⲛ̀ⲣⲙ̀-
ⲑⲓⲗⲏ̄ⲙ ϫⲉ ⲙⲏ
ⲡⲁⲓ ⲁⲛ ⲡⲉⲧⲟⲩ-
ϣⲓⲛⲉ ⲛ̀ⲥⲱϥ ⲉ-
26. ⲙⲟⲟⲩⲧ̀ϥ. * ⲁⲩⲱ
ⲉⲓⲥϩⲏⲏⲧⲉ ⲉϥϣⲁ-
ϫⲉ ϩⲛ̀ ⲟⲩⲡⲁⲣⲣⲏ-
ⲥⲓⲁ. ⲁⲩⲱ ⲛ̀ⲥⲉ-
ϫⲉ ⲗⲁⲁⲩ ⲛⲁϥ ⲁⲛ
ⲙⲏⲡⲱⲥ ⲁⲩⲉⲓ-
ⲙⲉ ⲛⲁⲙⲉ (17) ⲛ̀ϭⲓ ⲛ̀-
ⲁⲣⲭⲱⲛ. ⲁⲩⲱ ⲛ̀
ⲁⲣⲭⲓⲉⲣⲉⲩⲥ ϫⲉ
ⲡⲁⲓ ⲡⲉ ⲡⲉⲭ̄ⲥ̄·
27. ⲁⲗⲗⲁ ⲡⲁⲓ ⲧⲛ̀ⲥⲟ-
ⲟⲩⲛ ⲙ̀ⲙⲟϥ ϫⲉ ⲟⲩ
ⲉⲃⲟⲗ ⲧⲱⲛ ⲡⲉ·
ⲡⲉⲭ̄ⲥ̄ ⲇⲉ ⲛ̀ⲧⲟϥ

quod ſanarim hominem totum in ſabbato?

24. Ne iudicate ſecundum acceptionem perſonarum; ſed iudicate iudicium iuſtum.

25. Quidam erant ergo dicentes ex Hieroſolymitanis: Nonne hic eſt, quem quaerunt interficere?

26. Et ecce loquitur aperte, & nihil ei dicunt. An forte vere cognoverunt Principes, & ſummi Sacerdotes, quod hic eſt certe Chriſtus?

27. Sed hunc novimus, unde ſit, Chriſtum autem, quum ille venerit, nemo

cogno-

ⲉϥϣⲁⲛⲉⲓ ⲙⲛ̀ⲗⲁⲁⲩ
ⲛⲁⲉⲓⲙⲉ (18) ϫⲉ ⲟⲩⲉ//
ⲃⲟⲗ ⲧⲱⲛ ⲡⲉ·

cognoscet, unde sit.

28. Ⲓ̄ⲥ̄ ⲇⲉ ⲁϥⲁϣⲕⲁⲕ
ⲉⲃⲟⲗ ϩ̀ⲙ ⲡⲉⲣⲡⲉ
ⲉϥϯⲥⲃⲱ ⲉϥϫⲱ//
ⲙ̀ⲙⲟⲥ. ϫⲉ ⲧⲉⲧⲛ̀//
ⲥⲟⲟⲩⲛ ⲙ̀ⲙⲟⲓ ⲁⲩⲱ
ⲧⲉⲧⲛ̀ⲥⲟⲟⲩⲛ ϫⲉ ⲁⲛⲟⲕ
ⲟⲩ ⲉⲃⲟⲗ ⲧⲱⲛ ⲁⲩⲱ
ⲛ̀ⲧⲁⲉⲓ ⲁⲛ ϩⲁⲣⲟⲓ ⲙⲁⲩ//
ⲁⲁⲧ ⲁⲗⲗⲁ ⲟⲩⲙⲉ
ⲡⲉ ⲡⲉⲛⲧⲁϥⲧⲁⲩⲟⲓ
ⲡⲁⲓ ⲛ̀ⲧⲱⲧⲛ̀ ⲉⲛ//
ⲧⲉⲧⲛ̀ⲥⲟⲟⲩⲛ ⲁⲛ ⲙ̀ⲙⲟϥ

28. Iesus ergo exclamavit in templo docens, & dicens: Vos me nostis, & nostis unde ego sum: & non veni a meipso; sed verax est, qui misit me: Hunc vos non nostis.

29. ⲁⲛⲟⲕ ϯⲥⲟⲟⲩⲛ (19) ⲙ̀//
ⲙⲟϥ ϫⲉ ϯϣⲟⲟⲡ
ϩⲁϩⲧⲏϥ. ⲁⲩⲱ
ⲡⲉⲧⲙ̀ⲙⲁⲩ ⲡⲉⲛ//
ⲧⲁϥⲧⲁⲩⲟⲉⲓ.

29. Ego novi illum, quia sum ab illo, & ille est qui misit me.

30. Ⲛⲉⲩϣⲓⲛⲉ ϭⲉ ⲡⲉ
ⲛ̀ⲥⲁϭⲟⲡ̀ϥ ⲡⲉ.
ⲁⲩⲱ ⲙ̀ⲡⲉⲗⲁⲁⲩ
ⲛ̀ⲧⲉϥϭⲓϫ (20) ⲉϩⲣⲁⲓ
ⲉϫⲱϥ. ϫⲉ ⲛ̀ⲛⲉ
ⲙ̀ⲡⲁⲧⲉ ⲧⲉϥⲟⲩ//

30. Quaerebant ergo certe eum apprehendere: & nemo iniecit manum in eum, quod nondum hora eius venerat.

31. ⲛⲟⲩ ⲉⲓ. * ⲁϩⲁϩ
Ⲡⲓⲥⲧⲉⲩⲉ ⲉⲣⲟϥ
ⲉⲃⲟⲗϩ̀ⲙ ⲡⲙⲏⲏ//

31. Multi crediderunt ei ex turba, & dicebant. Quum venerit

ⲏϣⲉ. ⲁⲩⲱ ⲛⲉⲩ//
ϫⲱⲙ̀ⲙⲟⲥ ϫⲉ
ⲉⲣϣⲁⲛ ⲡⲉⲭ̅ⲥ̅
ⲉⲓ ⲙⲏ ⲉϥⲛⲁⲣ̀
ϩⲟⲩⲟ ⲉⲙⲙⲁⲓⲛ
ⲉⲛⲧⲁⲓⲡⲁⲓ ⲁⲁⲩ

nerit Christus, an faciet maiora signa his, quae hic facit.

32. ⲁⲛⲉⲫⲁⲣⲓⲥⲁⲓ//
ⲟⲥ (21) ϭⲉ ⲥⲱⲧⲙ̀
ⲉⲡⲙⲏⲏϣⲉ
ⲉϥⲕⲣⲙ̀ⲣⲙ̀ ⲛ̀ⲛⲁⲓ
ⲉⲧⲃⲏⲏⲧ`ϥ ⲁⲩⲱ
ⲁⲩϫⲟⲟⲩ
ⲛ̀ϭⲓⲛ̀ⲁⲣⲭⲓⲉⲣⲉⲩⲥ
ⲙⲛ̀ ⲛⲉⲫⲁⲣⲓⲥⲁⲓ//
ⲟⲥ ⲛ̀ϩⲉⲛϩⲩⲡⲏ//
ⲣⲉⲧⲏⲥ ϫⲉⲕⲁⲥ ⲉⲩ//

32. Pharisaei vero audierunt turbam haec murmurantem de eo, & dixerunt Principes Sacerdotum, & Pharisaei ministris ut illum caperent.

33. ⲉϭⲟⲡ`ϥ. * ⲡⲉϫⲁϥ
ϭⲉ ⲛⲁⲩ ⲛ̀ϭⲓⲓ̅ⲥ̅ ϫⲉ
ⲉⲧⲓ ⲕⲉⲕⲟⲩⲓ ⲛ̀ⲟⲩ//
ⲟⲉⲓϣ ⲡⲉ ϯϣⲟ//
ⲟⲡ ⲛ̀ⲙ̀ⲙⲏⲧⲛ̀
ⲁⲩⲱ ϯⲛⲁⲃⲱⲕ
ϣⲁ ⲡⲉⲛⲧⲁϥⲧⲁⲩ//

33. Dixit ergo eis Iesus: Adhuc & modicum tempus vobiscum sum, & vado ad eum qui misit me.

34. ⲟⲉⲓ. * ⲧⲉⲧⲛ̀ ⲁϣⲓ//
ⲛⲉ (22) ⲛ̀ⲥⲱⲓ ⲛ̀ⲧⲉ//
ⲧⲛ̀ⲧⲙ̀ϩⲉ ⲉⲣⲟⲓ.
ⲁⲩⲱ ⲡⲙⲁ ⲁⲛⲟⲕ
ⲉϯ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲛ̀ⲧⲱ//
ⲧⲛ̀ ⲛ̀ⲧⲉⲧ'ⲛⲁϣ//

34. Vos quaeretis me, & non invenietis me: & ubi ego sum vos eo non venietis.

ⲉ̀ⲓ ⲁⲛ ⲉⲣⲟϥ

35. Ⲡⲉϫⲉ ⲛ̀ⲓⲟⲩⲇⲁⲓ ϭⲉ
ⲛ̀ⲛⲉⲩⲉⲣⲏⲩ ϫⲉ
ⲉⲣⲉⲡⲁⲓ ⲛⲁⲃⲱⲕ
ⲉⲧⲱⲛ. ϫⲉ ⲁⲛⲟⲛ
ⲛ̀ⲧⲛ̀ⲛⲁϩⲉ ⲁⲛ ⲉ=
ⲣⲟϥ. ⲙⲏ ⲉϥⲛⲁ=
ⲃⲱⲕ ⲉϩⲣⲁⲓ ⲉⲧ=
ⲇⲓⲁⲥⲡⲟⲣⲁ ⲛ̀ⲛ̀=
ϩⲉⲗⲗⲏⲛ ⲛ̀ϥϯ=
ⲥⲃⲱ ⲛ̀ⲛ̀ⲟⲩⲉ=

35. Dixerunt igitur Iudaei inter ſe invicem: Quo hic iturus eſt, ut eum non inventuri ſimus? Fortene ibit in diſperſionem gentium docturus Graecos?

36. ⲉⲓⲉⲛⲓⲛ * ⲟ̀ⲩⲡⲉ
ⲡⲉⲓϣⲁϫⲉ ⲉⲛ=
ⲧⲁϥϫⲟⲟϥ ϫⲉ ⲧⲉ=
ⲧⲛ̀ⲁϣⲓ ⲛⲉ ⲛ̀ⲥⲱⲓ
ⲛ̀ⲧⲉⲧⲛ̀ⲧⲙ̀ϩⲉ ⲉ=
ⲣⲟⲉⲓ· ⲁⲩⲱ ⲡⲙⲁ
ⲁⲛⲟⲕ ⲉϯⲙ̀ⲙⲟϥ
ⲛ̀ⲧⲱⲧⲛ̀ⲛ̀ⲧⲉ=
ⲧⲛ̀ⲛⲁϣⲉⲓ ⲁⲛ ⲉⲣⲟϥ.

36. Quis eſt hic ſermo, quem dixit? Quaeretis me, non invenietis me: & ubi ego ſum, vos eo non venietis.

37. Ϩⲣⲁⲓ ⲇⲉ ϩⲙ̀ ⲡϩⲁⲉ
ⲛ̀ϩⲟⲟⲩ ⲛⲟϭ ⲛ̀=
ⲧⲉⲡϣⲁ (23) ⲛⲉⲣⲉ
ⲓ̅ⲥ̅ ⲁϩⲉⲣⲁⲧ'ϥ. ⲁⲩⲱ
ⲛⲁϥⲁϣⲕⲁⲕ ⲉ=
ⲃⲟⲗ ⲉϥϫⲱ ⲙ̀=
ⲙⲟⲥ. ϫⲉ ⲡⲉⲧⲟ=
ⲃⲉ ⲙⲁⲣⲉϥⲉ̀ⲓ ϣⲁ=

37. In ultimo autem dierum magno feſtivitatis ſtabat Ieſus, & clamabat dicens: Qui ſitit veniat ad me, & bibat.

38. ⲣⲟⲓ ⲛ̀ϥⲥⲱ. * ⲡⲉⲧ=

38. Qui credit in me
ſecun-

ⲡⲓⲥⲧⲉⲩⲉ ⲉⲣⲟⲓ
ⲕⲁⲧⲁⲑⲉ ⲉⲛⲧⲁ//
ⲧⲉⲅⲣⲁⲫⲏ ϫⲟⲟⲥ
ϫⲉ ⲟⲩⲛ̀ϩⲉⲛⲉⲓ//
ⲉⲣⲱⲟⲩ ⲛⲁϩⲁⲧⲉ
ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ϩⲏⲧ̀ϥ ⲙ̀//
ⲙⲟⲟⲩ (24) ⲉϥⲟⲛ̀ϩ
39. ⲛ̀ⲧⲁϥϫⲉ ⲡⲁⲓ ⲇⲉ
ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲉⲡⲛ̅ⲁ̅
ⲉⲧⲟⲩⲛⲁϫⲓⲧ̀ϥ
ⲛ̀ϭⲓ ⲛⲉⲛⲧⲁⲩ//
ⲡⲓⲥⲧⲉⲩⲉ ⲉⲣⲟϥ
ⲡⲉ (25) ⲙ̀ⲡⲁⲧⲟⲩϫⲓ
ⲡⲛ̅ⲁ̅ ⲅⲁⲣ ⲡⲉ ϫⲉ ⲓ̅ⲥ̅
ⲡⲉ ⲙ̀ⲡⲁⲧ̀ϥϫⲓ ⲉ//
40. ⲟⲟⲩ ⲡⲉ. * ϩⲟⲉⲓ
Ⲛⲉ ⲇⲉ ⲉⲃⲟⲗϩⲙ̀
ⲡⲙⲏⲏϣⲉ ⲛ̀ⲧⲉ//
ⲣⲟⲩⲥⲱⲧⲙ̀ ⲉⲡⲉⲓ//
ϣⲁϫⲉ ⲛⲉⲩϫⲱ̀//
ⲙ̀ⲙⲟⲥ. ϫⲉ ⲡⲁⲓ
ⲡⲁⲙⲉ ⲡⲉ ⲡⲉⲡⲣⲟ
41. ⲫⲏⲧⲏⲥ. * ϩⲉⲛⲕⲟ//
ⲟⲩⲉ ⲇⲉ ⲛⲉⲩϫⲱ̀//
ⲙ̀ⲙⲟⲥ. ϫⲉ ⲡⲁⲓ
ⲡⲉ ⲡⲉⲭ̅ⲥ̅. ϩⲟⲉⲓ
ⲛⲉ ⲇⲉ ⲛⲉⲩϫⲱ//
ⲙ̀ⲙⲟⲥ. ϫⲉ ⲙⲏ ⲅⲁⲣ
ⲉⲣⲉ ⲡⲉⲭ̅ⲥ̅ ⲛⲏⲩ

ſecundum id quod ſcriptura dicit : flumina fluent de ventre eius aquae vivae.

39. Ille vero dixit hoc de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum : nondum enim acceperant Spiritum, quia nondum Ieſus acceperat gloriam.

40. Quidam autem de turba, quum audiſſent hunc ſermonem, dicebant : Hic vere eſt Propheta.

41. Alii vero dicebant : Hic eſt Chriſtus, quidam autem dicebant : Numquid venit Chriſtus ex Galilaea?

42. Non-

ⲉⲃⲟⲗ ϩⲛ̄ ⲧⲅⲁⲗⲓ//

42. ⲗⲁⲓⲁ · * ⲛ̄ⲧⲁⲧⲉⲅⲣⲁ//
ⲫⲏ ⲁⲛ ϫⲟⲟⲥ ϫⲉ (26)
ⲉⲣⲉ ⲡⲉⲭ̅ⲥ̅ ⲛⲏⲩ
ⲉⲃⲟⲗ ϩⲙ̄ ⲡⲉⲥⲡⲉⲣ//
ⲙⲁ ⲛ̄ⲇⲁⲩⲉⲓⲇ. ⲁⲩⲱ
ⲉⲃⲟⲗ ϩⲛ̄ ⲃⲏⲑⲗⲉ//
ⲉⲙⲡ ϯⲙⲉ ⲉⲛⲉ//
ⲣⲉ ⲇⲁⲩⲉⲓⲇ ϣⲟ//
ⲟⲡ ⲛ̄ϩⲏⲧ̄ϥ̄.

42. Nonne ſcriptura dicit, quod Chriſtus venturus ſit ex ſemine David, & ex Bethlehem vico, ubi erat David?

43. ⲁⲩⲡⲱⲣϫ̄ ϭⲉ ϣⲱ//
ⲡⲉ ϩⲙ̄ ⲡⲙⲏⲏϣⲉ
ⲉⲧⲃⲏⲏⲧ̄ϥ̄.

43. Itaque diſſidium factum eſt in turba propter eum.

44. * ϩⲟⲉⲓ
ⲛⲉ ϫⲉ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̄ϩⲏ//
ⲧⲟⲩ ⲛⲉⲩⲟⲩⲱϣ ⲉ//
ϭⲟⲡϥ̄
ⲁⲗⲗⲁ ⲙ̄ⲡⲉⲗⲁⲁⲩ
ⲛ̄ⲧⲉϥϭⲓϫ ⲉϩⲣⲁⲓ
ⲉϫⲱϥ.

44. Quidam vero ex ipſis volebant comprehendere eum. Sed nemo iniecit manum in illum.

45. * ⲁⲩⲃⲱⲕ
ϭⲉ ⲛ̄ϭⲓ ⲛ̄ϩⲩⲡⲏ//
ⲣⲉⲧⲏⲥ ϣⲁ ⲛ̄ⲁⲣ//
ⲭⲓⲉⲣⲉⲩⲥ ⲙⲛ̄ ⲛⲉ//
ⲫⲁⲣⲓⲥⲁⲓⲟⲥ. ⲁⲩⲱ
ⲡⲉϫⲉ ⲛ̄ⲏ ⲛⲁⲩ
ϫⲉ ⲉⲧⲃⲉ ⲟⲩ ⲙ̄//
ⲡⲉⲧⲛ̄ⲛ̄ⲧ̄ϥ̄. (27)

45. Acceſſerunt ergo miniſtri ad Principes ſacerdotum, & Phariſaeos; & dixerunt hi illis: Cur non adducitis eum?

46. ⲁⲩⲟⲩⲱϣⲃ̄ ⲛ̄ϭⲓ
ⲛ̄ϩⲩⲡⲏⲣⲉⲧⲏⲥ
ϫⲉ (28) ⲙ̄ⲡⲉⲣⲱⲙⲉ

46. Reſponderunt miniſtri: Homo non

ϣⲁϫⲉ ⲉⲡⲉϩⲛ̀//
ⲑⲉ ⲙ̀ⲡⲉⲓⲣⲱⲙⲉ
47. Ⲁⲩⲟⲩⲱϣⲃ̀ ⲛⲁⲩ
ⲛ̀ϭⲓ ⲛⲉⲫⲁⲣⲓ//
ⲥⲁⲓⲟⲥ. ϫⲉ ⲙⲏ
ⲛ̀ⲧⲱⲧⲉⲧⲛ̀ ⲡⲗⲁ//
ⲛⲁ (29) ϩⲱⲧⲧⲏⲩⲧⲛ̀
48. ⲙⲏ ⲁⲗⲁⲁⲩ ⲡⲓ//
ⲥⲧⲉⲩⲉ ⲉⲣⲟϥ ⲉ//
ⲃⲟⲗ ϩⲛ̀ ⲛ̀ⲁⲣⲭⲱⲛ
ⲏ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲛ̀ ⲛⲉ//
ⲫⲁⲣⲓⲥⲁⲓⲟⲥ.
49. ⲁⲗⲗⲁ ⲡⲉⲓ ⲙⲏ//
ⲏ .·. ϣⲉ (30) ⲉⲧⲉ//
ⲙ̀ⲥ .·. ⲉⲥⲟⲟⲩⲛ ⲁⲛ
ⲙ̀ⲡⲛⲟⲙⲟⲥ ⲥⲉ//
ϣⲟⲟⲡ ϩⲁ ⲡⲥⲁϩⲟⲩ
50. Ⲡⲉϫⲉ ⲛⲓⲕⲟⲇⲏⲙⲟⲥ
ⲛⲁⲩ ⲡⲉⲛⲧⲁϥⲉⲓ
ϣⲁ ⲓ̅ⲥ̅ ⲛ̀ϣⲟⲣⲡ̀ (31)
ⲟⲩⲁ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ϩⲏ//
51. ⲧⲟⲩ ⲡⲉϫⲉ * ⲙⲏ
ⲡⲉⲛⲛⲟⲙⲟⲥ ⲕⲣⲓ//
ⲛⲉ ⲙ̀ⲡⲣⲱⲙⲉ
ⲉⲓⲙⲏⲧⲓ ⲛ̀ϥⲥⲱ//
ⲧⲙ̀ ⲉⲣⲟϥ ⲛ̀ϣⲟ//
ⲣⲡ̀ ⲁⲩⲱ ⲛ̀ϥⲉⲓⲙⲉ
ϫⲉ ⲟⲩ ⲡⲉⲧϥⲉⲓ//
ⲣⲉ ⲙ̀ⲙⲟϥ

loquitur ut hic homo.

47. Responderunt eis Pharisaei: An vos quoque seducti estis?

48. An aliquis credidit in eum ex Principibus, aut ex Pharisaeis?

49. Sed haec turba, quae non novit legem, esto sub maledicto.

50. Dixit eis Nicodemus is, qui venit ad Iesum primo, qui unus erat etiam ex illis.

51. Num lex nostra iudicat hominem, nisi audiat eum prius, & sciat, quid ille fecit?

52. Re-

52. Ⲁⲩⲟⲩⲱϣⲃ̄ ⲉⲩ-
ϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ ⲛⲁϥ
ϫⲉ ⲙⲏ ⲛ̀ⲧⲟⲕ ⲟⲩ
ⲉⲃⲟⲗ ϩⲱⲱⲕ ⲟⲛ (32)
ϩⲛ̀ⲧⲅⲁⲗⲓⲗⲁⲓⲁ
ϩⲟⲧϩⲉⲧ ⲛ̀ⲛⲉⲅⲣⲁ
ⲫⲏ ⲛ̀ⲅ ⲛⲁⲩ ϫⲉ
ⲙⲉⲣⲉ ⲡⲉⲡⲣⲟ-
ⲫⲏⲧⲏⲥ ⲛⲁⲧⲱ-
ⲟⲩⲛ ⲁⲛ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲛ̀
ⲧⲅⲁⲗⲓⲗⲁⲓⲁ.

52. Responderunt
dicentes ei: Numquid
tu quoque ex Gali-
laea es? Scrutare
scripturas, & vide,
quod Propheta non
surget ex Galilaea.

In cap. VIII.

12. ★ ⲓ̅ⲥ̅ ϭⲉ (1)
Ⲟⲛ ⲁϥϣⲁϫⲉ ⲛⲙ̀-
ⲙⲁⲩ ⲉϥϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ
ϫⲉ ⲁⲛⲟⲕ ⲡⲉ ⲡⲟⲩ-
ⲟⲉⲓⲛ ⲙ̀ⲡⲕⲟⲥⲙⲟⲥ
ⲡⲉⲧⲛⲁⲟⲩⲁϩϥ ⲛ̀-
ⲥⲱⲓ ⲛ̀ϥ-
ⲛⲁⲙⲟⲟϣ ⲉⲛ
ϩⲙ̀ ⲡⲕⲁⲕⲉ. ⲁⲗⲗⲁ
ϥⲛⲁϫⲓ ⲙ̀ⲡⲟⲩⲟⲉⲓⲛ
ⲙ̀ⲡⲱⲛϩ.

12. Iesus igitur ite-
rum loquutus est illis
dicens: Ego sum lux
mundi. Qui sequitur
me non ambulabit
in tenebris, sed ac-
cipiet lumen vitae.

13. Ⲡⲉϫⲉ ⲛⲉⲫⲁⲣⲓⲥⲁⲓ-
ⲟⲥ ϭⲉ (2) ⲛⲁϥ ϫⲉ
ⲛ̀ⲧⲟⲕ ⲉⲧⲣ̀ⲙⲛ̀

13. Dixerunt ergo
Pharisaei ad eum: Tu
testimonium perhi-

 bes

ⲧⲣⲉ ϩⲁⲣⲟⲕ ⲧⲉⲕ//
ⲙⲛ̀ⲧⲙⲛ̀ⲧⲣⲉ ⲛ̀//
ⲟⲩⲙⲉ ⲁⲛ ⲧⲉ.

bes de teipso, testimonium tuum verum non est.

14. Ⲁ ⲓ̅ⲥ̅ ⲟⲩⲱϣⲃ̅ ⲡⲉ//
ϫⲁϥ ⲛⲁⲩ. ϫⲉ ⲕⲁⲛ
ⲁⲛⲟⲕ ⲉⲉⲓϣⲁⲛ
ⲣ̀ⲙⲛ̀ⲧⲣⲉ ϩⲁⲣⲟⲓ
ⲧⲁⲙⲛ̀ⲧⲙⲛ̀ⲧⲣⲉ
ⲟⲩⲙⲉ ⲧⲉ. ϫⲉ ϯ//
ⲥⲟⲟⲩⲛ ϫⲉ ⲛ̀ⲧⲁ//
ⲉⲓ ⲧⲱⲛ. (3) ⲁⲩⲱ ⲉⲓ//
ⲛⲁ ⲧⲱⲛ. ⲛ̀ⲧⲱ̀//
ⲧⲛ̀ ⲇⲉ ⲛ̀ⲧⲉ//
ⲧⲛ̀ⲥⲟⲟⲩⲛ ⲁⲛ
ϫⲉ ⲛ̀ⲧⲁⲓⲉⲓ ⲧⲱⲛ
ⲏ ⲉⲓⲛⲁ ⲧⲱⲛ.

14. Respondens Iesus dixit illis: Etsi ego testimonium perhibeam de me, testimonium meum verum est, quia scio, unde veni, & quo vado. Vos autem nescitis unde venio, aut quo vado.

15. ⲛ̀ⲧⲱⲧⲛ̀ (4) ⲉⲧⲉⲧⲛ̀//
ⲕⲣⲓⲛⲉ ⲕⲁⲧⲁ ⲥⲁⲣⲝ.
ⲁⲛⲟⲕ ⲇⲉ ⲛ̀ϯⲕⲣⲓ//
ⲛⲉ ⲁⲛ ⲛ̀ⲗⲁⲁⲩ

15. Vos iudicatis secundum carnem, ego neminem iudico.

16. ⲕⲁⲛ ⲉⲉⲓϣⲁⲛⲕⲣⲓ//
ⲛⲉ ⲇⲉ (5) ⲁⲛⲟⲕ. ⲧⲁ//
ⲕⲣⲓⲥⲓⲥ ⲟⲩ//
ⲙⲉⲉ ⲧⲉ ϫⲉ ⲛ̀ⲁⲛⲟⲕ
ⲙ̀ⲙⲁⲧⲉ ⲁⲛ ⲡⲉ.
ⲁⲗⲗⲁ ⲁⲛⲟⲕ ⲙ̀ⲛ
ⲡⲉⲓⲱⲧ ⲉⲛⲧⲁϥ//

16. Quamquam si iudico ego, iudicium meum verum est; quia ego solus non sum, sed ego, & Pater meus, qui misit me.

17. ⲧⲁⲩⲟⲉⲓ * ϥⲥⲏϩ ⲇⲉ
ⲟⲛ (6) ϩⲙ̀ ⲡⲉⲧⲛ̀ⲛⲟ//

17. Scriptum autem etiam est in lege ve-

ⲙⲟⲥ ϫⲉ ⲧ̀ⲙⲛ̀ⲧ//
ⲙⲛ̄ⲧⲣⲉ ⲛ̀ⲣⲱⲙⲉ
ⲥⲛⲁⲩ ⲟⲩⲙⲉⲉ

18. ⲧⲉ· ★ ⲁⲛⲟⲕ ⲡⲉⲧ//
ⲣ̀ⲙⲛ̄ⲧⲣⲉ ϩⲁⲣⲟⲉⲓ
ⲁⲩⲱ (7) ϥ̀ⲣⲙⲛ̄ⲧⲣⲉ
ⲟⲛ ϩⲁⲣⲟⲉⲓ ⲛ̀ϭⲓ
ⲡⲉⲓⲱⲧ ⲉⲛ̄ⲧⲁϥ//

19. Ⲧⲁⲩⲟⲉⲓ ★ ⲛⲉⲩ//
Ϫⲱ ϭⲉ ⲙ̀ⲙⲟⲥ
ⲛⲁϥ ⲡⲉ ϫⲉ ⲉϥ//
ⲧⲱⲛ ⲡⲉⲕⲉⲓⲱⲧ
ⲁϥⲟⲩⲱϣⲃ ⲛ̄//
ϭⲓ (8) ⲓ̂ⲥ̂ ⲡⲉϫⲁϥ ⲛⲁⲩ
ϫⲉ ⲟⲩⲇⲉ ⲛ̄ⲧⲉ//
ⲧⲛ̄ⲥⲟⲟⲩⲛ ⲙ̀//
ⲙⲟⲓ ⲁⲛ ⲟⲩⲇⲉ
ⲟⲛ ⲛ̀ⲧⲉⲧⲛ̀ ⲥⲟ//
ⲟⲩⲛ ⲁⲛ ⲙ̀ⲡⲁ//
ⲉⲓⲱⲧ ⲉⲛⲉⲧⲉⲧⲛ̀//
ⲥⲟⲟⲩⲛ ⲙ̀ⲙⲟⲓ ⲧⲉ//
ⲧⲛ̀ⲁⲥⲟⲩⲛ ⲡⲁⲉⲓⲱⲧ ⲟⲛⲡⲉ

20. Ⲛⲉⲓϣⲁϫⲉ ⲁϥϫⲟⲟⲩ
ϩ̀ⲙ ⲡⲅⲁⲍⲟⲫⲩⲗⲁⲕⲓⲟ
ⲉϥϯⲥⲃⲱ ϩ̀ⲙ ⲡⲉⲣ//
ⲡⲉ ⲁⲩⲱ ⲙ̀ⲡⲉⲗⲁ//
ⲁⲩ ϭⲟⲡ́ϥ ϫⲉ ⲙ̀ⲡⲁ//

vestra, quod testimonium hominum duorum verum est.

18. Ego sum qui testificor de me, & testificatur etiam de me Pater, qui misit me.

19. Illi ergo dicebant ei: Ubi nam est Pater tuus? Respondens Iesus dixit eis: Vos neque cognoscitis me; neque etiam cognoscitis Patrem meum. Si vos cognosceretis me, cognosceretis utique etiam Patrem meum.

20. Haec verba dixit in Gazophylacio, docens in templo. Et nemo apprehendit eum, quia hora illius

ⲛⲁⲧⲉ (9) ⲧⲉϥⲟⲩⲛⲟⲩ
21. ⲉⲓ. * ⲡⲉϫⲁϥ ϭⲉ

illius nondum venerat.

Ⲟⲛ ⲛⲁⲩ ⲛ̀ϭⲓ ⲓ̅ⲥ̅ (10) ϫⲉ
ⲁⲛⲟⲕ ϯⲛⲁⲃⲱⲕ
ⲁⲩⲱ ⲧⲉⲧⲛ̀ⲛⲁϣⲓ//
ⲛⲉ ⲛ̀ⲥⲱⲓ · ⲁⲩⲱ
ⲧⲉⲧⲛ̀ⲛⲁⲙⲟⲩ ϩⲣⲁⲓ
ϩⲙ̀ ⲡⲉⲧⲛ̀ⲛⲟⲃⲉ
ⲁⲩⲱ ⲡⲙⲁ ⲁⲛⲟⲕ
ⲉϯⲛⲁⲃⲱⲕ ⲉⲣⲟϥ
ⲛ̀ⲧⲱⲧⲛ̀ ⲙ̀ⲛ//
ϣϭⲟⲙ ⲙ̀ⲙⲱⲧⲛ̀
ⲉⲉⲓ ⲉⲙⲁⲩ .

21. Dixit ergo eis iterum Iesus: Ego vado, & vos quaeretis me, & vos moriemini in peccato vestro, & in eum locum, quo ego vado, vos non potestis venire.

22. Ⲛⲉⲩϫⲱ ϭⲉ ⲙ̀ⲙⲟⲥ
ⲛ̀ϭⲓ ⲛ̀ⲓⲟⲩⲇⲁⲓ
ϫⲉ ⲙⲏⲧⲓ ⲉϥⲛⲁ//
ⲙⲟⲩⲟⲩⲧ ⲙ̀ⲙⲟϥ
ϫⲉ ϥϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ
ϫⲉ ⲡⲙⲁ ⲁⲛⲟⲕ
ⲉϯⲛⲁⲃⲱⲕ ⲉ
ⲣⲟϥ ⲛ̀ⲧⲱⲧⲛ̀ ⲉ//
ⲧⲉⲧⲛⲁϣⲉⲓ (11) ⲁⲛ

22. Dicebant ergo Iudaei: Num mortem inferet sibi ipsi, quia dixit: In eum locum, quo ego vado, vos non venietis?

23. ⲉⲙⲁⲩ . * ⲁⲩⲱ
ⲡⲉϫⲁϥ ⲛⲁⲩ ϫⲉ
ⲛ̀ⲧⲱⲧⲛ̀ ⲛ̀ⲧⲉⲧⲛ̀
ⲉⲃⲟⲗ ϩⲙ̀ ⲡⲕⲁϩ · ⲁⲛⲅ
ⲁⲛⲟⲕ ⲟⲩⲉⲃⲟⲗ ϩⲛ̀//
ⲧⲡⲉ (12) ⲛ̀ⲧⲱⲧⲛ̀ ⲛ̀ⲧⲉ

23. Et dixit eis: Vos estis de terra, ego de caelo sum: Vos estis.

EXPO-

EXPOSITIO V.

Loca aliquot, & variantes lectiones Copto-Thebaicae versionis adnotantur.

IN CAP. VI. EVANG. S. IOHANNIS.

(1) Vers. 21. QUAE supersunt versiculi huius vestigia . . . ⲛⲉⲩ in lin. 3., . . . ⲉⲣⲟϥ in l. 4., indicant voces hasce in dialecto Sahidica ⲉⲛⲉⲩⲛⲁϣⲉ ⲉⲣⲟϥ; easque proinde simillimas fuisse Memphiticis ⲉⲛⲁⲩⲛⲁϣⲉ ⲉⲣⲟϥ. Ambae enim versiones, Memphit. scilicet, & Thebaica, in verbis quoque ipsis inter se haud raro conveniunt. Nisi forte pro ⲛⲉⲩⲛⲁϣⲉ, (quod ego coniiciebam), scriptum erat ⲛⲉⲩⲛⲁⲃⲱⲕ ⲉⲣⲟϥ, εἰς ἣν ὑπῆγον. ⲃⲱⲕ namque vocabulum est Thebanis usitatissimum; non ita vero ϣⲉ; unde Memphiticum ⲛⲁⲩⲛⲁϣⲉ.

(2) Vers. 22. Spectatis reliquiis vocabulorum, & habita ratione numeri litterarum, quae locum in singulis columnae nostrae lineis habere queunt, laceratae scripturae particulas aptis, ni fallimur, suturis, quas uncis interclusas cernes, sic resarcire curavimus:

[ⲙ̀ⲡⲉϥⲣⲁⲥ]ⲧⲉ ⲡⲙⲏ//
[ⲏϣⲉ ⲉ]ⲧⲁϩⲉⲣⲁ//
[ⲧϥ ϩⲓ ⲡ]ⲓⲕⲣⲟ ⲛ́//
[ⲑⲁⲗ]ⲁⲥⲥⲁ ⲁⲩ//
[ⲛ]ⲁⲩ ϫⲉ . . . ⲙⲛ ϭⲉ//
[ϫ]ⲟⲉⲓ ⲙ̀ⲙⲁⲩ ⲛ̀//
[ⲟⲩ]ⲁ ⲡⲏ

ⲙ̀ⲡⲉϥⲣⲁⲥⲧⲉ, vel etiam ϩⲙ̀ ⲡⲣⲁⲥⲧⲉ; illudque, dum ita velis, *altera die* cum vulgato interprete, sive *sequenti die*, aut cum Wilkinsio *postridie* latine vertere poteris.

[ⲡ] ⲓⲕⲣⲟ praeterea l.3., quod mendum est amanuensis, lege ⲡⲉⲕⲣⲟ.

ⲁⲩⲛⲁⲩ ϫⲉ convenit cum Memphitica ipsa versione, & cum Graecis codd. Alexandrino-Anglicano, VIII. Steph., & Syriaca editione. Mox in l.5. cernitur litura duarum litterarum, quae visae mihi sunt ⲛⲙ.

ⲡⲏ . . . ⲉⲛⲧⲁ ⲙⲙⲁⲑⲏⲧⲏⲥ ⲛⲓ̅ⲥ̅ ⲧⲁⲗⲉ ⲉⲣⲟϥ.

Inter ⲡⲏ & ⲉⲛⲧⲁ spongia deletae sunt litterae plures. Ceterum quae heic habentur exacte respondent Graecis iam editis ἐκεῖνο, εἰς ὃ ἐνέβησαν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ; sed pro αὐτοῦ legitur in hac nostra vers. ⲛ ⲓ̅ⲥ̅, ut Ἰησοῦ, vel τοῦ Ἰησοῦ in Cantabrig. cod. Haec tamen in vers. Memphitica desiderantur.

ⲁⲩⲱ ϫⲉ ⲙⲡⲉ ⲓ̅ⲥ̅ ϯⲁⲗⲉ ⲙⲛ ⲛⲉϥⲙⲁⲑⲏⲧⲏⲥ.

Convenit cum cod. Alexand., & Graecis Syrisque editis. Addunt hi tamen εἰς τὸ πλοιάριον, ut Memphitica addit ⲉⲡⲓϫⲟⲓ, quod in hac Theban. non exstat.

(3) Vers. 23. ⲁⲩⲱ ⲉⲓⲥ: *Et ecce*: singularis lectio, quae nec in Memph., nec in Graecis ullis Syrisve codd. usquam occurrit.

Ibid. ⲉⲡϫⲟⲉⲓⲥ ϣⲡϩⲙⲟⲧ ⲉϫⲱϥ. At Memphitica ⲡϭ̅ⲥ̅, & Gr. κυρίου in fine versic. collocant. Ita & Syra posterior ܟܕ ܐܘܕܝ ܗܘܐ ܡܪܢ, *quum gratias egisset ipse Dominus*; ubi prior legit ܟܕ ܒܪܟ ܝܫܘܥ, *quum benedixisset Iesus*,

(4) Vers. 25. ⲛⲁϣ ⲛⲛⲁⲩ, *quando*, *quo tempore*, *qua hora*, idem quod ⲧⲛⲁⲩ Theb., ⲑⲛⲁⲩ Memph. Sed nostrum hocce apud La-Croz. in *Lex.* a cl. Woide Oxonii edito non habes. Exstat tamen in Episcopi Tukii *Grammat.* p. 535., ubi dum recta sit lectio: ⲛⲁϣ ⲛⲛⲁⲩ ex Marc. XIII. 33. refertur.

(5) Vers. 26. ⲉϥϫⲱ ⲙⲙⲟⲥ *dicens*. Memphitica ⲟⲩⲟϩ ⲡⲉϫⲁϥ, ut Graeci καὶ εἶπεν.

Ibid. ⲁⲛ ⲡⲉ. ⲡⲉ, quae vim maiorem, & ἐμφατικώτεραν addit sententiae Christi, non habent neque Memphit. versio, neque Graeca editio.

(6) Vers. 27.

(6) Verſ. 27. ⲙ̀ⲡⲣⲣϩⲱⲃ ⲉⲧϩⲉⲣⲉ. *Non operamini eſcam*, vel *cibum*. Memph. ⲁⲣⲓϩⲱⲃ ⲉⲧϩⲣⲉ ⲁⲛ, ut & Gr. ἐργάζεσθε μὴ τὴν βρῶσιν, *operamini non cibum*.

Ibid. ⲁⲗⲗⲁ ⲉⲧϩⲉⲣⲉ. Τὴν βρῶσιν, repetit noſtra, uti & Memph., cum Gr. codd., iis exceptis, quos Wetſten. commemorat; ſed quod ſequitur ⲉⲧⲛⲁⲙⲟⲩⲛ ⲉⲃⲟⲗ *perpetuo manentem*, maiori cum emphaſi quam ⲉⲑⲛⲁϣⲱⲡⲓ Memphit., rem ipſam exprimit.

Ibid. ⲡⲁⲓ ⲅⲁⲣ ⲡⲉⲛⲧⲁⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲡⲉⲓⲱⲧ ⲥⲫⲣⲁⲅⲓⲍⲉ ⲙ̀ⲙⲟϥ. Sic & Memph. Porro mutatio pronominis feminini ⲧⲁⲓ in ⲡⲁⲓ ſatis indicat verſionis noſtrae auctorem in Graeco, quem vertebat, textu, prae oculis habuiſſe non βρῶσιν *eſcam*, neque ζωὴν αἰώνιον *vitam aeternam*, ſed τοῦτον, nempe υἱὸν ἀνθρώπου *Filium hominis*, quem utpote verum ac naturalem Dei Filium ὁ πατὴρ ἐσφράγισεν ὁ θεός. Quare approbanda non eſt ea *Wilkinſii* interpretatio, qua locum iſtum Memphit. translationis ſic vertit: *Hanc enim* (eſcam) *Deus Pater aſſignavit*. Ego equidem de hac *Wilkinſii* ſententia illud facile uſurpandum putarim, quod *Maldonatus* de Ammonio dixit: *Miror Ammonium Graecum*, *& eruditum auctorem ad panem*, *de quo agebatur*, *hoc referre*.

(7) Verſ. 29. ⲡⲁⲓ ⲡⲉ ⲡϩⲱⲃ ⲙ̀ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ. Sic & Memphitica, Graecique codd. omnes praeter fragmentum noſtrum, quod ut iam expoſ. III. ad hunc verſ. obſervavimus, ſingularem illam lectionem habet: τοῦτο ἐστὶν τὰ ἔργα τοῦ θεοῦ. Huic non exacte Copto-Thebaica verſio reſpondet. Si enim reſponderet, dicere deberet ⲡⲁⲓ ⲡⲉ ⲛⲉϩⲃⲏⲩⲉ, & non ⲡϩⲱⲃ, ⲙ̀ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ. Hinc ego coniicio, codicis noſtri ſcriptorem non eum fuiſſe, qui Graecum textum, uti in his tabulis exſtat, in Aegyptiam Thebanorum linguam converterit, ſed qui hanc ipſam Thebaicam verſionem communi fidelium uſu iamdiu ante receptam ad Graecum iſtud exemplar vel ipſe primum accommodarit, vel ab aliis iam accommodatam, quemad-

modum eam in antiquiori *apographo* ſuo invenerat, nude, ſimpliciterque deſcripſerit. Quamquam novum non eſt, ut interpretes, & auctores verſionum a littera textus aliquando recedant. Idque hoc maxime in loco praeſtare potuit Thebanus interpres, ſi atticam locutionem, tamquam gentis ſuae auribus parum acceptam, negligendam putaſſet.

Ibid. ⲉⲡⲉⲛⲧⲁⲡⲛⲏⲧⲛ̀ ⲛⲟⲟⲩϥ. Pronomen hoc relativum non affixum, ut in Memphitica ⲉⲫⲏⲉⲧⲁϥⲧⲁⲟⲩⲟϥ, ſed divulſum, & abſolute ſumptum accipi poteſt pro τῷ, ἐκεῖνος ille. Sicque Thebaica reſpondebit Graeco ἐκεῖνος tum fragmenti noſtri, tum vulgatae lectionis: εἰς ὃν ἀπέσταλκε, vel, ut alii codd. habent, ἀπέστειλεν ἐκεῖνος. Fateor ego tamen aliis in locis hoc idem pronomen licet disiunctum ab ⲉⲡⲉⲛⲧⲁⲡⲛⲏⲧⲛ̀, eamdem prorſus vim habere, quam habet affixum ϥ in ⲉⲫⲏⲉⲧⲁϥⲧⲁⲟⲩⲟϥ, ut ἐκεῖνον *illum* ex ingenio linguae ſignificet. Quamquam non raro redundet; unde Wilkinſius vertit: ⲉⲫⲏⲉⲧⲁϥⲧⲁⲟⲩⲟϥ *in eum quem miſit*.

(8) Verſ. 30. ⲡⲉϫⲁⲩ ⲛⲁϥ ϫⲉ ⲟⲩ ϭⲉ ⲛ̀ⲧⲟⲕ ⲙ̀ⲙⲁⲉⲓⲛ ⲡⲉⲧⲕⲉⲓⲣⲉ ⲙ̀ⲙⲟϥ: Fragmentum noſtrum: εἶπον οὖν αὐτῷ, τί οὖν ποιεῖς σὺ σημεῖον. Sic Graecus vulgatus. Verſio noſtra οὖν prius non habet, ſed habet poſterius. ϭⲉ enim Thebaicum ſaepiſſime τῷ, οὖν Graeco reſpondet. Contra Memphitica retinet οὖν prius, omittit poſterius. Neutrum Syra verſio legit, ſed σὺ, quod in quibuſdam Gr. codd. deeſt, in utraque Aegyptia verſione, & quidem cum *emphaſi* legitur.

(9) Verſ. 32. ⲡⲉϫⲉ ⲓ̅ⲥ̅ ϭⲉ ⲛⲁⲩ: En ϭⲉ, quod heic Graeco οὖν conſonat. In Memphitica, in Syra, in Latinis codd., & in Graecis quibuſdam apud Wetſten. non exſtat.

Ibid. ϫⲉ ϩⲁⲙⲏⲛ ϩⲁⲙⲏⲛ: Ἀμὴν ſemper cum aſpirata ϩ legunt Copto-Thebani: ſine aſpirata Memphitae, Syri, & Graeci.

Ibid. ⲙⲱⲩⲥⲏⲥ: Aegyptium nomen *Moyſes* ſic perpetuo ſcribunt, efferuntque Copti tum Thebani, tum etiam Memphi-

Memphitae, interque ceteros *Origenes*. Graeci Μωσῆς, sed, admonente Wetstenio, Μωϋσῆς legitur in *Cyprio*, maxime vero in *Cantabrig.* cod., cuius fortasse scriptor, quum Aegyptius esset, gentis suae morem in hoc etiam nomine describendo, invito licet Wetstenio ipso, retinuit.

Clariss. Praesul Raph. Tukius in *Rudim. linguae Coptae* p.538. adfert in exemplum praecepti grammat. huius 32. versic. partem, versioni nostrae omnino similem. Sed fortasse auctor, ex quo Tukius hoc excerptum tenuit, omisit ϫⲉ ante ϩⲁⲙⲏⲛ, & in seqq. ϫⲉ ⲙⲱⲩⲥⲏⲥ ⲁⲛ ⲡⲉⲧⲁϥϯ, mendose scripsit ⲡⲉⲧⲁϥϯ pro ⲡⲉⲛⲧⲁϥϯ. Verum de Theb. versionis excerptis a Tukio nostro editis paullo post iterum dicam.

Ibid. ⲁⲗⲗⲁ ⲡⲁⲉⲓⲱⲧ ⲡⲉⲧϯ ⲛⲏⲧⲛ ⲉⲃⲟⲗϩⲛ// ⲧⲡⲉ ⲙⲡⲟⲉⲓⲕ ⲙⲙⲉ: Scilicet Copto-Thebaica versio: Graecum fragmenti nostri, & vulgatae lectionis textum κατὰ γράμμα sequitur: *sed Pater meus dat vobis de caelo panem verum*. Non ita Memphitica. Nam si rudi aure eam excipias, uti Latinis verbis effert Wilkinsius, hanc habebis sententiam: *Sed Pater meus dabit vobis panem verum de caelo*, quasi Pater daturus adhuc esset verum hunc panem; quod est contra Graecorum, & Latinorum omnium codicum fidem. In his enim constantissime legitur: δίδωσι, *dat*, non δώσει, *dabit*. Non inficior ⲉⲑⲛⲁ notam esse personae tertiae futuri temporis, unde Wilkinf. incaute ⲡⲁⲓⲱⲧ ⲉⲑⲛⲁϯ transtulit *Pater meus dabit*. Sed & Wilkinsius ipse mihi concedat necesse est, ⲉⲑⲛⲁ notam esse participii praesentis. Ille enim idem ⲫⲏ... ⲉⲑⲛⲁϩϯ: ⲉⲑⲛⲁϩϯ: ⲫⲏⲉⲑⲛⲁⲥⲱⲧⲉⲙ: ⲉⲑⲛⲁ// ϯϩⲁⲡ, & similia Ioh. XIII. 44. 46. 47. & 48. vertit, *credens* est, *audiens* est, *iudicans* eum, *iudicans* est. Cur ergo vir alioquin eruditissimus, non animadvertit in hoc etiam Iohan. testimonio ⲡⲁⲓⲱⲧ ⲉⲑⲛⲁϯ ⲛⲱⲧⲉⲛ ⲙⲡⲱⲓⲕ verti debuisse: *Pater meus dans* est *vobis panem*, sive *dat vobis*

bis panem? Sic enim ⲉⲑⲛⲁϯ Memphiticum egregie consonat cum ⲡⲉⲧϯ Thebaico, & Graeca ipsa, Latinaque lectione.

(10) Vers. 33. ⲡⲟⲉⲓⲕ ⲅⲁⲣ ⲡⲉ ⲡϣⲏⲣⲉ ⲙ̀ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ: *Hic panis enim est FILIUS DEI*. Locus in una Copto-Thebaica versione omnino insignis. Eius similem alibi nusquam, neque in Graecis, neque in Latinis, neque in Syris, sed neque in Memphitis codd. invenies. Antiquissima fortasse erat Orientalium, Aegyptiarumque ecclesiarum traditio, qua verus hic panis a Deo Patre de caelo datus non alius esse credebatur, quam unicus ipse, & naturalis Dei Filius. Huius namque fidei, & traditionis vel ante Clementis Alexandrini tempora evulgatae testimonium habemus in *excerptis ex scriptis Theodori, & doctrina, quae orientalis vocatur ad Valentini tempora spectantibus*, tom.II. oper. *Clem. Alexand.* pag.966.; unde & varia, quae de hoc opere feruntur, eruditorum iudicia accipias velim. Sic enim n. XIII. pag. 971. legitur: Ὁ ζῶν ἄρτος ὁ ὑπὸ τοῦ πατρὸς δοθεὶς ὁ υἱός ἐστι τοῖς ἐσθίειν βουλομένοις. ὁ δὲ ἄρτος, ὃν ἐγὼ δώσω, φησὶν, ἡ σάρξ μου ἐστιν.

Hinc nemini mirum videri debet, si tam antiquae & ubique diffusae traditionis oraculum, vel ipse primum versionis auctor, addita voce ⲡϣⲏⲣⲉ, in hunc Iohannis locum a se Aegyptiace redditum inseruit, vel sequentis aevi librarius, quum in margine ⲡϣⲏⲣⲉ invenisset, tandem in textum invexit. Illud certum est, nullum hactenus Copto-Thebaicae versionis exemplum fuisse repertum, in quo lectio ista nostra: *Hic panis est FILIUS DEI*, non habeatur. Duo tantum illius *apographa* hucusque novimus. Alterum, cuius fragmentum nos ipsi damus; alterum, quod integrum prae oculis habuit, sed nonnisi quasdam eius particulas dedit vetus ille scriptor, qui Aegyptiae linguae grammaticam Arabice composuit; quemadmodum discere mihi licuit ex ore praestantissimi Arsenoiensium Episcopi *Raphaëlis Tukii*. Is enim, ut alia plurima se a grammatico illo Aegyptio Arabe accepisse narravit, quae deinde in *Rudimenta* sua Coptica edita Romae an. 1778. transtulit,

lit, sic & ab eodem ipso scriptore paucas *Thebaicae versionis* particulas, quas iisdem in Rudimentis profert, se excerpsisse candide mihi, ingenueque testatus est. Inter ceteras vero particulas hanc nostram refert pag. 441. *Rudimentor.* ex cap. 16., (sed lege ex VI. Ioh. vers. 33.) ⲡⲟⲉⲓⲕ ⲅⲁⲣ ⲡⲉ ⲡϣⲏⲣⲉ ⲙⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲡⲉϥⲛⲏⲩ (corrige ex fragmento Borgiano ⲡⲉⲧⲛⲏⲩ) ⲉⲡⲉⲥⲏⲧ ⲉⲃⲟⲗϩⲛ ⲧⲡⲉ ⲁⲩⲱ ⲛϥϯ ⲛⲟⲩⲱⲛϩ ⲙⲡⲓ ⲕⲟⲥⲙⲟⲥ (corrige & heic ex fragm. nostro ⲙⲡⲕⲟⲥⲙⲟⲥ: nam ⲡⲓ ⲕⲟⲥⲙⲟⲥ Memphiticum est). En novum exemplum, ex quo colligi facile possit hunc locum Ev. Iohan. sic semper in vers. Thebaica fuisse lectum.

(11) Vers. 34. ⲡⲉϫⲁⲩ ϭⲉ ⲛⲁϥ. Legit cum Graeco textu fragm., & Vulg. edit. ϭⲉ, οὖν; non legit Copto-Memphit., neque Syra, in quibus desideratur.

(12) Vers. 35. ⲡⲉϫⲉ ⲓ͞ⲥ ϭⲉ ⲛⲁⲩ: Iterum legit ϭⲉ, οὖν cum Cantabrig., aliisque Wetsten. codd. Deest in fragm. nostro, in Syr., & in Memph., quam Wetsten. adnotare neglexit. Editi δὲ habent pro οὖν.

(13) Ibid. ⲡⲟⲉⲓϣ. Error amanuensis; corrige ⲡⲟⲉⲓⲕ.

Ibid. ϣⲁⲣⲟⲉⲓ. Bene; sed ad hanc formam corrige ϣⲁⲣⲟⲓ in textu *Rudimentor.* Tukii pag. 538. Sic paullo post corrige ⲉⲣⲟⲓ, quod esse debet ⲉⲣⲟⲉⲓ, ut est in exemplari nostro.

(14) Ibid. ⲛ̓ϥⲛⲁⲉⲓⲃⲉ ⲁⲛ ⲉⲛⲉϩ, *non sitiet umquam*, convenit cum Graeco οὐ μὴ διψήσει πώποτε, cumque cod. Alexandrino-Anglic., aliisque a Wetstenio commemoratis. ⲛ̀ⲛⲉϥⲓⲃⲓ ϣⲁ ⲉⲛⲉϩ, *non sitiet in aeternum* habet Memph. Vide tamen ne legas ut apud Tukium loco laudato ⲛϥⲛⲁⲉⲓⲃⲓ, sed, ut in tabulis nostris habes, lege ⲛ̀ϥⲛⲁⲉⲓⲃⲉ. Nam terminatio illa in ⲃⲓ Memphitica est, non Thebaica.

(15) Vers. 36. ⲁⲗⲗⲁ ⲁⲓϫⲟⲟⲥ. Sic recte, non ⲁⲗⲗ ⲗⲁⲓϫⲟⲟⲥ, ut in excerpto Tukiano pag. 538. *Rudim.*

Ibid.

Ibid. ϫⲉ positum puto pro καὶ fragm., & ⲟⲩⲟϩ Memphitica.

Ibid. ⲉⲣⲟⲓ. Erravit & heic amanuensis, forte ob angustiam spatii. Lege ⲉⲣⲟⲉⲓ, & ita etiam restitue eamdem mendosam vocem in Tukio pag. rursus 538.

(16) Vers. 37. ⲟⲩⲟⲛ ⲛⲓⲙ: *Omne*, idem ac πᾶν fragm. & Vulg. nostrae. Attamen & pro πᾶς *omnis* persaepe accipitur; ut ⲫⲏ ⲛⲓⲃⲉⲛ Memph., quod item *omnis* interpretatur Tukius, & *omnis* Wilkin. etiam exponit: nempe utrumque & *omne*, & *omnis* probe explicari potest.

Ibid. ϥⲛⲏⲩ, recte in tabulis nostris, male ⲉϥⲛⲏⲩ in excerpto eruditissimi Tukii cit. p. 538. *Rudim.*

Ibid. ϣⲁⲣⲟⲓ, ut & apud Tukium, pro ϣⲁⲣⲟⲉⲓ.

Ibid. ⲛ̄ⲧⲛ̄ⲛⲁⲛⲟϫϥ ⲉⲃⲟⲗ ⲁⲛ. Non dubito, quin ⲉⲃⲟⲗ adiunctum verbo ⲛⲟϫ in ⲛ̄ⲧⲛ̄ⲛⲁⲛⲟϫϥ eamdem vim habeat, quam habet Graec. fragm. οὐ μὴ ἐκβάλω ἔξω: *non eiiciam foras*; multo enim significantius est quam sit in Memph. ⲛ̀ⲛⲁϩⲓⲧ ⲉⲃⲟⲗ. Attamen & hoc ipsum clariss. Praesul Tukius vertit *non eiiciam foras*. Id quod facere renuit Wilkins; & ideo *non eiiciam* simpliciter transtulit.

(17) Vers. 38. ⲛ̄ⲧⲁⲉⲓ ⲉⲃⲟⲗϩⲛ̄ⲧⲡⲉ, *qui veni de caelo*; Memphitica ⲉⲧⲁⲓ̀ ⲉⲡⲉⲥⲏⲧ ⲉⲃⲟⲗϧⲉⲛ ⲧⲫⲉ, *descenderam de caelo*, interprete Wilkinsio, quamquam recte vertatur: *descendi de caelo*. Episcopus noster Tukius bis pag. scilicet 441. & 538. paullo aliter apud Grammaticum Arabem suum legit ⲛ̄ⲧⲁⲓⲉⲓ pro ⲛ̄ⲧⲁⲉⲓ.

(18) Ibid. ⲙ̀ⲡⲉⲛⲧⲁϥⲧⲟⲟⲩⲉⲓ; pro quo laudatus Tukius habet iisdem in locis ⲙ̀ⲡⲉⲛⲧⲁϥⲧⲁⲟⲩⲟⲓ. Sed & nostra mendosa, quia ⲙ̀ⲡⲉⲛⲧⲁϥⲧⲁⲟⲩⲟⲉⲓ legi debet, & Tukiana etiam, quia ⲓ finalis Memphit. locum gerens pronominis affixi *me*, a Thebanensibus in scribendo fit ⲉⲓ. Hinc in hoc eodem vers. ipse quoque amanuensis Thebanus erravit, dum eam-

eamdem mox redeuntem vocem ⲙ̀ⲡⲉⲛⲧⲁϥⲧⲁⲟⲩⲟⲉⲓ, ſcripſit ⲙ̀ⲡⲉⲛⲧⲁϥⲧⲁⲟⲩⲟⲓ, ex vitio pronunciationis, aut ex incuria, uti ſuſpicor, dictantis, qui ⲓ pro ⲉⲓ expreſſerit.

Ibid. Verſ. 39. ϫⲉⲕⲁⲥ ⲡⲉⲛⲧⲁϥⲧⲁⲁⲩ ⲛⲁⲓ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲛ̀ⲛⲁⲧⲁⲕⲟ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ϩⲏⲧⲟⲩ. ⲁⲗⲗⲁ ⲉⲓⲉⲧⲟⲩⲛⲟⲥⲟⲩ ϩⲙ̀ ⲡϩⲁⲉ ⲛ̀ϩⲟⲟⲩ. Verſio peculiaris, quae κατὰ γρᾶμμα, haec eſt: *ut quos dedit mihi omnes, non perdam ex illis, ſed ſuſcitem eos in fine dierum*. Nihil a Memphitica differt, niſi in eo, quod Chriſti ſententiam noſtra exponit in numero plurium, illa vero in ſingulari.

Ibid. Verſ. 40. ⲙ̀ⲡⲁⲉⲓⲱⲧ: *Patris mei* ſine πεμψαντός με cum fragm. Borgiano, cumque verſione Memphitica, aliiſque antiquiſſimis & PP., & codd., quos vide in ſubnotat. ad edit. *N. T.* Wetſtenii.

Ibid. ⲁⲩⲱ ⲉⲧⲡⲓⲥⲧⲉⲩⲉ ⲉⲣⲟϥ: *& qui credit in eum*; Memphit. ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲧⲉϥⲛⲁϩϯ ⲉⲣⲟϥ. Sententia eadem eſt, quae accurate reſpondet Theb., & Graeco: καὶ πιςεύων εἰς αὐτὸν, ſed Wilkinſius vertere maluit, *& crediturus in eum*; quum nulla ibi ſit nota futuri.

Ibid. ⲁⲛⲟⲕ, ἐγὼ, ut Gr. fragm. Sed non habent neque Memphit. verſio, neque codices alii plures, quos tibi dabit Wetſten.

Ibid. Verſ. 41. ⲛⲉⲩⲕⲣⲙ̀ⲣⲙ̀ ϭⲉ ⲡⲉ: corrupte in Tukian. *Rudim.* pag. 442. ⲛⲉⲩ ⲙ̀ⲣⲙ̀ⲣⲙ̀ ϭⲉⲡⲏ. ϭⲉ ⲡⲉ in Theb. noſtra ponitur, quod eſt ⲟⲩⲛ ⲡⲉ in Memph.

Ibid. ⲉⲧⲃⲏⲏⲧϥ, pro quo Tuk. ⲉⲧⲃⲏⲧϥ.

Ibid. ⲉⲛⲧⲁϥⲉⲓ (Memph. ⲉⲧⲁϥί) ⲉⲃⲟⲗϩⲛ̀ ⲧⲡⲉ. Arabs Tukii, ni fortaſſe magis typographus, mendoſe Theb. legit: ⲛ̀ⲧⲟϥⲉⲓ ⲉⲃⲟⲗϩⲛ̀ ⲧⲡⲉ.

Ibid. Verſ. 42. ϫⲉ ⲙⲏ ⲙ̀ⲡⲁⲓ ⲁⲛ ⲡⲉ, deeſt in eodem Arabe ⲙⲏ.

Ibid.

Ibid. ⲡⲁⲓ ⲁⲛⲟⲛ ⲉⲧⲛ̀ⲥⲟⲟⲩⲛ (Memphitice ⲉⲧⲉⲛ// ϭⲱⲟⲩⲛ ex Tukio, ⲧⲉⲛⲥⲱⲟⲩⲛ ex Wilkinsio). At ⲡⲁⲓⲁⲛ ⲧⲛ̀ϭⲟⲟⲩⲛ habet Arabs ille noster, obtruncato ⲁⲛⲟⲛ:

Ibid. ⲛ̀ⲁϣ ⲛ̀ϩⲉ ϥϫⲱⲙ̀ⲙⲟⲥ. Arabs ⲛⲁϣⲉϭⲉ ⲛ̀ϩⲉ ⲉϥϫⲱⲙ̀ⲙⲟⲥ. Unde vero illud ϭⲉ post ⲛⲁϣ acceperit, prorsus ignoro. An arbitratu suo interseruit ϭⲉ, ut Thebaica responderet, Gr. & Memphit. ⲡⲱⲥ ⲟⲩⲛ? Memphit. praeterea addit ϯⲛⲟⲩ, *nunc*, quod in nostra non legitur, imo nec in Gr. textu, ubi οὗτος exstat pro ϯⲛⲟⲩ.

Ibid. ⲛ̀ⲧⲁⲓⲉⲓ ⲉⲃⲟⲗϩⲛ̀ ⲧⲡⲉ: alibi amanuensis Thebanus ⲛ̀ⲧⲁⲉⲓ ⲉⲃⲟⲗϩⲛ̀ ⲧⲡⲉ, sine ⲓ inserto inter ⲛ̀ⲧⲁ, & ⲉⲓ.

Ibid. Vers. 44. ⲉⲛ̀ⲧⲁϥⲧⲁⲟⲩⲟⲉ̀ⲓ: mallem ⲡⲉⲛ̀ⲧⲁ// ϥⲧⲁⲟⲩⲟⲉⲓ:

Ibid. ⲁⲩⲱ ⲁⲛⲟⲕ ϩⲱ ⲧⲁⲧⲟⲩⲛⲟⲥϥ. Τὸ, ϩⲱ, unde versio est: *& ego etiam*, nulli habent codices. ⲧⲁ// ⲧⲟⲩⲛⲟⲥϥ vero, quod sequitur, ⲛ̀ⲧⲁⲧⲟⲩⲛⲟⲥϥ fortasse cum Memphit. legendum erit. Nihil tamen muto. Nam ut ⲧⲁϫⲓ *accipiam*, sic & ⲧⲁⲧⲟⲩⲛⲟⲥ *suscitabo*, Thebaicum esse poterit, praesertim quum in eamdem formam scriptum cernam ⲧⲁⲧⲟⲩⲛⲟⲥϥ superiori v. 40.

Ibid. ϩⲙ̀ ⲡϩⲁⲉ ⲛ̀ϩⲟⲟⲩ. *In ultimo*, vel *in fine dierum* Thebaei dicere amant, quod Memphitae dicunt ϧⲉⲛ ⲡⲓⲉϩⲟⲟⲩ ⲛ̀ϧⲁⲉ:

(19) Vers. 45. ϥⲥⲏϩ ϩⲛ̀ ⲛⲉⲡⲣⲟⲫⲏⲧⲏⲥ: *scriptum est in Prophetis*; quemadmodum in fragm., & in Gr. omnibus. Memphitica addit γὰρ, unde ⲥⲥϧⲏⲟⲩⲧ ⲅⲁⲣ *scriptum est enim*.

(20) Ibid. ⲥⲉⲛⲁϣⲱⲡⲉ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲛ̀ⲣⲉϥϫⲓⲥⲃⲱ ϩⲓⲧⲙ̀ ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ: *erunt omnes edocti a Deo*. Locus celebris, quem Memphi-

Memphitica effert : ⲉⲩⲉϣⲱⲡⲓ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲛ̀ⲣⲉϥϭⲓⲥⲃⲱ ⲛ̀ⲧⲉⲫ̀ⲧ̀ : *erunt omnes*, ut vertit Wilkinſ., *diſcipuli Dei*.

Ibid. ⲟⲩⲟⲛ ⲛⲓⲙ (ſine ϭⲉ, vel ἂν, uti & in Memphitica, in fragm., in Origene, & codd. pluribus) ⲛ̀ⲧⲁϥⲥⲱⲧⲙ̀ ⲉⲃⲟⲗϩⲓⲧⲙ̀ ⲡⲉⲓⲱⲧ ⲁⲩⲱ ⲁϥϫⲓⲥⲃⲱ ϥⲛⲏⲩ ϣⲁⲣⲟⲓ : *Omnis qui audivit a Patre, & doctus fuit, venit ad me*. Memphitica paullo aliter : ⲫⲏ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲉⲧⲁϥⲥⲱⲧⲉⲙ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲡⲁⲓⲱⲧ ⲟⲩⲟϩ ⲉ̀ⲧⲁϥⲉ̀ⲙⲓ ϥⲛⲁⲓ ϩⲁⲣⲟⲓ, interprete Wilkinſ., *omnis audiens Patrem* (*meum*, quod pronomen nullus cod. habet), *& cognoſcens, veniet ad me*.

De ϣⲁⲣⲟⲓ Theb. orthographia iam ſupra diximus. In verſ., qui hunc praeit, 44., legitur : ϣⲁⲣⲟⲉⲓ, ſicut & in ſequenti 47. Immo & in hoc ipſo veſtigium apparet duplicis ⲓ, quorum primum ⲉ fortaſſe erat, ſed modo ob vetuſtatem pene dilutum, priſtinam formam amiſit.

(21) Verſ. 46. ⲛ̀ⲉⲃⲟⲗ ⲁⲛ ϫⲉ ⲟⲩⲁ : Idem quod Graec. ουχοτι ... τὶς fragm., & ⲟⲩϫⲟⲧⲓ [ⲇⲉ] ⲟⲩⲁⲓ Memphit., multo tamen ſignificantius expreſſum. ⲇⲉ vero, quod addit Memph., in nullo Gr. codice exſtat.

Ibid. ⲡⲁⲓ : cum fragm., & Graecis aliis codd. *Hic* ſimpliciter & abſolute dicitur. Memphitica cum coniunctione ⲟⲩⲟϩ ⲫⲁⲓ : *Et hic*.

(22) Verſ. 49. ⲁⲩⲙⲟⲩ. Deeſt ⲁⲩⲱ, quod eſt in fragm., & in Graecis omnibus κỳ ἀπέθανον, quemadmodum & in Memph. ⲟⲩⲟϩ ⲁⲩⲙⲟⲩ, *& mortui ſunt*.

(23) Verſ. 50. ⲡⲁⲓ ⲇⲉ ⲡⲉ ⲡⲟⲉⲓⲕ : Sic & Thebaicum excerptum apud cl. Tukium in *Rudim.* pag. 442., quamquam ex errore typogr. legatur ⲛⲁⲓ pro ⲡⲁⲓ. Idem habet Memph. Verum ⲇⲉ, nec in fragm., nec in aliis Gr. codd. invenitur.

Ibid. ⲉⲧⲛⲏⲩ : apud Tukium ⲡⲉⲧⲛⲏⲩ.

Ibid. ϫⲉⲕⲁⲥ ⲉⲣϣⲁⲛ ⲟⲩⲁ ⲟⲩⲱⲙ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ϩⲏⲧϥ: Nec fragm., nec Graecos alios codices ſequitur praeter unum *Cantabrigenſem*. Is enim eſt, qui teſte Wetſtenio, poſt ἵνα addit ἐὰν, *ſi*, licet, ut ille admonet, *ex emendatione*. Exſtabat igitur *apographum* aliud Graeco Cantabrigenſe antiquius, cuius auctoritate ea particula ἐὰν addita eſt. Non dubito, quin eius ſimile illud eſſet, ex quo ducta eſt Vulgatae noſtrae lectio omnino conſona verſioni Theb., *ut ſi quis manducaverit ex eo*, ⲛ̀ⲛⲉϥⲙⲟⲩ *non moriatur*. Quid vero? An & heic dicet Wetſtenius, Thebaicam verſionem fuiſſe ex antiqua Itala interpolatam? Quis enim tantam critici ingenii intemperantiam patienter ferret? Ἐὰν Memphitica non legit, & ideo ſimpliciter habet: ϩⲓⲛⲁ ⲫⲏⲉⲑⲛⲁⲟⲩⲱⲙ ⲉⲃⲟⲗ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲛ̀ⲧⲉϥⲥⲧⲉⲙⲙⲟⲩ: *ut qui comederit ex illo, non moriatur*. Quod poſtremum Graeci efferunt: Καὶ μὴ ἀποθάνῃ. Sed neutra, uti nec Vulg. Lat., reddit iſtud καὶ.

(24) Verſ. 51. ⲁⲛⲟⲕ ⲡⲉ ⲡⲟⲉⲓⲕ. Hanc verſiculi partem ipſa quoque dant *Rudimenta* Tukii pag. 443., ſed ex mendo typogr. ⲡⲛ ibi legitur pro ⲡⲉ.

(25) Ibid. ⲉⲣϣⲁⲛ ⲟⲩⲁ ⲟⲩⲱⲙ: ἐάν τις φάγῃ: *Si quis manducaverit*. Sic fragm., Graeci omnes codd., & Lat. Vulg. Memphitica omittit: ἐάν τις; tantumque legit, ⲫⲏⲉⲑⲛⲁⲟⲩⲱⲙ: *Qui manducaverit*.

Ibid. ⲡⲟⲉⲓⲕ ⲇⲉ. Memph. habet ⲟⲩⲟϩ ante ⲡⲱⲓⲕ: ſed non habet ⲇⲉ. Utrumque & καὶ, & δὲ fragm., & Grae. codd. retinent.

Ibid. ⲡⲉ ⲧⲁⲥⲁⲣⲝ ϩⲁ ⲡⲱⲛϩ ⲙ̀ⲡⲕⲟⲥⲙⲟⲥ: cum fragm., cum Orig., Cyprian., Athan., Cyrill., Vulg., & Aethiop. verſ., atque etiam Gr. codd. Reg. 1095., Cantabrig., & Baſil. a Wetſt. indicatis. Memphitica poſt ⲧⲁⲥⲁⲣⲝ addit ⲧⲉ ⲑⲏⲉϯⲛⲁⲧⲏⲓⲥ ⲉϩⲣⲏⲓ ⲉϫⲉⲛ ⲡⲱⲛϧ ⲉⲡⲓⲕⲟⲥⲙⲟⲥ, *caro mea eſt, quam ego dabo pro vita mundi*, cum Graecis vulgatis.

Huc

Huc alludunt praeclara testimonia deprompta ex alio fragmento Copto-Theb. musei Borgiani complectente argumenta & expositiones tum in partem ps. 31. tum in psal. 32. 33. 34. 35. & 36. Quae quidem, ut ego crediderim, aut eaedem sunt ac celeberrimae illae *magni Athanasii* expositiones in *Psalmos* a doctissimis PP. Maurinis pag. 1004. tom. I. par. II. Athanasianor. oper. editae, aut certe ex iis excerptae. Tantam vero antiquitatem fragmentum praesefert, ut ad saeculum Athanasianum accedere videatur.

Profecto Thebaicus titulus psalmi 33., eiusque ὑπόθεσις satis apte respondet Graeco S. Athanasii, ut ex sequenti collatione aperte liquet:

ⲗ̄ⲅ̄: ⲡⲉⲯⲁⲗⲙⲟⲥ ⲛ̄ⲇⲁ̄ⲇ ⲛ̄ⲧⲉⲣⲉϥϣⲓⲃⲉ ⲙ̄ⲡⲉϥϩⲟ ⲙ̄ⲡⲉⲙ̄ⲧⲟⲟⲩ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̄ⲁⲭⲓⲙⲉⲗⲉⲭ (Ἀβιμέλεχ in Athan. edit.) ⲁϥⲕⲁⲁϥ ⲉⲃⲟⲗ ⲁϥⲃⲱⲕ.

ϩⲙ̄ ⲡ̄ⲧⲣⲉ ⲇ̄ⲁ̄ⲇ̄ ⲅⲁⲣ ⲡⲱⲧ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲁⲑⲏ ⲙ̄ⲡⲟϩ ⲛ̄ⲥⲁⲟⲩⲗ ⲁϥⲉⲓ ϣⲁ ⲁⲃⲓⲙⲉⲗⲉⲭ ⲁⲩⲱ ⲁϥⲧⲁⲙⲟϥ ⲉⲧⲃⲉ ⲑⲉ ⲛ̄ⲧⲁϥⲉⲓ ϣⲁⲣⲟϥ ⲉⲧⲃⲏⲏⲧⲥ ⲁⲩⲱ ⲡⲉϫⲁϥ ⲛⲁϥ· ϫⲉ ⲛ̄ⲧⲁϥϫⲟⲟⲩⲧ ⲛ̄ϭⲓ ⲡⲣⲣⲟ· ϩⲱⲥ ⲇⲉ ⲛ̄ⲧⲁϥⲉϯ ⲛ̄ⲧⲥⲏⲃⲉ ⲛ̄ⲅⲟⲗⲓⲁⲑ.

ⲉⲡⲉⲓⲇⲏ ⲟⲩⲉⲧ ⲛⲏ ⲛ̄ⲧⲁϥϫⲟⲟⲩ ⲟⲩⲉⲧ ⲛⲏ ⲛ̄ⲧⲁϥⲙⲉⲉⲩⲉ ⲉⲣⲟⲟⲩ· ⲡⲉϫⲁϥ ⲅⲁⲣ ϫⲉ ⲛ̄ⲧⲉⲣⲉϥϣⲓⲃⲉ ⲙ̄ⲡⲉϥϩⲟ.

ⲉϥϫⲱ ⲙ̄ⲡⲓⲯⲁⲗⲙⲟⲥ · ⲉⲩⲥⲃⲱ ⲙ̄ⲡⲗⲁⲟⲥ ⲛ̄ⲃⲣⲣⲉ· ⲉϥⲧⲥⲁⲃⲟ ⲙ̄ⲙⲟϥ ⲉϯϭⲓ ⲛ̄ϣⲙϣⲉ ⲙ̄ⲡⲛ̄ⲁ̄ⲧⲓⲕⲟⲛ.

Ψάλμος τῷ Δαυὶδ ὁπότε ἠλλοίωσε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐναντίον Ἀβιμέλεχ καὶ ἀπέλυσεν αὐτὸν, καὶ ἀπῆλθεν. ΛΓ.

Ὑπόθεσις.

Φεύγων ὁ Δαυὶδ τὸν Σαοὺλ ἦλθε πρὸς Ἀβιμέλεχ, καὶ τῆς ἀφίξεως τὴν αἰτίαν ἐρωτώμενος παρ᾽ αὐτοῦ, τὴν φυγὴν μὲν ἠρνήσατο· ἀπεστάλθαι δὲ εἶπε παρὰ τοῦ Σαοὺλ ὡς καὶ τὴν ῥομφαίαν αἰτῆσαι τοῦ Γολιάθ·

ἐπεὶ τοίνυν ἄλλα μὲν εἶπεν, ἄλλα δὲ ἐφρόνει, ἀναγέγραπται τὸ ἠλλοιωκέναι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ· ᾄδει δὲ τὸν ψαλμὸν τῷ νέῳ λαῷ διδασκαλίαν εἰσαγησάμενος τῆς πνευματικῆς, καὶ εὐαγγελικῆς λατρείας.

Pſalmus David quum immutavit faciem ſuam coram Achimelech, (ut legit etiam Auguſtinus), *eumque dimiſit, & abiit*.

Quum enim fugeret David a facie Saulis venit ad Abimelech, eique aperuit cauſſam quapropter ad ipſum venit, dixitque illi, quod ſe Rex miſerat, ut ſibi traderetur gladius Goliathi. Quoniam vero alia erant quae dixerat, alia, quae in mente gerebat, ideo dixit, quod vultum immutaverat ſuum.

Canit pſalmum doctrinam novo populo tradens, eumque erudit, ut cultum ſpiritualem apprehendat. Sic Theb. fragm.

Quod porro ſpectat ad expoſitiones ipſas pſalmi, eas fere omnes integras reperiri video in hoc noſtro fragmento, non ita vero in editis Athanaſii operibus. Nam in fragment. ad verſ. 1: ϯⲛⲁⲥⲙⲟⲩ ⲉⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲉⲛ ⲟⲩⲉⲓϣ (leg. ⲟⲩⲟⲉⲓϣ) ⲛⲓⲙ ⲉⲛ ⲟⲩⲟⲉⲓϣ ⲛⲓⲙ ⲡⲉϥⲥⲙⲟⲩ ϩⲛ ⲣⲱⲓ : *Benedicam Dominum in omni tempore, laus*, ſive, *benedictio eius in ore meo* : haec adiicitur ἐξήγησις.

ϩⲱⲥ ⲉⲁϥϫⲓ (fortaſſe ⲉⲁϥϫⲉ) ⲙⲉⲛ ⲛⲟⲉⲓⲕ ⲛⲧⲉⲡⲣⲟⲑⲉⲥⲓⲥ· ⲁϥⲟⲩⲱⲙ ⲉⲃⲟⲗ ⲛϩⲏⲧⲟⲩ· ϥϣⲉ// ⲡϩⲙⲟⲧ ⲛⲧⲟⲟⲧϥ ⲙⲡⲛⲟⲩⲧⲉ· ⲉⲣⲉⲧⲉϥⲧⲁⲡⲣⲟ ⲙⲉϩ ⲛⲥⲙⲟⲩ ⲉⲡⲙⲁ ⲛⲟⲩⲛⲟⲥ ⲛⲑⲩⲥⲓⲁ. *Cantor accipit*, (ni legere malis *dicit*), *non panes propoſitionis, de quibus comedit, panem illum* (accipit, dicitve) *euchariſticum de manu Dei, qui os eius impleat benedictione ad locum* (ad altare ſcilicet) *magni ſacrificii*. At iſta deſunt in Graeco Athanaſii. Quae vero ſequuntur ad v. 2:

ⲧⲁⲯⲩⲭⲏ ⲛⲁϫⲓ ⲧⲁⲓⲟ ϩⲙ ⲡⲟ̅ⲥ̅.

Anima mea laudabitur in Domino.

ⲉϥϣⲱⲡⲉ ⲡⲉϫⲁϥ ϯⲛⲁⲣ ⲙⲡϣⲁ ⲛⲟⲩⲧⲁⲓⲟ ⲉⲁ// ⲧϭⲓ ⲛⲉ ⲉⲛ ⲟⲩϩⲱⲃ ⲉⲡⲁⲛⲟⲩϥ ϩⲛ ⲛⲁⲃⲏⲩⲉ· ⲡⲁⲓ ⲙⲡⲱⲓ ⲁⲛ ⲡⲉ. ⲁⲗⲗⲁ ⲡⲁⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲡⲉ, reſpondent Graecae huic S. Doctoris expoſitioni : εἰ καὶ ἄξιος ἐπαίνου τυγχάνω εὑρεθέντας τινὰς

τινὰς καλῦ ἐν ταῖς ἐμαῖς πράξεσιν, τῦτο ἐκ ἐμοὶ, ἀλλὰ τῷ Θεῷ ἀναθετέον. *Etiamsi laude dignus sim, quia nonnihil boni in operibus meis reperitur, id non mihi, sed Deo* (vel ut Copto-Theb. versio habet *Domino meo*) *adscribendum est*.

Mitto reliquas interpretationes, in quibus omnibus Thebaica versio sensum *exegeticum* Graeci Athanasii, totidem fere verbis, exprimit, etsi plura supprimat, quae addita in Gr. exemplari leguntur. Praetermittere tamen nequeo commentarium ad v. 8:

ϫⲓϯⲡⲉ ⲛⲧⲉⲧⲛⲉⲓⲙⲉ ϫⲉ ⲡⲟ̅ⲥ̅ ϩⲗⲟϭ.

Gustate, & videte, quoniam Dominus suavis est. Subdit enim ⲉϥϣⲁϫⲉ ⲉⲡⲟⲉⲓⲕ ⲙⲙⲉ· ⲛⲧⲁϥⲉⲓ ⲉⲡⲉⲥⲏⲧ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲛ ⲧⲡⲉ ⲡⲟⲉⲓⲕ ⲉⲧⲟⲛϩ.

ⲛⲁⲓⲁⲧϥ ⲙⲡⲣⲱⲙⲉ ⲉⲧϩⲉⲗⲡⲓⲥ ⲉⲣⲟϥ

ⲁⲣⲓϩⲟⲧⲉ ⲉϩⲏⲧϥ ⲙⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲛⲉϥⲡⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ ϫⲉ ⲙⲛ ϭⲣⲱϩ ϣⲟⲟⲡ ⲛⲛⲉⲧⲣϩⲟⲧⲉ ⲉ̀ϩⲏⲧϥ

ϥϫⲓ ⲅⲁⲣ ⲙⲡⲱⲛϩ ⲉⲧⲛⲏⲩ.

Dicit, nempe, *panem verum, qui descendit de caelo; panem vivum. Beatus vir, qui sperat in eo. Timete Dominum sancti eius, quoniam non est inopia timentibus eum. Accipit enim vitam venientem*; paullo aliter in Gr. ἕξει γὰρ τὴν μέλλυσαν ζωὴν. Alludit scilicet apertissime Athanasius ad vv. 50. & 51. cap. 6. Evang. Ac si hanc interpretationem cum priori illa quae e Graecis Athan. codd. excidit, quamque unum Thebaicum fragm. nostrum ad v. 1. ps. retinuit, coniungamus, statim intelligemus, carnem Christi panem illum verum, & vivum esse, qui in eucharistico sacrificio fidelibus traditur ad manducandum.

In hac vero interpretatione quam pulchre, atque mirifice Augustinus cum Athanasio consentiat, illius SS. Patris enarrationes in totum psalm. XXXIII. praeclare ostendunt. Lege inter cetera enarrat. II. n. 12., ubi *aperte*, inquit, *de ipso sacramento vult dicere, quo ferebatur* (Christus) *in manibus suis: gustate, & videte, quoniam suavis est Dominus*.

(26) Vers. 53.

(26) Verſ. 53. ⲡⲉϫⲉ ⲓ̅ⲥ̅ ϭⲉ. Ita fragm., & Gr. omnes. Memphitica omittit ϭⲉ, ſive οὖν.


(27) Verſ. 54. ⲟⲩⲛ̀ⲧⲁϥ ⲙ̀ⲙⲁⲩ: Memph. expanſis litteris ⲟⲩⲟⲛⲧⲁϥ ⲙ̀ⲙⲁⲩ. Niſi in hac voce Thebaei, ⲟⲛ Memphiticum pronunciare ſoleant, ut ⲉⲛ, dicere cogimur lineolam ſuperpictam τῷ ⲛ̀, non ſemper notam eſſe unius ⲉ, ſed alterius quoque *deficientis* litterae, quae ſuppleri quandoque debeat. Quod ſequitur ⲙ̀ⲡⲱⲛϩ ⲛ̀ϣⲁ ⲉⲛⲉϩ *vitam uſque in ſempiternum*, Memphit. eodem omnino ſenſu habet ⲛ̀ⲟⲩⲱⲛϩ ⲛ̀ⲉⲛⲉϩ, *vitam aeternam*.

(28) Verſ. 55. ⲟⲩϩⲣⲉ ⲙ̀ⲙⲉ ⲟⲩⲥⲱ ⲙ̀ⲙⲉ: *cibus verus potus verus*; bis nempe pro ἀληθῶς legit ἀληθὴς cum Memph. cum Gr. noſtro fragm., cum Orig., Clem. Alex., Cyrillo, Chryſoſtomo. Hanc eamdem lectionem tribuit Wetſt. verſioni Syriacae *poſteriori*. Sed in exemplari Ang. bibl. legimus utrobique ܫܪܝܪܐܝܬ *vere*, ut in ſimplici, quemadmodum pag. 161. adnot.42. obſervavimus.


In hoc Chriſti Domini oraculum, quo cum coniungitur v.56. dignus eſt, qui audiatur ex alio fragmento Borgiano perantiquus auctor Aegyptius in ſermone, ſive potius in mutilo commentario Cantici Canticorum. Is enim p.211. ſciſſi cod., *tertia* fragmenti, ſive ſimplicis quaternionis, & quidem, quod ego doleo, interrupti, fidelium coetum alloquens ait: ⲉⲛⲧⲱⲃϩ ϩⲱⲱⲛ ⲙ̀ⲡⲉⲓⲱⲧ ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲉϥϣⲏⲣⲉ ⲉⲛϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ ϫⲉ ⲙⲁⲣⲉϥϯ ⲡⲉⲓ ⲉ̀ⲣⲱⲓ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϩⲛ̀ ⲙⲡⲉⲓ ⲛ̀ⲧⲉϥ ⲧⲁⲡⲣⲟ. ⲧⲉϥⲡⲓ ⲅⲁⲣ ⲟⲩⲡⲓ ⲧⲉ ⲛⲁⲅⲁⲡⲏ ⲉϥⲧⲁⲙⲟ ⲙ̀ⲙⲟⲛ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲓⲧⲟⲟⲧϥ ϫⲉ ⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲁ ⲛⲉ̀ⲙⲙⲁⲩ ⲛⲟⲩⲉⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛⲁϩⲣⲁϥ ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲁⲓ ⲁϥⲕⲱ ⲉϩⲣⲁⲓ ⲙ̀ⲡⲁⲥⲡⲁⲥⲙⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲕⲕⲗⲏⲥⲓⲁ ϫⲉⲕⲁⲥ ⲛ̀ⲛⲉⲟⲩⲁ ⲧⲟⲗⲙⲁ ⲉϯ ⲙ̀ⲡⲉϥⲟⲩⲟⲓ ⲉⲡⲥⲱⲙⲁ ⲙ̀ⲡⲉ ⲭ̅ⲥ̅ ⲉⲓⲙⲏⲧⲉⲓ ⲛ̀ϥⲃⲱⲗ ⲛ̀ϥϣⲟⲣⲡ ⲙⲛ̀ ⲡⲉⲧϩⲓⲧⲟⲩⲱϥ ϩⲛ̀ ⲁ̀ⲣⲓⲕⲉ ⲛⲓⲙ · ϩⲓⲧⲛ̀ ϯⲡⲓ ⲛ̀ϯⲣⲏⲛⲏ

Specimina characterum codicum Coptorum Musei Borgiani


ad pag. XXXIX.




ad pag. LV.




ad pag. XCVII.




ad pag. LV Dial




ad pag. CXIX.




ad pag. 203.



ad pag. 278.




Tab. II
Velitris
Theb.
.III.

ϯⲣⲏⲛⲏ ⲉⲧⲟⲩϯ ⲙ̀ⲙⲟⲥ ⲛ̀ⲛⲉⲩⲉⲣⲏⲩ. ϫⲉⲕⲁⲥ ⲉⲩ//
ⲛⲁⲣⲡⲙ̀ⲡϣⲁ ⲛ̀ϭⲓⲛⲉϣⲏⲣⲉ ⲛ̀ϯⲣⲏⲛⲏ ⲛⲉⲭⲣⲏⲥⲧⲓⲁ̀//
ⲛⲟⲥ ⲉϯ ⲡⲉⲩⲟⲩⲟⲓ ⲉⲡⲉⲑⲩⲥⲓⲁⲥⲧⲏⲣⲓⲟⲛ ϩⲛ̀ ⲟⲩⲡⲁⲣ//
ⲣⲏⲥⲓⲁ̀· ⲛ̀ⲥⲉϫⲓ ⲛ̀ⲧⲡⲓ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϩⲛ̀ ⲧⲉϥⲧⲁⲡⲣⲟ ⲉⲧⲉ
ⲡⲁⲓ ⲡⲉ ϩⲙ̀ ⲡ́ⲧⲣⲉⲩⲟⲩⲱⲙ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲙ̀ ⲡⲉϥⲥⲱⲙⲁ
ⲙⲛ̀ ⲡⲉϥⲥ́ⲛⲟϥ. ⲛ̀ⲥⲉϣⲱⲡⲉ ⲉⲩⲟⲛ ⲟⲩⲁ ⲛ̀ⲟⲩⲱⲧ ⲙⲛ̀
ⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲓ̅ⲥ̅ ⲡⲉ ⲭ̅ⲥ̅ ⲡⲁⲓ ⲛ̀ⲧⲁϥϣⲱⲡⲉ ⲛⲁϥ ⲙ̀ⲙⲉⲗⲟⲥ.
ⲉϥϥⲓⲣⲟⲟⲩϣ ϩⲁⲣⲟⲟⲩ ϩⲛ̀ ⲧⲙⲉⲧⲟⲭⲏ ⲛ̀ⲧⲉϥⲟⲓ//
ⲕⲟⲛⲟⲙⲓⲁ̀ ⲉ̀ⲧⲟⲩⲁ̀ⲁ̀ⲃ. ⲉⲧⲉⲡⲁⲓ ⲡⲉ ⲡⲉϥⲉⲕⲓⲃⲉ ⲉϥ//
ⲥⲁⲁⲛϣ ⲙ̀ⲧⲏⲣ́ϥ ⲛ̀ϩⲏⲧⲟⲩ. ⲡⲉϥⲥⲱⲙⲁ ⲙⲛ̀ ⲡⲉ//
ϥⲥⲛⲟϥ ⲉⲩⲛⲁⲛⲟⲩⲟⲩ ⲉⲡⲏⲣⲡ. ⲛⲁⲛⲟⲩⲛⲟⲩ (forte
ⲛⲁⲛⲟⲩⲟⲩ) ⲉ̀ⲕⲓⲃⲉ ⲡⲉϫⲁϥ ⲉϩⲟⲩⲉ ⲡⲏⲣⲡ. ⲡⲏⲣⲡ ⲅⲁⲣ
ϣⲁϥϯ ⲛ̀ⲟⲩⲉⲩⲫⲣⲟⲥⲩⲛⲏ ⲛ̀ⲥⲱⲙⲁⲧⲓⲕⲟⲛ. ⲡⲉϥ//
ⲥⲱⲙⲁ ⲇⲉ ⲙⲛ̀ ⲡⲉϥⲥ̀ⲛⲟϥ ⲛ̀ⲧⲁϥⲥⲁⲛⲟⲩϣ ⲛ̀ⲛϩⲏⲧⲟⲩ
ⲛ̀ϭⲓ ⲡⲉ ⲭ̅ⲥ̅ ⲛ̀ⲑⲉⲓ̀ⲛϩⲛ̀ ⲉ̀ⲕⲓⲃⲉ ⲉⲩϯ ⲛⲁⲛ ⲛⲟⲩⲉⲩⲫⲣⲟ//
ϭⲩⲛⲏ ⲙ̀ⲡⲛ̅ⲁ̅ⲧⲓⲕⲟⲛ ⲉⲩⲃⲱⲗ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ϫⲓⲛϭⲟⲛⲥ
ⲛⲓⲙ ⲉⲩⲟⲩⲧⲱⲛ ⲙⲛ ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ. ⲕⲁⲧⲁⲑⲉ ⲉⲧⲥⲏϩ.
ϫⲉ ⲛ̀ⲧⲉⲧⲛ̀ⲉⲓ ⲉⲛⲧⲉⲧⲛ̀ ϩⲱⲧⲡ ⲉⲛⲉⲧⲛ̀ⲉⲣⲏⲩ ⲡⲉϫⲉ
ⲡ̀ϫⲟⲉⲓⲥ ⲉⲧⲃⲉ ϫⲉ ⲛⲉⲣⲉ ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ϩⲙ̀ ⲡⲉ ⲭ̅ⲥ̅
ⲉϥϩⲱⲧⲡ ⲛⲁϥ ⲉ̀ⲡⲕⲟⲥⲙⲟⲥ.

Orantes nos quoque Patrem per Filium eius dicimus : osculetur me osculo oris sui. Osculum enim illius est osculum caritatis, quod idem ipse nobis annunciat; quum illud sit, quo suam nobis pacem communicat. Propterea reliquit in ecclesia salutationem per osculum, ut nemo audeat accedere ad corpus Christi, nisi prius absolutus fuerit ab omni querela cum proximo suo per osculum pacis, quod invicem datur; ut quemadmodum decet christianos filios pacis, cum fiducia ad altare accedant, osculum ex illius ore accepturi. Id autem fit quum de ipsius corpore, ipsiusque sanguine manducant, & eorum quisque evadunt unum cum domino Iesu Christo, cuius membra fiunt, eis ipso administrante hostiam in participatione sanctae dispensationis. Sunt haec

haec ubera eius, *quae alimentum omne in seipsis continent*, *corpus nempe*, *&* *sanguis ipsius*, *praestantiora vino*. Meliora ubera, (Canticor. I. v. I.) *dixit*, *super vinum*. *Vinum enim laetitiam dat corporalem*: *corpus vero*, *&* *sanguis eius*, *in quibus Christus ipse est alimentum*, & *cibus sicut in uberibus*, *dat nobis laetitiam spiritualem*, *tollens iniquitatem omnem*, *quae cum Deo pugnat*; *sicut scriptum est*, (II. Corinth. cap. 5.) *Reconciliamini invicem*, *dicit Dominus*, *propterea quod Deus erat in Christo reconcilians sibi mundum*.

(29) Vers. 57. ⲛ̀ϭⲓ ⲡⲉⲓⲱⲧ : *Pater* cum Graeco fragm. Memph. ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲁⲓⲱⲧ : *Pater meus*.

(30) Vers. 58. ⲛ̀ⲕⲁⲧⲁⲑⲉ ⲁⲛ ⲉⲛⲧⲁⲛⲉⲧⲛ̀ⲉⲓⲟⲧⲉ ⲟⲩⲱⲙ: *Non sicut patres* (illi) *vestri*, *qui manducarunt*, ut Gr. codd. omnes editi. Memph. ⲙ̀ⲫⲣⲏϯ ⲁⲛ ⲛ̀ⲛⲓⲟϯ ⲉⲧⲁⲩⲟⲩⲱⲙ : *Non sicut patres*, *qui manducarunt*, cum fragmento nostro, Orig., & cod. Reg. 1905.

Ibid. ⲟⲩⲱⲙ sine τὸ ⲙⲁⲛⲛⲁ. Ita Graec. fragment., & Memph.

(31) Vers. 68. ⲁϥⲟⲩⲱϣⲃ̀ ⲛⲁϥ, ut Memph., sine οὖν. Neutra habet εἶπον δὲ cod. Cantabrig.

(32) Vers. 69. ⲁⲩⲱ ⲁⲛⲟⲛ ⲁⲛⲡⲓⲥⲧⲉⲩⲉ ⲁⲩⲱ ⲁⲛⲉⲓⲙⲉ: *Et nos credimus*, *&* *scimus*. Memph. ⲟⲩⲟϩ ⲁⲛⲟⲛ ⲁⲛⲉⲙⲓ ⲟⲩⲟϩ ⲁⲛⲛⲁϩϯ : *Et nos scimus*, *&* *credimus*. Graeci; πεπιστεύκαμεν, καὶ ἐγνώκαμεν.

Ibid. ⲡⲉⲭ︦ⲥ︦ ⲡⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ; sine τοῦ ζῶντος, ut Memph., Aethiopica, & codd. *tres*, *Nonnus*, *&* *Cosmas* a Wetstenio commemorati.

(33) Vers. 70. ⲁϥⲟⲩⲱϣⲃ̀ ⲛⲁⲩ ⲛ̀ϭⲓ ⲓ︦ⲥ︦. Memph. non habet ⲛⲁⲩ, αὐτοῖς, ut non habet cod. Cantabrig.

Ibid. ⲡⲉϫⲁϥ Memph. ⲟⲩⲟϩ ⲡⲉϫⲁϥ : *Et dixit*. Cantabrig. λέγων, in quo consonus magis est cum nostro Copto-Theb.

(34) Vers. 71.

(34) Verſ. 71. ⲛⲉϥϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ ⲉⲧⲃⲉ ⲓⲟⲩⲇⲁⲥ ⲡϣⲏⲣⲉ ⲛ̀ⲥⲓⲙⲱⲛ ⲡⲓⲥⲕⲁⲣⲓⲱⲧⲏⲥ. Memphit. verſio, uti & Graeci codd. omnes non habent expreſſe τὸ, ⲡϣⲏⲣⲉ *filium*. Syrae tantum verſiones prior, & poſterior habent ܒܪ ܫܡܥܘܢ. Ⲡⲓⲥⲕⲁⲣⲓⲱⲧⲏⲥ porro refertur, non ad Simonem, ſed ad Iudam ipſum Ἰσκαριώτην in Gr. textu appellatum. Σκαριώθ tamen legit Cantabrig., cui *Latinos* codd. addit Wetſten. eo certe conſilio, ut novis ſemper vocularum tendiculis fabellam ſuam de cod. Cantabrig. ex Latina verſione interpolato perſuadere contendat. Quid vero? Vulgata noſtra, quicquid ſit de Latinis quibuſdam libris, *Iudam Iſcariotem*, non *Scarioth*, neque *Scariotem*, perinde ac Graecus, appellat. Pro Ἰσκαριώτου adfert idem ipſe Wetſten. codd. *quatuor*, verſ. Goth., & *Syram poſteriorem in margine*. At in exemplari Angel. biblioth. ad marginem ſic legitur, Syri fortaſſe graecizantis vitio, καρυωίτου pro ܣܟܪܝܘܛܐ.

IN CAP. VII.

(1) Verſ. 1. ⲙ̀ⲛⲛ̄ⲥⲁ ⲛⲁⲓ. Memph. ⲟⲩⲟϩ ⲙⲉⲛⲉⲛⲥⲁ ⲛⲁⲓ, praemiſſo ſcilicet καὶ, quod in Theb. uti & in Syra priore, & in cod. Cantabrig. deeſt.

Ibid. ⲉⲙⲟⲟϣ. Poſitum ſuſpicor pro ⲉⲙⲟⲟϣⲉ.

(2) Verſ. 3. ϫⲉⲕⲁⲥ ⲉⲣⲉ ⲛⲉⲕⲙⲁⲑⲏⲧⲏⲥ ϩⲱⲟⲩ ⲛⲁⲩ. ut, *tui quoque diſcipuli videant*. ϩⲱⲟⲩ in Memphit. deſideratur.

(3) Verſ. 6. ⲙ̀ⲡⲁⲧϥⲉⲓ. Sic in Tab. iam typis impreſſa, ſed in archetypo lineola ſuper ⲧϥ, licet temporis vetuſtate tota pene evanuerit, indicat pro ⲙ̀ⲡⲁⲧϥⲉⲓ legendum eſſe ⲙ̀ⲡⲁⲧⲉϥⲉⲓ, ut in Memph. ⲙ̀ⲡⲁⲧⲉϥⲓ.

Ibid. ⲥⲃ̄ⲧⲱⲧ. Duc & heic lineolam, quam typographus noſter omiſit, ſuper ⲥⲃ, ut ⲥⲉⲃⲧⲱⲧ cum Memphitis legas.

(4) Verſ. 8 ⲛ̀ⲧⲱⲧⲉⲛ ⲃⲱⲕ. Memphitica ⲛ̀ⲑⲱⲧⲉⲛ ⲇⲉ ⲙⲁϣⲉⲛⲱⲧⲉⲛ. Sed hoc primum δὲ nec Graecus fragmenti noſtri, nec alii codices habent.

Ibid. ⲉϩⲣⲁⲓ ⲉⲡϣⲁ, ut Memph., & fragmenti lectio *ad feſtum* ſine ταύτην Graecae Vulg., & Syr. verſ. ⲁⲛⲟⲕ ⲇⲉ. Ita & Memphit. Verum & hoc alterum δὲ non habent neque fragm., neque Graeci codices ulli.

Ibid. ⲙ̀ⲡⲁⲧⲉ̀ⲛⲟⲩ, quaſi *non nunc*, cum *utraque* Syra verſione ܗܫܐ ܠܐ ܥܕܟܡ ܠܐ. Idemque eſt ac οὔπω in Gr. textu fragm. Thebaici. Hinc in cod. Angel. bibl. collator Syrae poſterioris in margine inferiore ad vocem ܗܫܐ adnotat Gr. οὔπω ex Alexandrinis codd. Memphitica legit ⲁⲛ, οὐκ, ut cod. Cantabrig., & Cyprius, una cum Vulgata noſtra, cumque SS. PP. Chryſoſt., Cyrill., & Auguſtino.

Ibid. Verſ. 9. ⲛ̀ⲧⲟϥ: ideſt αὐτὸς Cantabrig., & ſeptem aliorum codd., quibus Wetſtenius addit Lat. cod., Cyrillum, Vulgatam, Syram, & Memphiticam verſionem: ſed haec ponit ⲛ̀ⲑⲟϥ poſt ⲁϥϣⲱⲡⲓ, non ante, ubi Thebaica ⲛ̀ⲧⲟϥ ⲁϥϭⲱ, pro ⲁϥϣⲱⲡⲓ ⲛ̀ⲑⲟϥ, & Graeci legunt vel αὐτὸς, vel αὐτοῖς. Fragmentum noſtrum, & Graeca editio habet αὐτοῖς. ܠܗܘܢ αὐτοῖς legit pariter Syra poſterior in cod. Angel. biblioth. At in margine adnotatur αὐτὸς ex codd. fortaſſe Alexandr., quibus utebatur Tho. Heracl. in collatione huius Syr. verſ. cum iiſdem codd.

(5) Verſ. 10. ⲛ̀ⲧⲉⲣⲉ ⲛⲉϥⲥⲛⲏⲩ ⲇⲉ ⲃⲱⲕ ⲉϩⲣⲁⲓ ⲉⲡϣⲁ. Memph. ϩⲟⲧⲉ ⲇⲉ ⲉⲧⲁⲩϣⲉⲛⲱⲟⲩ ⲉⲣϩⲏⲓ ⲉⲡϣⲁⲓ ⲛ̀ϫⲉ ⲛⲉϥⲥⲛⲏⲟⲩ. Graeci: Ὡς δὲ ἀνέβησαν οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ. Nullo diſcrimine. Nam ⲛ̀ⲧⲉⲣⲉ Thebaicum, idem denique ſignificat ac ϩⲟⲧⲉ Memphit., & ὡς Graecum.

Ibid. ⲧⲟⲧⲉ ⲛ̀ⲧⲟϥ ϩⲱⲱϥ. Sic & Memphitica. Neſcio ego tamen, cur Wilkin. in Latina verſione praetermiſerit ϩⲱϥ, quod etiam eſt in Graeco καὶ, &c.

Ibid.

Ibid. ⲁⲗⲗⲁ ϩⲛ ⲟⲩϩⲱⲡ: Memphit. ⲁⲗⲗⲁ ϩⲱⲥ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲭⲱⲡ; Ita Graeci editi, & mss. plerique omnes cum textu Borg. fragmenti ἀλλ' ὡς ἐν κρυπτῷ. Thebaica nempe omittit ὡς, ut omittunt Cantabrig., & duo alii Gr. codd. Omittunt & Latini, atque etiam S. Cyrillus teste Wetstenio.

(6) Verſ. 11. ϩⲙ ⲡⲉⲣⲡⲉ: *In templo*. Lectio ſingularis, quam huc audacia interpretis irrepſiſſe puto ex verſ. 14, & 28. Nam Memphitici ϧⲉⲛ ⲡⲓϣⲁⲓ, & Graeci omnes habent ἐν ἑορτῇ. Non dubito tamen, quin haec noſtra Theb. prodierit ex cod. aliquo antiquiſſimo eius ſimili, quo uſus eſt Athan., vel auctor *Synopſ. Script. ſacr.* Is enim pro ἐν τῇ ἑορτῇ, legiſſe videtur ἐν τῷ ἱερῷ.

(7) Verſ. 12. ϩⲛ ⲙⲙⲏⲏϣⲉ. ἐν τῷ ὄχλῳ, cum Memphitica, Syra, & cod. Cantabrig; in hoc tamen ab his, aliiſque omnibus verſionibus, & editis, ineditiſque codd. differt, quod ϩⲛ ⲙⲙⲏⲏϣⲉ, interiecto puncto inter ⲉⲧⲃⲏⲏⲧϥ & ϩⲛ, ſeparat ab antecedentibus, & coniungit cum conſequentibus ex errore, ut arbitror, amanuenſis, qui male interpunxit.

(8) Verſ. 13. ϩⲛ ⲟⲩⲡⲁⲣⲣⲏⲥⲓⲁ. Memph. ϧⲉⲛ ⲟⲩⲟⲩⲱⲛϩ ⲉⲃⲟⲗ, interprete Wilkinſ. *in publico*. Iohan. Clericus etymologiam τῆς παῤῥησίας, quam tradit *Phavorinus*, quamque Hammondus ad hunc etiam Iohannis locum explicandum ita amplectitur, ut παῤῥησίᾳ λαλεῖν idem eſſe putet ac *loqui in publicis coetibus*, abſolute reiicit, & aliud nihil ἐν παῤῥησίᾳ heic ſignificare decernit, quam *palam*, *& aperte*.

(9) Verſ. 14. ϩⲛ ⲧⲙⲏⲧⲉ ⲇⲉ ⲙⲡϣⲁ. Memph ϩⲏⲇⲏ ⲇⲉ ⲉⲧⲁⲡⲓϣⲁⲓ ⲉⲣⲫⲁϣⲓ. Noſtra non habet ϩⲏⲇⲏ, quod habent Graeca, & Latina omnia exemplaria.

Ibid. ⲁϥϯⲥⲃⲱ abſque ⲁⲩⲱ. Memph. ⲟⲩⲟϩ ⲛⲁϥϯⲥⲃⲱ ⲡⲉ, ut Syra utraque, perinde ac Gr. καὶ ἐδίδασκε.

(10) Verſ. 15. ⲛⲉⲩⲣϣⲡⲏⲣⲉ ϭⲉ, ἐθαύμαζον οὖν, ut in Gr. noſtro fragm., & in Cantabr., & quatuor aliis codd., quibus

Wetſten. adiungit etiam Latinos, S. Cyrill., & Memphiticam verſionem. Laudat ſimiliter Syram poſteriorem in margine, ubi tamen in cod. bibl. Angel. nullum eſt huius lectionis veſtigium.

(11) Verſ. 16. ⲁϥⲟⲩⲱϣⲃ̄ ϭⲉ : In Memph. deeſt ϭⲉ, οὖν, ut in Graecis editis. Lectionem Thebaicam probant, primo Gr. textus fragm. noſtri, deinde codd. *quadraginta novem*, Evangel. *decem*, Syra poſterior, & Theophilactus apud Wetſtenium.

(12) Verſ. 17. ⲉⲣϣⲁⲛ ⲟⲩⲁ ⲣ̀ϩⲛⲁϥ ⲉⲉⲓⲣⲉ ⲙ̀ⲡⲉϥⲟⲩⲱϣ : *Si quis voluerit facere voluntatem illius*; ad fidem Graeci fragmenti, & omnium codicum. Unus enim 96. Wetſtenii pro τὸ θέλημα αὐτοῦ, habet τὸ θέλημα πέμψαντός με. Multo vero magis variat verſio Memphit., quae ſic legit: ⲫⲏ ⲉⲑⲛⲁⲉⲣⲫⲟⲩⲱϣ ⲙ̀ⲫⲏⲉⲧⲁϥⲧⲁⲟⲩⲟⲓ ; ideſt, interprete Wilkinſ. *Qui faciens eſt voluntatem mittentis me*. Non ſolum enim omittit priora verba : Ἐάν τις θέλῃ : *ſi quis voluerit*, ſed & poſtremum αὐτοῦ mutat in πέμψαντός με. Nec quemquam teneat in Thebaica vocabulum ⲣ̀ϩⲛⲁϥ ; conflatum namque eſt ex ⲉⲣ, & ⲉϩⲛⲉ, quae *actionem voluntatis* deſignant.

Ibid. ⲉⲧⲃⲉ ⲧⲉⲓⲥⲃⲱ, περὶ τῆς διδαχῆς ; ut fragmentum, & Graeci codd. ad unum omnes legunt, *de hac doctrina*. Sola Memphitica vertit ⲧⲁⲥⲃⲱ, *doctrinam meam*, ex interpretatione Wilkinſ.

Ibid. ϫⲉ ⲟⲩ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲙ̀ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲧⲉ ϫⲉ ⲛ̀ⲁⲛⲟⲕ ⲉⲓϣⲁϫⲉ ϩⲁⲣⲟⲉⲓ ⲙⲁⲩⲁⲁⲧ : *Utrum a Deo ſit, an ego loquar a me ſolo*. Eadem in Memph. occurrunt. Sed Wilkinſ. ϫⲉ ⲟⲩ ⲉ̀ⲃⲟⲗϧⲉⲛⲫϯ ⲧⲉ Memph. interpretatur, *quia ea* (doctrina) *ex Deo eſt*, ϫⲉ ſumens quaſi idem ſit ac Latinum *quia*. Qua in re fallitur. Heic enim ϫⲉ coniunctum praeſertim cum ⲟⲩ vim habet particulae dubitativae, *ſi*, quae apud Latinos, & Italos ipſos nonnumquam uſurpatur pro *utrum*, & *an*. Hinc Thebaica in ſecundo dubitationis membro pro

ϣⲁⲛ

ϣⲁⲛ Memphitico, nempe *an*, usurpat iterum particulam ϫⲉ cum ⲛ̀, ϫⲉ ⲛ̀ⲁⲛⲟⲕ.

(13) Vers. 18. ⲙ̀ⲡⲉⲛⲧⲁϥⲧ̀ⲛ̀ⲛⲟⲟⲩϥ. Sic & apud Tuk. pag. 546. Fortasse legi debet ⲙ̀ⲡⲉⲛⲧⲁϥⲧⲁⲩⲟⲛ̀ⲛⲟⲟⲩϥ, nisi ⲧ̀ⲛ derivatum velis ab ⲉⲛ.

(14) Vers. 20. ⲁϥⲟⲩⲱϣⲃ̀ ⲛ̀ϭⲓⲡⲙⲏⲏϣⲉ, ut fragmentum Graec., sine καὶ εἶπε, quod habet Syra prior, & sine καὶ εἶπεν αὐτῷ Syrae posterioris. Quae vero Wetstenius in hunc locum citat ex marg. eiusdem Syrae posterioris, in cod. Ang. biblioth. desiderantur. Consonat Thebaicae nostrae Memph.

(15) Vers. 23. ⲁϩⲣⲣⲱⲧ̀ⲛ error typogr. pro ⲁϩⲣⲱⲧ̀ⲛ. Memph. ⲓⲉ ⲉⲑⲃⲉ ⲟⲩ, *aut propter quid*, iuxta Wilkins. Quamquam ego verterem, *ut quid*? Sed Wetstenius putat Coptica haec respondere πῶ πῶς cod. Cantabrig.

Ibid. ⲧⲉⲧ̀ⲛ̀ⲛⲟϭⲥ ⲉⲣⲟⲓ. Nullus dubito, quin legendum hoc loco sit ⲧⲉⲧ̀ⲛ̀ϭⲟⲛⲥ ⲉⲣⲟⲉⲓ *irascimini*, vel *indignamini mihi*, commutato ϫ Memph. verbi ⲧⲉⲧⲉⲛϫⲱⲛⲧ in ϭ. Erravit enim amanuensis, qui pervertit ordinem litterarum scribens ⲛⲟϭ pro ϭⲟⲛ; unde & Thebaicam vocem ⲛⲟϭⲥ corruptam dedit, quae esse debebat ϭⲟⲛⲥ.

(16) Vers. 24. ⲕⲁⲧⲁ ⲟⲩⲙⲛ̀ⲧⲣⲉϥϫⲓϩⲟ, *secundum acceptionem personae*. Memphit. simpliciter ⲕⲁⲧⲁ ϩⲟ.

Ibid. ⲁⲗⲗⲁ ⲕⲣⲓⲛⲉ ⲙ̀ⲡϩⲁⲡ ⲙ̀ⲙⲉ, iuxta Graeci fragmenti, & omnium fere codd. lectionem. Sic etiam Latini. Memphitica legit ⲁⲗⲗⲁ ⲙⲁϩⲁⲡ ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲁⲡ ⲉⲙⲏⲓ: *Sed iudicate in iudicio iusto*. Ceterum quoties in hac nostra vers. tibi occurrerit ⲙ̀ⲙⲉ, legito tu ⲙ̀ⲙⲉⲉ, ut Memphitico ⲉⲙⲏⲓ accurate respondeat.

(17) Vers. 26. ⲛ̀ϭⲓⲛ̀ⲁⲣⲭⲱⲛ ⲁⲩⲱ ⲛ̀ⲁⲣⲭⲓⲉⲣⲉⲩⲥ. Nulli sunt codd., qui praeter οἱ ἄρχοντες habeant καὶ ἀρχιερεῖς. Wetstenius unum profert cod. Ephesin. sub n.71., qui pro ἄρχον-

ἄρχοντες legit ἀρχιερεῖς. Quare ⲁⲩⲱ ⲛ̀ⲁⲣⲭⲓⲉⲣⲉⲩⲥ, quae nec in Memph. exstant, insititia, arbitror, & in hunc locum a v. 32. & 45. transvecta.

Ibid. ϫⲉ ⲡⲁⲓ ⲡⲉ ⲡⲉⲭ̄ⲥ̄: sine ἀληθῶς, ut in Graeco fragm., & in antiquioribus codd. Eademque lectio est *Orig.*, & vers. Memph.

(18) Vers. 27. ⲙ̀ⲙⲛ̀ⲗⲁⲁⲩ ⲛⲁⲉⲓⲙⲉ: *Nemo sciet*. Idem habet Memph. Sed fragm., & ceteri Graeci codd. omnes: οὐδεὶς γινώσκει, *nemo scit*.

(19) Vers. 29. ⲁⲛⲟⲕ ϯⲥⲟⲟⲩⲛ: sine δὲ post ⲁⲛⲟⲕ, ut Origenes, fragm., & Gr. codd. plurimi a Wetstenio numerati. Exstat in Memph. ⲁⲛⲟⲕ ⲇⲉ, & in Syra posteriore iuxta cod. Ang. biblioth. ܐܢܐ ܕܝܢ; nullo ei appicto asterisco, quemadmodum fit in exemplari Wetsteniano.

Ibid. ⲁⲩⲱ ⲡⲉⲧⲙ̀ⲙⲁⲩ ⲡⲉⲛⲧⲁϥⲧⲟⲩⲟⲉⲓ: *Et ille est, qui misit me*. Puncto autem ante ⲁⲩⲱ posito hanc eamdem sententiam seiungere videtur ab antecedentibus; quod alibi numquam invenies. Verum non possum non heic admirari intempestivum Wilkins. consilium, quo ⲫⲏⲉⲧⲁϥⲧⲁⲟⲩⲟⲓ interpretatur: *hic . . . qui miserat me*, quum alibi saepe eadem verba vertat: *qui misit me*.

(20) Vers. 30. ⲛ̀ⲧⲉϥϭⲓϫ: *manum suam*, ut fragmen., & Graeci omnes editi. Memph. ⲉⲛⲛⲉϥϫⲓϫ, *manus suas*, cum Graecis quibusdam codd., aliisque versionibus a Wetsten. commemoratis.

(21) Vers. 32. ⲁⲛⲉⲫⲁⲣⲓⲥⲁⲓⲟⲥ ϭⲉ. Sic etiam legunt ὧν codd. Reuchlinian., & alii apud Wetstenium. Memphit. vero ut fragm., & Graeca editio, omittit.

Ibid. ⲛ̀ϭⲓⲛ̀ⲁⲣⲭⲓⲉⲣⲉⲩⲥ ⲙ̀ⲛ ⲛⲉⲫⲁⲣⲓⲥⲁⲓⲟⲥ. Respondet scilicet Memphiticae, codd. Cantabrig., Reuchlin., & Gr. textui fragm.

(22) Vers. 34. ⲧⲉⲧⲛ̀ⲛⲁϣⲓⲛⲉ. Amanuensis in archetypo nostro praetermiserat ⲁ, quod postea supplevit eo superscripto

pto inter ⲛ & ϣ. Nec tamen post ⲧⲉⲧⲛ̀ supplere studuit ⲛ alterum, ut inde notam futuri ⲛⲁ in verbo ⲛⲁϣⲓⲛⲉ haberet. Hanc ipsam omissionem ⲛ geminati observo in sequentibus ⲛ̀ⲧⲱⲧⲛ̀ ⲛ̀ⲧⲉⲧⲛ̀ⲁϣⲉⲓ. Hoc idem alibi fere perpetuo animadvertimus. Ex his ego colligo, vel ex dialecti proprietate, vel ex vitio pronunciationis accidisse, ut in similibus verbis concurrentibus geminis ⲛⲛ, alterum retineretur, elideretur alterum.

(23) Vers. 37. ϩⲣⲁⲓ ⲇⲉ ϩⲙ̀ ⲡϩⲁⲉ ⲛ̀ϩⲟⲟⲩ ⲛⲟϭ ⲛ̀ⲧⲉⲡϣⲁ. Respondet T. fragm., & Gr. editis: Ἐν δὲ τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ τῇ μεγάλῃ τῆς ἑορτῆς. Memph. ⲛ̀ⲧⲉⲡⲓⲛⲓϣϯ ⲛ̀ϣⲁⲓ τῆς μεγάλης ἑορτῆς, *magnae festivitatis*.

(24) Vers. 38. ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ϩⲏⲧ́ϥ. Perspicuum est ϩⲏⲧ hoc in loco sumi pro Graec. κοιλία, & Memphit. ϧⲏⲧ, verso ϧ in ϩ, quod ⲛⲉϫⲓ etiam, idest *ventrem* designat. Unde & Thebaica ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ϩⲏⲧ́ϥ rectissime vertes *de corde*, sive, *de ventre eius*. Hinc Hammondus animadvers. ad hunc ipsum v. ἐκ τῆς κοιλίας interpretatur *ex corde*. Nam καρδία, & κοιλία *sunt idem Matth.* XII. 40., *& ex aequo respondent Hebraicae voci* בטן.

(25) Vers. 39. ⲛⲉ ⲙ̀ⲡⲁⲧⲟⲩϫⲓ ⲡⲛ̄ⲁ̄ ⲅⲁⲣ ⲡⲉ. Non levis momenti lectio. Ea enim caussam reddit, cur divinus Evangelista proxime ante dixerit de Spiritu, *quem* ⲉⲧⲟⲩⲛⲁϫⲓⲧ́ϥ *accepturi erant credentes* in Christum: caussa autem haec est: *nondum enim Spiritus acceptus erat*, ϫⲉ ⲓ̄ⲥ̄ ⲛⲉ ⲙ̀ⲡⲁⲧ́ϥϫⲓ ⲉⲟⲟⲩ ⲡⲉ: *quia nondum Iesus gloriam acceperat*. Memph. pro ⲙ̀ⲡⲁⲧⲟⲩϫⲓ ⲡⲛ̄ⲁ̄, legit ⲙ̀ⲡⲁⲧⲉ ⲡⲓⲡⲛ̄ⲁ̄ ϣⲱⲡⲓ: *nondum Spiritus erat*.

(26) Vers. 42. ϫⲉ ⲉⲣⲉ ⲡⲉⲭ̄ⲥ̄ ⲛⲏⲩ ⲉⲃⲟⲗϩⲙ̀ ⲡⲉⲥ// ⲡⲉⲣⲙⲁ ⲛ̀ⲇⲁⲩⲉⲓⲇ ⲁⲩⲱ ⲉⲃⲟⲗϩⲛ̀ ⲃⲏⲑⲗⲉⲉⲙ Paullo aliter Memph. ϫⲉ ⲉⲃⲟⲗϧⲛ̀ ⲡϫⲣⲟϫ ⲛ̀ⲇⲁⲩⲓⲇ ⲡⲉ

ⲟⲩⲟϩ

ⲟⲩⲟϩ ϫⲉ ⲁⲣⲉ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲛⲏⲟⲩ ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲃⲏⲑⲗⲉⲉⲙ. At in fine versiculi ambae conveniunt cum cod. Cantabrig.

(27) Vers. 45. ⲙ̀ⲡⲉⲧⲛ̀ⲛ̀ⲧ̀ϥ. Memphit. ⲙ̀ⲡⲉⲧⲉⲛⲉⲛϥ. Nostra habet ⲧ̀ insertum ante ϥ. Nihil tamen hactenus est, cur Thebaicum ⲙ̀ⲡⲉⲧⲛ̀ⲛ̀ⲧϥ tamquam mendosum corrigere velis.

(28) Vers. 46. ϫⲉ ⲙ̀ⲡⲉⲣⲱⲙⲉ ϣⲁϫⲉ ⲉⲛⲉϩ ⲛ̀ⲑⲉ ⲙ̀ⲡⲉⲓⲣⲱⲙⲉ. Ita Gr. editio. In Memph. deest ⲙ̀ⲡⲉⲓⲣⲱⲙⲓ, οὗτος ὁ ἄνθρωπος. Quod & Wetstenius monuit. Sed in hac ipsa Memph. versione versiculus sic definit ⲙ̀ⲡⲁⲓⲣⲏϯ ⲉⲛⲉϩ; *similiter unquam*; ubi in Thebaica praecedit in hunc modum: ⲉⲛⲉϩ ⲛ̀ⲑⲉ ⲙ̀ⲡⲉⲓⲣⲱⲙⲉ.

(29) Vers. 47. ϩⲱⲧⲧⲏⲩⲧⲛ̀. Idem ac in Memph. ϩⲱⲧⲉⲛ, *vos quoque*. At in Latina versione Wilkinsii omissa est particula *quoque*.

(30) Vers. 49. In *secunda* & *tertia* versiculi lineis spatia vacua litteras indicant in archetypo spongia deletas.

(31) Vers. 50. ϣⲁ ⲓ̅ⲥ̅, non aliter atque Memph. ϩⲁ ⲓ̅ⲥ̅, *ad Iesum*. Graeci omnes codd. tum editi, tum mss. referunt: πρὸς αὐτὸν, *ad eum*.

Ibid. ⲛ̀ϣⲟⲣⲡ: πρότερον, *prius*, sine νυκτὸς, ut text. Gr. fragmenti. Memph. vero ⲛ̀ϣⲱⲣⲡ ⲛ̀ϫⲱⲣϩ *prius nocte*.

(32) Vers. 52. ⲙⲏ ⲛ̀ⲧⲕ ⲟⲩ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲱⲱⲕ ⲟⲛ ϩⲛ̀ ⲧⲅⲁⲗⲓⲗⲁⲓⲁ: Eadem in Memph. exstant: *Numquid tu quoque ex Galilaea es?* Wilkinsius tamen in Latina versione praetermisit ϩⲱⲕ.

Vers. 53. desideratur. Vide quae diximus in adnotatis ad Graecum fragmentum.

IN

IN CAP. VIII.

(1) Verſ. 12. ⲓ̅ⲥ̅ ϭⲉ ⲟⲛ ⲁϥϣⲁϫⲉ ⲛⲙⲙⲁⲩ: *Ieſus igitur iterum eos allocutus eſt*. Memphitica ⲡⲁⲗⲓⲛ ⲟⲛ ⲁϥϣⲁϫⲓ ⲛⲉⲙⲱⲟⲩ ⲛ̀ϫⲉ ⲓⲏ̅ⲥ̅, omiſſo ϭⲉ, nempe particula οὖν, quae etiam in textu Graeco fragmenti exſtat; quamquam ego putarim pro ⲟⲛ in ipſa quoque Memphitica legendum eſſe ⲟⲩⲛ, ut in Gr. πάλιν οὖν. Porro particula οὖν hoc in loco poſita inanis non eſt. Indicat enim coniunctionem verſiculi 12. cum ſecundo cap. huius VIII., ubi haec leguntur: καὶ πᾶς ὁ λαὸς ἤρχετο πρὸς αὐτὸν, καὶ καθίσας ἐδίδασκεν αὐτοὺς. At in hac noſtra Thebaica verſione, perinde atque in Gr. textu fragm. ſecundus iſte verſic., ut & ceteri ad 12. uſque, omittuntur. Ecquid aliud inde ego colligam, niſi eos in vetuſtioribus evangelii Iohan. exemplaribus fuiſſe primum lectos, poſtmodum vero, ne legerentur, ſubductos?


Cod. Memphit. biblioth. Vatic. hiſtoriam adulterae nullis, ut mihi memoriae occurrit, uncis concluſam exhibet. Fateor ego tamen codicem non multae antiquitatis eſſe; quippe qui Arabicam interpretationem e fronte Coptici textus adiectam gerat.

(2) Verſ. 13. ⲡⲉϫⲉ ⲛⲉⲫⲁⲣⲓⲥⲁⲓⲟⲥ ϭⲉ. Memph. pro ϭⲉ, quod eſt in Gr. omnibus codd., uti & in Syra poſteriore, legit ⲟⲛ *iterum*. Sed errorem eſſe ſuſpicor amanuenſis, qui ⲟⲛ fortaſſe ſcripſit loco οὖν, οὖν.

(3) Verſ. 14. ⲁⲩⲱ ⲉⲓⲛⲁ: reſpondet Gr. textui fragmen. & Graec. vulg. lect. Memphitica habet ⲓⲉ pro ⲟⲩⲟϩ, ideſt pro ⲁⲩⲱ Theb.

Ibid. ⲏ ⲉⲓⲛⲁ cum fragmento noſtro Gr., & aliis optimae notae codd. Sic & in Memph. ⲓⲉ ⲉⲓⲛⲁϣⲉⲛⲏⲓ legitur.

(4) Verſ. 15. ⲛ̀ⲧⲱⲧⲛ̀ ⲉⲧⲉⲧⲛ̀ⲕⲣⲓⲛⲉ ſine ⲇⲉ, quod eſt in Memph., ſed cum Memph. legit ⲇⲉ poſterius: ⲁⲛⲟⲕ ⲇⲉ.


Velitris
Tab. II
Theb.
. III.

ϯⲣⲏⲛⲏ ⲉⲧⲟⲩϯ ⲙ̀ⲙⲟⲥ ⲛ̀ⲛⲉⲩⲉⲣⲏⲩ . ϫⲉⲕⲁⲥ ⲉⲩ//
ⲛⲁⲣⲡⲙ̀ⲡϣⲁ ⲛ̀ϭⲓⲛⲉϣⲏⲣⲉ ⲛ̀ϯⲣⲏⲛⲏ ⲡⲉⲭⲣⲏⲥⲧⲓⲁ//
ⲛⲟⲥ ⲉϯⲡⲉⲩⲟⲩⲟⲓ ⲉⲡⲉⲑⲩⲥⲓⲁⲥⲧⲏⲣⲓⲟⲛ ϩⲙ̀ ⲟⲩⲡⲁⲣ//
ⲣⲏⲥⲓⲁ · ⲛ̀ⲥⲉϫⲓ ⲛ̀ⲧⲡⲓ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϩⲙ̀ ⲧⲉϥⲧⲁⲡⲣⲟ ⲉⲧⲉ
ⲡⲁⲓ ⲡⲉ ϩⲙ̀ ⲡ̀ⲧⲣⲉⲧⲟⲩⲱⲙ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲙ̀ ⲡⲉϥⲥⲱⲙⲁ
ⲙⲛ̀ ⲡⲉϥⲥ́ⲛⲟϥ . ⲛ̀ⲥⲉϣⲱⲡⲉ ⲉⲩⲟⲛ ⲟⲩⲁ ⲛ̀ⲟⲩⲱⲧ ⲙⲛ̀
ⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲓ̅ⲥ̅ ⲡⲉ ⲭ̅ⲥ̅ ⲡⲁⲓ ⲛ̀ⲧⲁϥϣⲱⲡⲉ ⲛⲁϥ ⲙ̀ⲙⲉⲗⲟⲥ.
ⲉϥϥⲓⲣⲟⲟⲩϣ ϩⲁⲣⲟⲟⲩ ϩⲙ̀ ⲧⲙⲉⲧⲟⲭⲏ ⲛ̀ⲧⲉϥⲟⲓ//
ⲕⲟⲛⲟⲙⲓⲁ ⲉ̀ⲧⲟⲩⲁ̀ⲁ̀ⲃ . ⲉⲧⲉⲡⲁⲓ ⲡⲉ ⲛⲉϥⲉⲕⲓⲃⲉ ⲉϥ//
ⲥⲁⲁⲛϣ ⲙ̀ⲧⲏⲣ́ϥ ⲛ̀ϩⲏⲧⲟⲩ. ⲡⲉϥⲥⲱⲙⲁ ⲙⲛ̀ ⲡⲉ//
ϥⲥⲛⲟϥ ⲉⲩⲛⲁⲛⲟⲩⲟⲩ ⲉⲡⲏⲣⲡ . ⲛⲁⲛⲟⲩⲛⲟⲩ (forte
ⲛⲁⲛⲟⲩⲟⲩ) ⲉ̀ⲕⲓⲃⲉ ⲡⲉϫⲁϥ ⲉϩⲟⲩⲉ ⲡⲏⲣⲡ . ⲡⲏⲣⲡ ⲅ̀ⲁⲣ
ϣⲁϥϯ ⲛ̀ⲟⲩⲉⲩⲫⲣⲟⲥⲩⲛⲏ ⲛ̀ⲥⲱⲙⲁⲧⲓⲕⲟⲛ . ⲡⲉϥ//
ⲥⲱⲙⲁ ⲇⲉ ⲙⲛ̀ ⲡⲉϥⲥ̀ⲛⲟϥ ⲛ̀ⲧⲁϥⲥⲁⲛⲟⲩϣ ⲙ̀ⲛϩⲏⲧⲟⲩ
ⲛ̀ϭⲓ ⲡⲉ ⲭ̅ⲥ̅ ⲛ̀ⲑⲉ ⲛ̀ϩⲛ̀ ⲉ̀ⲕⲓⲃⲉ ⲉⲩϯ ⲛⲁⲛ ⲛ̀ⲟⲩⲉⲩⲫⲣⲟ//
ϭⲩⲛⲏ ⲙ̀ⲡⲛ̅ⲁ̅ⲧⲓⲕⲟⲛ ⲉⲩⲃⲱⲗ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ϫⲓⲛϭⲟⲛⲥ
ⲛⲓⲙ ⲉⲧⲟⲩⲧⲱⲛ ⲙ̀ⲛ ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ . ⲕⲁⲧⲁⲑⲉ ⲉⲧⲥⲏϩ .
ϫⲉ ⲛ̀ⲧⲉⲧⲛ̀ⲉⲓ ⲉⲛⲧⲉⲧⲛ̀ ϩⲱⲧⲡ ⲉⲛⲉⲧⲛ̀ⲉⲣⲏⲩ ⲡⲉϫⲉ
ⲡ̀ϫⲟⲉⲓⲥ ⲉⲧⲃⲉ ϫⲉ ⲛⲉⲣⲉ ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ϩⲙ̀ ⲡⲉ ⲭ̅ⲥ̅
ⲉϥϩⲱⲧⲡ ⲛⲁϥ ⲉ̀ⲡⲕⲟⲥⲙⲟⲥ .

Orantes nos quoque Patrem per Filium eius dicimus : osculetur me osculo oris sui . Osculum enim illius est osculum caritatis , quod idem ipse nobis annunciat ; quum illud sit , quo suam nobis pacem communicat . Propterea reliquit in ecclesia salutationem per osculum , ut nemo audeat accedere ad corpus Christi , nisi prius absolutus fuerit ab omni querela cum proximo suo per osculum pacis , quod invicem datur ; ut quemadmodum decet christianos filios pacis , cum fiducia ad altare accedant , osculum ex illius ore accepturi . Id autem fit quum de ipsius corpore , ipsiusque sanguine manducant , & eorum quisque evadunt unum cum domino Iesu Christo , cuius membra fiunt , eis ipso administrante hostiam in participatione sanctae dispensati onis . Sunt haec

Neutrum in textu fragmenti noſtri, nec in Graeca vulgata editione, legitur.

(5) Verſ. 16. ⲕⲁⲛ ⲉⲉⲓϣⲁⲛ ⲕⲣⲓⲛⲉ ⲇⲉ ⲁⲛⲟⲕ : Ut fragmentum, & Gr. vulg. editio. In Memph. ⲇⲉ omittitur.

Ibid. ⲟⲩⲙⲉⲉ ⲧⲉ, idem ac ⲟⲩⲙⲏⲓ ⲡⲉ Memphit. *verum eſt*: quo loci quum Wetſten. adnotaverit in Syra poſteriori ad marginem legi δικάια, admonere cogimur nihil huiuſmodi legi in margine cod. Angel. biblioth.

Ibid. ϫⲉ ⲛ̀ⲁⲛⲟⲕ ⲙ̀ⲙⲁⲧⲉ ⲁⲛ ⲡⲉ: *Quia ego ſolus non ſum*. Quod audis ⲙⲙⲁⲧⲉ erratum fortaſſe dixeris incurioſi librarii, qui vel ⲙ̀ⲙⲁⲩⲁⲧ, ſi Memphiticam vocem adhibere voluiſſet, vel certe ⲙⲁⲩⲁⲁϥ *ſolus*, ſi Thebaicam retinere cogitabat, ſcribere debuiſſet. Nam ⲙ̀ⲙⲁⲧⲉ pro *ſolo* nuſquam inter voces ſive Memphiticas, ſive Sahidicas Lexici Lacroziani invenies. At ⲙ̀ⲙⲁⲧⲉ tamquam integrum, & incorruptum agnoſcendum eſſe arbitror. Sunt enim exempla, quae plane demonſtrant, ⲙⲙⲁⲧⲉ adverbium *ſolum* in Theb. dialecto ſumi pro nomine *ſolus*. Sic Iohan. XI. 52., quod eſt Graece μόνον, Memphitice ⲙ̀ⲙⲁⲩⲁⲧϥ, Thebaice dicitur ⲙ̀ⲙⲁⲧⲉ apud Tukium in *Rud. Copt.* p.601. Et rurſus Corinthior. cap. XV. v. 19. μόνον, Memphit. vertitur ⲙ̀ⲙⲁⲩⲁⲧϥ, Theb. ⲙ̀ⲙⲁⲧⲉ, ⲙ̀ⲙⲉϯ vero in tertia Aegypt. ling. dialecto hucuſque incognita. Ea ſcriptum eſt Borgianum aliud fragmentum huius epiſtolae omnino unicum, nec antea umquam ulli eruditorum compertum.

Ibid. ⲙ̀ⲛ ⲡⲉⲓⲱⲧ ⲛ̀ⲧⲁϥⲧⲁⲩⲟⲉⲓ. Eumdem verborum ordinem, qui in utraque Syra verſione conſpicitur, retinet. Nam fragmentum noſtrum, Graeca editio, & Memph. verſio habent, καὶ ὁ πέμψάς με ὁ πατὴρ.

(6) Verſ. 17. ϥⲥⲏϩ ⲇⲉ ⲟⲛ. Sic & in Memphit. At ⲟⲛ hoc in loco non *iterum*, ut facit Wilkinſ., ſed aut *etiam*, aut ἔτι *adhuc*, exponi oportere cenſerem. Sicque ⲟⲛ aptiſſime reſpondet καὶ fragm. noſtri, & vulgat. Graecor. lectioni.

(7) Verſ. 18.

(7) Verſ. 18. ⲁⲩⲱ ϥⲣ̄ⲙⲛ̄ⲧⲣⲉ ⲟⲛ ϩⲁⲣⲟⲉⲓ ⲛ̄ϭⲓ ⲡⲉⲓⲱⲧ. ⲟⲛ, quod in Memphit. deeſt, idem & heic ſignificare puto, ac *etiam*.

(8) Verſ. 19. ⲡⲉϫⲁϥ ⲛⲁⲩ. Ita & Syra verſio prior, & cod. Cantabrig. καὶ εἶπεν αὐτοῖς. Non habet tamen noſtra ܘ *vau* Syrum, aut καὶ Graecum. Totum in Memphit. deſideratur.

Ibid. ⲙ̀ⲙⲟⲓ, bis, ut in Memphit., ſcriptum, uti mos pronunciandi ferebat. ⲙ̀ⲙⲟⲉⲓ enim Thebaice ſcribi deberet.

Ibid. ⲟⲩⲇⲉ ⲟⲛ ⲛ̄ⲧⲉⲧⲛ̄ⲥⲟⲟⲩⲛ ⲁⲛ ⲙ̀ⲡⲁⲉⲓⲱⲧ. Hoc ſecundum ⲛ̄ⲧⲉⲧⲛ̄ⲥⲟⲟⲩⲛ in Memphit. non exſtat. Sed ⲟⲛ exprimitur per ⲕ in Memphit. ⲡⲁⲕⲉⲓⲱⲧ; quare ⲟⲩⲇⲉ ⲡⲁⲕⲉⲓⲱⲧ: *neque etiam* (ſubintellige *cognoſcitis*) *Patrem meum*, interpretabere.

Ibid. in fine verſ. ⲧⲉⲧⲛ̄ⲁⲥⲟⲩⲛ̄ ⲡⲁⲉⲓⲱⲧ ⲟⲛ ⲡⲉ. Bis, ni fallor, erravit amanuenſis. Primo in ⲧⲉⲧⲛ̄ⲁⲥⲟⲩⲛ̄, ubi geminare neglexit τὸ ⲛ ante ⲁ; deinde ubi ⲥⲟⲩⲛ̀ pro ⲥⲟⲟⲩⲛ̀ ſcripſit. Ter enim proxime ante in hoc eodem verſ. ⲥⲟⲟⲩⲛ Theb. poſuerat. Nihil tamen muto; nam ⲛⲥⲟⲩⲉⲛ ipſa quoque Memph. recte legit. ⲟⲩⲡⲉ, quod facit, ut ſententia iſta ſic verti debeat: *utique cognoſceretis & Patrem meum*. ϩⲱ *etiam* utraque Syra habet, reſpondetque καὶ Gr.; cuius in Memphitica nota eſt ⲕ interpoſitum voci ⲡⲁⲕⲉⲓⲱⲧ; unde Wilkinſ. recte vertit: *Patrem meum etiam*.

(9) Verſ. 20. ⲙ̀ⲡⲁⲡⲁⲧⲉ, mendoſe ſcriptum pro ⲙ̀ⲡⲁⲧⲉ.

(10) Verſ. 21. ⲛ̄ϭⲓ ⲓ̄ⲥ̄. Ἰησοῦς, ſcilicet, quod Graecum nomen etſi deſit, ſic monente Wetſtenio in cod. Cantabrig., in Origene, in Cyrillo, immo & in Graeco fragmenti noſtri, exſtat tamen in utraque Syra, & in Memph. quoque verſione.

Ibid. ⲁⲩⲱ ⲧⲉⲧⲛ̄ⲁϣⲓⲛⲉ ⲛ̄ⲥⲱⲉⲓ. Sic in Gr. textu fragmenti: καὶ ζητήσετέ με, uti & in Syra priori verſione, perinde atque in Gr. Latinaque edit. legitur, ſine illo additamen-

 to,

to, quod est in Memphit. ⲟⲩⲟϩ ⲧⲉⲧⲉⲛⲛⲁϫⲉⲙⲧ ⲁⲛ, *καὶ οὐχ εὑρήσετέ με*, *& non invenietis me*; itemque in sex Graec. codd., in quorum uno οὐκ, in aliis οὐχ apud Wetsten., qui hanc ipsam additionem in Syra quoque posteriori, sed cum *asterisco*, se legisse testatur; etsi in cod. biblioth. Angel. nullum sit asterisci huius indicium.

Ibid. ⲧⲉⲧⲛ̀ⲛⲁⲙⲟⲩ, lege ⲧⲉⲧⲛ̀ⲛⲛⲁⲙⲟⲩ, geminato ⲛ. Quod sequitur ϩⲣⲁⲓ ϩⲙ̀ ⲡⲉⲧⲛ̀ⲛⲟⲃⲉ, (moriemini) *in peccato vestro*, consonat cum textu fragmenti, & Gr. Latinaeque editionis: convenit & cum Memphit. Nam male ϧⲉⲛ ⲡⲉⲧⲉⲛ ⲛⲟⲃⲓ Wilkins. vertit: *in peccatis vestris*. Nulla est enim nota numeri plurium. Idem dicito de Syra posteriore iuxta cod. nostri fidem.

(11) Vers. 22. ⲉⲧⲉⲧⲛⲁϣⲉⲓ ⲁⲛ. Malae pronunciationis caussa praetermisit amanuensis geminationem τοῦ ⲛ. Nam ⲉⲧⲉⲧⲛ̀ ⲛⲁϣⲉⲓ ⲁⲛ legi debet; nisi ⲛ alterum ex more gentis, & linguae elisum putes.

(12) Vers. 23. ⲛ̀ⲧⲱⲧⲛ̀ ⲛ̀ⲧⲉⲧⲛ̀ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲙ̀ ⲡⲕⲁϩ ⲁ̀ⲛⲅ ⲁⲛⲟⲕ ⲟⲩ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲛ̀ ⲧⲡⲉ. Singularis plane versionis auctor sensum fortasse magis, quam verba reddere voluit. Neque enim Thebanorum dialecto vocabula desunt, quae Graecis *ἐκ τῶν κάτω*, *de infernis*, & *ἐκ τῶν ἄνω*, *de supernis*, respondeant. Quo autem pacto ii, qui de terra sunt *ἐκ τῶν κάτω*, & Christus, qui de caelo est *ἐκ τῶν ἄνω*, esse dicatur, vide Orig. *comment. in Iohan.*, Clem. Alexand. *in cohortat. ad gentes* tom.I. op. ed. Oxon. pag. 52., in primis vero SS. Cyril., & Augustinum in hunc ipsum divini Evangelistae locum.

ADDEN-

ADDENDA

Ad Cap. VI. Evang. S. Iohannis.

IAM hae nostrae qualescumque adnotatiunculae ad umbilicum perductae fuerant, quum nova ex Aegyptiis Thebis sacrorum Codicum fragmenta ad virum summum, Praesulemque doctissimum Stephanum Borgiam, quemadmodum optabatur, feliciter pervenerunt. Ea mihi humanissimus ipse studiorum meorum altor & animator, consideranda obtulit, ut iis, si quid in rem meam facerent, pro meo lubitu uterer. Tum ego, duo inter cetera vetustissimi Evangeliarii frustula, quae notas saeculi V. praeseferre, pluresque *pericopas* de Evangelio Iohannis depromptas continere videbantur, evolvere, & meditari coepi. Quid vero? Non potui non exsecrari barbariem sacrilegorum hominum, qui vel binas hasce divini codicis reliquias tam indignis foedisque modis tractarant. Erant enim ab initio folia membranacea, majoris magnitudinis, duo, eaque integra, & elegantioribus Copto-Thebaeorum litteris ad publicum eorumdem ecclesiarum usum exarata: sed hodie in summa praesertim fronte, totaque superiori margine tam immaniter, turpiterque lacera, discissa, & corrupta cernuntur, ut una cum numeris paginarum lineae plures de tabulis ipsis omnino perierint. Nihilo tamen minus in miserandis hisce utriusque membranae laciniis *sex* omnino pericopas, licet partim mutilas, partimque etiam integras Evangeliorum, unde fuerant excerptae, discernere, & observare potuimus.

Prima est fol. I. col. I. ex c. XIX. Luc. de historia Zacchaei, Sed desiderantur versic. primi *tres*. Ceteri supersunt ad vers. usque 11.

Secunda titulum habet in fine col. I. ⲁ̅ⲙ ⲡⲙⲉϩ ϣⲟⲙ̀ⲧ ⲛ̀ⲥⲁⲃⲃⲁⲧⲟⲛ. *Similiter in* III. *sabbato*. Illius initium in col. 2. erat v. 11. cap. VII. evangelii secundum eumdem Lucam; sed vers. iste mutilatus est. Ceteri ad 18. usque inte-

integri habentur, comprehenduntque hiſtoriam filii viduae Naim, quem vita functum Chriſtus e mortuis excitavit.

Tertia eodem priori fol. col. 3. deſumpta cernitur ex cap. XI. ipſius evang. Lucae. Ex eo enim ſunt vv. 28. 29. 30. 31. 32., qui adhuc integri exſtant, etſi titulus, exordium, & finis pericopae non amplius diſcerni, legique poſſint.

Quarta eodem fol. col. 4. ſic inſcribitur: ⲙⲉⲛⲛⲥⲁ ⲡϣⲁ ⲙ̀ⲡⲛⲉⲓⲱⲧ ⲁⲡⲁ ϣⲉⲛⲟⲩⲧⲉ ⲡⲕⲁⲧⲁ ⲓⲱϩⲁⲛⲛⲏⲥ: *Poſt feſtum*, ſcilicet, *Abbatis Scenute*, *ſecundum Iohannem*. Exorditur a v. 12. cap. XII., deſinit (fol. *ſecundo*, col. *prima*) in 23., ſed particulae vv. 17. & 18. exciſae evanuerunt.

Quintae titulus in fol. 2. ſub finem col. 1. hic eſt: ⲡⲥⲁⲃⲃⲁⲧⲟⲛ ⲉϫⲙ̀ ⲡⲙⲟⲟⲩ ⲡⲕⲁⲧⲁ ⲓⲱϩⲁⲛⲛⲏⲥ: *In ſabbato ſuper aquam*, *ſecundum Iohannem*. Ea complectitur fol. 2. col. 2. hiſtoriam Samaritanae, a v. 5. cap. IV. Iohannis ad illa uſque verba v. 15: *Domine*, *da mihi hanc aquam*, *ut non ſitiam*, *neque veniam huc ad hauriendam aquam*, & deſinit in col. 3.

Sexta eodem fol. 2. eademque col. 3. ſequitur pericopa, quae hunc ſibi titulum proprium gerit: ⲟⲙⲟⲓⲱⲥ ⲧⲕⲩⲣ̄ ⲉϫⲙ̀ ⲡⲙⲟⲟⲩ ⲡⲕⲁⲧⲁ ⲓⲱϩⲁⲛⲛⲏⲥ: *Similiter in dominica ſuper aquam*, *ſecundum Iohannem*. Exhibet iſta res Chriſti geſtas quemadmodum a Iohanne ſcripto traditae ſunt cap. VI. evang. a v. 15. ad 24. uſque. Non heic tamen deſinit; longius enim progrediebatur. Sed folium deeſt, in quo evangelicae huius lectionis finis eſſe debebat.

Tituli ipſi *quintae* & *ſextae pericopae* ſatis aperte enunciant tempus *exundationis Nili*, quo duae hae evangelicae ſectiones in liturgia *ſabbati*, & *dominicae* legebantur. Hi enim dumtaxat erant dies liturgici apud Aegyptios Monachos, teſte Caſſiano lib. III. *Inſtit.* c. 2. At Nili exundatio ſub aeſtivi ſolſtitii dies ſpectabilis apud ſuperioris inferioriſque Aegypti incolas reddi ſolebat. Quumque flantibus aquilonibus die iunii XII. iuxta Kalendar. Copt., conſtanti fere lege, caeleſtis roris ſpecies toti Aegypto propitia, & ſalutaris, quam

gut-

guttam vulgo appellant, decidere consueverit, non sine caussa institutum fuisse puto, ut in Copticis liturgiis preces pro *aquarum adscensu* praescriptae fuerint a *duodecima* ⲡⲁⲱⲛⲏ, *paini* ex versione Renaudot., vel *paont*, nempe *iunii*, ϣⲁ ⲙⲉⲧ̄ⲧ ⲙ̀ⲡⲁⲱⲡⲓ *ad* X. usque *paopi* in Missali Rom. ed. vel IX. *paophi* ex cod. Renaud., idest *octobris* Aegyptii. Itaque non temere ego credam in *sabbato* & *dominica iunii*, imminente tempore solstitii aestivi, & exundationis Nili, nostras hasce evangelicas lectiones apud Thebaeos fuisse solemniter recitatas.

Huiusmodi temporis, & statuti ratio multo clarior fieret, si *Scenutes*, cuius festum indicatur in titulo pericope IV., *Martyr* ille esset, qui teste Ludolpho in *Lex. Aethiop.* colitur die 4. iunii, & *Abba Sanucius* vocatur 25. iul. Sic enim & quartae, & *quintae*, & *sextae* lectionis dies in iunium circa solstitium incidere potuissent.

Verum quis fuerit noster iste *Scenute*, res est difficilis perquisitionis. Mingarellius vir sane emunctae naris idemque doctissimus in fragm., quod X. est inter Naniana, p. 272. *Abbatem Shenutem* cum SS. Pachomio, Macario, & Moyse Ab., semel iterumque coniungit, deque eo inquit: *valde vetustum esse non dubito*. Quid ni hic idem esse possit, qui in titulo pericopae nostrae *quartae* commemoratur? Verum de hoc ipso Abbate & Propheta Shenute plura alibi dicemus, ubi ex Borgianis fragmentis nonnulla dabimus, quae lucem paullo maiorem adferre fortasse valebunt fragm. Naniano VI. ab eodem Mingarellio iam publici iuris facto. Nunc ad institutum nostrum redire praestat.

An apud Memphitas idem omnino ritus viguerit, ut liturgiam haberent peculiarem, in qua easdem evangelicas pericopas *super aquas*; una cum Thebaeis legerent, ignotum est. Illi namque in uno mense ⲧ̄ⲱⲃⲓ *ianuario*, idest in *Epiphania Domini* officium liturgicum ⲉϫⲉⲛ ⲙⲱⲟⲩ *super aquam* celebrant.

Quae vero huc usque attulimus, ad simplicem fragmenti formam, eiusque antiquitatem unice spectant. Nostra modo in-

intereſt, ut intelligas, *unam* in eo eſſe *pericopen ſextam*, quae ad rem noſtram facit. Ea enim eſt, quae nuper nobis cognita, plura ſuppeditat, unde & verſiculos quoſdam Copto-Thebaicae verſioni capitis VI. Iohannis addere, & quae male a nobis in adnotat. ad vv. 21. & 22. ſarta ſunt, aptius reſarcire, atque ſupplere valeamus. Itaque, ne te diutius morer, ex pericope ſexta, qualis modo eſt variis in locis mutilata, & corrupta, haec tene.

Ex Cap. VI. Evang. S. Iohannis.

v. 15. Ⲓⲥ̅ ϭⲉ ⲛ̄ⲧⲉⲣⲉϥⲉⲓ// ⲙⲉ ϫⲉ ⲥⲉⲛⲏⲧ ⲛ̄ⲥⲉ.. ⲩⲟⲣⲡϥ (1) ϫⲉⲕⲁⲥ ⲉⲧⲉⲁⲁϥ ⲛ́ⲣ́ⲣⲟ́ ⲁϥ// ⲥⲉϩⲧϥ ⲟⲛ (2) ⲉϩ// ⲣⲁⲓ ⲉϫⲙ̀ ⲡ̄ⲧⲟⲟⲩ ⲙⲁⲩⲁⲁϥ	15. Ieſus quum cognoviſſet quod venturi eſſent ad eum rapiendum, ut facerent eum Regem, ſeceſſit iterum in montem ſolus.
16. Ⲉⲛ̄ⲧⲉⲣⲉⲣⲟⲩϩⲉ (3) ⲇⲉ ϣⲱⲡⲉ ⲁⲡⲉϥⲙⲁⲑⲏ// ⲧⲏⲥ ⲉ́ⲓ ⲉϩⲣⲁⲓ ⲉϫⲛ́ ⲑⲁⲗⲁⲥⲥⲁ.	16. Ut autem factum eſt veſpere, diſcipuli eius deſcenderunt in mare.
17. Ⲁⲩⲱ ⲁⲩⲁⲗⲉ (4) ⲉⲡ// ϫⲟ́ⲓ ⲉⲧⲣⲉⲩⲉⲓ ⲉⲡⲉ// ⲕⲣⲟ *Reliqua huius v. in diſcerpta membrana deſunt.*	17. Et aſcenderunt in navim ut adirent trans
18. Ⲉⲣⲉ ⲟⲩⲛⲟϭ ⲉⲛ̄ⲧⲏⲩ ⲛ́ⲃⲟⲗ ⲑⲁⲗⲁⲥⲥⲁ ⲧⲩ// ⲱⲟⲩⲛ ⲉϩⲣⲁⲓ	18. Et magno ex vento mare exſurgebat.

19. Quum

19. ⲛ̀ⲧⲉⲣⲟⲩϩⲓⲛⲉ ⲇⲉ ⲉⲃ//
ⲟⲗ ⲛ̀ⲁϫⲟⲩⲧϯⲏ ⲛ̀ⲥ//
ⲧⲁⲇⲓⲟⲛ ⲏ́ ⲙⲁⲁⲃ
ⲁⲩⲛⲁⲩ ⲉ̄ⲓ̄ⲥ̄ ⲉϥⲙⲟⲟ//
ϣⲉ ϩⲓϫ́ⲛ ⲑⲁⲗⲁⲥⲥⲁ
ⲉⲁϥϩⲱⲛ ⲉϩⲟⲩ́ⲛ ⲉⲡ//
ϫⲟ́ⲓ ⲁⲩⲱ ⲁⲩⲣϩⲟ́ⲧⲉ.

19. Quum autem progressi essent fere vigintiquinque stadia, aut triginta, viderunt Iesum ambulantem supra mare: appropinquavit ad navim, & ipsi timuerunt.

20. ⲛ̀ⲧⲟϥ ⲇⲉ ⲡⲉϫⲁϥ
ⲛⲁⲩ ϫⲉⲁⲛⲟⲕ ⲡⲉ ⲙ̀//
ⲡ́ⲣⲣϩⲟⲧⲉ.

20. Ille vero dixit eis: ego sum: ne timeatis.

21. ⲛⲉⲩⲟⲩⲱϣ ϭⲉ ⲉⲧⲁ//
ⲗⲟ́ϥ ⲉⲡϫⲟⲉⲓ (5) ⲁ//
ⲩⲱ ⲛ̀ⲧⲉⲩⲛⲟⲩ ⲁⲡϫ//
ⲟ́ⲓ ⲙⲟⲟⲛⲉ ⲉⲡⲉⲕⲣⲟ (6)
ⲉ́ⲩⲛⲁⲃⲱⲕ (7) ⲉⲣⲟϥ.

21. Volebant igitur eum recipere in navem, & illico navis stetit in littore, quo adibant.

22. ⲡⲉϥⲣⲁⲥⲧⲉ (8) ⲡⲙⲏ//
ⲏϣⲉ ⲧⲁϩⲉⲣⲁⲧ̀ϥ (9)
ϩ́ⲓ ⲡⲉⲕⲣⲟ ⲛ̀ⲑⲁⲗⲁⲥ//
ⲥⲁ ⲁⲩⲛⲁⲩ ϫⲉ ⲙ̀ⲙⲛ̀
ϭⲉ ϫⲟⲓ (10) ⲙ̀ⲙⲁⲩ
ⲛ̀ⲥⲁ ⲡ́ⲏ (11) ⲛ̀ⲧⲁⲙ̀//
ⲙⲁⲑⲏⲧⲏⲥ ⲛ̄ⲓ̄ⲥ̄ ⲁⲗⲉ
ⲉⲣⲟϥ. ⲁⲩⲱ ϫⲉ ⲙ̀//
ⲡⲉ ⲓ̄ⲥ̄ ⲁⲗⲉ ⲉⲡϫⲟⲓ ⲙⲛ̀
ⲛⲉϥⲙⲁⲑⲏⲧⲏⲥ ⲁⲗⲗⲁ
ⲛⲉϥⲙⲁⲑⲏⲧⲏⲥ ⲙⲁ//
ⲩⲁⲁⲩ ⲛⲉⲛⲧⲁⲩⲃⲱⲕ.

22. Die sequenti multitudo, quae stabat trans mare, viderunt quod non alia navis ibi erat, nisi illa, in quam discipuli Iesu adscenderunt, & quod Iesus non adscendit in navim cum discipulis suis, sed discipuli soli adscenderant.

23. ⲁⲩⲱ ⲉⲓⲥ ϩⲉⲛⲕⲉ ⲉϫ//
ⲏⲩ ⲁⲩⲉⲓ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲛ̀
ⲧⲓⲃⲉⲣⲓⲁⲥ ϩⲁⲧⲙ̀ⲡ//
ⲙⲁ ⲉⲛⲧⲁⲩⲟⲩⲉⲙ ⲡ//
ⲟⲉⲓⲕ (12) ⲉⲁⲡϫⲟⲉ//
ⲓⲥ (13) ϣⲡ́ϩⲙⲟⲧ
ⲉϫⲱϥ.

24. ⲛ̀ⲧⲉⲣⲉ ⲡⲙⲏⲏϣⲉ ϭⲉ
ⲛⲁⲩ ϫⲉ ⲓ̅ⲥ̅ ⲙ̀ⲙⲁⲩ
ⲁⲛ ⲟⲩ.

Cetera desiderantur.

23. Et ecce aliae
naves venerunt ex Ti-
beriade prope locum
ubi manducaverant
panem, quum Domi-
nus gratias egisset su-
per eum.

24. Quum ergo mul-
titudo vidisset Iesum
ibi non esse

.

ADNOTATIONES.

(1) Verſ. 15. ⲛ̀ⲥⲉ... ⲧⲟⲣ́ⲡϥ : lege ⲛ̀ⲥⲉⲧⲟⲣⲡ̀ϥ continuatis litteris; nam interstitium inter ⲛ̀ⲥⲉ & ⲧⲟⲣⲡ̀ϥ notatum ad fidem codicis retinendam reliquimus; quae enim ibi erant litterae male interiectae, ſpongia deletae ſunt. Sed unde illud ⲧⲱⲣⲡ? Ex Hebraeo ſcilicet טרף *rapere*: unde Oſeae v. 14 אני אטרף, Memph. ⲁⲛⲟⲕ ϯⲛⲁϩⲱⲗⲉⲙ, & LXX. ἐγὼ ἁρπῶμαι, de quo Heſych. iuxta Ioh. A. Fabr. obſervationes. Quamobrem hoc prorſus loco Memphit. habet ⲉϩⲟⲗⲙⲉϥ, niſi legendum ſit ⲉϩⲟⲗⲉⲙⲉϥ; nam ϩⲱⲗⲉⲙ apud La-Croz. *rapere* deſignat, immo ea hoc ipſum fortaſſe eſt ab חלם Hebr., quod inter cetera *trahere* ſignificat. De lineola ſuper ducta inter ⲡ, & ϥ quid dicturus ſit cl. Abbas Mingarellius, ego equidem divinare nequeo: ſed ea certe vim *accentus* habere non poteſt. Ego veriſimili coniectura ductus notam eſſe putarem *vocalis*, qua verbum ⲧⲟⲣⲡ, ex ingenio linguae, coniungitur cum affixo ϥ.

(2) Ibid.

(2) Ibid. ⲟⲛ, Gr. πάλιν. Inter tot codd. totque veterum testimonia, & versiones, in quibus vox ista desideratur, Copticam etiam versionem laudat Wetsten., sed de *Copto-Memph.*, non de *Thebaica* Wetstenius intelligendus est.

(3) Vers.16 ⲛ̀ⲧⲉⲣⲉⲣⲟⲩϩⲉ. ⲣⲟⲩϩⲉ derivatum putarem ab Hebr. ערב, unde & Gr. ἔρεβος, ἐρεβεννὴ, ἐρέμνη, & ἔρεβευς Homeri. Etsi enim ab initio deesse videatur ⲉ ante ⲣ in ⲣⲟⲩϩⲉ, ea tamen subintelligi debet, ut in ⲣⲣⲟ; quod Thebanis Aegyptiis est ⲉⲣⲣⲟ, *Rex*: ibi etiam, ubi primum ⲣ nullam supra se pictam lineolam gerit. Aut lege, si mavis, ⲁⲣⲟⲩϩⲉ: quando & Memphitae ipsi legunt ⲁⲣⲟⲩϩⲓ. Cerne tu modo ⲟⲩ, sive *υ*, Aegyptium in ב Hebraicum commutatum; huius enim commutationis exempla frequenter occurrunt; & ecce tibi veluti sub oculos oriri radicales hebraicae vocis ערב, *Arob*, seu *Arov*. ϩⲉ vero ultima syllaba ⲧϩⲉ, ⲁⲣⲟⲩ-ϩⲉ indicium mihi esse videtur nominis apud Hebraeos feminei generis, quale est ה in מערבה, *occasus* scilicet, Is. 45. 6. Nec te moveat vocalium diversitas; quae enim in eadem lingua, multo vero magis dum ex una in aliam migrant, facile inter se commutantur.

(4) Vers. 17. ⲁⲩⲁⲗⲉ: ⲁⲗⲉ videlicet Theb., & ⲁⲗⲏⲓ Memphit., utrumque est ex Hebr. עלה, *adscendere*.

(5) Vers.21. ⲉⲧⲁⲗⲟϥ ⲉⲡϫⲟⲓ: Memph. quoque legit ⲉⲧⲁⲗⲟϥ; sed addit ⲛⲉⲙⲱⲟⲩ ⲉⲡⲓϫⲟⲓ. At ⲛⲉⲙⲱⲟⲩ *secum*, nulli habent codd. neque Graeci, neque Latini.

(6) Ibid. Versio nostra Theb. simpliciter habet ⲉⲡⲉⲕⲣⲟ: at Memph. legit ⲉⲡⲓϫⲣⲟ cum addito ⲉⲡⲓⲕⲁϩⲓ *ad littus terrae*, in quam Gr. vulg. omisso ἐπεκρο seu ἐπιχρο hanc nudam exhibet lectionem: ἐπὶ τῆς γῆς, εἰς ἣν.

(7) Ibid. ⲉⲩⲛⲁⲃⲱⲕ, vox in hoc Thebaico *Evangeliarii* loco, quam ex Graeco-Theb. fragmento nostro, rectius scripseris ⲛⲉⲩⲛⲁⲃⲱⲕ, *adibant*. Vide adnot.1. ad p. 263.

(8) Verſ. 22. ⲡⲉϥⲣⲁⲥⲧⲉ. Tolle ead. p. 263. adnot. 2. ex ⲙ̀ⲡⲉϥⲣⲁⲥⲧⲉ ſupplementi noſtri unicum ⲙ, (ſine tamen errore a nobis additum,) & ipſiſſimam ſtatim vocem Evangeliarii habebis.

(9) Ibidem: ⲧⲁϩⲉⲣⲁⲧ́ϥ. Heic omiſſam ſuſpicor in Evangeliar. ⲉ coniungendam cum ⲧ in ⲧⲁϩⲉⲣⲁⲧ́ϥ. Lege igitur ⲉⲧⲁϩⲉⲣⲁⲧ́ϥ, ut nos ibi ſupplevimus. Hoc enim ⲉ librarius omiſit deceptus concurſu ſimilis litterae proxime ante depictae in poſtrema ſyllaba nominis ⲡⲙⲏⲏϣⲉ; adeoque neglecto ⲉ ſequenti, ſcribere perrexit ⲧⲁϩⲉⲣⲁⲧ́ϥ pro ⲉⲧⲁϩⲉⲣⲁⲧ́ϥ.

(10) Ibid. ⲙ̀ⲙ̀ⲓⲛ ϭⲉ ϫⲟⲓ. Cum puncto gemino τῷ, ⲓ, ſuperne incumbenti, ut aequivaleat, ſic ego credo, τῷ, ⲉⲓ Sahid. Ceterum in fragmento noſtro Gr. Theb. ⲙ̀ⲙ̀ⲓⲛ ϭⲉ ϫⲟⲉⲓ, recte legebatur; nam ⲙ̀ⲙ̀ⲓⲛ ϭⲉ, ex Iſaiae 44. 6. apud ipſum quoque Tuk. pag. 192. *non alius*, exponitur. Sed deſcriptor, neſcio qua allucinatione, abreptus, cum ⲛⲙⲙ male poſito, etiam ⲙⲙ prius, ut iam pag. 263. animadvertimus, ſpongia delevit. Ibi ergo germana lectio ⲙ̀ⲙ̀ⲓⲛ ϭⲉ ϫⲟⲉⲓ reſtituenda eſt.

(11) Ibid ⲛ̄ⲥⲁⲡⲏ. Nos ſupplevimus ⲛ̄ (ⲟⲩ) ⲁ ⲡⲏ: quippe qui lectionem hanc conſonam noveramus tum vulgato Graecor. textui εἰ μὴ ἓν ἐκεῖνο, *niſi unam illam* (navem), tum etiam Memph. ipſi verſ. ⲉⲃⲟⲗ ⲉⲟⲩⲁ, *praeter unam*. Eo tamen loco acrius, ſtudioſiuſque ſpectato ⲛ̄ⲥⲁⲡⲏ cum Evangeliario legendum cenſeo. Cetera tene ex obſervationibus noſtris editis p. 264.

(12) Verſ. 23. ⲉⲛⲧⲁⲟⲩⲟⲩⲉⲙ ⲡⲟⲉⲓⲕ. Fragm. editum ⲉⲛⲧⲁⲟⲩⲟⲩⲱⲙ ⲙ̀ⲡⲟⲉⲓⲕ, ut Memph.

(13) Ibid. ⲉⲁⲛϫⲟⲉⲓⲥ. Fragm. ed. ⲉⲛϫⲟⲉⲓⲥ, ſed huic, ni fallor, praeferenda eſt Evangeliarii lectio.

LITUR-

LITURGICORUM FRAGMENTORUM
APPENDIX
Ex reliquiis ecclesiasticorum codicum superioris Aegypti

FRAGMENTUM I.

De Divina Anaphora.

AEgyptiacum codicem, ex quo primum hocce *Copto-Thebaicum* fragmentum publici iuris facimus, scriptum fuisse coniicimus *quarto* exeunte ecclesiae saeculo in monasterio aliquo superioris Aegypti post sanctorum Basilii & Nazianzeni Gregorii mortem. Fragmentum non plura, quam folia quatuor ex lacerato codice per summam iniuriam avulsa exhibere poterit. Paginae enim, quas nobis ex ceterarum omnium iactura fors fortuna servavit, octo tantummodo numerantur: eaeque sunt ⲣⲉ. 105., ⲣⲋ. 106., ⲣⲍ. 107., ⲣⲏ. 108., ⲣⲓⲅ. 113., ⲣⲓⲇ. 114., ⲣⲓⲉ. 115., ⲣⲓⲋ. 116. Uniuscuiusque vero paginae facies non est in geminas divisa columnas, sed aequalibus lineis ab uno ad alterum latus perpetuo continuatis, totum implet, qua longe lateque patet, membranae spatium.

Forma characterum, iudicio nostro, cum epocha, quam codici praefigendam putavimus, satis apte coniungitur. Usitata tamen *orthographiae* ratio ubique fere neglecta conspicitur. Lineolae namque illae, quae tamquam deficientium, adeoque & supplendarum litterarum indices, certis quibusdam consonantibus elementis in aliis plerisque Aegyptiorum codd. superduci solent, in hoc nostro saepe omittuntur. Una est littera ⲓ, quae semper supra se pictum gerit aut geminum punctum, aut obliquae formae lineolam in morem graeci circumflexi

cumflexi

cumflexi accentus. Idque accidit non iis tantum nominibus, in quibus ⲓ *ſimplex* occurrit, ſed & in iis, quae in diphthongis, ⲉⲓ, ⲓ habent cum ⲉ praepoſitivo coniunctum.

Sunt & lineolae, quae nonnullis inſidentes vocalibus tamquam gravis, acutive ſoni notae haberi queant. Sed quo pacto id muneris iis tribuam, quae conſonas ϥ, ϣ, aliaſve ſimiles aliquando afficiunt, ego prorſus ignoro. Sic ego non intelligo quid ſibi velit *lemniſcus* ſive *obelus* ÷, ut in Prolegom. ad editionem Septuagintaviral. a Grabe vocatur, *punctatus*, alicubi impendens liquidae ⲛ. Qui enim aut ſimplex, aut etiam pluries repetitus locum tenet inter periodos orationis, vel nudae interpunctionis munus gerit, vel etiam ad implendum ſpatium inter finem unius, & initium alterius periodi quandoque relictum, adhiberi, ſcriptoris arbitrio, potuit. In aliis quoque Borgianis Aegyptiorum codicibus ſimilis formae obeli ad marginem picti cernuntur. Quamquam nonnulli etiam ſunt ſic efformati, ut puncta habeant :— in extremo lineae. Horumque variorum obelorum figuras ex vetuſtiſſimo Graeco Fragmento τῶν ὁ iam antea edidit vir magnus Bernard. Montfauconius. Cui tamen uſui in commemoratis Aegypt. codd. inſervire queant, nihil certi, quod ſtatuam, in mentem mihi hucuſque venit. Verum de orthographicis hiſce notis plus etiam ſatis. Praeſtat nunc de rebus ipſis dicere.

Fragmentum reliquias exhibet ſuperſtites ex ea nobiliori *Divinae Anaphorae* parte, quae *ſecunda* dicitur, quaque tota actio Euchariſtici ſacrificii completur. Haec enim pars eſt, quae *proprie Anaphora* appellatur, exordiumque ſumit a *praefatione*, & ad fractionem uſque, communionemque ſanctiſſimi corporis Chriſti producitur. De his conſule ſis inter ceteros virum longe doctiſſimum Euſebium Renaudotium, cum alibi, tum vero maxime tom. I. *Collectionis liturgiarum orientalium comment. ad liturg. Copticam S. Baſilii* p. 172. ed. Pariſ. an. 1716. Sed ex *praefatione* ipſa, quae uti coniicere mihi licuit, contexta, & diſpoſita erat eodem prorſus ordine, quo Graeca, & Memphitica eſt in liturgia S. Marci, apud laud. Renaud., multa ab initio, & in progreſſu deſunt. Reliqua tamen eſt

pars

pars magna precum, & commemorationum ſacrarum, quae ex more, & ritu Aegyptiorum fieri conſueverunt ad *diptycha* uſque. Poſt haec aliae, quae ſuperſunt membranae, celebrationem continent maximorum beneficiorum Dei, creationis nempe, & reparationis hominis, tandemque formulam praebent *conſecrationis* corporis & ſanguinis Chriſti Domini. Atque haec erunt ſola, quae de tabulis noſtris exſpectari poterunt; nam cetera omnia, proh dolor! per ſummum infortunium amiſſa deſiderantur.

Illud vero eſt peculiari conſideratione dignum, quod in hoc omni fragmento nulla mentio fit de officiis, quae ſive *diacono*, ſive *populo* in divinorum myſteriorum celebratione antiquae omnes, quas ego viderim, *liturgiae* praeſcribunt. Haec equidem, dum ego meditor, in eam mihi videor opinionem pertrahi, ut credam, codicem ad uſum & commodum dumtaxat ſacerdotum fuiſſe ſcriptum; quum cetera, quae vel ad diaconi, vel ad populi munus ſpectabant, ex *Diaconico* fortaſſe libro petenda eſſent; niſi de hac noſtra liturgia illud idem iudicium ferre velimus, quod iam tulit de Graeca Alexandrina S. Marci Euſeb. Renaudotius. *In ea* enim, inquit vir praeſtantiſſimus in not. tom. I. *liturg. orient.* pag. mihi 360., *Diaconi verba, & hortationes ad orandum omittuntur, ut notiſſimae in altera deſcribuntur*.

Tantae demum antiquitatis noſtrum hocce *Thebaicae Liturgiae* exemplum eſſe opinor, ut nullum inter liturgica mss. eo antiquius ad hanc uſque diem in univerſis Europae bibliothecis viſum cognitumve credam. Sed huic noſtrae perſuaſioni maiorem, uti ſpero, vim, lucemque uberiorem allaturae erunt nonnullae, quas infra dabimus, adnotationes. En tibi interea fragmentum, quale exſtat, eiuſque interpretatio.

VER-

THEBAICAE LITURGIAE FRAGMENTUM.

Pag. ⲣⲉ.

. ⲙⲟⲉⲓⲧ̄ⲩ (1) ϩⲏⲧ̄ⲩⲟⲩ ⲉϩⲟⲩⲛ ⲉⲧⲙⲛ̄ⲧⲉ//
ⲩⲥⲉⲃⲏⲥ ⲙⲁⲣⲟⲩ ⲗⲱⲃϣ (2) ϩⲛ̄ ⲟⲩⲕⲱϩⲧ ϩⲁⲧ
ⲡⲓⲥⲧⲓⲥ ⲛⲟⲣⲑⲟⲇⲟⲝⲟⲥ ϫⲉⲕⲁⲥ ⲉⲩⲉⲧⲁϫⲣⲟ ⲛ̄ϯⲣⲏ//
ⲛⲏ ⲛ̄ⲧⲉⲕⲕⲗⲏⲥⲓⲁ ÷ (3) ⲡϣⲓⲃⲉ ⲛ̄ⲛ̄ⲕⲁⲣⲡⲟⲥ ⲛ̄ⲧⲉ//
ⲣⲟⲙⲡⲉ ⲉⲕⲉⲭⲁⲣⲓⲍⲉ ⲙ̄ⲙⲟⲟⲩ ⲛⲁⲛ ϩⲛ̄ ⲟⲩⲕⲣⲁⲥⲓⲥ
ⲉⲛⲁⲛⲟⲩⲥ ⲧ̄ϭⲓⲛⲉⲓ ⲉⲡⲉⲥⲏⲧ ⲛ̄ϯⲱⲧ̄ⲉ ⲙⲛ̄ ⲙ̄ⲙⲟⲩ//
ⲛ̄ϩⲱⲟⲩ ⲉⲧ̄ⲣⲡⲟϥⲣⲉ ⲟⲩⲟⲩⲱⲱⲗⲉ ⲛ̄ⲛ̄ⲕⲁⲣⲡⲟⲥ ⲙ//
ⲡⲕⲁϩ ⲉⲩϫⲏⲕ ⲉⲃⲟⲗ ⲉϫⲙ̄ ⲫⲑⲟⲛⲟⲥ (4) ÷ ⲟⲩϭⲓ//
ⲛⲉⲓ ⲉϩⲣⲁⲓ ⲉϫⲙ̄ ⲡⲕⲁϩ ⲛ̄ⲙ̄ⲙⲟⲩ ⲛⲉⲓⲟⲟⲩⲉ (5) ⲙ̄ⲡⲉ//
ⲓⲉⲣⲟ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲛ̄ ⲛⲉⲩⲧⲁⲙⲓⲟⲛ ⲕⲁⲧⲁ ⲧ̄ⲥⲩⲛⲏⲑⲓⲁ
ⲁⲩⲱ ⲧ̄ⲡⲁⲣⲁⲙⲩⲑⲓⲁ ⲛ̄ⲛ̄ϩⲏⲕⲉ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲛ̄ ⲛⲁⲓ ⲙⲛ̄
ⲧⲉⲭⲟⲣⲏⲅⲓⲁ ⲛ̄ⲧ̄ϭⲓⲛⲱⲛϩ ⲛ̄ⲧⲟⲕ ⲅⲁⲣ ⲡⲉ ⲡⲣⲉϥ//
ⲥⲁⲁⲛϣ ⲛ̄ⲛ̄ϩⲏⲕⲉ ⲡⲣⲉϥϯ ⲙ̄ⲡⲱⲛϩ ⲛ̄ⲛⲉⲧϩⲛ̄ ϩⲉⲛ
ϩⲟϫϩⲉϫ ⲡⲉⲧϯ ⲛ̄ϩⲉⲛⲁⲫⲟⲣⲙⲏ (6 ⲙ̄ⲡⲉϥⲡⲗⲁⲥ//
ⲙⲁ ϩⲛ̄ ϩⲉⲛⲁⲫⲟⲣⲙⲏ ⲉⲩⲟϣ ⲉⲧⲣⲉⲩϩⲉ (7) ⲉⲡⲉⲩⲱⲛϩ
ⲉⲡⲉⲩⲱⲛϩ ⲉⲡⲉϩⲟⲟⲩ ⲡⲉϩⲟⲟⲩ ⲟⲩⲱⲛ ⲉⲧⲉⲕϭⲓϫ ⲛ̄ⲧ̄
ⲣⲱϣⲉ ⲉⲟⲩⲟⲛ ⲛⲓⲙ ⲙⲛ̄ ⲧ̄ⲁⲕⲟ ⲛⲓⲙ ⲙⲛ̄ ⲡⲗⲩ//

ⲅ̄ⲏ

INTERPRETATIO.

Pag. 105. viam, quae eos ducat ad pietatem. Incende velut igne argentum, fidem orthodoxorum, ut firma sit pax Ecclesiae tuae. Varietatem fructuum huius anni largire nobis in bona temperie. Descendant, fac, rores, & pluviae, quae sint utiles ad proferendos fructus terrae perfectos in magna copia. Adscendant, fac, super terram aquae fluviales fluminis ex promptuariis iuxta morem, & ad consolationem pauperum, qui ex misericordia & benignitate tua vivunt. Tu enim es nutritor pauperum. Tu dator vitae iis, qui in angustiis versantur. Tu ille es, qui subministras subsidia creaturae in opportunis temporibus multis, ut sibi victum ad vitam de die in diem inveniat. Aperi manum tuam, & sufficit

ⲅⲏ (8) ⲛⲓⲙ ⲁⲩⲱ ⲛⲅ̅ ϥⲓ ⲙ̅ⲙⲁⲩ ⲛ̅ⲧⲟⲣⲅⲏ ⲉⲧϩⲓ-
ϫⲱⲛ ⲧⲉⲛⲟⲩ ⲉⲧⲙ̅ⲧⲣⲉ ⲛⲉⲛⲁⲛⲟⲙⲓⲁ ⲁϩⲉⲣⲁⲧⲟⲩ
ⲟⲩⲃⲉ ⲧⲉⲕⲙ̅ⲛ̅ⲧⲭⲣⲥ̅ⲧⲟⲥ ⸓

Ⲁⲣⲓ ⲡⲙⲉⲉⲩⲉ ⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲙ̅ⲡⲉⲓⲙⲟⲛⲁⲥⲧⲏⲣⲓⲟⲛ (9) ÷
ⲡⲁⲓ ⲙⲛ̅ ⲙⲟⲛⲁⲥⲧⲏⲣⲓⲟⲛ ⲛⲓⲙ ⲛⲟⲣⲑⲟⲇⲟⲝⲟⲥ ⲙⲛ̅
ⲏⲓ ⲛⲓⲙ ⲙ̅ⲡⲓⲥⲧⲟⲥ ⲛⲅ̅ ϩⲁⲣⲉϩ ⲉⲣⲟⲛ ⲛ̅ⲙⲙⲁⲩ ϩⲛ̅
ⲧⲡⲓⲥⲧⲓⲥ ⲛⲟⲣⲑⲟⲇⲟⲝⲟⲥ ϣⲁ ⲡⲉⲛϩⲁⲉ ⲛ̅ⲛⲓϥⲉ (10)
ϫⲉ ⲡⲁⲓ ⲡⲉⲧⲛ̅ ϩⲉⲗⲡⲓⲥ ⸓

Ⲁⲣⲓ ⲡⲙⲉⲉⲩⲉ ⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲛ̅ⲛⲉⲛⲉⲓⲟⲧⲉ ⲙⲛ̅ ⲛⲉⲛ-
ⲥⲛⲏⲩ ⲉⲧⲁϩⲉⲣⲁⲧⲟⲩ (11) ⲁⲩⲱ ⲉⲧϣⲗⲏⲗ ⲛ̅ⲙⲙⲁⲛ
ⲙⲛ̅ ⲛⲕⲟⲟⲩⲉ ⲉⲧⲙ̅ⲡⲉⲛⲃⲟⲗ ϩⲁⲣⲉϩ ⲉⲣⲟⲛ ⲛ̅ⲙⲙⲁⲩ
ϩⲛ̅ ⲧⲡⲁⲣⲙⲃⲟⲗⲏ ⲛ̅ⲧⲉⲕϭⲟⲙ (12) ⲛ̅ⲛⲟⲩⲧⲉ

Pag. ρϛ.

ⲁⲩⲱ ⲛⲅ̅ ⲛⲁϩⲙⲉⲛ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲛ̅ ⲛⲥⲟⲧⲉ ⲉⲧⲗⲟ-
ⲃϣ (13) ⲛⲧⲉ ⲡⲇⲓⲁⲃⲟⲗⲟⲥ ⲙⲛ̅ ϭⲟⲣϭⲥ ⲛⲓⲙ ⲛⲇⲓⲁ-
ⲃⲟⲗⲓⲕⲟⲛ ⲏ ⲡⲡⲁϣ ⲛⲛⲇⲓⲕⲁⲓⲱⲙⲁ ⲛⲛⲟⲩϫ (14) ⸓

Ⲁⲣⲓ ⲡⲙⲉⲉⲩⲉ ⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲛⲟⲩⲟⲛ ⲛⲓⲙ ⲛⲧⲁⲩⲛⲉϫ
ⲡⲉⲩⲣⲟⲟⲩϣ ⲉⲣⲟⲛ ϫⲉ ⲁⲣⲓ ⲡⲉⲛⲙⲉⲉⲩⲉ ϩⲛ̅ ⲛⲉⲛϣⲗⲏⲗ
ⲙⲛ̅ ⲛⲉⲛⲥⲟⲡⲥ ⲉϩⲣⲁⲓ ϣⲁⲣⲟⲕ ⲡⲉⲛⲛⲟⲩⲧⲉ ⲁⲩⲱ

Qq ϩⲙ

cit omnibus. Et corruptionem omnem, & plagam omnem, & iram omnem, quae super nos modo est, a nobis repelle, ut nec iniquitates nostrae benignitati tuae opponantur.

Memento, Domine, monasterii huius & omnium monasteriorum orthodoxorum, & domorum omnium fidelium, & conserva nos ipsos in fide catholica ad extremum usque vitae spiritum. Haec est enim spes nostra.

Memento, Domine, Patrum, & Fratrum nostrorum adstantium, & nobiscum orantium, & ceterorum etiam absentium. Custodi nos ipsos praesidio divinarum tuarum virtutum, & libera nos etiam a telis succensis diaboli, ab omni diabolico laqueo, & a muscipula falsarum iustificationum.

Memento, Domine, omnium, qui nobis hanc curam commiserunt, ut eorum memoriam ageremus in orationibus, & supplicationibus nostris apud te, Deus noster, & in tempore huius sanctae oblationis,

ϩⲙ ⲡⲕⲁⲓⲣⲟⲥ ⲛ̄ⲧⲉⲓ ⲁⲛⲁⲫⲟⲣⲁ ⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ ⲁⲩⲱ
ⲡⲉⲓ ⲣ̄ⲡⲙⲉⲉⲩⲉ ⲧⲉⲛⲟⲩ ⲉⲧⲛⲉⲓⲣⲉ ⲙ̄ⲙⲟϥ ⲉⲧⲃⲏⲏⲧⲟⲩ
ⲙⲁⲣⲉϥϣⲱⲡⲉ ⲛⲁⲩ ⲛ̄ⲟⲩⲥⲟⲃⲧ̄ ⲉϥⲧⲁϫⲣⲏⲩ (15)
ⲉϥⲛⲟⲩϣⲡ ⲛ̄ⲥⲁⲃⲟⲗ ⲙ̄ⲙⲟⲟⲩ ⲛ̄ⲉⲃⲗⲁⲃⲏ ⲛⲓⲙ
ⲛ̄ⲧⲉⲛ ⲇⲁⲓⲙⲱⲛⲓⲟⲛ ⲙⲛ̄ ⲉⲡⲉⲓⲃⲟⲩⲗⲏ ⲛⲓⲙ ⲛ̄ⲣⲱ̀ⲙⲉ
ⲙ̄ⲡⲟⲛⲏⲣⲟⲥ ÷ ⲛ̀ⲉⲧⲥⲁⲁⲛϣ ⲛ̄ⲛ̄ϩⲏⲕⲉ ⲏ́ ⲛⲉⲧϣⲱⲡ
ⲉⲣⲟⲟⲩ ⲛ̄ⲛ̄ϣⲙ̄ⲙⲟ ⲏ́ ⲛⲉⲧⲇⲓⲁⲕⲟⲛⲉⲓ ⲉⲛⲉⲭⲣⲓⲁ ⲛ̄ⲛⲉ//
ⲧⲟⲩⲁⲁⲃ ⲏ́ ⲛⲉⲧϯⲕⲁⲣⲡⲟⲥ ϩⲛ̄ ⲕⲁⲣⲡⲟⲫⲟⲣⲓⲁ ⲛⲓⲙ
ⲉⲛⲁⲛⲟⲩⲟⲩ ⲛ̄ⲧⲟⲟⲩ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲧⲟⲩⲉⲓⲟⲟⲩ (16) ⲛⲁⲩ
ⲙ̄ⲡⲉϩⲟⲟⲩ ⲙ̄ⲡϩⲁⲡ ⲙ̀ⲙⲉ̀ (17) ⲙ̀ⲛ̄ ⲧⲣⲉⲩⲥⲱⲧⲙ
ⲛ̄ⲙⲙⲁⲩ ⲉⲧⲉⲥⲙⲏ ⲙ̄ⲙⲁⲕⲁⲣⲓⲁ ⲉⲧⲙ̄ⲙⲁⲩ ϫⲉ ⲁⲙ//
ⲏⲓⲧⲛ̄ ⲛⲉⲧⲥⲙⲁⲙⲁⲁⲧ ⲛ̄ⲧⲉⲡⲁⲉⲓⲱⲧ ⲛ̄ⲧⲉⲧⲛ̄ ⲕⲗⲏ//
ⲣⲟⲛⲟⲙⲉⲓ ⲛ̀ⲧⲙⲛ̄ⲧⲉⲣⲟ ⲛ̄ⲧⲁⲩⲥⲃ̄ⲧⲱⲧⲥ ⲛⲏⲧⲛ̄ ϫⲓ//
ⲛ̄ⲧⲕⲁⲧⲁⲃⲟⲗⲏ ⲙ̄ⲡⲕⲟⲥⲙⲟⲥ ⲁⲓϩⲕⲟ ⲅⲁⲣ ⲁⲧⲉⲧⲛ̄
ⲧⲙ̄ⲙⲟⲓ ⲁⲓⲉⲓⲃⲉ ⲁⲧⲉⲧⲛ̄ ⲧⲥⲟⲓ ⲛⲉⲓⲟ ⲛ̄ϣⲙ̄ⲙⲟ
ⲁⲧⲉⲧⲛ̄ ϣⲟⲡⲧ̄ ⲉⲣⲱⲧⲛ̄ ⲉⲓⲕⲏⲕⲁϩⲏⲩ ⲁⲧⲉⲧⲛ̄ ϯ//
ϩⲓⲱⲱⲧ ⲉⲓϣⲱⲛⲉ ⲁⲩⲱ ⲉⲓ ϩⲙ̄ ⲡⲉϣⲧⲉⲕⲟ ⲁⲧⲉⲧⲛ̄
ϭⲙ̄ⲡⲁϣⲓⲛⲉ ⳿

Ⲁⲣⲓ ⲡⲙⲉⲉⲩⲉ ⲡϫⲟ̀ⲉⲓⲥ (18) ⲛ̄ⲛ̄ⲕⲁⲑⲏⲅⲟⲩⲙⲉ//
ⲛⲟⲥ ⲙ̄ⲡⲉⲕⲗⲁⲟⲥ ⲛⲁⲓ ⲛ̄ⲧⲁⲩⲕⲁⲑⲏⲅⲉⲓ ⲙ̄ⲙⲟⲟⲩ ϩⲛ̄
ⲑⲉⲗⲡⲓⲥ ⲙ̄ⲡⲟⲩϫⲁⲓ ⲛⲁϩⲙⲟⲩ ϩⲛ̄ ⲟⲩϫⲱⲕ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲛ̄
ⲧⲙ//

tionis, & in hac commemoratione, quam de illis nunc facimus. Esto eis murus firmus, & protegens eos ab omnibus aggressionibus daemonum, & a cunctis hominis mali insidiis.

Eis, qui pauperes alunt, qui peregrinos hospitio recipiunt, qui administrant indigentiis sanctorum, & fructum ferunt in omni abundantia bonorum omnium retribue in die iusti iudicii: & ii, fac, audiant tuam illam beatam vocem: *Venite benedicti Patris mei, possidete regnum, quod vobis paratum est a constitutione mundi. Esurivi enim, vos me cibastis: sitivi, vos me potastis: hospes eram, vos me collegistis: nudus eram, vos me induistis: infirmus eram, & in carcere, vos me visitastis.*

Memento, Domine, catechumenorum huius populi tui, ut eos instruas in spem salutis. Libera eos perfecte a servitute dia-

ⲧⲙⲛⲧϩⲙϩⲁⲗ ⲙⲡⲇⲓⲁⲃⲟⲗⲟⲥ ⲱⲡⲟⲩ ⲉϩⲟⲩⲛ ⲉⲡⲉ//
ⲕⲟϩⲉ ⲟⲣⲃ̅ ⲟⲩ (19) ⲉϩⲟⲩⲛ ⲉⲧⲉⲕ ϣⲁⲓⲣⲉ ⲟⲩⲉⲛϩ//
ⲡⲟⲩⲟⲉⲓⲛ ⲙⲡⲉⲕϩⲟ ⲉⲃⲟⲗ ⲉϫⲱⲟⲩ ϫⲓⲧⲟⲩ ⲉϩⲟⲩⲛ
ⲉⲡⲉⲕⲙⲁⲛϣⲱⲡⲉ ⲉⲧⲥⲃⲧⲱⲧ ⲉⲧⲉⲡⲉⲕⲙⲁ ⲉⲧⲟⲩⲁ//
ⲁⲃ ⲡⲉ ⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲡⲁⲓ ⲛⲧⲁⲛⲉⲕϭⲓϫ ⲥⲃⲧⲱⲧϥ ⁘

Ⲁⲣⲓ ⲡⲙⲉⲉⲩⲉ ⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲛⲛⲉⲛⲧⲁⲩⲉⲓⲛⲉ (20) ⲛⲁⲕ
ⲉϩⲟⲩⲛ ⲛⲉⲓⲇⲱⲣⲟⲛ ⲙⲡⲟⲟⲩ ⲛϩⲟⲟⲩ ⲙⲛ ⲛⲉⲧⲉⲣⲉ
ⲡⲟⲩⲁ ⲡⲟⲩⲁ ⲟⲩⲱϣ ϩⲙ ⲡⲉϥϩⲏⲧ ⲉⲛⲧⲟⲩ ⲙⲛ
ⲟⲩⲟⲛ ⲛⲓⲙ ⲛⲧⲁϥⲉⲓⲛⲉ ⲛⲁⲕ ⲉϩⲟⲩⲛ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲛ ⲛⲉ//
ⲩⲉⲟⲩ ⲛⲧⲁⲩ ⲙⲛ ⲛⲉⲧⲟⲩⲱϣ ⲉⲉⲓⲛⲉ ⲛⲁⲕ ⲉϩⲟⲩⲛ
ⲉⲙⲛϭⲟⲙ ⲙⲙⲟⲟⲩ ⲛⲧⲟⲕ ⲅⲁⲣ ⲕⲥⲟⲟⲩⲛ ⲙⲡⲥⲟⲃ//
ⲧⲉ ⲙⲡϩⲏⲧ ⲙⲡⲟⲩⲁ ⲡⲟⲩⲁ ⲉⲕⲉⲧⲟⲩⲉⲓⲟ ⲛⲁⲩ ⲛⲛⲉⲕ//
ⲇⲱⲣⲉⲁ ⲛⲁⲧⲱϫⲛ ⲁⲩⲱ ⲛⲣⲙⲙⲁⲟ ÷ ⲉⲡⲓⲇⲏ ⲡϫⲟ//
ⲉⲓⲥ ⲟⲩⲡⲣⲟⲥⲧⲁⲅⲙⲁ ⲡⲉ ⲛⲧⲉⲡⲉⲕⲙⲟⲛⲟⲅⲉⲛⲏⲥ ⲛ//
ϣⲏⲣⲉ (21) ⲉⲓⲧⲣⲉ ⲛⲕⲟⲓⲛⲱⲛⲉⲓ ⲉⲡⲣⲡⲙⲉⲉⲩⲉ ⲛⲛⲉⲕ//
ⲡⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ ÷ ⲕⲁⲧⲁⲝⲓⲟⲩ ⲛⲅ ⲣⲡⲙⲉⲉⲩⲉ ⲛⲛⲉⲛ//
ⲧⲁⲩⲣⲁⲛⲁⲕ ϫⲓⲛ ⲡϣⲁⲉⲛⲉϩ ⲛⲉⲛⲉⲓⲟⲧⲉ ⲙⲡⲁⲧⲣⲓ//
ⲁⲣⲭⲏⲥ ⲙⲡⲣⲟⲫⲏⲧⲏⲥ ⲛⲁⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲟⲥ ⲙⲙⲁⲣⲧⲩ//
ⲣⲟⲥ ⲛϩⲟⲙⲟⲗⲟⲅⲓⲧⲏⲥ ⲛⲕⲩⲣⲝ ⲛⲉⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲓⲥⲧⲏⲥ
ⲡⲛ̅ⲁ̅ ⲛⲓⲙ ⲉⲁⲩϫⲱⲕ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲛ ⲧⲉⲕⲡⲓⲥⲧⲓⲥ ⲡⲛⲟⲩ//

 ⲧⲉ

diaboli. Adnumera eos gregi tuo pacifico intus in gaudium tuum, in lumen, quod a facie tua oritur super eos, qui excepti sunt intra tabernacula tua a te praeparata. Hic est locus tuus sanctus, Domine, quem manus tuae praeparaverunt.

Memento, Domine, eorum, qui tibi haec dona hodierno die offerunt, & uniuscuiusque eorum, qui in corde suo offerre statuerunt, & omnium, qui tibi offerunt ex his quae habent, & qui offerre tibi volunt, sed non possunt. Tu enim scis praeparationem cordis singulorum; & tu illis dona tua indefectibilia, & opulenta retribue.

Quoniam, Domine, ordinatio est unigeniti Filii tui, ut communicantes, memoriam faciamus sanctorum tuorum, fac nos etiam dignos memoriam agere eorum, qui tibi a saeculo placuerunt, Patrum nostrorum Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Praeconum, Evan-

ⲧⲉ ⲛϩⲟⲩⲟ ⲇⲉ ⲛϩⲟⲩⲟ (22) ⲧⲉ ⲑⲉⲟⲇⲱⲕⲟⲥ ⲉⲧ//
ⲟⲩⲁⲁⲃ ⲁⲩⲱ ⲧⲉⲧⲟⲙⲡⲁⲣⲑⲉⲛⲟⲥ ⲛⲟⲩⲟⲉⲓϣ ⲛⲓⲙ
ⲑⲁⲅⲓⲁ ⲙⲁⲣⲓⲁ ⲙⲛ ⲡⲥⲉⲉⲡⲉ ⲛⲛⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ ⲧⲏⲣⲟⲩ
ⲕⲁⲓⲅⲁⲣ ⲛⲧⲟⲟⲩ ϩⲱⲟⲩ ⲟⲩⲉⲩⲫⲣⲟⲥⲩⲛⲏ ⲛⲁⲩ ⲧⲉ//
ⲧϭⲓⲛ ⲁϩⲉⲣⲁⲧⲛ ⲛⲙⲙⲁⲩ ⲁⲩⲱ ⲉⲧⲁⲗⲟ ⲛⲁⲕ ⲉϩ//
ⲣⲁⲓ ⲛⲧⲉⲓ ⲑⲩⲥⲓⲁ ⲛⲗⲟⲅⲓⲕⲏ (23) ⲁⲩⲱ ⲛⲁⲧⲡⲉϩ//
ⲧⲥⲛⲟϥ ⲉⲃⲟⲗ ⲕⲁⲛ ⲉϣϫⲉ ⲁⲩⲙⲁⲧⲉ ⲛⲙⲙⲁⲛϣⲱ//
ⲡⲉ ⲉⲧϩⲛ ⲙⲡⲏⲩⲉ ⲁⲩⲱ ⲥⲉⲛⲁⲙⲡϣⲁ ⲛϩⲉⲛⲧⲁⲉⲓⲟ
ⲉⲩϫⲟⲥⲉ ⲙⲡⲛⲁⲩ ⲉⲧⲟⲩⲛ ⲁⲥⲉⲣ ⲡⲉⲕⲗⲟⲙⲕ ⲧⲁⲡϣⲓ
ⲛⲛⲉⲡⲣⲁⲝⲓⲥ ⲙⲡⲟⲩⲁ ⲡⲟⲩⲁ ϩⲙ ⲡⲟⲩⲟⲉⲓⲛ ⲛⲛⲉⲧⲟⲩ//
ⲁⲁⲃ ⲉⲩⲣⲭⲣⲓⲁ ⲁⲛ ⲛⲛⲉⲡⲣⲟⲥⲫⲟⲣⲁ ϩⲁⲣⲟⲟⲩ (24)
ⲕⲱ ⲇⲉ ⲉⲃⲟⲗ ⲛⲛⲉⲛⲁⲛⲟⲙⲓⲁ ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲉⲩⲥⲟⲡⲥ ⲁⲩⲱ
ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲉⲕⲣⲁⲛ ⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ ⲛⲧⲁⲩⲧⲁⲩⲟϥ ⲉϩⲣⲁⲓ
ⲉϫⲱⲛ.

Ⲁⲣⲓ ⲡⲙⲉⲉⲩⲉ ⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲛⲛⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛⲟⲣⲑⲟ//
ⲇⲟⲝⲟⲥ ⲛⲧⲁⲩ ϣⲣⲡ ⲛⲕⲟⲧⲕ ϫⲓⲛⲓⲁⲕⲱⲃⲟⲥ ⲡⲁⲣ//
ⲭⲏⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲏⲥ (25) ⲁⲩⲱ ⲡⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲥ ϣⲁ ϩⲣⲁⲓ
ⲉⲧⲉⲛⲟⲩ ⲛⲉⲧⲥⲟⲡⲥ ϩⲙ ⲡϣⲁϫⲉ ϩⲁ ⲧⲡⲓⲥⲧⲓⲥ ⲛⲟⲣ//
ⲑⲟⲇⲟⲝⲟⲥ.

Ⲁⲣⲓ

Evangelistarum, omniumque spirituum, qui in fide tua divina sunt consummati. In primis vero Dei Genitricis sanctae, & semper Virginis sanctae Mariae, & ceterorum omnium Sanctorum. Etenim & hi gestiunt nobiscum praesentes esse, & tibi offerre hoc sacrificium rationale, & incruentum; tametsi ii, qui caelestia tabernacula tenent, & digni erunt honoribus sublimari ea resurrectionis hora, qua quisque secundum mensuram operum suorum in lumine sanctorum coronam tuam ferent; non indigeant oblatione pro se, at remissionem tamen iniquitatum nostrarum praestant per preces, & per nomen sanctum tuum, quod invocatum est super nos.

Memento, Domine, Episcoporum orthodoxorum, qui obdormierunt iam inde a Iacobo Archiepiscopo & Martyre ad id usque temporis; quique validi suasores fuere verbo ad fidem orthodoxam.

Me-

Ⲁⲣⲓ ⲡⲙⲉⲉⲩⲉ ⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲛⲛⲉⲛⲉⲓⲟⲧⲉ ⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ ⲃⲁⲥⲓⲗⲓⲟⲥ ⲙⲛ ⲅⲣⲏⲅⲟⲣⲓⲟⲥ (26) ⲛⲁⲓ ⲛⲧⲁⲩⲁⲅⲱⲛⲓⲍⲉ ϩⲁ ⲡⲉⲕⲣⲁⲛ ⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ ϥⲁⲩⲣⲟⲩⲟⲉⲓⲛⲉ ⲛⲉⲕⲉⲕⲕⲗⲏⲥⲓⲁ ⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ ϩⲛ ⲟⲩⲟⲉⲓⲛ ⲛⲅⲛⲱⲥⲓⲥ ⲛⲁⲓ ϩⲓⲧⲛ ⲛⲉⲩⲥⲟⲡⲥ ⲉⲕⲉⲭⲁⲣⲓⲍⲉ ⲛⲁⲛ ⲛⲟⲩⲃⲓⲟⲥ ⲛⲁⲧⲁⲣⲓⲕⲉ ⲁⲩⲱ ϯⲡⲓⲥⲧⲓⲥ ⲛⲁⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲓⲕⲟⲛ ⲉϫⲛϣⲃϯⲥ ϯⲉⲛϭⲓⲛⲉⲓ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲙ ⲡⲉⲓⲙⲁⲛϣⲱⲡⲉ ⲉⲥⲥⲃⲧⲱϯ ⲁⲩⲱ ⲉⲥⲟⲛⲁⲧϫⲣⲟ ⲉⲣⲟⲥ ϩⲓⲧⲛ ⲛⲇⲩⲛⲁⲙⲓⲥ ⲙⲡⲕⲁⲕⲉ ⲧⲉⲛϭⲓⲛ ⲁϩⲉⲣⲁϯⲛ ⲉⲡⲉⲕⲃⲏⲙⲁ ⲉϯϩⲁϩⲟϯⲉ ⲉⲥⲙⲉϩ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲛ ⲟⲩⲡⲁⲣⲣⲏⲥⲓⲁ ÷

Ⲁⲣⲓ ⲡⲙⲉⲉⲩⲉ ⲡϫⲟⲉⲓⲥ (27) ⲛⲛⲉⲡⲣⲉⲥⲃⲩⲧⲉⲣⲟⲥ ⲛⲧⲁⲩϣⲣⲡ ⲙϯⲟⲛ ⲙⲙⲟⲟⲩ ⲙⲛ ⲛⲇⲓⲁⲕⲟⲛⲟⲥ ⲙⲛ ⲛϩⲩⲡⲟⲇⲓⲁⲕⲟⲛⲟⲥ ⲙⲛ ⲛⲁⲛⲁⲅⲛⲱⲥⲧⲏⲥ ⲙⲛ ⲙⲙⲟⲛⲁⲭⲟⲥ ⲙⲛ ⲙⲡⲁⲣⲑⲉⲛⲟⲥ ⲙⲛ ⲛⲗⲁⲓⲕⲟⲥ ⲙⲛ ⲛⲉⲣⲱⲟⲩ ⲙⲛ ⲟⲩⲟⲛ ⲛⲓⲙ ⲛⲧⲁⲩϣⲣⲡ ⲙϯⲟⲛ ⲙⲙⲟⲟⲩ ϩⲛ ϯⲡⲓⲥⲧⲓⲥ ⲙⲡⲉⲭ̄ⲥ̄ ⲙⲛ ⲛⲉⲛⲧⲁ ⲛϯⲁⲗⲟ ⲛⲁⲕ ⲉϩⲣⲁⲓ ϩⲁⲣⲟⲟⲩ ⲙⲛ ⲛⲁⲓ ⲟⲛ ⲧⲉⲛⲟⲩ ⲉⲧⲟⲩⲛⲁⲧⲁⲩⲉⲛⲉⲩⲣⲁⲛ ⲛⲁⲕ ϩⲣⲁⲓ ϩⲙ ⲡⲉⲓⲙⲁ ⲙⲡⲟⲟⲩ ⲛϩⲟⲟⲩ

ⲞⲚⲞⲘⲀⲦⲀ (28)

Pag. ⲣⲕ.

Memento, Domine, Patrum nostrorum sanctorum Basilii, & Gregorii, qui decertarunt pro nomine tuo sancto, ut tuam sanctam ecclesiam illustrarent lumine cognitionis. Horum intercessionibus gratiam nobis dona vitae irreprehensibilis, & fidei apostolicae immutabilis, ut perveniamus ad stationem a te praeparatam, & prorsus securam a potestate tenebrarum, & assistamus altari tuo timore pleno cum fiducia.

Memento, Domine, Presbyterorum, qui iam ante requieverunt, & Diaconorum, & Subdiaconorum, & Lectorum, & Monachorum, & Virginum, & Laicorum, & eorum, & omnium qui ante requieverunt in fide Christi, itemque illorum, qui obtulerunt tibi pro se, & eorum etiam, quorum nomina hoc in loco tibi hodierno die commendamus:

NOMINA

Desiderantur ex scisso cod. folia duo a pag. 109. ad pag. usque 112.

Pag. 113.

Pag. ⲣⲕ.

ϩⲙ ⲙⲛⲧⲥⲁⲓⲉ ⲛⲓⲙ ⲁⲕⲛⲓϥⲉ (29) ⲉϩⲟⲩⲛ ⲉϩⲣⲁϥ
ⲛⲟⲩⲡⲛⲟⲏ ⲛⲱⲛϩ ⲁⲕⲕⲁⲁϥ ϩⲙ ⲡⲡⲁⲣⲁⲇⲓⲥⲟⲥ (30)
ⲛⲧⲉⲧⲣⲩⲫⲏ ⲁⲕϯ ⲛⲁϥ ⲛⲧⲁⲡⲟⲗⲁⲩⲥⲓⲥ ⲉⲧⲛϩⲏⲧϥ
ⲁⲩⲱ ⲛⲛⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ ⲉⲩϩⲩⲡⲟⲩⲣⲅⲉⲓ ⲛⲁϥ ⲕⲁⲧⲁ
ⲡⲉⲕⲟⲩⲉϩⲥⲁϩⲛⲉ ⲉⲓⲧⲁ ⲟⲛ (31) ⲡⲉϫⲁϥ ⲛϭⲓⲡⲛⲟⲩ-
ⲧⲉ ϫⲉ ⲛⲁⲛ ⲟⲩⲡⲣⲱⲙⲉ ⲁⲛ ⲉⲧⲣⲉϥϭⲱ ⲙⲁⲩⲁⲁϥ
ⲁⲗⲗⲁ ⲙⲁⲣⲛⲧⲁⲙⲓⲟ ⲛⲁϥ ⲛⲟⲩⲃⲟⲏⲑⲟⲥ ⲕⲁⲧⲁ-
ⲣⲟϥ (32) ⲁⲕⲉⲓⲛⲉ ⲉϩⲣⲁⲓ ⲉϫⲱϥ ⲛⲟⲩϩⲓⲛⲏⲃ ⲁϥ-
ⲱⲃϣ ⲕⲁⲧⲁ ⲧⲉⲕⲥⲟⲫⲓⲁ ⲛⲁⲧϭⲛⲣⲁⲧⲥ ⲁⲕϫⲓ ⲛⲟⲩⲉⲓ
ⲛⲛⲉϥⲃⲏⲧ ⲥⲡⲓⲣ ⲁⲕⲙⲁϩⲥ ⲛⲥⲁⲣⲝ ⲉⲡⲉⲥⲙⲁ ÷
ⲁⲇⲁⲙ ⲇⲉ ⲛⲉ ⲟⲩⲡⲗⲁⲥⲙⲁ ⲡⲉϩⲛ ⲛϭⲓϫ ⲙⲡⲛⲟⲩ-
ⲧⲉ (33) ⲉⲩϩⲁ ⲇⲉ ⲡⲉⲩⲕⲱⲧ ⲧⲉ ⲁϥⲉⲓⲛⲉ ⲙⲙⲟⲥ
ⲉⲣⲁⲧϥ ⲛⲁⲇⲁⲙ ⲡⲉϫⲁϥ ϫⲉ ⲧⲁⲓ ⲟⲩⲕⲉⲉⲥ ⲧⲉ ⲉⲃⲟⲗ
ϩⲛ ⲛⲁⲕⲉⲉⲥ ⲁⲩⲱ ⲟⲩⲥⲁⲣⲝ ⲧⲉ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲛ ⲛⲁⲥⲁⲣⲝ
ⲧⲁⲓ ⲉⲩⲉⲙⲟⲩⲧⲉⲣⲟⲥ ϫⲉ ⲧⲉⲥϩⲓⲙⲉ ϫⲉⲛⲧⲁⲩϫⲓⲧⲥ
ⲉⲃⲟⲗ ϩⲙ ⲡⲣⲱⲙⲉ ⲁϥⲕⲁⲁⲩ ⲙⲡⲉⲥⲛⲁⲩ ϩⲙ ⲡⲡⲁ-
ⲣⲁⲇⲓⲥⲟⲥ ⲁϥϯ ⲛⲁⲩ ⲛϣⲏⲛ ⲛⲓⲙ ⲉⲧⲛϩⲏⲧϥ ⲁϥϯ
ⲛⲁⲩ ⲙⲡⲉϥⲛⲟⲙⲟⲥ ⲁϥⲕⲱ ⲛⲁⲩ ⲙⲡⲟⲩϫⲁⲓ ⲛⲛⲉϥ-
ⲛⲧⲟⲗⲏ ϩⲙ ⲡⲧⲣⲉϥϫⲟⲥ ⲇⲉ ⲛⲁⲩ ϫⲉ ϣⲏⲛ (34)
ⲛⲓⲙ ⲉⲧϩⲙⲡⲡⲁⲣⲁⲇⲓⲥⲟⲥ ϩⲛ ⲟⲩⲱⲙ ⲉⲧⲉⲧⲛⲁⲟⲩ-
ⲱⲙ

Pag. 113. ... In omni pulchritudine, inſpiraſti in eum ſpiraculum vitae : poſuiſti eum in paradiſo deliciarum : tu ei illarum fruitionem in ipſo conceſſiſti, Angeloſque adminiſtros ſecundum imperium tuum ei conſtituiſti . Deinde etiam ei dixit Deus : non eſt bonum ut homo maneat ſolus , faciamus ei adiutorem ſecundum ipſum : immiſit ſuper eum ſomnum : dormivit . Secundum ſapientiam tuam ineffabilem ſumpſiſti unam ex coſtis illius lateris , impleviſti carne locum eius . Adam autem erat opus manus Dei fabricatum , Evha vero aedificata . Ipſam adduxit ad Adam , qui dixit ; Haec eſt os ex oſſibus meis , & caro de carne mea . Haec vocabitur mulier , quia deſumpta eſt ex homine . Poſuit ambos in paradiſo : dedit eis omnem arborem , quae in eo erat : dedit ipſis legem ſuam , reliquitque vim ſalutarem praecepti ſui , dum eis dixit : ut

ⲱⲙ ⲉⲃⲟⲗ ⲛϩⲏⲧⲟⲩ ÷ ϣⲁⲧⲛⲟⲩⲁ ⲛⲟⲩⲱⲧ ⲡⲉ//
ⲓⲟⲩⲁ ⲙⲁⲩⲁⲁϥ ⲡⲉⲛⲧⲁϥϫⲟⲟⲥ ⲛⲁⲩ ϫⲉ ⲙⲡⲣⲟⲩ//
ⲱⲙ ⲉⲃⲟⲗ ⲛϩⲏⲧϥ ϫⲉ ⲉⲧⲉⲧⲛ ϣⲁⲛ ⲟⲩⲱⲙ ⲉⲃⲟⲗ
ⲛϩⲏⲧϥ ϩⲛ ⲟⲩⲙⲟⲩ ⲧⲉⲧⲛⲁⲙⲟⲩ ⲉⲧⲃⲉ ϫⲉ ⲉⲛⲉ//
ⲥⲱϥ ⲁⲛ ⲛϭⲓⲡϣⲏⲛ ⲉⲧⲙⲙⲁⲩ ⲛϩⲟⲩⲟ ⲉⲛϣⲏ (35)
ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲙⲡⲡⲁⲣⲁⲇⲓⲥⲟⲥ ⲁⲗⲗⲁ ⲉⲧⲃⲉ ⲧⲉⲛⲧⲟⲗⲏ
ⲛⲧⲁϥϩⲱⲛ ⲙⲙⲟⲥ ⲉⲧⲟⲟⲧⲟⲩ ϫⲉ ⲙⲡⲣⲟⲩⲱⲙ
ⲉⲃⲟⲗ ⲛϩⲏⲧϥ ⲛⲧⲉⲣⲉϥⲛⲁⲩ ⲇⲉ ⲉⲡⲉⲛⲉⲟⲟⲩ ⲛϭⲓ
ⲡⲉⲛⲧⲁϥⲫⲑⲟⲛⲉⲓ ⲉⲡⲉⲛⲅⲉⲛⲟⲥ ϫⲓⲛⲛϣⲟⲣⲡ ⲙⲡⲉϥ//
ⲉϣϥⲓ ⲉⲣⲟ́ϥ ⲉ́ϥⲛⲁⲩ ⲉⲡⲉⲟⲟⲩ ⲉⲧⲛϣⲟⲟⲡ ⲛϩⲏⲧϥ
ⲁⲗⲗⲁ ⲉϥⲟⲩⲱϣ ⲉⲥⲱⲕ ⲛⲛⲁϥ ⲉⲩⲑⲃⲃⲓⲟ ⲁϥⲟⲩⲱϣ
ⲉϥⲓ ⲛⲧⲟⲟⲧⲛ ⲛⲧⲁⲡⲟⲗⲁⲩⲥⲓⲥ ⲛⲧⲉⲛϣⲏⲛ ⲙⲡⲡⲁ//
ⲣⲁⲇⲓⲥⲟⲥ ⲙⲡϥⲉϣⲃⲱⲕ (36) ⲇⲉ ⲉϩⲟⲩⲛ ⲉⲧⲃⲉⲛ//
ⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ ⲉⲧⲕⲱⲧⲉ ⲉⲡⲡⲁⲣⲁⲇⲓⲥⲟⲥ ⲁϥϭⲓⲛⲉ ⲛⲟ//
ⲩⲉⲩⲕⲩⲣⲓⲁ ⲧⲁⲓ ⲉⲙⲛⲗⲁⲁⲩ ⲛⲁϣϩⲉⲧϩⲱⲧϥ ⲟⲩⲇⲉ
ⲙⲛⲗⲁⲁⲩ ⲛⲁϣⲉⲓⲙⲉ ⲉⲣⲟϥ ⲛⲧⲟϥ ⲙⲉⲛ ⲛⲉϥⲙⲡⲃⲟⲗ
ⲙⲡⲡⲁⲣⲁⲇⲓⲥⲟⲥ ⲉⲩϩⲁ ⲇⲉ ϩⲱⲱⲥ ⲉⲥ ⲛϩⲟⲩⲛ ⲙⲡ//
ϫⲟⲗϫⲗ ⲙⲡⲡⲁⲣⲁⲇⲓⲥⲟⲥ ⲉⲥⲕⲱⲧⲉ ⲛⲛϣⲏⲛ ⲁϥϫⲓ
ⲇⲉ ⲛⲁϥ ⲛⲟⲩⲙⲟⲣⲫⲏ ⲧⲁⲓ ⲉⲛⲥⲧⲁϩⲏⲩ ⲁⲛ ⲉⲣⲁ//
ⲧ́ⲥ (37) ⲁϥⲕⲱ ⲛⲧⲉϥⲧⲁ ⲡⲣⲟ ⲙⲡϩⲟⲩⲛ ⲙⲡϫⲟ//

ⲗϫⲗ

ut ex omnibus esculentis illis arboribus, quae sunt in paradiso, comederent, una tantum excepta, una illa sola, de qua dictum eis fuerat: Quandocumque comederitis ex ea, morte moriemini; non quod contaminatio esset arbor illa prae reliquis omnibus arboribus paradisi, sed propter praeceptum, quod eis impositum fuit non comedendi de ea. Quum autem vidisset gloriam nostram ille, qui generi nostro ab initio invidit, nec ferre vellet aspectum gloriae, quae ei inerat, sed ipsum in abiectionem traiicere vellet, velletque nobis fruitionem arborum paradisi surripere, non est ingressus propter Angelos, qui custodiebant paradisum: occasionem cepit opportunam, quam nemo explorare, nemove scire posset. Et ille quidem extra paradisum erat, *Evba* vero intus in deliciis paradisi circum ambulans arbores. Suscepit autem formam *reptilis stantis* contra eam.

Os

ⲗϫⲗ ⲙ̄ⲡⲡⲁⲣⲁⲇⲓⲥⲟⲥ ⲉⲩϩⲁ ⲇⲉ ϩⲱⲱⲥ ⲁⲥⲕⲱ
ⲛ̄ⲛⲉⲥⲙⲁⲁϫⲉ ϩⲁϩⲟⲩⲛ ⲧⲉϥⲧⲁⲡⲣⲟ ϩⲙ̄ ⲡⲧⲣⲉϥ-
ⲕⲁⲥⲕⲥ ⲉⲣⲟⲥ ⲁϥϩⲟⲩⲇⲁⲛ ⲉⲙ̄ⲡⲉⲥϩⲏⲧ ⲁϥⲡⲱⲱϣⲥ
ⲙ̄ⲡⲉⲥⲗⲟⲅⲓⲥⲙⲟⲥ ⲁϥⲡⲱⲱⲛⲉ ⲙ̄ⲡⲉⲥⲛⲟⲩⲥ ⲉⲡⲧⲁ-
ⲕⲟ ⲁⲥϭⲉⲡⲏ ⲉⲟⲩⲱⲛϩ ⲉⲃⲟⲗ ⲙ̄ⲡⲙⲩⲥⲧⲏⲣⲓⲟⲛ ⲉⲧ-
ⲟⲩⲱⲱⲥ ⲙ̄ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ϩⲙ̄ ⲡⲧⲣⲉϥϫⲟⲟⲥ ⲛⲁⲥ ϫⲉ
ⲉⲧⲃⲉⲟⲩ (38) ⲛ̄ⲧⲉⲧⲛ̄ ⲟⲩⲱⲙ ⲁⲛ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲛ̄ ⲛ̄ϣⲏⲛ
ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲙ̄ⲡⲡⲁⲣⲁⲇⲓⲥⲟⲥ ⲁⲥϭⲉⲡⲏ ⲁⲥϫⲟⲟⲥ ⲛⲁϥ ϫⲉ
ϣⲏⲛ ⲛⲓⲙ ⲉⲧϩⲙ̄ ⲡⲡⲁⲣⲁⲇⲓⲥⲟⲥ ⲁϥϯ ⲉⲝⲟⲩⲥⲓⲁ
ⲛⲁⲛ ⲛ̄ϭⲓⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲉⲟⲩⲱⲙ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̄ϩⲏⲧⲟⲩ ⲟⲩⲁ
ⲙ̄ⲙⲁⲩⲁⲁϥ (39) ⲡⲉⲛⲧⲁϥϫⲟⲟⲥ ⲛⲁⲛ ϫⲉ ⲙ̄ⲡⲣ
ⲟⲩⲱⲙ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̄ϩⲏⲧϥ ⲁⲩⲱ ϫⲉ ⲉⲧⲉⲧⲛ̄ ϣⲁⲛ ⲟⲩ-
ⲱⲙ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̄ϩⲏⲧϥ ϩⲛ̄ ⲟⲩⲙⲟⲩ ⲧⲉⲧⲛⲁⲙⲟⲩ ⲁⲩⲱ
ϩⲙ̄ ⲡⲧⲣⲉϥⲡⲁⲣⲁⲃⲁ ⲙ̄ⲙⲟⲥ ⲁⲧϯⲡⲉ ⲙ̄ⲡϣⲏⲛ
ⲣⲁⲛⲁⲩ ⲛ̄ⲛⲉⲥⲃⲁⲗ ⲁⲥⲥⲟⲟⲩⲧⲛ̄ ⲛ̄ⲧⲉⲕϭⲓϫ ⲉⲃⲟⲗ ⲁⲥ-
ϫⲓ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲙ̄ⲡϣⲏⲛ ⲁⲥⲟⲩⲱⲙ ⲁⲥⲡⲁⲣⲁⲃⲁ ⲙ̄ⲡⲕⲉ
ⲁⲇⲁⲙ ⲛⲙ̄ⲙⲁⲥ ⲁⲩⲱ ϩⲙ̄ⲡⲧⲣⲉⲩⲡⲁⲣⲁⲃⲁ ⲛ̄ⲧⲉⲛ-
ⲧⲟⲗⲏ ⲛ̄ⲧⲁⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ϩⲱⲛⲙ̄ⲙⲟⲥ ⲉⲧⲟⲟⲧⲟⲩ ⲁⲩ-
ⲕⲱ (40) ⲕⲉϩⲏⲩ ⲛ̄ⲑⲃⲥ ⲱⲛ ⲉⲛⲟⲩⲣⲁⲛⲓⲟⲛ ⲁⲩϫⲓ ⲛ̄-
ϩⲉⲛϭⲱⲃⲉ ⲛ̄ⲕⲛ̄ⲧⲉ ⲁⲩϩⲱⲃⲥ ⲛ̄ⲧⲉⲩⲁⲥⲭⲩⲙⲟⲥⲩⲛⲏ·
ⲙⲏⲛⲥ-

Os immisit intus paradisi delicias : Evha & ipsa quoque aures admodum attentas praebuit illius ori . Dumque ei immurmuraret, suum fecit cor eius ; ratiociniis eam implicavit, transtulit mentem eius in corruptionem . Festinavit illa aperire mysterium a Deo dispositum , ut dum ei diceret : cur vos non comeditis de omnibus arboribus paradisi ? illa festinans statim responderit : de omnibus arboribus paradisi fecit nobis potestatem Deus , ut de iis comederemus : una tanrum est , de qua nobis dixit , ne de ea comederemus : & si de ea comederitis morte moriemini : & interea praevaricans , gustavit arborem gratam visui oculorum , extendit manum suam , carpsit de arbore , comedit , & secum ipsa praevaricari etiam fecit Adamum . Quumque simul transgressi essent mandatum Dei ipsis datum , manserunt indumentis etiam caelestibus nudati : acceperunt folia ficus , contexeruntque sibi puden-

ⲙⲛⲛⲥⲱⲥ ⲁϥⲉⲓ ⲛϭⲓⲡⲉⲕⲟⲇⲉⲥⲡⲟⲧⲏⲥ ⲉⲙⲟⲩϣⲧ (41)
ⲙⲡⲉⲕⲧⲏⲙⲁ ⲛⲧⲁϥ ⲧⲟϭϥ ⲉⲛⲁⲩ ϫⲉ ⲡⲉⲛⲧⲁ//
ϥⲕⲁⲁϥ ⲛⲟⲓⲕⲟⲛⲟⲙⲟⲥ ϩⲁⲣⲉϩ ⲕⲁⲧⲁ ⲧⲉⲛⲧⲟⲗⲏ
ϩⲙ ⲡⲧⲣⲉⲩⲥⲱⲧⲙ ⲉⲧⲉⲥⲙⲏ ⲙⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲁⲩⲡⲱⲧ
ⲁⲩϩⲟⲡⲟⲩ ϩⲁⲛϣⲏⲛ ⲙⲡⲡⲁⲣⲁⲇⲓⲥⲟⲥ ⲁϥϭⲱⲛⲧ
ⲛϭⲓⲡⲓⲁⲧⲛⲟⲩϭⲥ ⲁϥⲛⲟϫⲟⲩ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲙⲡⲡⲁⲣⲁⲇⲓ//
ⲥⲟⲥ ⲛⲧⲉⲧⲣⲩⲫⲏ ⲁϥⲕⲱ ⲙⲡⲉⲭⲉⲣⲟⲩⲃⲓⲛ ⲙⲛ ⲧⲥ//
ⲏϥⲉ ⲛ̇ⲥⲁⲧⲉ ⲉϥⲕⲱⲧⲉ ⲁⲩⲱ ⲉϥⲣⲟⲉⲓⲥ ⲉⲧⲉϩⲓⲏ
ⲙⲡϣⲏⲛ ⲙⲡⲱⲛϩ ⲁϥⲕⲁⲁⲩ ⲙⲡϩⲱⲧ ⲉⲃⲟⲗ ⲙⲡ//
ⲡⲁⲣⲁⲇⲓⲥⲟⲥ ϫⲉⲕⲁⲥ ϩⲓⲧⲛ ⲧϭⲓⲛⲛⲁⲩ ⲉⲛϣⲏⲛ ⲛⲥⲉ//
ⲧⲙ ⲉϣϭⲙϭⲟⲙ ⲉⲟⲩⲱⲙ ⲉⲃⲟⲗ ⲛϩⲏⲧⲟⲩ ⲧⲁⲓ ⲉⲥ//
ⲉϣⲱⲡⲉ ⲛⲁⲩ ⲉⲩⲙⲉⲧⲁⲛⲟⲓⲁ ⲟⲩⲙⲛⲧⲣⲉϥ ⲣϩⲱⲃ
ⲉⲡⲕⲁϩ ⲉⲩⲙⲉϯⲛⲁⲩ ⲛⲧⲉϥϭⲟⲙ ⲟⲩ ⲙⲛ ⲧⲣⲉϥ
ϫⲡⲉ ϣⲏⲣⲉ ϩⲛ ⲟⲩⲗⲩⲡⲏ ⲙⲛ ⲟⲩϩⲓⲥⲉ ⲙⲛ ⲟⲩⲙⲕⲁϩ
ⲛϩⲏⲧ ⲟⲩⲙⲛⲧⲣⲉϥ ⲛⲕⲟⲧⲕ ⲉⲡⲕⲁϩ ⲉⲥϫⲁϫⲱ ϩⲛ
ϩⲉⲛⲣⲙⲉⲓⲟ ⲟⲩⲉⲉⲩⲟϣ ⲙⲛⲛⲥⲁ ⲛⲁⲓ ⲁⲕϣⲉⲛⲉϩ//
ⲧⲏⲕ (42) ϩⲁⲣⲟⲛ ϩⲱⲥ ⲛⲟⲩⲧⲉ ⲛⲁⲅⲁⲑⲟⲥ ⲁⲩⲱ
ⲙⲙⲁⲓ ⲣⲱⲙⲉ ⲁⲕⲟⲩⲱϣ ⲉⲥⲟⲟⲧⲛ ⲛⲧⲟⲟⲧϥ ⲙ ⲡⲉ//
ⲛⲧⲁϥ ⲁⲓⲭⲙⲁⲗⲱⲧⲓⲍⲉ ⲙⲙⲟⲛ ⲉⲕⲟⲩⲱϣ ⲉⲕⲧ ⲟⲛ
ⲛⲕⲉⲥⲟⲡ ⲉⲡⲡⲁⲣⲁⲇⲓⲥⲟⲥ ⲛⲧⲉⲧⲣⲩⲫⲏ ⲁⲕϫⲟⲟⲩ ⲛⲛⲉ//

pudenda. Postea venit Dominus perambulans possessionem, quam ipse plantaverat, ut videret, an administrator eam custodisset secundum praeceptum: qui quum audissent vocem Dei ausugientes absconderunt se sub arboribus paradisi. Iratus ille qui decipi nescit, eiecit eos e paradiso deliciarum: posuit Cherubim cum gladio igneo versatili, & excubitorem statuit viae ad arborem vitae. Fugavit autem eos e paradiso; ut per conspectum arborum, de quibus comedere non possent, id esset eis in poenitentiam, colendo terram quin daret eis virtutem suam: gignendo filios in tristitia, in doloribus, in cruciatibus, terramque vertendo inimicam in fletibus suis multis. Post haec misertus nostri ut Deus bonus, & amator hominum, voluisti eripere nos e manu illius, qui nos in servitutem redegit: & volens ut nos iterum regrederemur in paradisum deliciarum, misisti ad nos Prophetas tuos in salutem nostram, legemque dedi-

ⲕⲡⲣⲟⲫⲏⲧⲏⲥ ⲙⲡⲟⲩⲉϣⲥⲱⲧⲙ ⲁⲕϯ ⲛⲛⲟⲙⲟⲥ ⲙ//
ⲡⲉⲃⲟⲏⲑⲓⲁ ϣⲱⲡⲉ ⲁⲕⲟⲩⲱϣ ⲉⲧⲁⲁⲕ ⲙⲙⲓⲛ ⲉⲙ//
ⲙⲟⲕ ⲉⲡⲙⲟⲩ ⲉϩⲛⲁⲕ ϩⲁⲣⲟⲛ ⲁⲩⲱ ϩⲁⲡⲱⲛϩ ⲙⲡ//
ⲕⲟⲥⲙⲟⲥ ϩⲛ ⲧⲉⲩϣⲏ ⲅⲁⲣ ⲉⲧⲟⲩⲛⲁⲡⲁⲣⲁⲇⲓⲇⲟⲩ
ⲙⲙⲟⲕ ⲛϩⲏⲧⲥ

ⲉⲩⲗⲟⲅⲓⲥⲁⲧⲉ (43)

ⲁⲕϫⲓ (44) ⲛⲟⲩⲟⲉⲓⲕ ⲉϫⲛ ⲛⲉⲕϭⲓϫ ⲛⲛⲟⲩⲧⲉ ⲉⲧⲟ//
ⲩⲁⲁⲃ ⲁⲕϥⲓ ⲛⲛⲉⲕⲃⲁⲗ ⲉϩⲣⲁⲓ ⲉⲧⲡⲉϣⲁ ⲡⲉⲕⲉⲓ//
ⲱⲧ ⲛⲁⲅⲁⲑⲟⲥ ⲁⲩⲱ ⲉⲧⲥⲙⲁⲙⲁⲁⲧ ⲁⲕϣⲡϩⲙⲟⲧ
ⲉϩⲣⲁⲓ ⲉϫⲱϥ ⲁⲕⲥⲫⲣⲁⲅⲓⲍⲉ ⲙⲙⲟϥ ⲁⲕⲡⲟϣϥ
ⲁⲕⲧⲁⲁϥ ⲛⲛⲉⲕⲙⲁⲑⲏⲧⲏⲥ ⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ ⲁⲩⲱ ⲛⲉⲕⲁ//
ⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲟⲥ ⲉⲧⲧⲁⲉⲓⲏⲩ ⲉⲕϫⲱⲙⲙⲟⲥ ϫⲉ ϫⲓⲧϥ
ⲛⲧⲉⲧⲛ ⲟⲩⲱⲙ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲛϩⲏⲧϥ ⲧⲏⲣⲧⲛ ⲡⲁⲓ (45)
ⲅⲁⲣ ⲡⲉ ⲡⲁⲥⲱⲙⲁ ⲉⲧⲟⲩⲛⲁⲧⲁⲁϥ ϩⲁⲣⲱⲧⲛ
ⲁⲩⲱ ϩⲁϩⲁϩ ⲉⲡⲕⲱ ⲉⲃⲟⲗ ⲛⲛⲉⲧⲛ ⲛⲟⲃⲉ ⲁⲣⲓ ⲡⲁⲓ
ⲉⲡⲁⲣⲡⲙⲉⲉⲩⲉ ⁘ ϩⲟⲙⲟⲓⲟⲥ ⲟⲛ ⲙⲛⲛⲥⲁ ⲧⲣⲉⲩⲟⲩⲱⲙ
ⲁϥϫⲓ ⲛⲟⲩⲡⲟⲧⲏⲣⲓⲟⲛ ⲉϩⲣⲁⲓ ⲉϫⲛ ⲛⲉϥϭⲓϫ ⲛⲛⲟ//
ⲩⲧⲉ ⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ (46) ⲁϥⲕⲉⲣⲁ ⲙⲙⲟϥ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲙ
ⲡⲅⲉⲛⲏⲙⲁ ⲛⲧⲃⲱ ⲛⲉⲗⲟⲟⲗⲉ ⲙⲛ ⲡⲙⲟⲟⲩ ⲁⲕϥⲓ
ⲛⲛⲉⲕⲃⲁⲗ ⲉϩⲣⲁⲓ ⲉⲧⲡⲉϣⲁ ⲡⲉⲕⲉⲓⲱⲧ ⲛⲁⲅⲁⲑⲟⲥ
ⲁⲩⲱ

dedisti ut in adiutorium esset: voluisti tumetipse mortem sponte subire pro nobis, & pro vita mundi. Qua enim nocte teipsum traditurus eras:

EULOGIAM CONFICITE

Accepisti panem super manus tuas divinas sanctas, sustulisti oculos tuos ad Patrem tuum bonum, & benedixisti, gratias super eum egisti, signasti illum, fregisti illum, dedisti illum discipulis tuis sanctis, & apostolis tuis venerandis, dicens: *Accipite, & manducate ex eo omnes*: *HOC ENIM EST CORPUS MEUM, QUOD TRADETUR PRO VOBIS, ET PRO MULTIS IN REMISSIONEM PECCATORUM. FACITE HOC IN MEAM COMMEMORATIONEM*. Similiter etiam post manducationem accepisti calicem in manibus tuis divinis & sanctis, miscuisti ex genimine vitis, & aqua, sustulisti oculos ad Patrem tuum bonum, & benedictum,

ⲁⲩⲱ ⲉⲧⲥⲙⲁⲙⲁⲁⲧ ⲁⲕϣⲡϩⲙⲟⲧ ⲉϩⲣⲁⲓ ⲉϫⲱϥ
ⲁⲕⲥⲙⲟⲩ ⲉⲣⲟϥ ⲁⲕⲧⲃⲃⲟϥ ⲁⲕⲥⲫⲣⲁⲅⲓⲍⲉ ⲙⲙⲟϥ
ⲁⲕⲧⲁⲁϥ ⲛⲛⲉⲕⲙⲁⲑⲏⲧⲏⲥ ⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ ⲁⲩⲱ ⲛⲁ//
ⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲟⲥ ⲉⲧⲧⲁⲉⲓⲏⲩ ⲉⲕϫⲱ ⲙⲙⲟⲥ ϫⲉ ϫⲓⲧϥ
ⲛⲧⲉⲧⲛ ⲥⲱ ⲉⲃⲟⲗ ⲛϩⲏⲧϥ ⲧⲏⲣⲧⲛ ⲡⲁⲓ (47)
ⲅⲁⲣ ⲡⲉ ⲡⲁⲥⲛⲟϥ ⲛⲧⲇⲓⲁⲑⲏⲕⲏ ⲛⲃⲣⲣⲉ ⲡⲁⲓ ⲉⲧⲟⲩ//
ⲛⲁⲡⲁϩⲧϥ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲁⲣⲱⲧⲛ ⲁⲩⲱ ϩⲁ ϩⲁϩ ⲉⲡⲕⲱ
ⲉⲃⲟⲗ ⲛⲛⲉⲧⲛ ⲛⲟⲃⲉ ⲁⲣⲓ ⲡⲁⲓ ⲉⲡⲁⲣⲡⲙⲉⲉⲩⲉ ⲥⲟⲡ
ⲅⲁⲣ ⲛⲓⲙ ⲉⲧⲉⲧⲛ ⲁⲟⲩⲱⲙ ⲙⲡⲉⲓⲟⲉⲓⲕ ⲛⲧⲉⲧⲛ
ⲥⲱ ⲙⲡⲉⲓⲡⲟⲧⲏⲣⲓⲟⲛ ⲛⲧⲉⲧⲛ ⲧⲁϣⲉⲟⲉⲓϣ ⲙⲡⲙⲟⲩ

ctum, gratias egisti super eum, sanctificasti, signasti, dedisti eum discipulis tuis sanctis, & apostolis venerandis, dicens: *Accipite vos, bibite ex eo omnes*: *HIC ENIM EST SANGUIS MEUS TESTAMENTI NOVI. HIC EFFUNDETUR PRO VOBIS, ET PRO MULTIS IN REMISSIONEM PECCATORUM. HOC FACITE IN MEAM COMMEMORATIONEM*. Quotiescumque enim manducaveritis hunc panem, & biberitis hunc calicem, annunciabitis mortem.

Sic desinit fragmentum. Nam cetera ad Liturgiae usque absolutionem, omnino perierant.

ADNOTATIONES.

(1) Sequens ordo precum in hac noſtra Liturgia tenere videtur eumdem omnino locum, quem tenet non tantum in Graeca, eaque antiquiſſima Alexandrinae eccleſiae Liturgia ſub Divi Marci nomine a v. cl. Iohanne a S. Andrea Pariſ. eccl. Canonico anno primum 1583., deinde ab Euſebio Renaudotio Pariſiis iterum edita an. 1716., verum etiam in Coptica S. Cyrillo inſcripta ſive ea ſit, qnae in Latinum a Renaudotio translata legitur tomo eius primo *Liturgiarum orientalium* pag. 38., ſive quae in lib. Miſſali *trium Anaphorarum* Aegyptiacis formis Romae impreſſa anno 1736. *Anaphora* dicitur pag. 263: ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉⲛⲓⲱⲧ ⲉⲑⲩ̅ ⲙⲁⲣⲕⲟⲥ ⲡⲓⲁⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲟⲥ ⲑⲁⲓ ⲉ̀ⲧⲁϥⲉⲣⲃⲉⲃⲁⲓⲟⲛ ⲙ̀ⲙⲟⲥ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲓⲧⲣⲓⲥⲙⲁⲕⲁⲣⲓⲟⲥ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲕⲩⲣⲓⲗⲗⲟⲥ, *S. Patris noſtri Marci Apoſtoli, diſpoſita, & ordinata a beatiſſimo S. Cyrillo*. In his enim poſt inchoatam, quam ordo Romanus appellat, *praefationem*, & ante illius *abſolutionem*, Chriſtique corporis, & ſanguinis *conſecrationem*, ſimilium precum, ſive commemorationum ſeries, uti & *diptychorum*, nominumve tum *viventium*, tum *mortuorum* recitatio interſerirur; quemadmodum fit in hoc noſtro fragmento.

Huic ritui conformis eſt *Mozarabicus*, *quo*, obſervante magno Card. Bona lib. XI. *Rer. liturg.* c. 13. n. 111., *nomina eodem contextu leguntur paullo poſt* offertorium, *primo quidem vivorum*, *deinde defunctorum*. Accedit & *canon Latinus*, qua parte viventium tantum nomina commemorat *ante conſecrationem*; nam defunctorum memoriae ſolitariam ſedem ſtatuit poſt conſecrationem.

At in duabus aliis Aegyptiacis SS. Baſilii & Gregorii liturgiis ſive *Graece*, ſive *Coptice* editis, perinde atque in ea, quae S. Iohanni Chryſoſtomo inſcribitur, ſimilium orationum ſeries, & *diptychorum* recitatio, Sanctorum nempe, tum & viventium, defunctorumque fidelium commemorationes, locum

cum obtinent poſt *conſecrationem*, inter ἐπίκλησιν *invocationem* ſcilicet Spiritus Sancti ſuper Euchariſtica dona, & orationem *fractionis*. Idemque precum ordo ſervatur in liturgia *Hieroſolymitana*, quam compendio exhibet, explicatque Cyrillus ſanctae eiuſdem urbis Presbyter, Catechiſta, & Epiſcopus *catech.* 23. *myſtagogic.* V. num. 8., ubi doctiſſimus Maurinus editor, & adnotator *Antonius Auguſtinus Toutteus* obſervat, preces haſce *eodem fere modo, atque ordine referri in Conſtitut. Apoſtol. l.8. c. 12., & in Iacobaea liturgia: ſed Cyrilliana verba magis convenire cum Conſtitutionum verbis*.

Verum praeter huius liturgiae exemplum, quod eſt in laudato lib. VIII. *Conſtit. Apoſt.*, aliud fortaſſe ab hoc ipſo diverſum exſtat lib. II. cap. 57. Eaque eſt non unius modo Touttei, ſed & Renaudotii opinio. *Ibi* enim ſtatim poſt oſculum pacis diaconus denuntiat, ut preces fiant *pro univerſa ecclesia*, *pro toto mundo*, *& eius partibus*, *& frugibus terrae*, *pro Sacerdotibus*, *& Principibus*, *pro Pontifice*, καὶ τοῦ βασιλέως, *ac Rege*, *pro pace univerſali* ... μετὰ δὲ ταῦτα γινέσθω ἡ θυσία ... *Poſt haec autem ſacrificium fiat*. Quum autem in Apoſtolicis Conſtitutionibus, non una Hieroſolymitana liturgia, ſed & quae in aliis orientis eccleſiis priſcis illis temporibus recepta erat, ut eruditi norunt, referatur, veriſimile fit, ex hac ipſa, quae in cit. lib. II. deſcribitur, prodiiſſe Graecum exemplar liturgiae Alexandrinae in Thebaicam dialectum ſubinde translatum, aliquot licet in locis, ex uſitata interpretum, ſcriptorumque licentia, ſine tamen ullo religionis, ac fidei diſpendio, auctum atque variatum.

Ibid. ⲙⲟⲉⲓⲧ ϩⲏⲧⲟⲩ ⲉϩⲟⲩⲛ ⲉⲧⲙⲛ̄ⲧⲉⲩⲥⲉⲃⲏⲥ: Reliquiae ſunt orationis eius plane ſimilis, quae legitur inter preces tum Memphiticae, tum Graecae liturgiae S. Gregorii in Miſſal. Rom. edito, & in tom. I. *Oriental. Liturgiar.* Renaud. poſt conſecrationem, & invocationem Spiritus Sancti. Unicum diſcrimen eſt in pronomine ϩⲓⲧⲟⲩ, *eos*, pro quo ⲛⲁⲛ, *nos*, habet Liturg. Gregoriana: ⲥⲱⲟⲩⲧⲉⲛ ⲛⲁⲛ ⲉ̀ⲙⲫⲙⲱⲓⲧ ⲛ̀ⲧⲉ ϯⲙⲉⲧⲉⲩⲥⲉⲃⲏⲥ: & in fine ⲁⲛⲟⲛ ⲧⲏⲣⲉⲛ ⲟⲛ//

ⲧⲉⲛ

ⲟⲩⲉⲛ ⲉϩⲟⲩⲛ ⲉⲧϯⲙⲉⲧⲟⲩⲁⲓ ⲛ̀ⲧⲉϯⲙⲉⲧⲉⲩⲥⲉⲃⲏⲥ, ex Renaud. verſ. *Praepara* nobis *viam pietatis* nos omnes *ad concordiam pietatis* coniunge. Graeca vid. apud eumdem pag. 106. & 107.

(2) ⲙⲁⲣⲟⲩ ⲗⲟⲃϣ a ⲗⲱⲃϣ, ſive ⲗⲟⲃϣ. ⲗⲱⲃϣ vero, uti perſuaſum mihi eſt, *incendere* ſignificat. Nam apud La-Crozium in *Lex.* ⲗⲉⲃϣ, τῷ Graeco κέραμος reſpondet; quo nomine non *tegula* tantum, ſed & vas quodlibet fictile in fornace coctum, quaſi a κέω, & ἔρα, a Lexicographis exponitur. Inde & ⲗⲉⲃϣ Memphitas vertiſſe puto id quod in Oſea c. 10. v. 7. LXX. interpretes φρύγανον, *cremium* nempe, vocarunt. Nec tu aliter hoc in loco φρύγανον, adeoque & ⲗⲉⲃϣ ita dictum intelligere poteris, niſi *cremium* iam igne *ſuccenſum*, & *ardens*. Vide teſtimonium Oſeae in Gr. verſione. Nam ego de huius vocis ſignificatione nonnihil, quod magis perſpicuum ſit, in ſequentibus adferam. Interea locutionem iſtam ⲙⲁⲣⲟⲩ ⲗⲱⲃϣ ϩⲛ ⲕⲱϩⲧ ϩⲁⲧ ⲡⲓⲥⲧⲓⲥ ⲛⲟⲣⲑⲟⲇⲟⲝⲟⲥ ex v. 10. pl. 65. ἐπύρωσας ἡμᾶς ὡς πυροῦται τὸ ἀργύριον; *Incendiſti nos*, *ſicut incenditur argentum*, deſumptam coniicio.

(3) ⲡⲉϣⲓⲃⲉ idem ac Memphiticum ϣⲉⲓⲃⲓⲉ. Iſaiae XL. ⲛⲁ ϣⲓⲃⲉ in Theb. verſ. legitur, quod eſt in Gr. ἀλλάξουσι, ut ϣⲉⲓⲃⲓⲉ Memph. ἀλλάττειν; unde in brevibus illis pſalmorum expoſitionibus, quas iam laudavimus tamquam a S. Athanaſio excerptas, ad poſtremos pſ. XIV. verſiculos, de Chriſto dicitur ⲉⲧⲛⲁ ϣⲓⲃⲉ (Memphit. ⲉⲑⲛⲁ ϣⲓⲃϯ) ⲙⲡⲥⲱⲙⲁ ⲙⲡⲉⲛ ⲑⲃⲃⲓⲟ ⲙⲡⲓⲛⲉ ⲙⲡⲥⲱⲙⲁ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲉϥⲉⲟⲟⲩ, *qui reformabit*, ſive transformabit, *corpus humilitatis noſtrae configuratum corpori claritatis ſuae*, iuxta vulgat. Philipp. III. v. 21., iuxta Thebaic., *qui mutabit corpus humilitatis noſtrae in ſimilitudinem corporis gloriae ſuae*, corporis nempe ſui glorioſi. Heic igitur ϣⲓⲃⲉ *reformare*, ex Latina noſtra ed. ſignificat: ſed vulgo, aeque

aeque ac Memphit. ϣⲉⲃⲓⲉ *mutare*, *variare*, *retribuere*: plerumque etiam *remunerari*, imo & *discernere* sonat. Nos vero in ⲡϣⲓⲃⲉ ⲛⲛⲕⲁⲣⲡⲟⲥ ⲛⲧⲉ ⲣⲟⲙⲡⲉ huius liturgicae petitionis *variam* fructuum productionem, feracitatem, proventum, copiam ad annuum victum exprimi, significarique putavimus; ideoque simpliciter vertimus *varietatem fructuum* pro variis recurrentis anni vicibus, ac tempestatibus.

(4) ⲟⲩⲟⲩⲱⲱⲗⲉ ⲛⲛⲕⲁⲣⲡⲟⲥ, *affluentiam fructuum*. Quid sit ⲟⲩⲱⲱⲗⲉ intellige ex v.17. cap.1. Zacchar. Proph., ubi Graecum διαχυθήσονται, Theb. versio in altero ex fragmentis Borgianis reddit ⲥⲉⲛⲁⲟⲩⲱⲱⲗⲉ, & Memph. ⲉⲩⲉⲫⲱⲛ ⲉⲃⲟⲗ, vulgata vero nostra aptissime reddit, *affluent*.

Ibid. ⲉϫⲙ ⲫⲑⲟⲛⲟⲥ pro ⲁϫⲙ̀ ⲫⲑⲟⲛⲟⲥ, Graecum erit aut ἀφθόνως *copiose*, aut ἀφθόνους *multos*. Sic τῷ ἀφθόνῳ τῆς δωρεᾶς *effusam liberalitatem* Dei extulit eloquentissimus doctor S. Greg. Naz. or. 17. ed. Paris. Sin autem legeris, uti iacet in textu ⲉϫⲙ pro ⲉϫⲛ̀, tum ⲉϫⲙ ⲫⲑⲟⲛⲟⲥ *supra invidiam* interpretabere. Sed haec ipsa interpretatio eumdem plane sensum, quem habet ἀφθόνως, tibi facile exhibebit.

(5) ⲛⲙⲟⲩⲛⲉⲓⲟⲟⲩⲉ. Vox ista ⲙⲟⲩⲛⲉⲓⲟⲟⲩⲉ quater usurpata legitur in Borgiano fragmento Levitici cap. XI. vv.9. 10. & 12. ϩⲛ ⲛ̀ⲙⲟⲩⲛⲉⲓⲟⲟⲩⲉ; ubi Gr. τῶν ō simpliciter habet, ter ἐν τοῖς ὕδασι, & semel ἐν τῷ ὕδατι. Sic & divinus Hebraeorum codex, in quo v.9. במים legitur *in aquis*, בימים *in maribus*, בנחלים *in fluminibus*, licet haec ipsa vox v.10. ab eodem Sancte Pagnino, ut & a Gr. & Copto-Theb. interprete vertatur ϩⲛ ⲛⲉϫⲓⲙⲁⲣⲣⲟⲥ *in torrentibus*. Hinc vir doctissimus, & admirandi acuminis, immensaeque eruditionis scriptor *Aloysius Mingarellius* in fascic. P. 1. *Aegyptio Nanianorum fragmentorum* pag. CX. ⲛⲉⲧϩⲛⲙⲟⲩ ⲛⲉⲓⲟⲟⲩⲉ vertit *aquarum incolae pisces*. Qua certe versione sententiam, quam animo conceperat, magis quam Thebaicae locutionis vim exprimere voluit. Pergit pag. CXI. multa acute, eruditeque scrutari de derivatio-

rivatione vocis ⲛⲉⲓⲟⲟⲩⲉ; tandemque ad p.CCXVIII. in *addendis* adfert ex cl. Tuk. p.136. locum Theb. versionis in c.IX. Iudith v.17. *Deum* vocantem *κτίστα τῶν ὑδάτων*, *creatorem* ⲛ̀ⲓⲉ ⲙⲟⲟⲩ (rectius) ⲛ̀ⲓⲉ ⲙⲟⲩ ⲛⲉⲓⲟⲟⲩⲉ *aquarum*, *fluminum*, sive, ut Grammaticus Arabs a Tukio statim adductus ibi exponit: مياه الانهار *aquarum fluminum*; idest *aquarum fluentium*. Sic & Graecae, & Copticae Liturgiae tres apud Renaudotium & in Missali Aegyptio Romae edito, orant ⲩⲡⲉⲣ ⲛⲓⲙⲱⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫⲓⲁⲣⲟ, ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲓⲓⲁⲣⲱⲟⲩ, immo & solidis ipsis Graiorum vocibus ⲡⲟⲧⲁⲙⲓⲱⲛ ⲩⲇⲁⲧⲱⲛ *pro aquis*, sive *fluminis*, sive *fluminum*, sive *fluvialibus* مياه الانهار. Origo tamen nominis ⲛⲉⲓⲟⲟⲩⲉ, quam Mingarellius quaerit, latet in Memphitico ⲟⲩⲱⲓ *impetus*, *stridor*, Gr. ῥοῖζος, *quia proprie*, ut ait Schrevel., *aquae fluentis*. Nusquam vero maiori cum impetu, atque stridore aquae Nili fluunt, quam in superiori Aegypto ad *cataractas*. Indeque factum arbitror, ut earum praesertim regionum incolae vocabulum hocce ⲙⲟⲩⲛⲉⲓⲟⲟⲩⲉ quasi proprium sibi fecerint ad *aquas fluviales* Nili designandas.

ⲙ̀ⲡⲉⲓⲉⲣⲟ, aquas *Nili* interpretari decreveram, sed, mutata sententia, ⲙ̀ⲡⲉⲓⲉⲣⲟ, *fluminis* aquas verti. ⲡⲉⲓⲉⲣⲟ enim *flumen κατὰ γράμμα* significat: eoque simplici nomine in celebri Isaiae vaticinio, quod c. 19. Theb. fragmenti totum est contra Aegyptios, appellatur Nilus. Nec ullus est in universa scriptura sancta locus, in quo *Nili* vox reperiatur. Ubique semper aut ⲓⲁⲣⲟ Memph., aut ⲉⲓⲉⲣⲟ Theb. ex יאר Hebr. Nilus vocatur, *per excellentiam flumen*. Unde ut illud Propheta Amos a ceteris secernat, *fluvium Aegypti* cap. 8. vers. 7. ⲡ̄ⲟⲩⲓⲁⲣⲟ ⲛ̀ⲧⲉⲭⲏⲙⲓ vocat. Ita etiam eum constanter appellat magnus Athanasius in vita S. Antonii, etsi Evagrius in Latina versione *flumen* Nili aliquando transtulerit. Gregorius vero Nazianz., qui in aliis orationibus aut Νειλώους καταῤῥάκτας, aut Νεῖλον commemoraverat, in ea, quam habuit Byzantii coram Aegyptiis, illorum regionem celebrat ex eo quod, ἣν πλουτίζει

μὲν

μὲν πόταμος ἐκ γῆς ὕων, καὶ πελαγίζων ὥρια, *quam & fluvius ditat e terra pluens, & maris instar tempestive exundans.* In Homeri carminibus non alio nomine fluvium hunc dictum invenies, quam *Aegyptum*. Idem μέλας a Graecis, *melo* a Latinis, *schichor*, vel *sior* ab Hebraeis, *siris* ab Aethiopibus saltem ad Syenem usque finesque Aegypti: φρυρῶν *phruron* etiam, & *Osiris* ipse ab iisdem Aegyptiis, *Ninus* a Iamblicho in vita Pythagorae dicitur, quia, teste Horapolline l. 1. Hierogl. 20. *Nilum Aegyptiace vocant* Νοῦν, non quidem secundum *Le-Moine* a נין, sed, ut meus Boniurius observat dissert. 11. num. 88; a ⲚⲞⲨⲚ: unde ⲪⲚⲞⲨⲚ, sive ⲚⲒⲚⲞⲨⲚ *abyssus aquarum*: indeque & νοῦς ποταμὸς apud Hesychium a Ioh. Alberto editum. Sed omnium princeps est Hesiodus, qui Νείλε meminerit. Nihil tamen haec faciunt, iudice Iablonskio in *Pantheo Aegypt.* l. 4. c. 1., *quin* hoc *Nili* nomen origine Aegyptium, & omnium gentium linguis ubique celebratum, proprium istius fluvii fuerit, illudque etiam tam solemne, & antiquum, quam solemnia, & antiqua sunt Aegyptiacae superstitionis exordia.

Cetera, quae ad νειλομέτριον, & ad *sacra Nilotica incrementa* sacerdotum sive gentilium, sive christianorum spectant, vide apud laud. Renaud. to. I. *Liturg.* p. 213., eumdemque ipsum Iablonsk.

(6) ϨⲈⲚ ⲀⲪⲞⲢⲘⲎ. De hac voce quatenus ea ad *subsidia*, & *alimenta* vitae significanda usurpatur, consule inter ceteros Hesychium, eiusque adnotatorem celeberrimum Ioh. Albertum. Nec dubito, quin ei apprime respondeat τροφὴ in simili petitione Graec. Liturgiarum Alexandrinae Eccl., & ⲦϨⲢⲈ Copticar. SS. Greg. & Cyrilli. Ac certe Nazianzenus Or. 11. p. 15., ut & alibi, *subsidium victus* appellat ἀφορμὴν βίου.

(7) ϨⲈⲚ ϨⲈⲚⲀⲪⲞⲢⲘⲎ. Quod hoc idem vocabulum ἀφορμὴ *opportunum tempus*, *ansam*, *occasionemve* denotare valeat, habes ex eodem Hesychio, aliisque Graecis Lexicographis, & ex adnotation. nostris ad *Acta S. Coluthi*; immo, quod magis est, ex Nazianzeno ipso, aliisque Graecis PP. Verum, si cum hac ipsa postulationis formula, eam, quam in proximo

n. 6. ante obſervavimus, coniunxeris, integram habebis petitionem illius plane ſimilem, quae eſt tum in Copticis ⲛ̀ⲑⲟⲕ ⲉⲧϯ ⲛ̀ⲧⲟⲩϩⲣⲉ ⲛⲱⲟⲩ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲥⲏⲟⲩ ⲉⲛⲁⲛⲉϥ, tum in Graecis ex Renaud. Σὺ διδῶς τὴν τροφὴν αὐτῶν ἐν εὐκαιρίᾳ, *qui das eſcam illorum in tempore bono*, ſive *in tempore opportuno*.

(8) ⲉⲡⲉⲩⲱⲛϩ. Pro victu, & alimentis vitae ⲱⲛϩ hoc in loco ſumitur, ut ſaepe in divinis ſcripturis, ſed praeſertim in I. ad Cor. c. IX. v. 14 ⲉⲱⲛϩ Theb., & ⲉⲟⲩⲱⲛϩ in dialecto tertia, ipſumque Graecum ζῆν, accipitur. Unde vulg. noſtra legit, *ex evangelio vivere*.

ⲡⲉϩⲟⲟⲩ poſterius, quod in archetypo eſt ad extremitatem lineae exhibet heic geminum *o* ita diſpoſitum, ut alterum alteri ſuperincumbat; non alia tamen de cauſſa, uti coniicere licet, niſi quia poſtrema vocis littera ⲩ, abnormi excurſu, lineae finem exceſſiſſet, ſi utrumque *o* pari gradu in illius baſi poſitum inſtitiſſet.

(9) ⲁⲣⲓ ⲡⲙⲉⲉⲩⲉ ⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲙ̀ⲡⲉⲓⲙⲟⲛⲁⲥⲧⲏⲣⲓⲟ ⲡⲁⲓ. Sed legimus ⲙ̀ⲡⲉⲓⲙⲟⲛⲁⲥⲧⲏⲣⲓⲟⲛ, quia ſuper *o* extremum lineae nota eſt ÷, index τȣ̃ ⲛ ſupplendi. Hinc vero apparet, noſtram hanc Liturgiam fuiſſe e Graeco tranſlatam ad uſum certi alicuius monaſterii, quod eſſet in Thebaide, ni fortaſſe malis, in Nubia ſitum, quo Graeci monachi evangelii lucem primum invexiſſe traduntur: eoque etiam nomine a ceteris Liturgiis Alexandrinis ſive graece, ſive coptice editis haec noſtra diſtinguitur.

(10) ⲙ̀ⲛ ⲛⲓ ⲛⲓⲙ ⲙ̀ⲡⲓⲥⲧⲟⲥ. Satis eſto ſemel admonuiſſe, fragmenti noſtri ſcriptorem hunc morem fere perpetuo tenere, ut ⲓ elemento ſuperducat veluti ſemicircularem lineolam *circumflexo* ſimilem, loco gemini apicis; ibi maxime, ubi, mea quidem ſententia, non ſimplex ⲓ, ſed ⲉⲓ ex inſtituto gentis, ſcribi legive deberet. Ad verba quod attinet, ea in una Liturgia Memphitica S. Marci ſic leguntur: ⲛⲉⲙ ⲛⲓ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲓⲡⲓⲥⲧⲟⲥ. Haec tamen in Gr. Alex. apud Renaud. omiſſa videntur.

(11)

(11) ⲁⲣⲓ ⲡⲙⲉⲉⲩⲉ ⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲛⲛⲉⲛⲉⲓⲟⲧⲉ ⲙⲛ ⲛⲉⲛ// ⲥⲛⲏⲩ ⲉⲧⲁϩⲉⲣⲁⲧⲟⲩ &c. Simillima exſtant in Liturg. Memph. S. Marci, ſive Cyrilli, pag. ⲣ 100., ⲧ 300., & ⲧⲁ 301. Miſſal. Romae impreſſi.

(12) ϩⲁⲣⲉϩ ⲉⲣⲟⲛ ⲛⲙⲙⲁⲩ ϩⲛ ⲧⲡⲁⲣⲉⲙⲃⲟⲗⲏ ⲛⲧⲉⲕϭⲟⲙ ⲛⲛⲟⲩⲧⲉ. Quae paullo aliter eo loci p. ⲧⲁ 201. leguntur in eadem Memph. S. Marci: ⲁⲣⲉϩ ⲇⲉ ⲉⲣⲱⲟⲩ ⲛⲉⲙⲁⲛ ϧⲉⲛ ϩⲁⲛ ⲡⲁⲣⲉⲙⲃⲟⲗⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ϩⲁⲛϫⲟⲙ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ, & ex verſ. Renaud. p. 44. *conſerva* (eos) *nobiſcum praeſidio exercitus ſanctarum poteſtatum*.

(13) ⲁⲩⲱ ⲛⲅ ⲛⲁϩⲙⲉⲛ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲛ ⲛⲥⲟⲧⲉ ⲉⲧ// ⲗⲟⲃϣ ⲛⲧⲉ ⲡⲇⲓⲁⲃⲟⲗⲟⲥ. Haec accurate reſpondent Memphiticis ead. p. ⲧⲁ 301. Miſſalis: ⲟⲩⲟϩ ⲛⲁϩⲙⲉⲛ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲁ ⲛⲓⲥⲟⲑⲛⲉϥ ⲉⲧϭⲉⲣⲏⲟⲩⲧ ⲛ̀ⲭⲣⲱⲙ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓ// ⲇⲓⲁⲃⲟⲗⲟⲥ, *Et libera nos a telis accenſis igne diaboli*. Hic idem locus adfertur in Lexic. La-Croz., ſed omiſſa voce ⲛ̀ⲭⲣⲱⲙ. Renaudot. vero ſimpliciter interpretatur: *Et libera nos a telis igneis diaboli*. Et ecce iterum ⲗⲟⲃϣ, quod idem prorſus eſt ac ⲗⲱⲃϣ, de quo ſupra dicere coepimus adnot. 2. Iam nulli dubium ſupereſſe poteſt, quin haec vox apud Thebaeos *ardere*, & *accendere* ſignificet. Eadem enim ſunt ⲛⲥⲟⲧⲉ ⲉⲧⲗⲟⲃϣ ⲛⲧⲉ ⲡⲇⲓⲁⲃⲟⲗⲟⲥ, ac ⲛⲓ// ⲥⲟⲑⲛⲉϥ ⲉⲧϭⲉⲣⲏⲟⲩⲧ ⲛ̀ⲭⲣⲱⲙ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲇⲓⲁⲃⲟⲗⲟⲥ. Huc ſpectat novum vocis huius exemplum, quod nobis ſuppeditat *Fragmentum* evangelii Lucae a praeſtantiſsimo noſtro Praeſule recens adquiſitum, ubi cap. 23. verſ. 33., Graeca ἐχὶ καρδία ἡμῶν καιομένη ἦν ἐν ἡμῖν, Latine, *nonne cor noſtrum ardens erat in nobis*? Sic Thebaice redditur: ⲉⲓ ⲉⲣⲉ ⲡⲉⲛ// ϩⲏⲧ ⲗⲟⲃⲥ (commutato ſcilicet ϣ in ⲥ) ⲉⲣⲟⲛ ⲟⲛ: Sed vitio amanuenſis ſcriptum erat ϩⲟⲃⲥ *tegere*, tam alienum a voce ⲗⲟⲃⲥ, quam *tegumentum* ab *ardore*, & *igne*.

 Ita.

Itaque medica manus accessit, & ducta superne crassiori linea, deorsumque protracta ita ea intercidit inter ϩ, & ⲟ, ut vix tacto in superiori puncto, τῶ ϩ, divergat, & latus maius τῦ ⲗ quomodocumque componere videatur: sicque ex ϩⲟⲃⲥ veram germanamque lectionem, quae ⲗⲟⲃⲥ est, legentium oculis repraesentandam obtulit.

(14) Quae in hac ipsa Thebaica oratione continuo sequuntur, eodem plane ordine, totidemque verbis leguntur in laud. Memphit. S. Marci: ⲛⲉⲙ ϫⲟⲣϫⲥ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲛ̀ⲇⲓⲁⲃⲟⲗⲓⲕⲟⲛ, ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲫⲁϣ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲑⲙⲁⲓⲟ ⲛ̀ⲛⲟⲩϫ: Sed aliquid erratum fortasse, variatumque fuisse suspicor in exemplari Coptico, quo usus est Arabs interpres. In eo enim, ni egomet vehementer fallor, postrema illa verba non legit, uti hodie exstant, ⲡⲓⲑⲙⲁⲓⲟ ⲛ̀ⲛⲟⲩϫ, sed ⲡⲓⲑⲙⲁⲓⲧⲁⲓⲟ ⲛ̀ⲛⲟⲩϫ, & ideo vertit ومن شرك السبح الكاذب: *& ab omni laqueo gloriae vanae*. Si deinde haec eadem Arabica versio, (uti iam contigisse liquet,) accommodata est ad ea accuratiora ἀπογραφα, quae pro ⲡⲓⲑⲙⲁⲓⲧⲁⲓⲟ habebant ⲡⲓⲑⲙⲁⲓⲟ ⲛ̀ⲛⲟⲩϫ, facile intelligetur, quo pacto inducere potuerit viros praestantissimos La-Crozium, & Renaudotium, ut ille in Lexico a cl. Woide edito, iste in Latina huius Liturgiae translatione, ⲡⲓⲑⲙⲁⲓⲟ ⲛ̀ⲛⲟⲩϫ *gloriam vanam*, converterint. Nescio an iis auctoribus, an vero suopte magis ingenio ductus, nuperus ille eruditissimusque Aegyptiacorum monumentorum illustrator, idemque de me optime meritus Aloysius Ab. Mingarellius, sed certe in eumdem omnino scopulum visus mihi est impegisse. Nam ad fragm. VII. p.CLXXI. *Memphitis*, inquit, ⲑⲙⲁⲓⲛⲟⲩⲧ *valet*, *iustificatus*, *sed* ⲑⲙⲁⲓⲟ ⲛ̀ⲛⲟⲩϫ *est vana gloria*: *Thebaice autem* ϩⲛ ⲟⲩⲧⲙⲁⲓⲟ *significat*, *honorifice*, *con onore*. At ego de genuina lectione Thebaici ⲧⲙⲁⲓⲟ pro *honore* haud temere dubito. Quid ni legas ϩⲛ ⲟⲩⲙⲉⲧⲧⲁⲉⲓⲟ? Quod enim de Memphitico ⲑⲙⲁⲓⲟ

ⲛ̀ⲛⲟ//

ⲛ̀ⲛⲟⲩϫ affirmat, id mihi tam incertum eſt, ut nihil magis. Ibi enim noſtri huius Thebaici fragm. textus diſerte habet: ⲏ ⲡⲡⲁϣ ⲛ̀ⲛⲇⲓⲕⲁⲓⲱⲙⲁ ⲛ̀ⲛⲟⲟⲩϫ : *Et a laqueo iuſtificationum falſarum*, ex antiquiori Graeco exemplari, ubi δικαιώματα, & non κενοδόξας vocem, verſionis auctor invenerat. Poterat & is quidem adhibere vocabulum ⲧⲙⲁⲉⲓⲟ, quod idem eſt ac Memphiticum ⲑⲙⲁⲓⲟ, quodque *iuſtificationem* ſignificat tum in ſylloge ipſa Sahidicarum vocum La-Crozii, tum in fragm. Borgiano c. 4. ep. 1. ad Timoth. At vero Graecum δικαίωμα retinuit; unde perſpicuum eſt, ⲑⲙⲁⲓⲟ ⲛ̀ⲛⲟⲩϫ in hoc Cyrillianae Liturg. loco accipi debere non pro *vana gloria*, ſed pro *falſa iuſtificatione* eius ſimili, qua Luc. 18. v. 11. ſuperbus Phariſaeus e regione humilis publicani in templo orans, ſe coram Deo tamquam iuſtum praedicare audebat. Quod quidem iuſtificationis genus in κενοδοξίαν vanamque gloriam integre demum ſolideque reſolvitur, ſed ex vi vocabuli proprie κενοδοξία non eſt. Magna ſequentis orationis Thebaicae pars derivata cernitur ex eodem archetypo, unde prodiit Memphitica in laudata Liturg. S. Marci iuxta Miſſale Copt. p. ⲧ̅ⲃ̅ & ⲧ̅ⲅ̅ Roman. edit., & verſionem Renaud.

(15) Hucuſque utraque exemplaria eiuſdem Liturgiae inter ſe convenire videntur. Cetera ad alteram uſque orationem propria ſunt unius Thebaicae: nec alibi ſive in Copticis, ſive in Graecis Aegyptiorum Liturgiis, ſimili ſaltem forma, expreſſa reperiuntur.

(16) ⲧⲟⲩⲉⲓⲟⲟⲩ ⲛⲁⲩ : *retribue eis*. Hoc idem ſignificat ⲧⲱⲱⲃⲉ ⲛⲟⲩⲧⲟⲩⲉⲓⲟ, in fragmento Borgiano antiquiſſimo epiſt. I. Pauli ad Timoth. c. 5. v. 4., Gr. ἀμοιβὰς ἀποδιδόναι, iuxta vulgat. *mutuam vicem reddere*.

(17) ⲛ̀ⲅ... ⲧⲙⲙⲟⲓ &c. Ne noſtra corrupta putes, ſi forte ea comparaveris cum excerptis evangelicis ab Epiſcopo Tukio in *Rudim. ling. Copt.* pag. 367. productis : ⲧⲙⲙⲟⲓ in liturgico textu rectius, ut opinor, legitur, quam ⲧⲙⲟⲓ apud Tukium. Poſt ⲁⲓⲉⲓⲃⲉ, quae ſequuntur in fragm. noſtro

ⲁⲩⲉ//

ⲁⲧⲉⲧⲛ ⲧⲥⲟⲓ ⲛⲉⲓⲟ ⲛϣⲉⲙⲙⲟ conferri nequiverunt cum paribus Tukiani exempli verbis; quia omiſſa haec ſunt, non quidem verſionis vitio, ſed vel unius Arabis grammatici, vel typothetae, vel alterius cuiuſvis exſcriptoris incuria. Unde fit ut evangelici textus ſententia turbata ibi & mutila videatur. Noſtra rurſus legit ⲉⲓⲕⲏⲛⲁϩⲏⲩ . : . . ⲉⲓϣⲱⲛⲉ ⲁⲩⲱ : Tukiana ⲛⲉⲓⲕⲏⲛⲁϩⲏⲩ . . . ⲛⲉⲓϣⲱⲛⲉ ⲡⲉ ⲁⲩⲱ, quae mihi ſuſpecta ſunt.

(18) ⲁⲣⲓ ⲡⲙⲉⲉⲩⲉ ⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲛⲛⲕⲁⲑⲏⲅⲟⲩⲙⲉⲛⲟⲥ ⲙⲡⲉⲕⲗⲁⲟⲥ. Ne mireris, ſi in voce ⲕⲁⲑⲏⲅⲟⲩⲙⲉⲛⲟⲥ τὸ ⲑ pro ⲧ, & ⲅ pro ϫ poſitum cernis. Huius enim permutationis exempla ex ipſo quoque Alexandrino cod. habes apud cl. Grabe *Prolegom.* in Pſ. c. 2. n. 7. Oratio pro catechumenis exſtat etiam in Liturg. Copt. S. Baſilii; longe tamen ab hac noſtra diverſa.

(19) ⲟⲣⲃ, ex ⲟⲣϥ ductum, commutato, ut non ſemel in eiuſmodi Aegyptiis vocibus obſervavimus, ϥ in ⲃ, *pacificum*, atque *placidum* ovile ſatis apte deſignat; niſi ⲟⲣⲃⲟⲩ eſſe velis *fulgidum*, ex ⲃⲟⲩⲃⲟⲩⲛ, quod in fragm. Borgiano ſermonem complectente de finali iudicio idem valet ac *fulgere*, unde dicitur ⲃⲟⲩⲃⲟⲩⲛ ϩⲱⲥ ⲁⲕⲧⲓⲛⲉⲥ, *fulgebunt* iuſti *ut radii* ſolis. Sed nos ⲉⲡⲉϩⲟⲉ ⲟⲣϥ pro ⲟⲣⲃ legimus tanto lubentius, quanto certius novimus de ovili, ſive de regno ſempiternae pacis heic agi. Sic ⲱⲣϥ, alias etiam ⲟⲣϥ, in Orat. Cyrillianae Liturg. pro *Rege* p. ⲥⲡⲇ Miſſal. noſtri Aegypt., quemadmodum & in mss. Euſ. Renaud. latina civitate donatis, atque ab ipſo quoque La-Crozio in Lex. Oxonii ed. laudatis, reſpondet τῷ ἡσύχιον eiuſdem Graeco-Cyrill. Liturg. p. 149. tom. I. *Or. Liturg.* apud eumdem Renaud.

(20) ⲉϩⲟⲩ. *Lemniſcus* ÷ ſuper ⲟⲩ extremum lineae, heic etiam nota eſt ſupplementi ⲛ, & ⲉϩⲟⲩⲛ monet eſſe legendum.

Reliqua confer cum Liturg. Basilii, ut est in Missal. Copto-Roman. pag. ⲓⲇ. post imploratam pacem Ecclesiae, ⲝⲏ. post orationem pro patribus, & fratribus defunctis; & ante eam, quae fit pro catechumenis, ⲣⲕ. post quam oratum est pro elevatione aquarum Nili. Confer & cum Liturg. altera S.Greg. pag. ⲥⲕⲃ. post orationem pro Rege, & fratribus in palatio commorantibus: maxime vero cum Cyrilliana pag. ⲥϥⲇ. post diptychorum recitationem. Quamquam inter mss., quibus in versione sua usus est Renaud., & inter hoc nostrum nonnulla varietas alicubi deprehendatur. Sic etiam oratio similis Memphiticae, exstat in Gr. S.Marci tom.I. Renaud. p.151. post diptycha, ubi in Thebaico exemplari ante diptycha collocatur.

ⲛ̄ⲧⲟⲕ ⲅⲁⲣ ⲕⲥⲟⲟⲩ. Et heic nota ÷ superne incumbens τῷ ⲟⲩ, indicium est supplementi ⲛ, ut legas ⲕⲥⲟⲟⲩⲛ Haec vero, & quae cum iis coniuncta sunt, in aliis Alexandrinis liturgiis non reperiuntur.

(21) ⲉⲡⲓⲇⲏ ⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲟⲩⲡⲣⲟⲥⲧⲁⲅⲙⲁ ⲡⲉ ⲛ̄ⲧⲉ// ⲡⲉⲕⲙⲟⲛⲟⲅⲉⲛⲏⲥ ⲛ̄ϣⲏⲣⲉ &c. Ipsissima, Memphitica dialecto, expressa leguntur in Liturg. S. Basil., sive quae iam exstabat in codd. Renaud., (licet paullo aliter, ut ex illius versione sub initium p. 18. to.1. intelligo, sed eodem plane sensu,) sive quae edita est in Missali Copt. pag. ⲣⲕⲁ. At vero Graeca eiusdem S. Basilii apud Renaudotium ipsum pag 71. ἐπεὶ ἢ δέσποτα πρόσταγμά ἐστιν τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ τῆς μνήμης τῶν ἁγίων σου κοινωνεῖν ἡμᾶς, omnia fere *ad litteram* cum Thebaicis Liturgiae nostrae conveniunt.

(22) ⲑⲉⲟⲇⲱⲕⲟⲥ. *DEI GENITRIX*: Uti pronunciare consueverunt, sic & ⲇ pro ⲧ in voce ⲑⲉⲟⲇⲱⲕⲟⲥ scripsere Thebaei. Nec alia de caussa ⲑⲉⲟⲇⲱⲕⲟⲥ per ⲱ *mega* eos extulisse puto, quam ut θεοτόκος a θεότοκος discernerent. Tu vero heic expedite leges ⲑⲉⲟⲧⲟⲕⲟⲥ, sive ⲑⲉⲟⲧⲱ// ⲕⲟⲥ.

(23)

(23) ⲛ̄ⲧⲉⲓ ⲑⲩϭⲓⲁ ⲛ̄ⲗⲟⲅⲓⲕⲏ ⲁⲩⲱ ⲛ̄ⲁⲧⲛⲉϩⲧⲥⲛⲟϥ ⲉⲃⲟⲗ. De fide veri ſacrificii, & quidem *rationabilis*, *ſpiritualis*, & *incruenti* mira heic eſt Thebaicae cum ceteris omnibus tum Copticis, tum Graecis Alexandrinae eccleſiae Liturgiis conſenſio. Vide Renaud. tom. I. p. 302.

Quod vero SANCTI, qui in caelo verſantur, nobiſcum eſſe, ſimulque etiam Euchariſticum ſacrificium offerre geſtiant, & offerant, tamquam viva, & electa membra corporis Chriſti, cumque eo uti capite, aeternoque ſacerdote coniuncti, quemadmodum in hac noſtra Liturg. legitur, antiquiſſima eſt doctrina Patrum.

(24) In cunctis profecto & Copticis, & Graecis Liturgiis nomina glorioſiſſimae in primis DEI MATRIS MARIAE, ceterorumque ſanctorum, qui cum Chriſto regnant, beataque Dei viſione perfruuntur in caelis, ea una mente, ac religione commemorari dicuntur, ut pro nobis apud Deum ipſum intercedere velint; ſed nulla prorſus eſt, quae tam praeclare ſingulas orthodoxae huius doctrinae partes exprimat, ac Liturgia noſtra Thebaica. Apertiſſime enim dicit eos, *non indigere ſacrificio* (etſi illud nobiſcum offerre geſtiant) *pro ſeipſis*, *ſed pro remiſſione iniquitatum noſtrarum*, *quae nobis contingunt propter eorum preces*, *& propter nomen ſanctum Domini*, *quod invocatum eſt ſuper nos*, ⲕⲁⲛ ⲉϣϫⲉ .:..: ⲉⲩⲭⲣⲓⲁ ⲁⲛ ⲛ̄ⲛⲉⲡⲣⲟⲥⲫⲟⲣⲁ ϩⲁⲣⲟⲟⲩ ⲕⲱ ⲇⲉ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̄ⲛⲉⲛⲁⲛⲟⲙⲓⲁ ⲉⲧⲃⲉ ⲛⲉⲩⲥⲟⲡⲥ ⲁⲩⲱ ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲉⲕⲣⲁⲛ ⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ ⲛ̄ⲧⲁⲩⲧⲁⲩⲟϥ ⲉϩⲣⲁⲓ ⲉϫⲱⲛ.

Qui vero *ſpiritu* nobiſcum praeſentes eſſe exſultant ad incruentae hoſtiae oblationem in terris: qui *corpore* etiam ipſo nobiſcum eſſe cupiunt in caelis: qui honorum incrementis, amplioribuſque coronis in futura corporum reſurrectione digni praedicantur: quique Deum interea pro nobis in ſacrificio ipſo orant, ii certe in caeleſti regno, atque in illo ſunt immobili verae ſempiternaeque beatitatis ſtatu, ut pro eo adipiſcendo *nec ſacrificiis*, *nec precibus*, *nec abſolutione* egeant. Tene tu ſplendidum antiquiſsimae huius traditionis teſtimonium;

nium ; nec te ſinas ullis novatorum tricis in hoc catholicae doctrinae capite implicari. Diſce & hinc ſacrificium, & preces, non pro Deipara Virgine, apage! non pro Martyribus, neque pro Sanctis & electis cum Chriſto regnantibus in Eccleſia offerri, ſed pro iis tantum defunctis fidelibus, qui divinis hiſce adiumentis egent, ut tandem ad aeternae quietis regnum feliciter pervenire queant. Haec etiam tene.

(25) ϫⲓⲛⲓⲁⲕⲱⲃⲟⲥ ⲡⲁⲣⲭⲏⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲁⲩⲱ ⲡⲓⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲥ. Nulla eſt inter Copticas, Graecaſque Alexandrinae eccleſiae Liturgias, quae commemorationem faciat S. Iacobi. Proprium id eſt unius, quam modo edimus, Thebaicae. Unde etiam maioris prae reliquis antiquitatis nota ſplendidior emergit. Inde enim coniicere licet, Graecum archetypum, ex quo verſio noſtra expreſſa eſt, primaevae Liturgiae formam, quae in Hieroſolymitana eccleſia ab Apoſtolis ex Chriſti inſtitutione & praecepto coli primum ſervarique coeperat, retinuiſſe. Quum autem haec eadem Hieroſolymitana liturgia S. Iacobi Apoſtoli diceretur, adeoque & commemorationem faceret eiuſdem S. Iacobi Hieroſolymorum Epiſcopi & Martyris, nemini mirum videri poterit, ſi illa eadem commemoratio primo in Graecum illud archetypum, & ex eo deinde in Thebaicam verſionem translata eſt.

In *Conſtitutionibus Apoſtolicis* divinae liturgiae exemplum, uti iam ante obſervavimus, quaſi *duplex* deſcribi videtur, alterum lib. II. c. 57., alterum lib. VIII. c. 12: utrumque Hieroſolymitanum iure appellari poteſt; quia, ut eruditi omnes norunt, Apoſtolicae conſtitutiones acta & ſtatuta referunt ab Apoſtolis edita ante eorum diſperſionem, quo tempore Hieroſolymis verſabantur in unum collecti. Noſtra quidem haec Liturgia, ſaltem quod ad ordinem precum ſpectat, illi magis, quam iſti ſimilis eſſe videtur. Sed tota haec levis admodum, ac prope nulla diverſitas, nihil impedit, quin derivata credatur ex Hieroſolymitana; quum utraque ad eamdem eccleſiam pertinuerit, in eum fere modum, quo, teſte Renaudotio, non una Graeca S. Marci, ſed & aliae, quae Baſilii, & Gregorii dicuntur, ad eamdem Alexandrinam eccle-

ſiam ſpectabant ; licet nonnulla inter ea , exigui tamen momenti , varietas intercedat . Omnes enim in partibus *eſſentialibus* , & in forma conſecrandae Euchariſtiae conveniunt .

Haec noſtra oratio ei profecto ſimilis eſt , quae legitur in Liturg. S. Iacobi apud Syros . Riſu tamen excipi mereretur quiſquis eam a Syris ad Aegyptios Thebaeos migraſſe fabularetur . Hanc Renaudotius in nullis ſibi cognitis Graecorum Liturgiis ſe inveniſſe ſcribit . At ille non vidit Graecum archetypum , unde haec noſtra Liturgia in Thebaicam dialectum traducta eſt . In eo autem S. Iacobi commemoratio , qualis in hac Thebaea verſione exſtat , uti perſuaſum nobis eſt , non potuit non inveniri .

(26) **ⲁⲣⲓ ⲡⲙⲉⲉⲩⲉ ⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲛⲛⲉⲛⲉⲓⲟⲧⲉ ⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ ⲃⲁⲥⲓⲗⲓⲟⲥ ⲙⲛ ⲅⲣⲏⲅⲟⲣⲓⲟⲥ** . Nulla prorſus mentio fit neque *Severi* , neque *Dioſcori* , quos Iacobitae Aegyptii , utpote ſectae ſuae principes atque magiſtros in ſacris diptychis una cum aliis inſignibus eorum diſcipulis tamquam ſanctos haud diu poſt tempora Chalcedonenſis Concilii commemorare conſueverunt . Nonne & hinc colligas Liturgiae noſtrae exemplum epocham anteverti ſſe eiuſdem Concilii ? Cur autem ſanctorum dumtaxat Baſilii , & Gregorii memoria recolatur , nulla aptior cauſſa reddi poteſt , quam quae repetitur a traditione inter Thebaeos vulgata de iiſdem viris ſanctis tamquam ipſius divinae Liturgiae auctoribus . Nec mirum , nam iidem ipſi ſimplices Liturgiarum deſcriptores in huiuſmodi ſacras preces eos etiam ſanctos , quorum nomina ipſi gererent , quandoque inſeruiſſe leguntur . Sic in noſtro Liturg. cod. pergam. ſcript. an. 1165; poſt Deiparae Virginis , S. Iohan. Baptiſtae , omniumque ſimul Apoſtolorum , & Sanctorum omnium memoriam , additur ſpeciatim καὶ βαρθολομαίου , quia , ut ego ſentio , monachus ſcriba *Bartholomaeus* appellabatur .

Certe quidem, ut ait Renaud. c.4. diſſert. *de Liturg. Or. orig., & auctor.* , *Graecorum conſtantiſſima traditio eſt* , *Baſilium* , *primum*, *poſt Iacobum fratrem Domini* , *Liturgiam ſcripſiſſe* : atque ad hanc traditionem firmandam profert vir ſummus praeclarum *Petri Diaconi* teſtimonium , quo *conſtat* VI. (leg. V.) *ſaeculo labente* ,

& VII.

& VII. (leg VI.) *ineunte, totum prope orientem usum esse Basilii Liturgia*. Accedit S.Greg. Naz. testimonium Or. al. 20. nunc 43. n. 24. nov. ed. Paris. an. 1778. ubi εὐχῶν διατάξεις tamquam M. Basilii opus commemorantur. Verum quum locus ex ea a Petro Diacono productus in hodiernis Basilianae Liturgiae exemplaribus, iisdem omnino verbis, sententiisque expressus, non inveniatur, germanam illam antiquissimamque sanctissimi Doctoris *Anaphoram* plerique eruditorum, inter quos Card. Bona, & Tillemontius, invito licet Renaudotio, interpolatam dixere; quibus & ego assentior.

Eadem non est de Liturgia S. Gregorii Theologi Graecorum traditio. Sed ea vetustissima fuit, hodieque etiam constantissime viget apud Aegyptios. Qua de re vid. Renaudot. in diss. *de Coptitar. Alexandr. Liturgiis* n. XXVII., & in not. ad Copticam, Graecamque ipsius S. Gregorii Liturgiam. Si quaeras unde haec traditio manarit, non aliud habeo quod tibi proferam, quam nudas, ac simplices coniecturas.

Quo maxime tempore Gregorius Constantinopol. ecclesiam administrabat, mira inter eum & Aegyptios populos caritas, & animorum coniunctio intercedebat. Inde sunt praeclarae laudes, & ingentia praeconia Nazianzeni magno in primis Athanasio, eiusque successori Petro, totique demum Alexandrinorum, Aegyptiorumque populo tributa, Or. alias XXIV. nunc XXXIV. nov. Paris. edit. εἰς τοὺς Αἰγύπτου ἐπιδημήσαντας inscripta. *Vos estis*, inquit praesentes Aegyptios alloquens, *alumni, & soboles illorum praestantium veritatis doctorum propugnatorum*: .. *a quibus, o admiranda regio, hodierno die magis agnosceris, quam omnes ab omnibus simul, tam priscis, quam recentibus historiis agnoscantur. Quocirca te complector & saluto* λαῶν ἄριστε, καὶ φιλοχριστότατε, καὶ θερμότατε τὴν εὐσέβειαν, καὶ τῶν ἀγόντων ἄξιε, *populorum optime, Christique amantissime, & pietate ferventissime, tuisque ducibus digne; neque enim maius quicquam, quod dicam occurrit, nec quo magis vos excipiam. Et vero excipio parum lingua, multum autem animi affectibus. Popule mi; meum enim appello eum, qui eadem, ac ego, sentit Popule mi ... Popule, ad quem beneficiis ornandum accinctus est Deus*,

 Popu-

Popule in manibus Domini scripte Popule , ac ne me quaeso, tamquam immodicum , admiramini , si vos identidem compello ; incredibilem enim ex vobis assidua huiusmodi appellatione laetitiam capio . Pergit porro elegantissimus doctor, & selectioris eloquentiae floribus descripta pompa, & apparatu magnifico navalis classis, quae ex Aegypto frumentum Constantinopolim advectura concesserat, tamquam multo pulchriorem, magnificentioremque eam extollit celebritatem, qua boni, carique Aegyptii, spretis Arianorum ecclesiis, postquam ea, quae sunt Caesaris, Caesari reddiderant, ad unam orthodoxam ecclesiam suam, *Anastasiam* nuncupatam, magno numero convenerant eo etiam pietatis sensu, ut & Deo darent quae Dei sunt, & caelestem simul alimoniam ab Episcopo largitore verbis illis sapientiae invitati : *Venite, comedite panem meum, & bibite vinum, quod miscui vobis*, acciperent. Iam si haec omnis Aegyptiorum multitudo, praesens adfuit altaris sacrificio, quod, uti mos ferebat, Gregorius obtulit, nil eo facilius, quam ut in patria littora reduces eam Liturgiae formam, quam ab amantissimo Praesule, Byzantinorum ritu, recitari audierant, secum ipsis referre studuerint.

Multo vero magis credibile fit, Aegyptios Episcopos, quorum plures ob publica ecclesiae negotia, sub ea tempora, Constantinopoli fuere; nec certe cum Demophilo, aliisque Arianis, sed cum uno Gregorio strenuo Nicaenae fidei vindice communionem in divinis gerebant, hanc sibi curam sumpsisse, ut Byzantinae Liturgiae exemplum, eius simile, quo Gregorius ipse utebatur, sibi compararent. Certum namque, probatumque est, post id temporis in Thebaeorum ecclesiis, ut ex sequenti *fragmento* intelligemus, *Canonem Byzantinorum* in divinae oblationis ministerio fuisse cognitum, atque receptum. Atque hinc ego factum esse suspicor, ut haec Byzantina ecclesiae Liturgia Gregorio nostro adscribi in Aegypto coeperit. Unde tum in Copticis, tum in Graecis Alexandrinae ecclesiae codd., S. Gregorii Liturgia secundas obtinet post Basilianam. Apud Aethiopes, teste Card. Bona, *nono* loco, inter alias, quas habent, numeratur.

De

De S. Iohanne Chryſoſtomo nulla in hac Oratione fit mentio, quia illius Liturgia, de qua Proclus ſcribit, necdum uti ego opinor, edita erat.

(27) ⲛⲛⲉⲡⲣⲉⲥⲃⲩⲧⲉⲣⲟⲥ ⲛⲧⲁⲩϣⲣⲡ ⲙⲧⲟⲛ &c. Qui hoc loci commemorantur, pertinent ad claſſes illas defunctorum, qui eccleſiae precibus indigent, ut ad ſempiternae quietis tabernacula pervenire queant. Vid. adnot. 24. & haec noſtra confer cum ceteris Copticis, & Graecis Liturgiis.

(28) ⲟⲛⲟⲙⲁⲧⲁ. Rubrica ſcilicet eſt de recitandis offerentium, aliorumque nominibus, quorum commemoratio ex Apoſtolica traditione fieri conſueverat. Sed vox ex Graeco archetypo in hanc Thebaicam verſionem traducta videtur, antequam in Graecis, & Memphiticis exemplaribus Liturgiae S. Marci, *diptychorum* vocabulum inſertum fuiſſet. Sic ego interpretor, quae vir ſummus, & Liturgicarum rerum peritiſſimus Iacob. Goar *nota* & p. 143. de antiquitate diptychorum commentatur, ut quum illorum *uſum ad uſque Apoſtolorum tempora*, *vel proxime* revocandum cenſet; atque ad id probandum, utitur *Liturgia S. Marci*, in qua *diptychorum mentionem fieri* primum coepiſſe obſervat, uti ſtatuit ipſe quoque *Salig de dipt.* p. 356. id intelligendum ſit de recitatione *nominum*, quae in S. Cypriani, aliorumque II. III. & IV. ſaeculi ſcriptis commemoratur. Neque ex his ſequitur, non potuiſſe priſcis illis ſaeculis, Apoſtoliciſque temporibus *nominum recitationem* fieri *ex diptychis*; ſed hoc unum contendo, *diptychorum vocabulum* in Gr. & Coptica Liturgia S. Marci non eius eſſe antiquitatis, cuius eſt ſimplex *rubrica* in hac noſtra Thebaica de vivorum, mortuorumque nominibus recitandis *ſacerdotem* commonefaciens.

De diacono, qui nomina recitaret, nihil in Liturgia noſtra dicitur. Graeca eſt Alexandr. S. Marci, quae habet: ὁ διάκονος τὰ δίπτυχα τῶν κεκοιμημένων: *Diaconus legit diptycha defunctorum*. Idem dicitur in Liturgia S. Baſilii una praetermiſſa voce τῶν κεκοιμημένων *defunctorum*: ſed in ea praeſertim, quae S. Marco tribuitur, totam illam de diptychis a diacono legendis

dis admonitionem poſterius additam ſuſpicor; nam Memphitica ipſa verſio eam omittit, illiuſque loco rubricam habet in Miſſali Romae edito Thebaicae noſtrae ſimillimam: ⲁϫⲟⲥ ⲙ̀ⲙⲁⲓ ⲙⲁ ⲛ̀ⲟⲛⲟⲙⲁⲥⲓⲁ : *Recitat heic nomina*. Haec tamen in Latina verſ. Renaud., adeoque & in cod. Regio ipſius Graeco-Copto-Arabicae Liturgiae deſideratur.

Idem cernere licet in Memphit. S. Greg., uti eſt in eodem Miſſali; quamquam Arab. interpretatio pro ϯⲟⲛⲟⲙⲁⲥⲓⲁ habeat التراحيم *diptycha*. Sed nec *diptychorum* meminit S. Athanaſius, ubi in apol. de ſententia Dionyſii Alexandrini adverſus Arianos p. 215. eum laudat, quod *in eccleſia* κεκοίμηται καλῶς *pie obdormierit*, *eiuſque memoria hactenus cum Patribus celebrata*, καὶ γέγραπται *& una in album*, ut vertunt Maurini interpretes, *relata ſit*. Nulla tamen ratione dubitari poteſt, quin tota illa nominum recitatio de ſacris tabulis fieri conſueverit. In his triplex erat recitandorum nominum ordo. *Primus palam beatorum*, *ſecundus palam non beatorum*, *tertius erat Patrum*, *ſeu Epiſcoporum*, *quorum ſtatus erat incertus*. Ita, conſentiente Renaudotio, Chriſtianus Lupus tom.II. Syn. gener. in diſſert. de v. Syn. c. 8. Eoque ſpectant S. Cyrilli Hieroſol. dicta in catech. XXIII. Myſtag. v. de ſac. Liturg. *Poſtea recordamur eorum quoque*, *qui obdormierunt*: *primum Patriarcharum*, *Prophetarum*, *Apoſtolorum*, *Martyrum*, *ut Deus eorum precibus*, *& legationibus orationem noſtram ſuſcipiat*. *Deinde & pro defunctis ſanctis Patribus*, *& Epiſcopis*, *& omnibus generatim*, *qui inter nos vita functi ſunt*, [*oramus*], *maximum hoc credentes adiumentum illis animabus ferre*, *pro quibus oratio defertur cum ſancta*, *& per quam tremenda eorum iacet victima*. Hoc idem dictum intellige de precibus iuxta Liturgiam noſtram paullo ante conſecrationem Deo oblatis, quo loci ſacerdos *manifeſte Sanctos* primum invocat, oratque deinde pro ceteris vita functis coram eadem ipſa victima, quam *per anticipationem* ope fidei ſibi ſiſtit in animo tamquam *praeſentem*.

(29) Liturgia Thebaica non amplius ſequitur eam, quae S. Marci dicitur, ſed *Gregorianam*. Sic enim de hac ſcribit Renaudotius in notis tom.I. p.348. *Quod ſingulare iſti*, *& pau-*

cis

cis quibuſdam aliis officiis liturgicis, *quod tota recitatio inſtitutionis euchariſtiae ita refertur*, *ut ad Chriſtum*, *in SECUNDA PERSONA*, *oratio dirigatur*. Idem eſt de hac noſtra; in qua tota *praefatio ad Chriſtum*, *in ſecunda perſona*, perpetuo *dirigi* videtur. Sed partes priores, quibus & *triumphalis hymnus*, & caeli, & terrae, rerumque omnium viſibilium, & inviſibilium creatio, aliorumque ingentium beneficiorum Dei creatoris ad humani generis commodum, & fauſtitatem ſeries, fuſiori, ut apparet, ſtilo, a pag. 98. ad pag. uſque 112. deſcripta, contineri debebat, miſere perierunt. Una eſt reliqua pars eiuſdem praefationis poſtrema, quae hiſtoriam omnem protoparentum noſtrorum Adami & Evae, uti in tribus prioribus Geneſeos capitibus enarratur, complectitur; donec veniat ad grande illud peccatum, quo primus homo & ſe, & ſtirpem quoque ſuam, quam peccando in ſe tamquam in radice vitiaverat, poena mortis & damnatione obſtrinxit. Inde progreditur ad extollendam immenſam Dei pietatem, & miſericordiam, qua, poſtquam Prophetas ad perditos homines miſerat, eiſque legem in auxilium dederat, tandem idem ipſe, ut nos a ſervitute redimeret, & ad regna, unde aeternum exſules, eiectique fuimus, revocaret, ſponte pro nobis, & pro totius mundi ſalute, mori voluit. Huiuſque ingentis caritatis argumentum eum nobis praebuiſſe commemorat, qua nocte euchariſticum ſacrificium corporis, & ſanguinis ſui inſtituit, illudque tradidit diſcipulis ſuis in ultima coena.

In aliis Aegyptiacis, & Graecis Liturgiis haec omnia breviſſimis ſententiis, oratorum more, (licet paullo latius in Gregoriana) indicantur: at in hac noſtra tam prolixe: ea praeſertim, quae ad hiſtoriam Adami pertinent, referuntur, ut nullum hucuſque exemplum invenire licuerit, in quo ſimilis *praefationis* forma exhibeatur. An Graecum illud archetypum, unde Thebaica iſta Liturgia prodiit, unum erat ex antiquioribus exemplaribus, quae utpote nimis prolixa S. Baſilius in breviorem *ordinem* redegiſſe traditur?

Ibid. ⲁⲕⲛⲓϥⲉ ⲉϩⲟⲩⲛ ⲉϩⲣⲁϥ ⲛⲟⲩⲛⲓϥⲉ ⲛⲱⲛϩ. Gen. II. v. 7. Sic itaque Thebaica verſio legebat, ut Memphitica

tica ⲁϥⲛⲓϥⲓ ⲉϩⲟⲩⲛ ϧⲉⲛ ⲡⲉϥϩⲟ ⲛⲟⲩⲫⲛⲟⲏ ⲛⲱⲛϩ. Ita & meus Guillelmus Boniurius in inchoata interpretatione libri Genes. Copto-Arab. ex codd. biblioth. Vatic. exscripti ⲛ̀ⲟⲩⲫⲛⲟⲏ, πνοὴν, *spiritum* exponit; quod olim Tertulliano displicuit l. 2. cont. Marcionem c. 9. Veritus enim, ne nomen *spiritus*, qui *Deus est*, tribueretur animae, πνοὴν non *spiritum*, sed *adflatum*, *&* *imaginem Dei*, *idest spiritus*, tamquam *minorem spiritu*, eique minime adaequatam, appellari debere contendit. Nimis nempe subtiliter, & scrupulose. Nam scripturae nostrae, Graeci ac Latini Patres, magnique nominis Theologi, inter quos Petavius *de op. sex dier.* l. 2. c. 4. n. 14. πνοὴν ζωῆς *spiritum*, *vel halitum vitae figurata locutione*, rationalem hominis animam appellare non dubitarunt. Ac certe Augustinus modo *spiritum*, modo *flatum* vertit. Unde de Gen. ad lit. 6. c. 11. n. 19. *inspiravit*, sive *insufflavit in eius faciem spiritum vitae*. *Quid enim est aliud anima*, *quam spiritus vitae*, *creatus utique*, *non creator*? Idemque tradit l. x. n. 38. Ceterum *non nimis est de nomine laborandum*, ait in 7. lib. c. 21. n. 30. Attamen de his videas velim quae SS. Doctor differit in c. 24. lib. XIII. *de civ. Dei*. At ⲛⲓϥⲉ in ipsa Hebr. radice נפח *inspirare*, *afflare*, latere videtur. ⲛⲓⲃⲉ igitur, quod est ex *myst. litter.* in Lex. La-Croz., rectius legi debet ⲛⲓϥⲉ, quam ⲛⲓⲃⲉ.

(30) ⲛ̀ⲧⲉⲧⲣⲩⲫⲏ. Hinc etiam apparet ad v. 15. c. 2. Gen. versionem τῶν ō habuisse vocem τῆς τρυφῆς, quae cum asterisco *, addita est a Grabe in editione cod. Alexandr. Anglor.

Ibid. ⲛⲛⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ ⲉⲩϩⲩⲡⲟⲩⲣⲅⲉⲓ· Ni ⲛⲛⲁⲅ// ⲅⲉⲗⲟⲥ ⲉⲩϩⲩⲡⲟⲩⲣⲅⲟⲓ legendum putes; (ὑπουργοὶ namque graece *ministri* vocantur,) Theb. ϩⲩⲡⲟⲩⲣⲅⲉⲓ tamquam ab ὑπουργέω ductum, formam sequetur infinitivi ὑπουργεῖν per aphaeresin τοῦ, ν. Haec vero sententia mire confirmat eorum scriptorum placita, qui *Angelorum ministerio* ad Adamum adducta putarunt animantia iam condita, ut eis nomina imponeret.

(31) ⲉⲓⲧⲁ ⲟⲛ. His exceptis, cetera, quae sequuntur, ipsissima sunt cum Memphiticis sacri textus cap. II. Gen. v. 18.

(32)

(32) ⲁⲩⲉⲓⲛⲉ ⲉϩⲣⲁⲓ ⲉϫⲱϥ ⲛⲟⲩϩⲓⲛⲏⲃ ⲁϥⲱⲃϣ: Ex v.21. eiusdem cap. II. Gen. Nam ⲕⲁⲧⲁ ⲧⲉⲕⲥⲟⲫⲓⲁⲛ ⲛⲁⲧϭⲛⲣⲁⲧⲥ peculiare additamentum est. Quod vero in Liturg. nostra simpliciter legitur ⲛⲟⲩ ϩⲓⲛⲏⲃ, in Memphitica est ⲛⲟⲩ ⲥⲣⲟⲙ ⲛ̀ϩⲓⲛⲓⲙ, idest interprete Boniurio: *soporem somni*. Est autem ϩⲓⲛⲏⲃ idem omnino ac ϩⲓⲛⲓⲙ commutatis litteris ⲏⲃ in ⲓⲙ. Sed si ϩⲓⲛⲏⲃ, ut docet La-Crozius in Lex. *somnium* significaret, sumi posset pro *ecstasi*, uti verterunt LXX. ἔκςασιν. Et ideo Augustinus ipse hunc locum sic legit: *Et immisit Deus* ecstasim *in Adam*. Unde l.IX. de Gen. ad lit. c.19. *Ac per hoc*, inquit, *illa etiam* ecstasis, *quam Deus immisit in Adam, ut soporatus obdormiret, recte intelligitur ad hoc immissa, ut & ipsius mens per* ecstasim *particeps fieret tamquam Angelicae curiae, & intrans in sanctuarium Dei intelligeret in novissima. Denique evigilans tamquam prophetiae plenus, cum ad se adductam costam, mulierem suam videret, eructuavit continuo, quod magnum sacramentum commendat Apostolus*: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea Et propter hoc relinquet homo patrem suum, & matrem, & adhaerebit uxori suae, & erunt duo in carne una. *Quae verba cum primi hominis fuisse scriptura ipsa testetur, Dominus tamen in evangelio Deum dixisse declaravit ut hinc intelligeremus propter* ecstasim, *quae praecesserat in Adam, hoc eum divinitus tamquam prophetam dicere potuisse*.

Magna profecto caussa est, cur Thebaica versio, quae alibi semper editionem LXXviralem sequitur, hoc etiam in loco ei insistere, adeoque & ἔκςασιν per illud ϩⲓⲛⲏⲃ reddere voluisse credatur. Retine tu tamen, me quoque consentiente, *somnum*, dummodo cum Augustino *somnum* intelligas *ecstaticum* in Adam iuxta divinae sapientiae arcana immissum. *Somnus*, namque ϩⲓⲛⲏⲃ dicitur in Theb. fragm. Luc. XI. vers. 21., ubi sermo est de Apostolis somno sopitis in historia de divina transfiguratione Christi.

Ibid. ⲁⲕϫⲓ ⲛⲟⲩⲉⲓ ⲛ̀ⲛⲉϥⲃⲏⲧ ⲥⲡⲓⲣ &c. Sunt & haec

ex eodem v. 21. Nonnihil tamen a Memphiticis variant. Illa enim Deum sumpsisse dicunt *unam costarum lateris* Adae, ista *costam de lateribus eius*. In reliquis conveniunt.

(33) ⲈⲨϨⲀ, Hebr. חוה *Cavah*, seu *Havah*, unde *Heva* rectius cum initiali aspirata legitur, sed vulgo *Eva* sine aspiratione scribitur. Singularis est huius nominis pronuntiatio apud Thebaeos tam in hac Liturgia, ubi bis *Evha* dicitur, quam in fragm. vetustissimo 1. Paulli ad Timoth. c. 2. v. 13., ubi pariter ⲈⲨϨⲀ *Euha* nuncupatur. Caussam divinare nequeo, nisi ea fortasse sit, quod per *metathesin* τȣ ϩ, nomen hoc Thebaei sic efferre consueverint. *Septuaginta*, & *Memphitae* Gen. III. v. 20. vertunt nomen Hevae ab Adamo impositum ζωὴ, حوا *Chavva* in Arab. versione apud Boniurium, in aliis حوه, *Chavvah*. Sed cap. IV. Gen. v. 1. Memph. versio exprimit nomine suo ⲈⲨⲀ, & LXXviralis Ἔυαν. Quo vero pacto derivari inde quiverint insani illi clamores, quibus Ἐυὰν furibundi Bacchantes vociferabantur, praestantissimi scriptores a Ioh. Alb. Fabricio in cod. Pseudepigr. *V. T.* ed. II. art. 34. de *Eva*; & a Iohan. Pottero in adnotat. ad *Protrepticon* Clem. Alex. pag. 11. laudati, iam docuere. Ea profecto est Alexandrini Doctoris sententia: *Ecce tibi homines furoris aestro perciti* Bacchum Maenolem *solemnibus orgiis celebrant serpentibus coronati*, *vastis clamoribus inclamantes* Ἐυὰν, Ἐυὰν ἐκείνην, Evam, Evam illam, *per quam ianua est errori patefacta*, *& mors*, ut addit ex codice suo Eusebius, *insecuta Tum vero si accurate vocem Hebraicam*, (nempe Syro-Chaldaicam ܚܘܐ, vel חויא in Targum Onkelosii, & Io nathanis, sic expressam) *interpretari velis*, τὸ Ἕυια, Heva, *cum aspiratione graviori serpentem significat*. Quodque Hesychius Εὔαν, dicat κισσὸν *hederam ab Indis* appellari, parum refert. Quid enim, si κισσὸν Εὔαν *Bacchum* appellavere Indi, ut Ἄμπελον *vitem Bacchum* ipsum, eodem teste Clemente, dixere *Thebani*? Ut enim ἄμπελος, sic κισσὸς erat Baccho sacer; unde est etiam κισσὸς Διονύσιος. Neque id novum videri poterit cuicumque compertum sit, non modo Bacchi μυθολογίαν, sed & res *Hevae* gestas pluri-

pluribus licet fabulis involutas ac deturpatas apud Indos & Brahmanes commemorari. Ἐυὰν, *Sopingio*, *est acclamatio Bacchantium*: *quae sacra apud* Indos *primum instituta*, *&* *celebrata sunt*: *&* *inde fortasse* Hesychii *suspicio*, *indicum verbum esse*. Inde & Ἔυας, Διόνυσος, ab eodem Hesychio explicatur.

Ibid. ⲁϥⲉⲓⲛ ⲉⲙⲙⲟⲥ ⲉⲣⲁⲧϥ, fortasse ϩⲉⲣⲁⲧϥ: pro quo τῶν ō, & Memphitica translatio habent Gen.II. v.22. πρὸς τὸν Ἀδάμ, ϩⲁ ⲁⲇⲁⲙ. Nullus tamen dubito, quin sic etiam legeret Thebaica: sed in hoc Liturgiae loco excerpta tantum referuntur; ut mirum non sit, si alicubi variant.

Ibid. ⲛⲧⲁⲩϫⲓ ϫⲉ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲙ ⲡⲣⲱⲙⲉ. In prioribus huius 23. v. c. II. Gen. verbis nostrum istud excerptum singillatim convenit cum Memph. Sed postrema verba mox recitata, *quoniam de viro sumpta est*: quae habentur in textu Hebr., & in versione τῶν ō, desunt in Memphitica cod. Vatic. perinde atque in Arab. interpretatione apud Boniur.

(34) ϣⲁⲧ ⲛⲟⲩⲁ ⲛⲟⲩⲱⲧ ⲡⲉⲓⲟⲩⲁ ⲙⲁⲩⲁⲁϥ &c. Excipit scilicet maiori cum *emphasi* e numero omnium arborum paradisi terrestris *unam tantum*, *hanc unam solam*, de qua sub interminatione mortis iussit Deus Adamo, & Evae ne comederent, ut intelligatur tanto immanioris culpae fuisse primorum parentum praevaricationem, quanto levioris, mitiorisque oneris fuit tam restrictum, tam moderatum, tamque etiam ad adimplendum facile summi Conditoris praeceptum. In quam sententiam vide, quaeso, Augustinum lib.XIV. *de Civ. Dei* c. 12. Confer tu ista cum iis, quae leguntur in *Praefatione* tum Liturg. Iacobi apud *Cotelerium* l. 8. Const. Apostol. pag. mihi 405., tum in Liturg. S. Gregorii Theologi sive Graeca, sive Coptica. Mire enim inter se conveniunt. Verum huius sententiae vim subindicant quidem Hebraici textus verba, sed palam non exprimunt. Soli LXX. eam enunciant c. III. v. 11. *de quo* (ligno) *praeceperam tibi* τούτου μόνου μὴ φαγεῖν, *ne de hoc uno comederes*: idemque repetit Deus v. 17., ubi pro τούτου μόνου Memph. versio habet ⲫⲁⲓ ⲙ̄ⲙⲁⲩⲁⲧϥ. At vero multo significantius haec eadem in Liturgia nostra ex ver-

 sione

ſione ipſa, ut apparet, Thebaica explicantur. Egregia ſunt, quae ex his commentatur S. Ioh. Chryſoſt. in c. 3. Geneſis.

(35) ⲉⲧⲃⲉ ϫⲉ ⲉⲛⲉⲥⲱⲱϥ ⲁⲛ ⲛϭⲓⲡⲉϣⲏⲛ ⲉⲧⲙⲙⲁⲩ: Similem de arbore ſcientiae boni, & mali habet ſententiam S. Greg. Naz. or. 45. n. 8. Nam inter cetera, quae magnam habent coniunctionem cum hac parte tum Liturgiae noſtrae, tum illius etiam quae Graeca, & Memphitica ſcripta eidem magno Doctori ab Alexandrinis tribuitur, de hac arbore verba iſta laudato loco leguntur: *Legem, quaſi materiam, libero arbitrio dedit. Lex autem illa praeceptum erat, quo praeſcribebatur tum quibus arboribus ei* (Adamo) *utendum eſſet, tum a qua manus abſtinendae. Ea porro erat* ſcientiae arbor, οὔτε φυτευθὲν ἀπ' ἀρχῆς κακῶς, οὔτε ἀπαγορευθὲν φθονερῶς, *non illa quidem, aut male a principio conſita, aut per invidiam interdicta, ne illuc linguas ſuas* θεομαχοὶ *Dei hoſtes iniiciant, nec ſerpentem imitentur.* Adde Gregorio Auguſtinum tum alibi, tum etiam laud. lib. *de Civ. Dei.* Quod porro ⲥⲱⲱϥ, praeter alias ſignificationes hanc etiam habeat, ut βεβήλωσιν *profanationem* deſignet in Liturg. Gregor., ut docet La-Croz. in Lex., facile conceſſerim; nam βεβήλωσιν eadem Graeca Liturg. apud Renaud. pag. 109. τῷ ⲥⲱⲱϥ Memphitico reſpondentem, legit. Sed heic Renaud. βεβήλωσιν interpretatur *immunditiam*, ubi in Memphit. τὸ, ⲛⲓⲥⲱⲱϥ vertit *maculas*. ⲟⲩⲥⲟϥ legitur etiam Daniel. 9. v. 27. gr. βδέλυγμα *abominatio* iuxta Vulg. Nos Thebaicam ⲉⲛⲉⲥⲱⲱϥ vertimus *contaminationem*. *Non quod contaminatio eſſet arbor illa*; ut ita ſignificaretur, eam non fuiſſe *origine*, & *natura* ſua corruptam, & maculatam. Unde & Auguſtinus l. 13. *de Civ. Dei* c. 20. de ea dixit: *non quia ipſa erat malum*. Poſt haec, ſi tibi lubeat ſententiam iſtam in hunc etiam modum reddere; *non quia contaminata eſſet arbor illa*, nihil repugnavero. Nam & Aug. c. 12. l. 14. ſcripſit de *eſca* illa, *non quidem mala*, *nec noxia*, ſed *quia probibita*.

Verum ⲉⲡϣⲏ, quod eſt in extremo lineae, ibique ⲏ habet cum lemniſco, vel obelo ÷ ſuperne poſito, & eſt ⲛ ſupplendi index, lege ⲉⲡϣⲏⲛ.

(36) ⲙⲡϥⲉϣⲃⲱⲕ ⲇⲉ ⲉϩⲟⲩⲛ ⲉⲧⲃⲉ ⲛⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ: Vertimus : *non est ingressus propter Angelos* ; sed modo animadvertimus reddi exactius potuisse : *noluit vero ingredi*. Quod autem heic, & in sequentibus dicitur de diabolo, qui ausus non est ob metum sanctorum Angelorum, neque sub propria, neque sub aliena forma in interiora paradisi pervadere ; licet peculiaris sit Thebaici scriptoris nostri sententia, non modo nihil adflat erroris, nihilque spirat absurdi, sed facile componitur cum divinae scripturae & Patrum testimoniis de pugna & potestate bonorum Angelorum in malos.

ⲉⲧⲕⲱⲧⲉ quod sequitur, κατὰ γράμμα erit : *qui circuibant*, sed, si sensum teneas, satis apte nobiscum interpretaberis, *qui custodiebant*.

(37) ⲁϥϫⲓ ⲇⲉ ⲛⲁϥ ⲛⲟⲩⲙⲟⲣⲫⲏ ⲧⲁⲓ ⲛⲥⲟⲩⲁϩⲏⲩ ⲁⲛ ⲉⲣⲁⲧⲥ. De forma serpentis non phantastici, sed naturalis, quam suscepit, invasitque diabolus, ut sub ea latens, atque in eadem ipsa agens, fraudem & exitium moliretur Evae, antiquissima Aegyptiorum sententia erat. Hanc magnus Athanasius adoptasse videtur or. *de incarnatione*. Nam quae Iacobus Ode commentar. *de Angelis* to.II. p.578. refert ex to.II. oper. Athanasii pag. 365: *Non accessit ad Evam in nuda suiipsius forma diabolica*, ἀλλ' ἐφόρεσε σάρκα, *sed gessit carnem*, *serpentem*, scilicet, *& sic accessit*, *& decepit illam*, tamquam spuria a Maurinis editoribus reiiciuntur. Illa sunt certa, ac genuina S.Cyrilli Alex. dicta l.3. cont. Iulian. p.88. *manifestum est non fuisse allocutum mulierem solum*, *& per se serpentem* : ὑπέδυ γε μὴν τὸ αὐτοῦ πρόσωπον ἀρχέκακος σατανᾶς : *verumtamen eius* (serpentis) *personam subiit mali auctor Satanas hominem spoliare volens*, *quae data ei fuerat*, *immortalitate* ; quibus nil clarius adferri potest ad eorum refellendam sententiam, qui Cyrillum putant serpentem Evae deceptorem *phantasticum* fuisse, & a diabolo fictum. Adde S. Basil., qui tom.II. p.81. *serpentem* ὄργανον *instrumentum*, *diabolum vero efficacem instrumenti motorem actoremque* appellat. Sic & Basil. Seleuc. or. 3., sic Chrysost. hom.16. in 2.Genes. Epiphan. haer. 37., Theodoretus, tandemque Augustinus; qui

qui libro praesertim XI. de Gen. ad lit. c. 29. *serpentem*, ait, dictum esse astutissimum omnium bestiarum *propter astutiam diaboli*, *qui in illo*, *& de illo agebat dolum*. Cum his Patrum dictis egregie consonat adductus locus Thebaicae Liturgiae, ubi diabolus suscepisse dicitur formam τοῦ, ⲉⲛⲥⲧⲁϩⲏⲩ ⲁⲛ, id est, ut nos vertimus, *reptilis* (non iacentis, adeoque) *stantis*. At pro ⲉⲛⲥⲧⲁϩⲏⲩ legendum esse putamus ⲉⲛⲥⲁⲧϩⲏⲩ compositum ex ϫⲁⲧⲃⲉ, quod est per apocopen ϫⲁⲧ, & commutata, ut fieri solet, ϫ in ⲥ, ⲥⲁⲧ, ἑρπετόν *reptile*, & ϩⲏⲩ ex ϩⲱⲟⲩⲓ *iacere*, more Theb. redacto in ϩⲏⲩ: unde *formam*, quam *diabolus* suscepit, ⲉⲛⲥⲁⲧϩⲏⲩ ⲁⲛ, eam interpretati sumus, quae est *reptilis* (*non iacentis*, sed) *stantis*. Cur vero Thebaeus *reptilis* magis quam ϩⲟϥ *serpentis* nomen inducere voluerit, hanc unam caussam, neque aliam tibi reddere queo. Forma serpentis post divinam maledictionem horridum quid sonat, abominandum, & atrox. Haec non apta videbatur ad Evam alliciendam. *Reptilis* proinde nomen, quod genericum est, & serpentibus ipsis commune, tamquam magis accommodatum ad artificium diaboli exprimendum, fortasse adhibuit; praesertim quum de serpentis specie, qualis ea fuerit, incerti sint scripturae sanctae interpretes. Quod vero dicit de forma *reptilis stantis*, sive *non* humi *iacentis*, nihil dicit, quod eo aevo vulgatum non esset. Basilius magnus or. III. de hominis structura: Οὐ φρικτὸς ὄφις τότε ἀλλὰ προσηνής, καὶ ἥμερος· οὐκ ἄγριον ἐπικυμαίνων, καὶ ἕρπων κατὰ προσώπου τῆς γῆς, ἀλλ' ὑψηλὸς ἐπὶ ποδῶν βεβηκώς. *Serpens tunc non erat horribilis*, (quod & Augustinus, aliique PP. docent), *sed mitis*, *& mansuetus*: *non agrestis instar undarum volubilis*, *& reptans in terrae faciem*, *sed celsus in pedes incedens*. Et quamquam antea humi reperet, pedibusque careret, miris tamen convolutionum nisibus se se attollens ὀρθὸς ἑστηκὼς τῇ γυναικὶ διελέγετο, *erectus stans mulierem* est alloquutus; *non enim poterat alio modo cum Eva colloquia miscere*, ait serm. VI. *de creat. mundi*, tom. VI. oper. S. Iohan. Chrysost. p. 506. Severianus Gabalorum in Syria Episcopus eidem Chrysostomo *Synchronus*. Non me latet

latet Tillemontium, & Maurinos PP. de hac Basilii oratione, an genuinus ipsius fetus sit, dubitare; quamquam uti genuinum tuentur vir doctissimus Praedic. Ord. Combefisius, aliique; sed certe auctoris est antiquissimi, qui aut aequalis, aut Basilii aevo proximus vixit. Atque, ut Iosephum l. I. *de antiquitatibus* praetermittam, Procopius, Cedren., Michaël Glyca, Moyses Barcephas, aliique cum nostrae, tum alienae communionis eruditi sententiae huic adstipulantur.

Neque e reptilium numero eximendus est serpens stans, & erectus, etsi aut bipes, aut quadrupes dicatur. Nam, ut ait Augustinus III. de Gen. ad litt. c. XI. *Repentia quidem*, *sive reptilia terrena non est dubitandum, quod omnes* serpentes (Moyses) *intelligi voluit*, *quamquam & bestiae dici possunt*. Et rursus quadrupedia & reptilia, *ubi arbitror significatur quae quadrupedia dixerit scilicet quae in genere sunt reptilium*, *sicut sunt lacerti*, *stelliones*, *& si quid huiusmodi est*. Huc referuntur serpentes, seu etiam dracones bipedes, quadrupedes, & octopedes, de quibus plura narrant rerum naturalium scriptores. Quid, quod inter *oedeporica* Aegypti effigies in aere incisae cernuntur serpentum ἀπόδων, qui rubris cristis, radiantibus oculis, retortis caudis in spirarum morem, & elato pectore erecti ad musicas instrumentorum modulationes in gyrum concinne moventur, deque seipsis iucunda spectacula edunt?

Non desunt viri docti, qui putent *serpentem* Evae *deceptorem* ex eorum genere fuisse, quos scriptura sancta Numer. XXI. v. 6. 8. & 17. שׂרפים *Seraphim*, *ignitos*, *ardentesque serpentes* appellat. Hi enim in Arabia quammaxime, & in Aegypto frequentes visuntur, flavo, fulgidoque colore conspicui; & ut alati sunt, dum alas ad Solis radios expandunt, miro quodam varioque lucis fulgore micantes intuentium oculos non sine ingenti voluptate in seipsos rapiunt. Inde & Isaiae VI. v. 2. *Seraphim*, beatorum *Angelorum* nomen, derivatum est. Atque in eum plane modum explicare se posse arbitrantur, quo pacto daemon sub corpore latens unius vel alterius ex speciosioribus hisce *ignitis serpentibus* ante formam Evae conspectum ementiri potuerit boni alicuius *Angeli* ex eo ordine, qui

qui caeleſtes, divinique *Seraphim* nuncupantur, ut miſeram feminam facilius ſeduceret. Quid vero? Non eſt huius loci plura de hoc argumento diſquirere.

Attamen ut eo redeam, unde digreſſi ſumus; ſi tibi magis arrideat, ⲥⲁⲧϩⲏⲧ ⲁⲛ deducere ex Coptico ϣⲧⲏϩⲣⲩⲧ *abiectus*, *iacens*, ita ut ϣⲧⲏϩⲣⲩⲧ ⲁⲛ, idem ſit ac noſtrum ⲥⲁⲧϩⲏⲧ ⲁⲛ *non iacens*, age, ut libet. Sed tunc deerit in textu tum *ſerpentis*, tum *reptilis* nomen, quod mihi perſuaſum non eſt.

(38) ⲉⲧⲃⲉⲟⲩ ⲛⲧⲉⲧⲙ ⲟⲩⲱⲙ ⲁⲛ... *Cur vos non comeditis?* LXX., quorum verſionem ſequuntur Aegyptii, ſic habent τί ὅτι εἶπεν ὁ Θεὸς· οὐ μὴ φάγητε, *cur dixit vobis Deus, ne comedatis*. Memph. ⲉⲑⲃⲉ ⲟⲩ ⲁ-Ⲫϯ-ϫⲟⲥ ϫⲉ ⲛⲛⲉⲧⲉⲛ ⲟⲩⲱⲙ. Ex his collige, Liturgiam noſtram hoc loci ſenſum magis quam ſolida ipſa Thebaicae verſionis verba referre. Neque enim mihi perſuadere poſſum, in ea defeciſſe verba iſta; *dixit Deus*, quae ſunt in Hebr. textu, & in ceteris omnibus verſionibus.

(39) ⲟⲩⲁ ⲙⲁⲩⲁⲁϥ: *una tantum*, ſive *una ſola* vetita arbor. Vid. ſupra in adnot. 34.

(40) ⲁⲩⲕⲱ ⲕⲉϩⲏⲧ ⲛⲑⲃⲥ ⲱⲛ ⲉⲡⲟⲩⲣⲁⲛⲓⲱⲛ. Qui cum his verſionem noſtram comparaveris, vide ut ⲱⲛ poſitum accipias pro ⲟⲛ *etiam*. Sic autem ⲛⲑⲃⲥ *figurate* dicta intelliguntur *indumenta* tum *decoris*, & *gloriae*, quibus Deus creator membra *corporis* primorum parentum, ut Athan. & Chryſoſtom. loquuntur, exornaverat, tum etiam *ſanctitatis*, *iuſtitiae*, aliarumque ſupernarum caeleſtiumque gratiarum dona, quibus eos ſummus ipſe conditor uberrime cumulaverat. Sin vero legeris, uti legi poteſt ⲛⲑⲃⲥⲱ ⲛⲉⲡⲟⲩⲣⲁⲛⲓⲱⲛ, hoc etiam pacto *caeleſtium veſtimentorum* nomine τροπικῶς ſignificari intelliges ea omnia divinarum gratiarum munera, quibus Adam & Eva in ipſo praevaricationis ſuae momento ſe nudatos deprehenderunt.

(41)

(41) ⲛ̀ϭⲓⲡⲉⲕⲟⲇⲉⲥⲡⲟⲧⲏⲥ ⲉⲙⲟⲩϣⲧ legendum censeo ⲛ̀ϭⲓⲡⲟⲓⲕⲟⲇⲉⲥⲡⲟⲧⲏⲥ ; est enim Graecum ipsum οἰκοδεσπότης. Hunc itaque locum vertere sic etiam poteris: venit *paterfamilias perambulare*, aut, ut nos ipsi vertimus, *perambulans* possessionem suam.

(42) ⲁⲕϣⲉⲛⲉϩⲧⲏⲕ ϩⲁⲣⲟⲛ, *misertus nostri*. Legerim ego quidem ⲁⲕϣⲉⲛⲉϩⲏⲧⲕ ϩⲁⲣⲟⲛ. Facile enim fuit incurioso amanuensi scribere ϩⲧⲏ pro ϩⲏⲧ. Ac profecto ⲛ̀ⲧⲉϥϣⲉⲛϩⲏⲧ ϭⲁⲣⲟⲛ habemus in Liturg. Basil. p.21. Missalis Copto-Romani: ⲛ̀ⲣⲉϥϣⲉⲛϩⲏⲧ in Liturgia Cyrilli pag. 269., & ⲙⲉⲧϣⲉⲛϩⲏⲧ in prec. praeviis eiusdem Missalis, praeter exempla, quae cl. Woid. in Lexic. La-Croz. edidit. Sed quum in eod. Lex. videam scriptum ϣⲁⲛⲁϩⲑⲏϥ ex tribus codd., quod mutato ⲁ in ⲉ, & ⲑ in ⲧ, more Theb., idem est, ac ϣⲉⲛⲉϩⲧⲏⲕ ; rem uti est, in medio relinquam; praesertim quum similis vocabuli exemplum paullo post visuri simus in sequenti fragmento.

(43) ⲉⲩⲗⲟⲅⲓⲥⲁⲧⲉ. Rubrica est, qua iubentur sacerdotes eucharistica dona consecrare. Si rudem simplicemque verbi huius sonum audire velis, εὐλογήσατε, pro quo Thebaicum est ευλογισατε per ι loco τȣ͂, η, latine continuo dices: *benedicite*. Sed si aptam, germanam, propriamque significandi vim, quam hoc loco habet, attenderis, nihil credo dubitaveris de nostra illa interpretatione, quae est: *Eulogiam conficite*. Agitur enim heic de *eulogia*, de mysterio scilicet, perficiendo *corporis*, *& sanguinis* Christi domini. Id est, quod orthodoxi Aegyptii *eulogiae* nomine intelligebant. Unde illa sunt S. Cyrilli Alex. in c.VI. Iohan: *Quidnam ergo Christus pollicetur? Nihil* quidem *corruptibile*, εὐλογίαν δὲ μᾶλλον τὴν ἐν μεταλήψει τῆς ἁγίας σαρκάς τε, καὶ αἵματος, *sed* eulogiam *potius illam, quae est in participatione sanctae carnis, & sanguinis*. Et paucis interiectis, tamquam publicae offensionis & scandali caussam, morem castigat eorum baptizatorum, qui rarissime & vix ecclesias adirent, longoque temporum spatio, sub damnosi metus, & re-

ligionis praetextu, ab *eulogia* διὰ τοῦ Χριστοῦ, *quae per Christum est*, abstinere solerent. Rursus p. 666. eorumdem commentarior. in Ioh. *mysticam eulogiam* esse dicit, δι' ἧς ἐμφυτεύει Χριστὸς τὴν ἑαυτῆς ζωὴν διὰ τῆς μεταλήψεως τῆς ἰδίας σαρκὸς τοῖς πιστοῖς, *per quam inserit Christus suam ipsius vitam, data propriae carnis participatione fidelibus*. Huius denique *mysticae eulogiae* vim explicans p. 862. & seq., eam esse dicit, quae fit per *participationem corporis*, *&* *sanguinis Christi* φυσικῶς *naturaliter*, σωματικῶς *corporaliter*. Huius itaque eulogiae actio, ea est, qua per hoc verbum ευλογισατε in Thebaica Liturgia indicatur.

(44) ⲁⲕϫⲓ ⲛⲟⲩⲟⲉⲓⲕ &c. Sic etiam habet Liturg. Copt. S. Greg. ⲁⲕϭⲓ ⲛⲟⲩⲱⲓⲕ, *accepisti panem*. In sequentibus plura sunt, in quibus Thebaica nostra differt a Memphitica, & Graeca ipsa Gregorii. Nam inter cetera ⲁⲕⲥⲫⲣⲁⲅⲓⲍⲉ habet, *obsignasti*, quod neque in Gregoriana, neque in aliis sive Memphiticis, sive Graecis Liturgiis invenitur.

(45) ⲡⲁⲓ ⲅⲁⲣ ⲡⲉ ⲡⲁⲥⲱⲙⲁ ⲉⲧⲟⲩⲛⲁⲧⲁⲁϥ ϩⲁⲣⲱⲧⲛ &c. ⲅⲁⲣ particulam non habent neque exemplum Liturgiae, quod exstat in Constitutionibus Apostolicis, neque utraque Graeca Alexandr. Basilii, & Gregorii, sed una, quae dicitur S. Marci. Adde & Liturgias tum Chrysostomi, tum Basilii, quibus utuntur Graeci orientales. In iis enim particula γαρ non legitur; etsi, quod observat doctissimus Goar, ea exstet in codd. Italo-Graecis. At κλώμενον ⲉⲧⲟⲩⲛⲁⲫⲁⲥϥ, *quod frangitur*, in tribus Graecis, & Memphiticis exprimitur apud Renaud., uti & in Missal. Copto Romae ed.; in Thebaica vero praetermittitur, unumque legitur ⲉⲧⲟⲩⲛⲁⲧⲁⲁϥ, *quod dabitur*.

(46) ⲁϥϫⲓ. Error amanuensis. Lege ⲁⲕϫⲓ, *accepisti*.

Ibid. ⲁϥⲕⲉⲣⲁ. Corrige ⲁⲕⲕⲉⲣⲁ, *miscuisti*.

Ibid. ⲁⲕⲥⲫⲣⲁⲅⲓⲍⲉ, *obsignasti*, non in superiori modo eucharistici panis; sed & heic in calicis consecratione adhibetur.

Σφραγίζειν apud Liturgicos scriptores idem saepissime est, quod *cruce signare*; unde & σφραγίδα *crucis signum* plerumque

 appel-

appellant. At Goarius not. 129. in S.Ioh. Chrysost. missam, agens de benedictione a sacerdotibus *ad exemplum Christi* praemittenda in consecratione: *Ea licet*, inquit, *qua usus est Christus, benedictio, non fuerit crucis expressio, absque ea tamen nihil sanctificare aut solet, aut didicit ecclesia. Signum enim hoc*, ait Augustinus tr. 118. in Iohan., *nisi adhibeatur sive frontibus credentium, sive ipsi aquae, ex qua regenerantur, sive oleo, quo chrismate unguntur, sive SACRIFICIO, quo aluntur, nihil rite perficitur*. Quod & Chrysostomi auctoritate confirmat. Nisi ergo dicere velimus Christum, (contra quam sentit Goarius), *crucis signum* supra symbola consecranda duxisse, ut ea sanctificaret, aliud quiddam scriptorem Thebaicae Liturg. in animo habuisse censendum erit. Quid vero illud fuerit, difficile dictu est. Mihi tamen in mentem venit formula illa consecrationis calicis, quae est in Liturg. Syriaca S. Cyrillo tributa: *Hic est sanguis meus, qui OBSIGNAT testamentum mortis meae*. Tale quiddam auctor Graeci archetypi, unde primum deducta est Thebaica Liturgia, eo verbo ⲁⲕⲥⲫⲣⲁⲅⲓⲍⲉ exprimere fortasse voluit, vim huius vocis referens ad sanguinem ipsum Christi, quasi *sigillum*, & auctoramentum novi Testamenti in morte illius. Sed noster *obsignandi* actum verbis consecrationis praemisit, Syrus vero inseruit.

ⲁϥϫⲉⲙⲧⲡⲓ: *gustavit*, ad consecrationem calicis habent Memphiticae Liturg. SS.Basilii & Marci: ⲁⲕϫⲉⲙⲧⲡⲓ *gustasti* S. Gregorii. Inter Graecas una est S. Basil. Liturg., quae apud Renaud. retineat *γευσάμενος quum gustasset*. Thebaica nostra, uti & Graecae Greg., & Marci, seu Cyrilli non habent.

(47) ⲡⲁⲓ ⲅⲁⲣ ⲡⲉ ⲡⲁⲥⲛⲟϥ ⲛⲧⲇⲓⲁⲑⲏⲕⲏ ⲛⲃⲣⲣⲉ ⲡⲁⲓ ⲉⲧⲟⲩⲛⲁⲡⲁϩⲧϥ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲁⲣⲱⲧⲛ ⲁⲩⲱ ϩⲁ ϩⲁϩ ⲉⲡⲕⲱ ⲉⲃⲟⲗ ⲛⲛⲉⲧⲛ ⲛⲟⲃⲉ. ⲅⲁⲣ non exstat in duabus Graecis Alexandrinis SS. Basilii & Greg., exstat in tertia S. Marci, & in tribus Copticis Missalis Romani. Non ita apud Renaudotium. Is enim in versione Liturg. Copt. S. Marci omittit *τὸ, γὰρ*; quod omittitur etiam in Liturgia Apostolicarum, sive Clementinar. Constitutionum, in ea, quae

Hierosolymitana S. Iacobi dicitur, in Syriaca, in Mozarabica, quas videas velim a Renaud. ipso indicatas in comment. ad Liturg. Copt. S. Basilii p. 232. & seq.

ⲡⲁⲓ : *Hic*, in Thebaica nostra *cum emphasi* repetitum, vim habet maiorem ad significantius ex ore Christi inculcandam veram, realemque suimetipsius sanguinis in eucharistico calice praesentiam, quasi dicere voluerit: *Hic est sanguis meus*, *Hic*, (inquam, *est sanguis meus*) ⲉⲧⲟⲩⲛⲁⲡⲁϩⲧϥ, *qui effundetur pro vobis*, *& pro multis* (non addito ⲉⲛⲥⲉϯⲙⲓϥ, ut in tribus aliis Copticis Liturg. *dabitur*, sed simpliciter,) *in remissionem peccatorum*. Id scilicet, quod in versione nostra non expressimus, modo observamus.

Graecae praeterea SS. Basilii & Gregorii habent ἐκχυνόμενον, *quod effunditur*, cui, quae S. Marci inscribitur, addit etiam καὶ διαδιδόμενον, *& datur*, ubi Thebaica unice dicit, *effundetur*. Sic & Mozarabica, & Romana, de qua Card. Bona lib. II. *Rer. Lit.* c. 13. ita scribit: *Integra forma, qua vinum consecratur ex Evangelistis, accepta est, his vocibus additis: AETERNI, ET MYSTERIUM FIDEI, quae in Liturgiis Graecorum non exstant*, adeoque nec in Graecis Alexandrinis, nec in Copticis, neque in hac nostra Thebaica exstant. Ea vero omissio nihil detrahit valori, & efficaciae verborum consecrationis: *Neque, ecclesia Romana*, uti animadvertit Renaudotius in cit. Commentar. ad Liturg. Copt. S. Basil., *ex illorum defectu iudicavit deesse aliquid orientalibus ad eucharistici ritus integritatem; neque Graecos, aut alios christianos peregrinos, quando ad catholicam unitatem reversi sunt ad ea in codices suos liturgicos recipienda, multo minus, ut id facere cogerentur, cogitavit*.

Desunt certe in Theb. Liturgia frequentes illae acclamationes populi, quae in Memphiticis, & in Graeca Alexandr. Basilii leguntur. Ibi enim ad singula verba evangelica a sacerdote pronunciata tum ante, tum post utriusque symboli consecrationem acclamare populus consueverat modo simpliciter: *Amen*, modo etiam: *Hoc ita est in veritate*: *Amen*. Sed quae heic omittuntur vel ex alio ecclesiastico, sive diaconico libro, ut ab initio monuimus, desumenda erant, vel,

ut

ut ego ſentio, indicia ſunt maioris antiquitatis, qua Thebaica noſtra ceteris praeſtare intelligatur. Video enim in Graeco-Alexandrina S. Marci ſemel tantum poſt utramque conſecrationem acclamari: *Amen*. Quin & in Graeco-Alex. S. Gregorii: *Amen* populus acclamat non ſtatim poſt conſecrationem, ſed poſtquam ſacerdos hanc orationem nomine Chriſti prolatam abſolvit: *Quotieſcumque enim manducabitis panem hunc, & calicem iſtum bibetis, mortem meam annunciabitis, & reſurrectionem, aſcenſionemque meam confitebimini*. Populus: *Amen*. Unum huius orationis Chriſti exordium in *fragmento* noſtro ſupereſt; reliqua exſecta deſiderantur. Eoque fit, ut nos lateat, an heic, quemadmodum in ſuperioribus fieri vidimus, Liturgia noſtra ſequatur exemplum Graeco-Gregorianum eccleſiae Alexandrinae. Illud tamen *ex vetuſtiſſima*, *ut ait* Renaudotius, *eccleſiae diſciplina*, iam inde a II. & III. Chriſti reparatoris ſaeculo, *ſcimus*, *fideles*, *cum illis eucharistia tribueretur*, *ſacerdoteſque dicerent*: *CORPUS CHRISTI*: *nihil aliud reſpondiſſe*, *quam*, *AMEN*. Quare nec dubitandum eſt, quin in amiſſis fragmenti noſtri membranis, ubi ſaltem ad euchariſtici ſacrificii diſtributionem ventum eſſet, eadem omnino fidei confeſſio de veritate corporis Chriſti in Sacramento exhibiti, inveniretur expreſſa per brevem illam, ſimplicemque fidelis populi acclamationem: *Amen*.

FRAGMEN-

FRAGMENTUM II.

Precationum Liturgicarum.

UTrumnam alterum hocce Liturgicum fragmentum avulsum fuerit ex *Euchologio*, an vero magis ex *Diaconico codice* Thebaeorum, nihil certi est, quod a me statui, decernique possit. Nonnullae tamen coniecturae sunt, quae mihi verisimiliter indicare videantur ἀποσπαμάτιον esse libri diaconici. Nam in his saltem, quae hodieque supersunt, miseris reliquiis, nullae occurrunt preces ex iis, quae ab uno sacerdote recitari solent; quamquam & hae in aliis partibus istius codicis, qui non exiguae molis fuisse coniicitur, olim exstitisse potuerint.

Constat membranis omnino *octo*; sed litterarum ordo, quo numeri paginarum in sinistro latere marginis superioris notantur, inusitatus mihi visus est, & intellectu difficilis. Quid enim est series illa numerorum a pag. ⲛⲕⲍ. membranae prioris, & sic deinceps continuata ad pag. usque ⲛⲙⲃ.? Estne 50027.? Numerus omnino incredibilis. An ⲛ pro ⲣ, amanuensis inscitia positum, idem valet ac ⲣ ἑκατὸν, *centum*, iuxta tertium Graecorum numerandi morem? Sic enim ⲣⲕⲍ. ⲣⲙⲃ., superstites paginae fragmenti, erunt 127. 142. An vero librarius maiorem numerum ⲛ, 50. seorsim acceptum ita cum minoribus composuit, puta, cum ⲕⲍ., 27., ut simul dein collecti 50. 27. summam conficerent aequalem 77., & sic in ceteris? Hanc sphingem explicet, divinetque qui velit, & cui vacat. Nobis sat erit litteras ipsas numerales, uti sunt in singulis paginis descriptae, exhibere.

Ex hoc interim fragmento intelligere licebit, qua demum ratione acciderit, ut integrae *pericopae*, quae graece in graecis prototypis exstabant, transvectae fuerint in officia Aegyptiorum liturgica, ibique semper sine vernacula sive Memphitarum, sive Thebaeorum versione iacuerint, hodieque iaceant, & recitentur graece.

Lita-

Litanias complectitur quales in Liturgia, aliisque sacris officiis Thebaeorum ritu recitabantur. Harum meminit S. Basil. ep. 207 tom. II. pag. 311. Maur. ed. ad suos Neocaesarienses male admodum de se meritos scribens. *Neque* λιτανίαι erant tempore magni Gregorii Thaumaturgi, *quas nunc*, inquit, *studio habetis*. Non eas tamen absolute improbabat. Subdit enim: *Neque id dico ut vos redarguam; optarim enim vos omnes in lacrymis, & iugi in poenitentia vivere. Nam & nos nihil aliud facimus, nisi quod pro peccatis nostris* λιτανεύομεν *supplicamus, sed ita tamen ut non humanis verbis, sed oraculis spiritus Deum nostrum placemus. Haec autem non fuisse sub admirando Gregorio, quosnam habetis testes?* Quibus sane verbis innuere voluit Basilius, *Litanias*, seu uti eas Tillemontius art. XI. de rebus gestis S. Greg. appellat, *poenitentiae preces*, & divinis scripturae verbis contextas, aevo ipso *Thaumaturgi*, saeculo nempe III. vertente, in ecclesia Neocaesariensi fuisse antiquitus usitatas: indeque ansam arripuit castigandi aemulos suos, quod eas novis verborum formulis in ipsas invectis quodammodo immutarint. Ceterum nulli dubium esse potest, quin magnus Basilius in sua illa Liturgicarum *precum ordinatione* locum dederit *Litaniis*, quibus ecclesia a Spiritu Sancto edocta Deum placare nititur. In insigni exemplari Basilianae Liturgiae, quod tamdiu exoptaverat, tandemque pro votis feliciter obtinuit, ediditque in *Euchologio* abs se mirifice illustrato cl. Iacob. Goar pag. 180. λιτανίαι leguntur πρώτη *prima* ante lect. Apostoli, δευτέρα *secunda* post evangelium, τρίτη *tertia* ad offertorium, τετάρτη *quarta* post consecrationem, & ante orationem dominicam; eaequae sunt formae fere similis ac *Litaniae* ex Thebaico codice nostro vulgandae. Aliud quid sunt λιταί, de quibus Goar agit in Euchol. pag. 770.

In hunc itaque *Litaniarum* censum veniunt preces, & εἰρηνικά, quae ex Apostolica traditione fiunt, pro pace, pro ecclesia, pro Episcopis, pro Regibus, pro populis, pro communibus indigentiis, pro infirmis, pro omnibus fidelium gradibus atque ordinibus, & aliae id genus orationes, sed illae praesertim, quibus populi in variis Liturgiae locis solemne illud succlamant:

mant: *Kyrie eleiſon*. Nam *Litanias*, inquit Renaud. comment. ad Liturgiam S. Baſilii p. 258., *quas proprie* (nos Latini) *ita appellamus*, *ignorant penitus orientales*, *neque Kyrie eleiſon*, *quod initium noſtrarum eſt*, *eodem apud ipſos loco & modo dicitur*, *ſicut nec apud Graecos* *Appellari vero poſtmodum Sanctorum nomina*, *& ſingulis ſubiungi*: orate pro nobis, *non eſt ex orientali conſuetudine*. Haec paullo faſius exponenda erant, ut intelligeres cuius generis ſint Thebaicae Litaniae, quas infra dabimus.

Et quoniam ex his aliae ſunt Graeca tantummodo, aliae vero Graeca ſimul, & Thebaica lingua exaratae, utraſque nos latine interpretabimur; ſed ex *bilinguibus*, omiſſis Graecis, eas unas, quae *Thebaicae* ſunt, Latio donabimus.

Codex ad uſum monaſterii principis Tabenneſiotarum in ſuperiori Thebaide ſcriptus videtur. Nam in hoc ipſo fragmento preces leguntur, quae in Liturgia pro inauguratione *Archimandritae* Graeca Thebaicaque lingua, non ea tantum de cauſſa, ut ego opinor, recitabantur, quod a Graecis Liturgica officia monachi Thebaei excepiſſent, ſed ob id etiam, quod proto-coenobium S. Pachomii inter plures Aegyptiorum familias, Graecorum quoque monachorum familiam iam inde ab initio numeraret. Mentio praeterea fit muneris δευτεραρίυ, quod, uno S. Pachomio auctore, in Thebaeorum monaſteriis primo inſtitutum dignoſcitur. Tandem in officio dedicationis monaſterii ſanctimonialium ſupplicationes fiunt pro ἄμμα, pro *matre Hegumena*, ſeu *Archimandrita*, & pro δευτεραρέίᾳ; quae certe omnia ex regula & inſtitutione ſunt monachorum Tabenneſiotarum.

Aetas codicis referri iure poteſt ad tempora, quae epocham praeceſſerunt Concilii Chalcedonenſis. Neque ab huius aevi moribus abhorrent ſcriptionis, & Graecorum praeſertim elementorum formae. Ab eis enim, quae cognitae ſunt ex ſpecimine cod. Alexandrini, non longo admodum intervallo recedere videntur. Noſtras etiam confer ſis cum editis a doctiſſimo Montfauconio ad p. 188. & 199. *Palaeogr. Gr.* Series vocabulorum nullis interſtitiis diſtinguitur. Nec ulli aut ſpiritus, aut accentus in graecis vocibus conſpiciuntur.

LITA-

LITANIAE GRAECO-THEBAICAE.

Pag. ⲡⲕⲍ.

ΥΠΕΡ ΤΗC CΟΤΗΡΙΑC ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΤΟΠΟΥ ΤΟΥΤΟΥ ΚΑΙ ΕΥCΤΑCΙΑC (l. ἐυςαθείας) ΠΑΝΤΩΝ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΠΑΝΤΑΧΟΥ ΜΟΝΑCΤΗΡΙΩΝ.

Pro salute huius sancti loci, & pro felici statu omnium ubique sanctorum monasteriorum.

ΥΠΕΡ ΤΩΝ ΘΕΟΦΟΡΩΝ ΚΑΙ ΘΕΟΤΙΜΩΝ ΤΩΝ ΠΡΩΝ ΗΜΩΝ ΑΒΒΑ ΤΟΥ ΔΕ ΠΡΕCΒΥΤΕΡΟΥ ΚΑΙ ΑΡΧΙΜΑΝΔΡΙΤΟΥ. ΚΑΙ ΑΒΒΑ ΤΟΥ ΔΕ ΠΡΕCΒΥΤΕΡΟΥ ΚΑΙ ΔΕΥΤΕΛΑΡΙΟΥ (1) ΚΑΙ ΤΩΝ ΑΔΕΛΦΩΝ ΗΜΩΝ ΚΑΙ ΤΩΝ CΥΝΕΛΕΥCΕΩΝ ΗΜΩΝ ΚΑΙ ΦΙΛΟΧΡΙCΤΟΥ ΛΑΟΥ.

Pro deiferis, & a Deo honoratis Patribus nostris, Abbate N. Presbytero, & Archimandrita: atque etiam Abbate N. Presbytero *secundario*: & fratribus nostris, & conventibus nostris, & populo Christum amante.

ΠΕΡΙ (2) ΤΩΝ ΠΡΟCΦΕΡΟΝΤΩΝ.

Pro offerentibus.

ΠΕΡΙ ΤΗC ΑΓΙΑC ΘΥCΙΑC ΑΙΝΕCΕΩC.

Pro sancto sacrificio laudis.

ΠΡΟCΧΩΜΕΝ. ΕΝ ΕΙΡΗΝΗ ΚΩ ΨΑΛΑΤΕ.

Attendamus. In pace Domino psallite.

Ο ΔΙΑΚΟΝΟC.

ΟΡΘΟΙ ΜΕΤΑΛΑΒΟΝΤΕC ΤΩΝ ΘΙΟΝ ΚΑΙ ΑΧΡΑΝΤΟΝ ΚΑΙ ΑΘΑΝΑΤΟΝ ΚΑΙ ΦΡΙΚΤΟΝ ΚΑΙ ΦΟΒΕΡΟΝ, ΚΑΙ ΕΠΟΥΡΑΝΙΩΝ ΜΥCΤΗΡΙΩΝ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ CΩΜΑΤΟC ΚΑΙ ΤΟΥ ΤΙΜΙΟΥ ΑΙΜΑΤΟC ΚΑΙ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ΑΡΧΙΕΡΕΩC ΚΑΙ ΤΟΝ ΒΑCΙΛΕΩC ΗΜΩΝ ΙΥ ΧΥ ΑΥΤΩ ΤΩ ΚΑΤΑΞΙΩCΑΝΤΙ ΗΜΑC ΕΠΙ ΠΑ ΕΥΧΑΡΙCΤΗCΩΜΕΝ. Ο ΛΑΟC.

. ΑΘΗΚΑCΤΗΝ ΕΙΜΕΡΑ ΥΜΝΟΝ ΑΝΑΠ ΠΩΠΕΜΕΙ CΥ ΦΙΛΑΝΘΡΟΠΕ ΟΤΙ CΩCΕΙC ΚΟCΜΟΝ CΩΤΗΡ ΗΜΩΝ (3).

Diaconus.

Recti participes effecti divinorum, & illibatorum, & immortalium, & tremendorum, & formidabilium, & supercaelestium mysteriorum, & sancti Corporis, & pretiosi Sanguinis, & magni Pontificis, & Regis nostri Iesu Christi, ipsi, qui dignos nos fecit gratias agamus. *Populus*

. per singulos dies hymnum tibi deferimus, amator hominum, quoniam tu salvabis mundum, Salvator noster.

Pag. ⲡⲕⲏ.

Ο ΔΙΑΚΟΝΟC.

ΕΠΙ ΠΡΟCΕΥΧΗΝ CΤΑΘΗΤΕ ΠΡΟCΕΥΞΑΝΤΕ.

Diaconus.

Ad orationem ſtate : orate

ΠΕΡΙ (4) ΤΩΝ ΑΞΙΩΘΕΝΤΩΝ ΜΕΤΑΛΑΒΕΙΝ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΚΑΙ ΑΧΡΑΝΤΩΝ ΚΑΙ ΑΘΑΝΑΤΩΝ ΚΑΙ ΕΠΟΥΡΑΝΙΩΝ ΜΥCΤΗΡΙΩΝ.

Pro iis, qui digni facti ſunt participes fieri ſanctorum, & illibatorum, & immortalium, & ſupercaeleſtium myſteriorum.

ΠΕΡΙ ΤΗC CΩΤΗΡΙΑC ΠΑΝΤΟC ΤΟΥ ΛΑΟΥ.

Pro ſalute totius populi.

ΠΕΡΙ ΤΗC ΠΙCΤΕΩC ΚΑΙ ΕΙΡΗΝΗC ΤΗC ΑΓΙΑC ΚΑΘΟΛΙΚΗC ΚΑΙ ΑΠΟCΤΟΛΙΚΗC ΕΚΚΛΗCΙΑC.

Pro fide, & pace ſanctae catholicae, & apoſtolicae Eccleſiae.

ΤΑC ΚΕΦΑΛΑC ΥΜΩΝ ΕΠΙ ΕΥΛΟΓΙΑΙC ΤΩ ΚΩ ΚΛΙΝΑΤΕ.

Capita veſtra ſuper eulogias Domino inclinate.

ΠΟΡΕΥΕCΘΕ ΕΝ ΕΙΡΗΝΗ (5).

Ite in pace.

ⲉⲑⲃⲉ ⲡⲧⲱϣ ⲙ̀ⲃⲁⲡⲧⲓⲥⲙⲁ.

Pro ordine Baptiſmi.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΥΡΟΥ.

Pro ſancto unguento.

ΠΕΡΙ ΤΗC ΑΛΙΨΕΩC (l. ἀλειψεως) ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΕΛΑΙΟΥ.

Pro unctione ſancti olei.

ΠΕΡΙ ΤΗC ΑΓΙΑC ΚΟΛΥΜΒΗΘΡΑC.

Pro ſancta piſcina.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΚΑΤΟΙΧΟΥΜΕΝΟΥ.

Pro catechumeno.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΚΑΤΟΙΧΟΥΜΕΝΩΝ.

Pro catechumenis.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΝΕΟΦΩΤΙCΤΩΝ.

Pro novis illuminatis.

ΠΕΡΙ

Pro (6).

Pag. ⲛⲕⲑ.

ϣⲱⲡ ⲉⲉⲕ ϧⲉⲛ ⲡⲙⲟⲛⲁⲥⲧⲏⲣⲓⲟⲛ.

Quum dedicatio fiet in monasterio.

ΠΕΡΙ (7) ΤΗϹ ϹΥϹΤΑϹΕΩϹ ΚΑΙ ΔΙΑΜΟΝΗϹ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΟΝΑϹΤΗΡΙΟΥ ΤΟΥΤΟΥ.

Pro constitutione, & stabilitate huius sancti monasterii.

ΠΕΡΙ ΤΗϹ ΑΓΙΑϹ ϹΥΝΑΓΩΓΗϹ ΤΑΥΤΗϹ ΚΑΙ ΠΑΝΤΩΝ ΤΩΝ ΕΝΕΚΟΥΝΤΩΝ ΕΝ ΑΥΤΗϹ (8).

Pro hac sancta congregatione, & omnibus in ea degentibus.

ϣⲱⲡ ⲇⲉ ⲉⲕ ϧⲉⲛ ⲕⲕⲟⲥ ⲭⲟⲟⲥ ⲭⲉ.

Quum autem dedicatio fiet in coemeterio, dicetur.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΤΟΠΟΥ ΤΟΥΤΟΥ ΚΑΙ ΠΑΝΤΩΝ ΤΩΝ ΦΡΟΝΤΙΖΟΝΤΩΝ ΑΥΤΩ.

Pro hoc sancto loco, & omnibus, qui curam de eo gerunt.

ΠΕΡΙ ΤΗϹ ϹΩΤΗΡΙΑϹ ΤΗϹ ΠΟΛΕΩϹ ΤΑΥΤΗϹ ΚΑΙ ΠΑϹΗϹ ΠΟΛΕΩϹ ΚΑΙ ΧΩΡΑϹ ΚΑΙ ΤΩΝ ΕΝ ΠΙϹΤΕΙ ΘΥ ΚΑΙΤ ΟΙΚΟΥΝΤΩΝ (9) ΕΝ ΑΥΤΟΙϹ.

Pro salute huius, & omnis civitatis, atque regionis, omniumque in fide Dei habitantium in eis.

ΠΕΡΙ ΤΗϹ ϹΩΤΗΡΙΑϹ ΤΟΥ ΕΠΗΚΙΟΥ (l. εποικιου) ΤΟΥΤΟΥ (10) ΚΑΙ ΠΑΝΤΩΝ ΤΩΝ ΕΝΕΚΟΥΝΤΩΝ (l. ενοικȣντων) ΕΝ ΑΥΤΩ.

Pro salute huius hospitii, & omnium habitantium in eo.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΘΑΥΜΑϹΙΩΤΑΤΟΥ (11) ΤΟΥ ΚΑΙΦΑΛΑΙΩΤΟΥ (l. κεφαλαιωτȣ) ΚΑΙ ΠΑΝΤΟϹ ΤΟΥ ΟΙΚΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Pro mirificentissimo N. Duce populi, & tota ipsius domo.

ΠΕΡΙ ΤΗϹ ϹΩΤΗΡΙΑϹ ΤΟΥ ΟΙΚΟΥ ΤΟΥΤΟΥ ΚΑΙ ΠΑΝΤΩΝ ΤΩΝ ΕΝΟΙΚΟΥΝΤΩΝ ΕΝ ΑΥΤΩ.

Pro salute domus huius, & omnium habitantium in ea.

Pag. ⲛⲗ.

ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲙⲁ ⲇⲉ ϩⲱⲱϥ ⲛⲛⲙⲟⲛⲁⲭⲏ ⲉⲕⲛⲁⲧⲁⲩⲟ ⲛⲁⲓ.

Pro loco etiam monacharum haec recitabis.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΑΡΘΕΝΟΝΟϹ (12) ΤΟΥΤΟΥ ΚΑΙ ΠΑΝΤΩΝ ΤΩΝ ΕΝΟΙΚΟΥΝΤΩΝ ΕΝ ΑΥΤΩ.

Pro hoc sancto conclavi virginum, & omnibus habitantibus in eo.

ΠΕΡΙ ΤΗϹ ΘΕΟΦΙΛΕϹΤΑΤΟϹ ΜΗΤΡΟϹ ΗΜΩΝ ΑΜΜΑ ΤΗϹ ΔΕ ΗΓΟΥΜΕΝΗϹ Η ΝΓ ϪΟΟϹ ϪΕ ΑΡΧΙΜΑΝΤΡΙΤΙϹ (13).

Pro Dei amantissima matre nostra Amma N. Hegumena, (*& ut Thebaicae additur*) *quae etiam dicitur*, Archimandrita.

ΠΕΡΙ ΤΗϹ ΕΥΛΑΒΕϹΤΑΤΗϹ ΜΗΤΡΟϹ ΗΜΩΝ ΑΜΜΑ ΤΗϹ ΔΕ ΔΕΥΤΕΛΑΡΙΑϹ (14) ΚΑΙ ΠΑϹΗϹ ΟϹΙΟΙϹ ΗΜΩΝ ΑΔΕΛΦΑΙϹ.

Pro religiosissima matre nostra Amma N. *secundaria*, & omnibus sanctis sororibus nostris.

ⲉⲩϣⲁⲛ ⲧⲁⲓⲟ̄ⲥ ⲟⲩⲁⲣⲭⲓⲙⲁⲛⲇⲣⲓⲧⲏⲥ ⲛ̀ⲃⲣ̀ⲣⲉ ⲕⲛⲁⲧⲁⲩⲟ ⲛⲁⲓ ⲉϫⲱϥ.

Quum inaugurabitur Archimandrita novus, haec recitabis pro eo.

ΠΕΡΙ ΤΗϹ ϹΩΤΗΡΙΑϹ ΚΑΙ ΜΑΚΡΟΗΜΕΡΕΥϹΕΩϹ ΤΟΥ. ΔΙΔΟΥΝΤΕϹ ΑΥΤΩ ΤΙΜΗΝ ΥΠΟ ΤΗϹ ΧΑΡΙΤΟϹ ΘΥ ΠΡΟϹ ΗΜΩΝ ΑΒΒΑ ΤΟΥ ΔΕ ΠΡΕϹΒΥΤΕΡΟΥ ΚΑΙ ΑΡΧΙΜΑΝΔΡΙΤΟΥ.

Pro salute, & longaevitate huius (dantes ei honorem ex gratia Dei,) Patris nostri Abbatis N. Presbyteri, & Archimandritae.

ΠΕΡΙ ΤΗϹ ϹΩΤΗΡΙΑϹ ΚΑΙ ΜΑΚΡΟΗΜΕΡΕΥϹΕΩϹ ΚΑΙ ΘΕϹΠΕϹΙΟΥ ΤΟΥ ΠΑΝΑΡΕΤΟΥ (15) ΚΑΙ ΘΕΟΤΙΜΗΤΟΥ ΠΡϹ ΗΜΩΝ ΑΒΒΑ ΤΟΥ ΔΕ ΠΡΕϹΒ. ΚΑΙ ΑΡΧΙΜΑΝΔΡΙΤΙϹ ΕΙΠΩΜΕΝ ΠΑΝΤΕϹ ΚΕ ΕΛΕΗϹΟΝ.

Pro salute, & longaevitate & inauguratione virtutibus omnibus praediti, & a Deo honorati Patris nostri Abbatis N. Presbyteri, & Archimandritae,

Pag. ⲡⲗⲁ.

ΕΙΠΩΜΕΝ ΠΑΝΤΕϹ ΚΕ ΕΛΕΗϹΟΝ.

ⲙⲁⲣⲉⲛϫⲟⲟⲥ ⲧⲏⲣⲉⲛ ϫⲉ ⲛⲁ ⲡϫⲟⲓⲥ.

Dicamus omnes: Domine miserere.

ΕΞ ΟΛΗϹ ΤΗϹ ΨΥΧΗϹ ΚΑΙ ΕΞ ΟΛΗϹ ΔΙΑΝΟΙΑϹ ΕΙΠΩΜΕΝ ΚΕ ΕΛΕΗϹΩΝ.

ⲙⲁⲣⲉⲛϫⲟⲟⲥ ϩⲛ̀ ⲧⲉⲛⲯⲩⲭⲏ ⲧⲏⲣⲥ ⲙⲛ ⲛⲙⲉⲉⲩⲉ ⲧⲏⲣⲟⲩ ϫⲟ (l. ϫⲟⲉⲓⲥ) ⲛⲁ ⲛⲁⲛ.

Dicamus omnes in (*Gr.* ex) tota anima nostra, & nostra omni cogitatione: Domine miserere nobis.

ΚΕ ΠΑΝΤΟΚΡΑΤΩΡ ΕΠΟΥΡΑΝΙΕ Ο ΘϹ ΤΩΝ ΠΑΤΕΡΩΝ ΗΜΩΝ ΔΕΟΜΕΘΑ ϹΟΥ ΕΠΑΚΟΥϹΟΝ ΚΑΙ ΕΛΕΗϹΟΝ.

ⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲡⲡⲁⲛⲧⲟⲕⲣⲁⲧⲱⲣ ⲉⲧϩⲛ̀ ⲧⲡⲉ ⲡⲛ̀ⲟⲩⲧⲉ ⲛⲛⲉⲛⲉⲓⲟⲧⲉ ⲛ̀ⲥⲟⲡⲥ̀ ⲙ̀ⲙⲟⲕ ⲕⲛⲁ ⲛⲁⲛ (16).

Domine omnipotens qui es in caelis, Deus Patrum noſtrorum: rogamus te, miſerere nobis.

Ω ΠΛΟΥϹΙΟϹ ΕΝ ΕΛΕΕΙ ΚΑΙ ΑΓΑΘΟϹ ΕΝ ΟΙΚΤΕΙΡΜΟΙϹ ΔΕΟΜΕΘΑ ϹΟΥ ΕΠΑΚΟΥϹΟΝ $\overline{\text{ΚΕ}}$ ΕΛΕΗϹΟΝ.

ⲡⲣⲙ̀ⲙⲁⲟ ϩⲙ̀ ⲡⲛⲁ̀ ⲁⲩⲱ ⲡϣⲁⲛϩⲧⲏϥ ⲛⲁⲅⲁⲑⲟⲥ ⲧⲛ̀ⲥⲟⲡⲥⲛ ⲙ̀ⲙⲟⲕ ⲥⲱⲧⲙ̀ ⲉⲣⲟⲛ ⲛ̀ⲅ̄ ⲛⲁ ⲛⲁⲛ (17):

Qui dives es in miſericordia, & miſerator bonus. Rogamus te: exaudi nos: & miſerere nobis.

Ο ΜΗ ΒΟΥΛΟΜΕΝΟϹ ΤΟΝ ΘΑΝΑΤΟΝ ΗΜΩΝ ΤΩΝ ΑΜΑΡΤΩΛΩΝ ΑΛΛΑ ΤΗΝ ΕΠΙϹΤΡΟΦΗΝ ΚΑΙ ΤΗΝ ΖΩΗΝ ΔΕΟΜΕΘΑ ϹΟΥ ΕΠΑΚΟΥϹΟΝ $\overline{\text{ΚΕ}}$ ΕΛΕΗϹΟΝ.

ⲡⲉⲧⲟⲩⲉϣ ⲡⲙⲟⲩ ⲁⲛ ⲁⲛⲟⲛ ⲛ̀ⲣⲉϥⲣⲛⲟⲃⲉ ⲁⲗⲗⲁ ⲡⲉⲛⲕⲧⲟ ⲉϩⲟⲩⲛ ⲉⲡⲱⲛ́ϩ ⲧⲛ̀ⲥⲟⲡⲥ̀ ⲙ̀ⲙⲟⲕ ⲥⲱ// ⲧⲙ̀ ⲉⲣⲟⲛ ⲛ̀ⲅ̄ ⲛⲁ ⲛⲁⲛ (18).

Qui noſtram non vis mortem peccatorum, ſed converſionem noſtram in vitam, Rogamus te: exaudi nos: & miſerere nobis.

Pag. ⲡⲗⲃ.

Ο ΘΕΛΩΝ ΠΑΝΤΑϹ ΑΝΘΡΩΠΟΥϹ ϹΩΘΗΝΑΙ ΕΙϹ ΕΠΙΓΝΩϹΙΝ ΑΛΗΘΕΙΑϹ ΕΛΘΕΙΝ ΔΕΟΜΕΘΑ ϹΟΥ ΕΠΑΚΟΥϹΟΥ.

ⲡⲉⲧⲟⲩⲉϣ ⲧⲣⲉⲣⲱⲙⲉ ⲛⲡⲱⲛϩ ⲁⲩⲱ ⲛⲥⲉⲉⲓ ⲉϩⲟⲩⲛ ⲉⲡ ⲛ̀ⲧⲙⲉ ⲧⲛ̀ⲥⲟⲡⲥ̀ ⲙ̀ⲙⲟⲕ ⲥⲱⲧⲙ̀ ⲉⲣⲟⲛ ⲛ̀ⲅ̄ ⲛⲁ ⲛⲁⲛ:

Qui vis, ut homo vivat, & veniat in agnitionem (*Gr.* ἐπιγνωσιν,) veritatis: Rogamus te: exaudi nos: & miſerere nobis. (19)

ΥΠΕΡ ΤΗϹ ΑΝΩΘΕΝ ΕΙΡΗΝΗϹ ΚΑΙ ϹΩΤΗΡΙΑϹ ΤΩΝ ΨΥΧΩΝ ΗΜΩΝ ΔΕΟΜΕΘΑ ϹΟΥ ΕΠΑΚ.

ⲉⲧⲃⲉ ϯⲣⲏⲛⲏ ⲉⲧϩⲙ̀ ⲡϫⲟⲉⲓⲥ (fortaſſe ⲡϫⲓⲥⲉ) ⲙ̀ⲛ ⲡⲟⲩϫⲁⲓ ⲛ̀ⲛⲉⲧⲛ̀ ⲯⲩⲭⲏ ⲧⲛ̀ⲥⲟⲡⲥ̀ ⲙ̀ⲙⲟⲕ ⲥⲱⲧⲙ̀ ⲉⲣⲟⲛ ⲛ̀ⲅ̄ ⲛⲁ ⲛⲁⲛ.

Pro pace, quae eſt a Domino (*fortaſſe* a ſupernis, *ut reſpondeat Gr.* ἄνωθεν,) & ſalute animarum noſtrarum: Rogamus te: exaudi nos: & miſerere nobis.

ΥΠΕΡ

ΥΠΕΡ ΤΗC ΕΙΡΗΝΗC ΤΟΥ CΕΜΠΑΝΤΟC (l. *συμπαντος*) ΚΟCΜΟΥ ΚΑΙ ΕΥCΤΑΘΕΙΑC ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΕΚΚΛΗCΙΩΝ · ΚΑΙ ΤΗC ΤΩΝ ΠΑΝΤΩΝ ΕΝΩCΕΩC ΔΕΩΜΕΘΑ CΟΥ ΕΠΑΚΟΥCΟΝ ΚΑΙ ΕΛΕΗCΟΝ.

ⲉⲑⲃⲉ ϯⲣⲏⲛⲏ ⲙ̀ⲡⲕⲟⲥⲙⲟⲥ ⲧⲏⲣϥ ⲙ̀ⲛ ⲡⲧⲁϩⲟ// ⲉⲣⲁⲧϥ ⲛ̀ⲛⲉⲕⲕⲗⲏⲥⲓⲁ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲧⲛ̀ⲥⲟⲡⲥ̀ ⲙ̀ⲙⲟⲏ ⲥⲱⲧⲙ̀ ⲉⲣⲟⲛ ⲛ̀ⲅ̅ ⲛⲁ ⲛⲁⲛ.

Pro pace totius mundi, & praeclaro ſtatu omnium (*Gr*. ſanctarum) Eccleſiarum: (*addit Gr*. & pro omnium concordia:) Rogamus te: exaudi nos: & miſerere nobis.

ΥΠΕΡ ΤΟΥ ΑΓΙΩΤΑΤΟΥ ΠΡ̅C̅ ΗΜΩΝ ΑΒΒΑ ΤΟΥ ΔΕ ΟΡΘΟΔΟΞΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙCΚΟΠΟΥ ΚΑΙ ΤΟΥ ΟCΙΩΤΑΤΟΥ ΚΑΙ ΘΕΟΤΙΜΗΤΟΥ ΚΑΙ ΠΑΝΑΡΕΤΟΥ ΚΑΙ ΜΕΓΑΛΟΥ ΠΟΙΜΕΝΟΥ ΚΑΙ ΔΙΔΑCΚΑ-

Pag. ⲛⲗⲅ.

ΛΟΥ ΠΡ̅C̅ ΗΜΩΝ ΑΒΒΑ ΤΟΥ ΔΕ ΟΡΘΟΔΟΞΟΥ ΕΠΙCΚΟΠΟΥ ΚΑΙ ΤΩΝ ΛΟΙΠΩΝ ΟΡΘΟΔΟΞΩΝ ΕΠΙCΚΟΠΩΝ ΟΡΘΟΔΟΜΟΥΝΤΩΝ ΛΟΓΩΝ ΤΗC ΑΛΗΘΕΙΑC · ΛΑΩΝΤΕ ΚΑΙ ΠΑΡΟΙΚΙΩΝ ΑΡΧΙΕΡΩCΥΝΗC ΑΝΤΙΛΗΜΨΕΩC ΔΙΑΜΟΝΗC ΕΙΡΗΝΗC ΑΥΤΩΝ ΔΕΟΜΕΘΑ CΟΥ ΕΠΑΚΟΥCΟΝ ΚΑΙ ΕΛΕΗCΟΝ.

ⲉⲑⲃⲉ ⲡⲉⲛⲧⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ ⲛ̀ⲓⲱⲧ ⲛ̀ⲟⲣⲑⲟⲇⲟⲝⲟⲥ. ⲁⲡⲁ ⲛⲓⲙ ⲡⲁⲣⲭⲓⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲙ̀ⲛ ⲡϣⲟⲩⲧⲁⲑⲓ (l. ⲡϣ// ⲟⲩⲧⲁⲓⲟ) ⲉⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲉⲧϫⲏⲕ ⲉⲃⲟⲗ ⲁⲣⲉⲧⲏ ⲛⲓⲙ ⲡⲉⲛⲛⲟϭ ⲛ̀ϣⲱⲥ ⲁⲩⲱ ⲛⲥⲁϩ ⲁⲡⲁ ⲛⲓⲙ ⲡⲉⲡⲓⲥⲕⲟ// ⲡⲟⲥ. ⲉⲑⲃⲉ ⲡⲕⲉⲉⲥⲉⲡⲉ ⲛ̀ⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛ̀ⲟⲣⲑⲟⲇⲟ// ⲝⲟⲥ ⲉⲧϣⲱⲧ ⲉⲃⲟⲗ ⲙ̀ⲡϣⲁϫⲉ ⲛ̀ⲧⲙⲉ ⲛⲗⲁⲟⲥ ⲇⲉ ⲙⲛ̀ ⲛⲟⲩⲏⲏⲃ ⲉⲧϣⲟⲟⲡ ⲉⲧϣⲙ̀ϣⲉ ⲙ̀ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲉⲑⲃⲉ ϯⲣⲏⲛⲏ ⲙ̀ⲛ ⲡⲉⲩⲟⲩϫⲁⲓ ⲧⲛ̀ⲥⲟⲡⲥ̀ ⲙ̀ⲙⲟⲕ ⲥⲱⲧⲙ̀ ⲉⲣⲟⲛ ⲛ̀ⲅ̅ ⲛⲁ ⲛⲁⲛ (20).

Pro ſancto (*Gr*. ſanctiſſimo) Patre noſtro orthodoxo Abbate N. Archiepiſcopo, & divinitus honorato, virtutibuſque omnibus cumulato, magno paſtore noſtro; & magiſtro Abbate N. Epiſcopo, & pro ceteris Epiſcopis orthodoxis, qui recte diſpenſant verbum veritatis: *itemque*: pro populis, & ſacerdotibus aſſidentibus divini cultus adminiſtrationi: pro pace, & conſervatione eorum: Rogamus te: exaudi nos: & miſerere nobis.

ΥΠΕΡ

ΥΠΕΡ ΤΗϹ ϹΩΤΗΡΙΑϹ ΚΑΙ ΜΑΚΡΟΗΜΕΡΕΥϹΕΩϹ ΤΟΥ ΠΑΝΑΡΕΤΟΥ ΘΕϹΠΕΝΟΥ (21) ΠΑΤΡΩϹ ΗΜΩΝ ΑΒΒΑ ΤΟΥ ΔΕ ΠΡΕϹΒΥΤΕΡΟΥ ΚΑΙ ΑΡΧΙΜΑΝΔΡΙΤΟΥ ΚΑΙ ΤΟΥ ΕΥΛΑΒΕϹΤΑΤΟΥ ΠΡΟϹ

Pag. ⲛⲗⲇ.

ΗΜΩΝ ΑΒΒΑ ΤΟΥ ΔΕ ΠΡΕϹΒ. ΚΑΙ ΤΟΥ ΤΕΥΤΕΛΑΡΙΟΥ (22) ΚΑΙ ΜΕΤΑ ΠΑΝΤΩΝ ϹΥΝΕΛΕΥϹΕΩΝ ΗΜΩΝ ΔΕΟΜΕΘΑ ϹΟΥ ΕΠΑΚΟΥϹΟΝ ΚΑΙ ΕΛΕΗϹΟΝ.

ⲉⲑⲃⲉ ⲡⲟⲩϫⲁⲓ ⲙⲛ ⲡϫⲓⲥⲉ ⲛ̀ϩⲟⲟⲩ ⲙ̀ⲡⲉⲧϫⲏⲕ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲁⲣⲉⲧⲏ ⲛⲓⲙ ⲡⲉⲛⲉⲓⲱⲧ ⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ ⲁⲡⲁ ⲛⲓⲙ. ⲡⲉⲡⲣⲉⲥⲃⲩⲧⲉⲣⲟⲥ ⲁⲩⲱ ⲡⲁⲣⲭⲓⲙⲁⲛⲇⲣⲓ//ⲧⲏⲥ. ⲙ̀ⲛ ⲡⲉⲛⲉⲓⲱⲧ ⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ ⲁⲡⲁ ⲛⲓⲙ ⲡⲉⲡⲣⲉⲥⲃⲩⲧⲉⲣⲟⲥ ⲁⲩⲱ ⲡⲓⲇⲉⲩⲧ̂ (23): ⲧⲛ̀ⲥⲟⲡⲥ̄ ⲙ̀ⲙⲟⲕ ⲥⲱⲧⲙ̀ ⲉⲣⲟⲛ.

Pro salute & longaevitate virtute omni perfecti Patris nostri sancti Abbatis N., Presbyteri & Archimandritae, atque Patris nostri sancti Abbatis N. Presbyteri, & *secundarii*. Rogamus te: exaudi nos.

ΕΚΤΕΝΕϹΤΕΡΟΝ ΥΠΕΡ ΑΥΤΟΥ ΚΑΙ ΤΩΝ ϹΥΜΠΑΡΟΝΤΩΝ ΚΑΙ ΑΥΤΩ ΤΙΜΙΩΝ ΙΕΡΕΩΝΤΗϹ ΕΝ ΧΩ ΔΙΑΚΟΝΙΑϹ. ΠΑΝΤΟϹ ΤΟΥ ΚΛΗΡΟΥ ΚΑΙ ΤΟΥ ΛΑΟΥ ΔΕΟΜΕΘΑ ϹΟΥ ΕΠΑΚ. κ.τ.λ.

ⲉⲑⲃⲏⲏⲧϥ ⲛ̀ⲧⲟϥ (24) ⲙ̀ⲛ ⲛⲁⲓ ⲉⲧϣⲟⲟⲡ ⲛⲁϥ ⲛ̀ⲛⲟⲩⲏⲏⲃ ⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ ϩⲙ̀ ⲡϣⲙ̀ϣⲉ ⲙ̀ⲡⲉ ⲭⲣⲥ̄ ⲉⲧⲇⲓⲁⲕⲟⲛⲉⲓ̀ ⲙ̀ⲡⲉⲕⲗⲏⲣⲟⲥ ⲧⲏⲣϥ. ⲙ̀ⲛ ⲡⲗⲁⲟⲥ ⲧⲛ̀ⲥⲟⲡⲥ̀ ⲙ̀ⲙⲟⲕ ⲥⲱⲧⲙ̀ ⲉⲣⲟⲛ ⲛ̀ⲅ ⲛⲁ ⲛⲁⲛ.

Pro ipso, & iis, qui cum eo sunt, sacerdotibus sanctis in divino Christi cultu recte ministrantibus, & omni clero & populo: Rogamus te: exaudi nos: & miserere nobis.

ΥΠΕΡ ΤΟΥ ΕΥϹΕΒΕϹΤΑΤΟΥ ΚΑΙ ΦΙΛΟΧΡΙϹΤΟΥ ΗΜΩΝ ΒΑϹΙΛΕΥΩϹ (l. βασιλεως) ΚΡΑΤΟΥϹ ΝΙΚΗϹ ΔΙΑΜΟΝΗϹ ΚΑΙ ΜΑΚΡΟΗΜΕΡΕΥϹΕΩϹ ΑΝΤΙΛΙΜΨΕΩϹ ΕΙΡΗΝΗϹ ΚΑΙ ϹΩΤΗΡΙΑϹ ΑΥΤΩΝ ΔΕΟΜΕΘΑ ϹΟΥ ΕΠΑΚ. κ.τ.λ. (25)

Pag. ⲛⲗⲉ.

ⲉⲑⲃⲉ ⲡⲉⲛⲡⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ ⲁⲩⲱ ⲙ̀ⲙⲁⲓ ⲙ̀ⲡⲉⲭⲥ̄ ⲛ̀ⲣ̀ⲣⲟ ⲙ̀ⲛ ⲡⲉϥⲁⲙⲁϩⲧⲉ ⲙ̀ⲛ ⲡϫⲓⲥⲉ ⲛ̀ⲛⲉϥϩⲟⲟⲩ ⲙ̀ⲛ ⲡϣⲙ̀//

ⲡⲉϣⲙ̀ⲙϣⲉ ⲉⲛⲧⲉϥ ⲉⲓⲣⲉⲓⲛⲏ ⲙ̀ⲛ ⲉϥⲟⲩϫⲁⲓ ⲧⲏⲣϥ ... (26).

Pro piiſſimo noſtro, & Chriſtum amante Rege, & imperio eius, longoque ipſius aevo, & adminiſtratione, illiuſque pace, & ſalute omni: &c.

ΥΠΕΡ ΤΟΥ CΥΜΠΟΛΕΜΗCΑΙ ΑΥΤΟΥC ΚΑΙ ΚΑΘΥΠΟΤΑΞΑΙ ΑΥΤΟΥC CΥΠΟ ΤΟΥC ΠΟΔΑC ΑΥΤΟΥ ΠΑΝΤΑ ΤΑ ΕΧΘΡΩΝ ΚΑΙ ΠΟΛΕΜΩΝ ΔΕΟΜΕΘΑ CΟΥ ΕΠΑΚ. κ.τ.λ. (27)

ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲉϥⲡⲟⲗⲉⲙⲟⲥ ϫⲉⲕⲁⲥ ⲉϥⲉϯⲣⲉ ⲛⲉϥϫⲁϫⲉ ⲧⲏⲣⲟⲩ ϩⲩⲡⲟⲧⲁⲥⲥⲉ ⲛⲉⲛ ... (28).

Pro ipſius praeliis, ut inimici eius omnes ſubiiciantur

ΕΚΝΕCΤΕΡΟΝ ΥΠΕΡ ΑΥΤΩΝ ΠΑΝΤΟC ΤΟΥ ΠΑΛΑΤΙΟΥ ΚΑΙ ΤΟΥ CΤΡΑΤΟΠΕΔΟΥ ΑΥΤΩΝ ΔΕΟΜΕΘΑ CΟΥ ΕΠΑΚΟΥCΟΝ κ.τ.λ.

ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲁⲗⲁⲧⲓⲟⲛ ⲧⲏⲣϥ (29) ⲙ̀ⲛ ⲥⲧⲣⲁⲧⲉⲩⲙⲁ ⲧⲏⲣϥ ϯⲛ̀ⲥⲟⲡⲥ ⲙ̀ⲙⲟⲕ ⲥⲱⲧⲙ̀ ⲉⲣⲟⲛ &c.

Pro toto palatio, & exercitu omni: Rogamus te: exaudi nos &c.

ΥΠΕΡ ΤΟΥ ΕΝΔΟΞΟΤΑΤΟΥ ΚΑΙ ΦΙΛΟΧΡΙCΤΟΥ ΗΜΩΝ ΤΟΥ ΔΕ ΙΛΛΟΥCΤΡΙΟΥ ΚΑΙ ΠΑΓΑΡΧΟΥ ΚΑΙ ΜΕΤΑ ΠΑΝΤΩΝ ΤΩΝ CΥΜΠΑΡΟΝΤΩΝ ΑΥΤΩ ΔΕΟΜΕΘΑ CΟΥ κ.τ.λ.

ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲉⲧϩⲁⲉⲓⲟⲟⲩ ⲁⲩⲱ ⲙ̀ⲙⲁⲓ ⲡⲉ ⲭ︦ⲥ︦ ⲛⲓⲗⲗⲟⲩⲥⲧⲣⲓⲟⲥ ⲙ̀ⲡⲁⲅⲁⲣⲭⲟⲥ (30) ⲙ̀ⲛ ⲛⲉϥϣⲏⲣⲉ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲙ̀ⲛ ⲛⲉⲧϣⲟⲟⲡ ⲛⲁϥ ϯⲛ̀ⲥⲟⲡⲥ ⲙ̀ⲙⲟⲕ ⲥⲱⲧⲙ̀ ⲉⲣⲟⲛ

Pro glorioſiſſimo & Chriſtum amante illuſtri Praefecto, & filiis eius, & omnibus, qui cum eo ſunt: Rogamus te: exaudi nos &c.

Pag. ⲛⲗⲅ.

ΥΠΕΡ ΤΗC ΠΟΛΕΩC ΤΑΥΤΗC ΚΑΙ ΠΑCΗC ΠΟΛΕΩC ΚΑΙ ΧΩΡΑC ΚΑΙ ΚΩΜΗC ΚΑΙ ΤΩΝ ΕΝ ΠΙCΤΕΙ ΟΙΚΟΥΝΤΩΝ ΕΝ ΑΥΤΟΙC ΔΕΟΜΕΘΑ CΟΥ ΕΠΑΚ. κ.τ.λ.

ⲉⲧⲃⲉϯⲡⲟⲗⲓⲥ ⲙ̀ⲛ ⲛ̀ⲡⲟⲗⲓⲥ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲙ̀ⲛ ⲧⲉⲭⲱⲣⲁ ⲙ̀ⲛ ϯⲙⲉ ⲧⲛ̀ⲥⲟⲡⲥ ⲙ̀ⲙⲟⲕ ⲥⲱⲧⲙ̀ ⲉⲣⲟⲛ

Pro hac noſtra civitate, & civitatibus cunctis, & regione, & vico: Rogamus te: exaudi nos &c.

ΥΠΕΡ

ΥΠΕΡ ΤΗϹ ϹΥϹΤΑϹΕΩϹ ΚΑΙ ΔΙΑΜΩΝΗϹ ΤΗϹ ΑΓΙΑϹ ϹΥΝΑΓΩΓΗϹ ΤΑΥΤΗϹ ΚΑΙ ΠΑΝΤΩΝ ΤΩΝ ΕΝΟΙΚΟΥΝΤΩΝ ΕΝ ΑΥΤΩ (l. *αυτη*) ΔΕΟΜΕΘΑ ϹΟΥ ΕΠΑΚ. *κ.τ.λ*

ⲉⲧⲃⲉ ⲉⲡⲧⲁϩⲟⲉⲣⲁⲧϥ ⲛ̀ⲙ ⲧⲏⲣϥ (31) ⲛ̀ⲧⲉ ⲥⲩⲛ// ⲁⲅⲱⲅⲏⲥ ⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ ⲙ̀ⲛ ⲛⲉⲧⲟⲩⲏϩ ⲧⲏⲣⲟⲩ . : . .

Pro consistentia , & perseverantia huius sanctae congregationis , & omnibus in ea degentibus .

ΥΠΕΡ ΤΗϹ ϹΥϹΤΑϹΕΩϹ ΚΑΙ ΕΥϹΤΑΘΙΑϹ (l. *ευϛαθειας*) ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΟΝΑϹΤΗΡΙΟΥ ΤΟΥΤΟΥ ΚΑΙ ΠΑΝΤΩΝ ΤΩΝ ΕΝΟΙΚΟΥΝΤΩΝ ΕΝ ΑΥΤΩ ΔΕΟΜΕΘΑ ϹΟΥ ΕΠΑΚ. ... *κ.τ.λ.*

ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲥⲱⲟⲩ ⲉϩⲟⲩⲛ (32) ⲙ̀ⲡⲉⲓⲙⲟⲛⲁⲥⲧⲏⲣⲓⲟⲛ ⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ ⲙ̀ⲛ ⲛⲉⲧⲟⲩⲏϩ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲛ̀ϩⲏⲧϥ ⲙⲁⲣ// ⲛ̀ⲡⲁⲣⲁⲕ. . . . :

Pro collegio huius sancti monasterii , & omnibus in eo commorantibus : Rogemus &c.

ΤΠΕΡ ΤΗϹ ΕΜΜΕΤΡΟΥ (33) ΑΝΑΒΑϹΕΩϹ ΤΩΝ ΠΟΤΑΜΙΩΝ ΥΔΑΤΩΝ ΔΕΟΜΕΘΑ *κ.τ.λ.*

ⲉⲧⲃⲉ ⲡϣⲓ ⲙ̀ⲡⲙⲟⲟⲩ ⲙ̀ⲡⲉⲓⲉⲣⲟ ⲙⲁⲣⲛ̀ ⲡⲁⲣⲁⲕⲁ// ⲗⲉⲓ ⲙ̀ⲡϫⲟⲉⲓⲥ

Pro mensura aquae fluminis : Rogemus Dominum .

Pag. ⲡⲗⲍ:

ΥΠΕΡ ΕΥΚΡΑϹΙΑϹ ΑΕΡΩΝ ΚΑΙ ΕΥΦΟΡΙΑϹ ΤΩΝ ΚΑΡΠΩΝ ΤΗϹ ΓΗϹ ΚΑΙ ΚΑΙΡΩΝ ΕΙΡΗΝΙΚΩΝ ΔΕΟΜΕΘΑ *κ. τ. λ.*

ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲉⲥⲱⲛⲉ ⲛ̀ⲛⲁⲏⲣ (34) ⲙ̀ⲛ ⲡⲉⲥⲙⲟⲩ ⲛ̀ⲛⲕⲁⲣ// ⲡⲟⲥ ⲙ̀ⲕⲁϩ ⲙ̀ⲛ ⲟⲩⲟⲉⲓϣ ⲛ̀ⲛⲉⲓⲣⲏⲛⲓⲕⲱⲛ ⲙⲁⲣ// ⲛ̀ⲡⲁⲣⲁⲕⲁⲗⲉⲓ ⲙ̀ⲡϫⲟⲉⲓⲥ . : ; :

Pro temperie aëris , & benedictione fructuum terrae , & temporibus pacificis : Rogemus Dominum &c.

ΥΠΕΡ ΥΕΤΩΝ ΔΡΟϹΩΝ ΟΦΕΛΙΜΩΝ ΕΠΙΡΡΟΗϹ ΔΕΟΜΕΘΑ *κ.τ.λ.*

ⲉⲧⲃⲉ ⲡϩⲱⲟⲩ ⲙ̀ⲛ ϯⲱ̀ⲧⲉ ⲉⲧⲛⲟϥⲣⲉ (35) . . :

Pro pluvia , & rore utili &c.

ⲡϣⲙ̀ϣⲉ ⲉⲛⲧⲉϥ ⲉⲓⲣⲏⲛⲏ́ ⲙ̀ⲛ ⲉϥⲟⲩϫⲁⲓ ⲧⲏ//
ⲣ́ϥ ... (26).

Pro piiſſimo noſtro, & Chriſtum amante Rege, & imperio eius, longoque ipſius aevo, & adminiſtratione, illiuſque pace, & ſalute omni: &c.

ΥΠΕΡ ΤΟΥ СΥΜΠΟΛΕΜΗСΑΙ ΑΥΤΟΥС ΚΑΙ ΚΑΘΥΠΟΤΑΞΑΙ ΑΥΤΟΥС СΥΠΟ ΤΟΥС ΠΟΔΑС ΑΥΤΟΥ ΠΑΝΤΑ ΤΑ ΕΧΘΡΩΝ ΚΑΙ ΠΟΛΕΜΩΝ ΔΕΟΜΕΘΑ СΟΥ ΕΠΑΚ. κ.τ.λ. (27)

ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲉϥⲡⲟⲗⲉⲙⲟⲥ ϫⲉⲕⲁⲥ ⲉϥⲉϯⲣⲉ ⲡⲉϥϫⲁϫⲉ
ⲧⲏⲣ̀ⲟⲩ ϩⲩⲡⲟⲧⲁⲥⲥⲉ ⲛⲉⲛ ... (28).

Pro ipſius praeliis, ut inimici eius omnes ſubiiciantur

ΕΚΝΕСΤΕΡΟΝ ΥΠΕΡ ΑΥΤΩΝ ΠΑΝΤΟС ΤΟΥ ΠΑΛΑΤΙΟΥ ΚΑΙ ΤΟΥ СΤΡΑΤΟΠΕΔΟΥ ΑΥΤΩΝ ΔΕΟΜΕΘΑ СΟΥ ΕΠΑΚΟΥСΟΝ κ.τ.λ.

ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲁⲗⲁⲧⲓⲟⲛ ⲧⲏⲣ̀ϥ (29) ⲙ̀ⲛ ⲥⲧⲣⲁⲧⲉⲩⲙⲁ
ⲧⲏⲣ̀ϥ ϯⲛ̀ⲥⲟⲡⲥ̀ ⲙ̀ⲙⲟⲕ ⲥⲱⲧⲙ̀ ⲉⲣⲟⲛ &c.

Pro toto palatio, & exercitu omni: Rogamus te: exaudi nos &c.

ΥΠΕΡ ΤΟΥ ΕΝΔΟΞΟΤΑΤΟΥ ΚΑΙ ΦΙΛΟΧΡΙСΤΟΥ ΗΜΩΝ ΤΟΥ ΔΕ ΙΛΛΟΥСΤΡΙΟΥ ΚΑΙ ΠΑΓΑΡΧΟΥ ΚΑΙ ΜΕΤΑ ΠΑΝΤΩΝ ΤΩΝ СΥΜΠΑΡΟΝΤΩΝ ΑΥΤΩ ΔΕΟΜΕΘΑ СΟΥ κ.τ.λ.

ⲉϯⲃⲉ ⲡⲉϯϩⲁⲉⲟⲟⲩ ⲁⲩⲱ ⲙ̀ⲙⲁⲓ ⲡⲉ ⲭ̄ⲥ̄ ⲛⲓⲗⲗⲟⲩ//
ⲥⲧⲣⲓⲟⲥ ⲙ̀ⲡⲁⲅⲁⲣⲭⲟⲥ (30) ⲙ̀ⲛ ⲡⲉϥϣⲏⲣⲉ ⲧⲏ//
ⲣⲟⲩ ⲙ̀ⲛ ⲛⲉϯϣⲟⲟⲡ ⲛⲁϥ ϯⲛ̀ⲥⲟⲡⲥ̀ ⲙ̀ⲙⲟⲕ ⲥⲱ//
ϯⲙ̀ ⲉⲣⲟⲛ

Pro glorioſiſſimo & Chriſtum amante illuſtri Praefecto, & filiis eius, & omnibus, qui cum eo ſunt: Rogamus te: exaudi nos &c.

Pag. ⲡⲗⲅ.

ΥΠΕΡ ΤΗС ΠΟΛΕΩС ΤΑΥΤΗС ΚΑΙ ΠΑСΗС ΠΟΛΕΩС ΚΑΙ ΧΩΡΑС ΚΑΙ ΚΩΜΗС ΚΑΙ ΤΩΝ ΕΝ ΠΙСΤΕΙ ΟΙΚΟΥΝΤΩΝ ΕΝ ΑΥΤΟΙС ΔΕΟΜΕΘΑ СΟΥ ΕΠΑΚ. κ.τ.λ.

ⲉⲧⲃⲉϯⲉⲛ ⲡⲟⲗⲓⲥ ⲙ̀ⲛ ⲛ̀ⲛⲡⲟⲗⲓⲥ ϯⲏⲣⲟⲩ ⲙ̀ⲛ ⲧⲉ
ⲭⲱⲣⲁ ⲙ̀ⲛ ϯⲙⲉ ⲧⲛ̀ⲥⲟⲡⲥ̀ ⲙ̀ⲙⲟⲕ ⲥⲱϯⲙ̀
ⲉⲣⲟⲛ

Pro hac noſtra civitate, & civitatibus cunctis, & regione, & vico: Rogamus te: exaudi nos &c.

ΥΠΕΡ

ΥΠΕΡ ΤΗϹ ϹΥϹΤΑϹΕΩϹ ΚΑΙ ΔΙΑΜΩΝΗϹ ΤΗϹ ΑΓΙΑϹ ϹΥΝΑΓΩ-ΓΗϹ ΤΑΥΤΗϹ ΚΑΙ ΠΑΝΤΩΝ ΤΩΝ ΕΝΟΙΚΟΥΝΤΩΝ ΕΝ ΑΥΤΩ (l. *αυτη*) ΔΕΟΜΕΘΑ ϹΟΥ ΕΠΑΚ. *κ.τ.λ*

ⲉⲑⲃⲉ ⲉⲡⲧⲁϩⲟⲉⲣⲁⲧϥ ⲙ̀ⲙⲉ ⲧⲏⲣϥ (31) ⲛ̀ⲧⲉ ⲥⲩⲛ// ⲁⲅⲱⲅⲏⲥ ⲉⲑⲟⲩⲁⲁⲃ ⲙ̀ⲛ ⲛⲉⲧⲟⲩⲏϩ ⲧⲏⲣⲟⲩ .:. .

Pro consistentia, & perseverantia huius sanctae congregationis, & omnibus in ea degentibus.

ΥΠΕΡ ΤΗϹ ϹΥϹΤΑϹΕΩϹ ΚΑΙ ΕΥϹΤΑΘΙΑϹ (l. *ευςαθειας*) ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΟΝΑϹΤΗΡΙΟΥ ΤΟΥΤΟΥ ΚΑΙ ΠΑΝΤΩΝ ΤΩΝ ΕΝΟΙ-ΚΟΥΝΤΩΝ ΕΝ ΑΥΤΩ ΔΕΟΜΕΘΑ ϹΟΥ ΕΠΑΚ. ... *κ.τ.λ.*

ⲉⲑⲃⲉ ⲡⲥⲱⲟⲩ ⲉϩⲟⲩⲛ (32) ⲙ̀ⲡⲉⲓⲙⲟⲛⲁⲥⲧⲏⲣⲓⲟⲛ ⲉⲑⲟⲩⲁⲁⲃ ⲙ̀ⲛ ⲛⲉⲧⲟⲩⲏϩ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲛ̀ϧⲏⲧϥ ⲙⲁⲣ// ⲛ̀ⲡⲁⲣⲁⲕ. ...

Pro collegio huius sancti monasterii, & omnibus in eo commorantibus: Rogemus &c.

ΥΠΕΡ ΤΗϹ ΕΜΜΕΤΡΟΥ (33) ΑΝΑΒΑϹΕΩϹ ΤΩΝ ΠΟΤΑΜΙΩΝ ΥΔΑ-ΤΩΝ ΔΕΟΜΕΘΑ *κ.τ.λ.*

ⲉⲧⲃⲉ ⲡϣⲓ ⲙ̀ⲡⲙⲟⲟⲩ ⲙ̀ⲡⲉⲓⲉⲣⲟ ⲙⲁⲣⲛ̀ ⲡⲁⲣⲁⲕⲁ// ⲗⲉⲓ ⲙ̀ⲡϫⲟⲉⲓⲥ

Pro mensura aquae fluminis: Rogemus Dominum.

Pag. ⲛⲗⲍ:

ΥΠΕΡ ΕΥΚΡΑϹΙΑϹ ΑΕΡΩΝ ΚΑΙ ΕΥΦΟΡΙΑϹ ΤΩΝ ΚΑΡΠΩΝ ΤΗϹ ΓΗϹ ΚΑΙ ΚΑΙΡΩΝ ΕΙΡΗΝΙΚΩΝ ΔΕΟΜΕΘΑ *κ. τ. λ.*

ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲉⲥⲱⲛⲉ ⲛ̀ⲛⲁⲏⲣ (34) ⲙⲛ ⲡⲉⲥⲙⲟⲩ ⲛ̀ⲛⲕⲁⲣ// ⲡⲟⲥ ⲙ̀ⲕⲁϩ ⲙⲛ ⲟⲩⲟⲉⲓϣ ⲛ̀ⲛⲉⲓⲣⲏⲛⲓⲕⲱⲛ ⲙⲁⲣ// ⲛ̀ⲡⲁⲣⲁⲕⲁⲗⲉⲓ ⲙ̀ⲡϫⲟⲉⲓⲥ .:.:

Pro temperie aëris, & benedictione fructuum terrae, & temporibus pacificis: Rogemus Dominum &c.

ΥΠΕΡ ΥΕΤΩΝ ΔΡΟϹΩΝ ΟΦΕΛΙΜΩΝ ΕΠΙΡΡΟΗϹ ΔΕΟΜΕΘΑ *κ.τ.λ.*

ⲉⲑⲃⲉ ⲡϩⲱⲟⲩ ⲙⲛ ϯⲓⲱⲧⲉ ⲉⲧⲛⲟϥⲣⲉ (35) . . :

Pro pluvia, & rore utili &c.

ΥΠΕΡ ΠΛΕΟΝΤΩΝ ΚΑΙ ΟΔΟΙΠΟΡΟΥΝΤΩΝ . ΝΟϹΟΥΝΤΩΝ ΚΑΙ (dele) ΚΑΙ ΑΜΝΟΥΝΤΩΝ ΚΑΙ ΤΗϹ ΤΑΧΕΙΑϹ ΙΑϹΕΩϹ ΚΑΙ ϹΩΤΗΡΙΑϹ ΑΥΤΩΝ ΔΕΟΜΕΘΑ ϹΟΥ .

ⲉⲧⲃⲉ ⲛⲉⲧⲡⲗⲉⲁ ⲙⲛ ⲛⲉⲧⲙⲟⲟϣⲉ ϩⲛ ⲛⲉϩⲓⲟⲟⲩⲉ ⲙⲛ ⲛⲉⲧϣⲱⲛⲉ ⲙⲛ ⲗⲉϫⲗⲱϫ ⲙⲛ ⲡⲉⲩⲧⲁⲗϭⲟ ⲧⲏⲣϥ ⲙⲛ ⲡⲉⲩⲟⲩϫⲁⲓ (36)

Pro navigantibus, & iter agentibus, & aegrotis, & debilibus, eorumque integra valetudine, ac ſanitate &c.

ΥΠΕΡ ΤΟΥ ΡΗϹΘΗΝΑΙ (l. ρυσθηναι) ΗΜΑϹ ΑΠΟ ΠΑϹΗϹ ΘΛΙΨΕΩϹ ΟΡΓΗϹ ΚΑΙ ΑΝΑΓΚΗϹ ΔΕΟΜΕΘΑ ϹΟΥ ΕΠΑΚ. κ.τ.λ.

ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲉⲧⲛⲟⲩϩⲙ ⲙⲙⲟⲛ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲛ ⲑⲗⲓⲯⲓⲥ ⲛⲓⲙ ⲛϩⲓ ⲁⲛⲁⲅⲕⲏ

Ut liberemur ab omni afflictione & anguſtia &c.

ΥΠΕΡ ΠΑΝΤΩΝ ΤΩΝ ΧΡΗΖΟΝΤΩΝ ΤΗϹ ϹΗϹ ΚΕ (ideſt κυριε) ΒΟΗΘΕΙΑϹ ΑΝΤΙΛΗΜΨΕΟϹ ΔΕΟΜΕΘΑ ϹΟΥ ΕΠΑΚ. . . . κ. τ. λ.

ⲉⲧⲃⲉ ⲛⲉⲧⲣⲭⲣⲓⲁ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲛⲃⲟⲏⲑⲉⲓⲁ ⲙⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲙⲛ ⲧⲉϥⲧⲁⲛϩⲟ . . . (37) .

Pro iis omnibus, qui indigent adiutorio tuo, Domine, & tua ipſius gubernatione &c.

Pag. ⲡⲗⲏ.

ΥΠΕΡ ΤΟΥ ΠΕΡΙΕϹΤΩΤΟϹ ΛΑΟΥ ΚΑΙ ΑΠΕΚΔΕΧΟΜΕΝΟΥ ΤΟ ΠΑΡΑ ϹΟΥ ΠΛΟΥϹΙΟΝ ΕΛΕΟϹ ΔΕΟΜΕΘΑ ϹΟΥ .

ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲗⲁⲟⲥ ⲉⲧⲁϩⲉⲣⲁⲧⲉⲟⲩ ϭⲱϣⲧ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲏⲧⲕ ⲡⲕⲛ (38) .

Pro populo adſtante, & a te exſpectante miſericordiam

ΕΛΕΗϹΟΝ ΗΜΑϹ Ο $\overline{ΘϹ}$ ΚΑΤΑ ΤΟ ΜΕΓΑ ΕΛΕΟϹ ϹΟΥ ΔΕΟΜΕΘΑ ϹΟΥ ΕΠΑΚΟΥϹΟΝ ΚΑΙ ΕΛ. ΛΑΟϹ .

ⲛⲁ ⲛⲁⲓ ⲡⲛⲟⲩ ⲕⲁⲧⲁ ⲡⲉⲕ ⲛⲁ . : . . (39) :

Populus: Miſerere mei Deus, ſecundum miſericordiam tuam

ⲡϭⲱⲗⲡ ⲉⲃⲟⲗ (40) .

Interruptio .

ϹΤΩ-

ϹΤΩΜΕΝ ΚΑΛΩϹ ΕΤΙ ΚΑΙ ΕΚΤΕΝΟϹ ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ΔΕΗΘΩ-
MEN.

ⲙⲁⲣⲛ̀ ⲁϩⲉⲣⲁⲧⲛ̀ ⲕⲁⲗⲱⲥ ⲉⲧⲓ ⲟⲛ ⲙⲁⲣⲛ̀ⲥⲟⲡⲥ̀ ⲙ̀ⲡϫⲟⲉⲓⲥ :

Stemus recte : adhuc etiam deprecemur Dominum.

ΥΠΕΡ ΤΟΥ ΠΡΟϹΚΟΜΙϹΘΕΝΤΟϹ ΚΑΙ ΤΕΛΙϹΘΕΝΤΟϹ ΤΙΜΙΟΥ Ω (l. του) ΔΩΡΟΥ ΚΑΙ ΠΡΟϹΚΟΜΙϹΟΝΤΟϹ ΩϹ ΙΕΡΕΥϹ ΚΕ ΤΟΝ $\overline{\Theta N}$ ΠΑΡΑΚΑΛΕϹΩΜΕΝ.

ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲉⲛⲧⲁϥϫⲱⲕ ⲉⲃⲟⲗ (41) ⲙ̀ⲇⲱⲣⲟⲛ ⲉⲧ// ⲧⲁⲉⲓⲏⲩ ⲁⲩⲱ ⲁϥϣⲙ̀ϣⲉ ϩⲱⲥ ⲟⲩⲏⲏⲃ ⲙ̀ⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲙⲁⲣⲛ̀ ⲥⲟⲡⲥ̄ ⲙ̀ϫⲟⲉⲓⲥ.

Pro perfecto venerando dono, & pro eo qui administravit tamquam sacerdos Domini : Deprecemur Dominum.

ΥΠΕΡ ΠΑΝΤΩΝ ΕΝΤΕΙΛΑΜΕΜΩΝ ΤΟΥ ΜΕΜΝΗϹΘΕ (l. μεμνηϑαι) ΑΥΤΟΥ ΕΝ ΤΟΙϹ ΔΙΗϹΙΝ ΗΜΩΝ ΚΑΙ ΤΗϹ ΑΝΩΘΕΝ ΕΠΙ-

Pag. ⲡⲗⲑ.

ϹΚΕΨΕΩϹ ΚΑΙ ΒΟΗΘΕΙΑϹ ΠΟΝ ΔΕ ΚΑΙ ΗΜΩΝ ΤΟΝ $\overline{KN}$ ΠΑΡΑΚΑΛΕϹΩΜΕΝ.

ⲉⲧⲃⲉ ϫⲱⲟⲩ ⲟⲛ ⲛⲓⲙ ⲉⲛⲧⲁϥⲧⲡⲣ̄ ⲡⲙⲉⲉⲩⲉ ⲛⲁϥ ⲁⲩϩⲱ ⲛ (42) ⲉⲧⲟⲟⲧϥ ⲉⲥⲟⲡⲥ̄ ⲉϫⲱⲛ ⲁⲩⲱ ⲡϭⲙ̀ⲡϣⲓⲛⲉ ⲙⲛ̄ⲧⲃⲟⲏⲑⲉⲓⲁ ⲉⲧⲙ̀ϫⲓⲥⲉ ⲛ̀ⲧⲟⲟⲧⲛ ⲙ̀ⲙⲁⲛ ⲙⲁⲣⲛ̀ ⲥⲟⲡⲥ̄.

Pro iis omnibus, qui commiserunt nobis, ut eorum faciamus memoriam, seseque commendarunt orationibus nostris, ut & nobiscum obtineant visitationem, & auxilium ab alto : Rogemus &c.

ΚΑΙ ΥΠΕΡ ΤΗΝ ΚΑΛΗΝ ΟΜΟΛΟΓΗϹΑΝΤΩΝ ΕΚΤΕΝΟϹ ΠΑΡΑΚΑ-ΛΕϹΩΜΕΝ.

ⲁⲩⲱ ⲛⲉⲛⲧⲁⲩ ϩⲟⲙⲟⲗⲟⲅⲉⲓ ⲛ̀ⲑⲟⲙⲟⲗⲟⲅⲓⲁ ⲉⲧ// ⲛⲁⲛⲟⲩⲥ (43) :

Et pro iis, qui bonam confessi sunt confessionem &c.

ΥΠΕΡ ΤΩΝ ΕΝ ΠΙϹΤΕΙ ΠΡΟϹΚΕΙΜΗΜΕΝΩΝ ΠΑΤΕΡΩΝ ΗΜΩΝ, ΚΑΙ ΑΔΕΛΦΩ ΟΠΩϹ, $\overline{KC}$ ΠΡΟϹΛΑΒΟΜΕΝΟΝ ΑΥΤΟΥϹ ΚΑΤΑ

ΤΑΞΙΝ ΕΝ ΤΟΠΩΝ ΑΝΑΠΑΥϹΕΩϹ ΕΝ ΠΑΡΑΔΙϹΩ ΤΡΗΦΗϹ ΟΘΕΝ ΑΠΑΤΕΡΑ ΟΔΗΝΗ ΚΑΙ ΛΥΠΗ ΚΑΙ ϹΤΕΝΑΓΜΟϹ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ ΠΑΡΑΚΑΛΕϹΩΜΕΝ.

ⲉⲧⲃⲉ ⲧⲡⲓⲥⲧⲓⲥ ⲛ̀ⲛⲉⲛⲉⲓⲟⲧⲉ ⲉⲛⲧⲁⲩ ⲛ̀ⲕⲟⲧⲕ̀ ⲙ̀ⲛ ⲛⲉⲥⲛⲏⲩ ϫⲉⲕⲁⲥ ⲉⲣⲉⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲛⲁϣⲟⲡⲟⲩ ⲉⲣⲟϥ ⲕⲁⲧⲁ ⲧⲉⲩⲧⲁⲝⲓⲥ ϩⲙ̀ ⲡⲉⲩⲙⲁ ⲙ̀ⲙⲧⲟⲛ ϩⲙ̀ ⲡⲁⲣⲁⲇⲓⲥⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲧⲣⲩⲫⲏ ϫⲉⲕⲁⲥ ⲉϥⲉϥⲓ ⲉⲃⲟⲗ ⲙ̀ⲙⲟⲟⲩ ⲙ̀ (44)

Pro fide Patrum noſtrorum, qui obdormierunt, & fratrum, ut eos Dominus excipiat ſecundum ordinem in locum quietis in paradiſum deliciarum, ex quo exſulat mors .

Pag. ⲛⲙ̀.

ΥΠΕΡ ΤΩΝ ΑΓΩΝΙϹΑΜΕΝΩΝ ΥΠΕΡ ΤΗϹ ΟΡΘΟΔΟΞΟΥ ΠΙϹΤΕΩϹ ΥΠΟΜΕΝΟΥ ΤΕΛΙΟΘΕΙϹ ΤΕΛΕΙΓΜΟΥϹ ΠΙϹΤΕΩϹ ΑΥΤΟΝ ΔΕ ΚΑΙ ΗΜΩΝ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ ΠΑΡΑΚΑΛΕϹΩΜΕΝ.

ⲉⲧⲃⲉ ⲛⲉⲛⲧⲁⲩ ⲁⲅⲱⲛⲓⲍⲉⲓ ⲟⲛ ⲧⲡⲓⲧⲓⲥ ⲛ̀ⲟⲣⲑⲟⲇⲟ// ⲝⲟⲥ ϩⲩⲡⲟⲙⲟⲛⲏ ⲙ̀ⲛ ⲟⲩϫⲱⲛ ϩⲛ̀ ⲟⲩⲥⲟⲟϩⲉ̀ ⲙ̀ⲡⲓⲥⲧⲓⲥ (45) **ⲟⲩ ⲛ̀ⲙⲙⲁⲛ ⲙⲁⲣⲛ̀ ⲥⲟⲡⲥ̄.**

Pro iis etiam, qui decertarunt pro fide orthodoxa, tolerantia & conſumatione in probationibus fidei ſuae, atque noſtrae: Rogemus &c.

ΥΠΕΡ ΤΗϹ ΑΝΤΙΛΗΜΨΕΩϹ ΕΚΕΠΗ ΚΑΙ ΦΩΤΙϹΜΟΥ ΤΩΝ ΥΜΕΤΕΡΩΝ ΗΜΩΝ ΚΑΙ ΤΗϹ ΕΠΙΓΝΟϹΕΩϹ ΤΩΝ ΙΔΙΩΝ ΗΜΩΝ ΚΑΚΟΝ ΚΑΙ ΑΠΟΚΗϹ ΑΥΤΟ . . . ΕΠΙ ΠΟΘΕΙΑϹ ΧΥ ΤΟΥ ΘΥ ΗΜΩΝ ΔΕΗΘΩΜΕΝ.

ⲉⲧⲃⲉ ⲡϣⲙ̀ϣⲉ ⲛ̀ⲧⲉⲥⲕⲉⲛⲏ (l. **ⲛ̀ⲧⲉⲥⲕⲉⲡⲏ**) **ⲙ̀ⲛ ⲧⲟⲩⲟⲉⲓⲛ ⲛ̀ⲛⲉ ⲧⲉⲛⲟⲩⲛ ⲛⲉ ⲙ̀ⲛ ⲡⲥⲟⲟⲩⲛ̀ ⲛ̀ⲛⲉⲧ// ϣⲟⲟⲡ ⲛⲁⲛ ⲙ̀ⲡⲉⲑⲟⲟⲩ ⲙ̀ⲛ ⲛ̀ⲟⲩⲱⲛ ⲉⲑⲟⲟⲩ ⲙⲁⲣⲛ̀ ⲛⲥⲟⲡⲥ̄ ⲙ̀ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ.**

Pro ſubminiſtratione protectionis, & noſtra ipſorum illuminatione, & cognitione malorum, quae nobis inſunt, eorumque aperitione: Deprecemur Deum (46).

ΥΠΕΡ ΑΦΕCΕΩC ΑΜΑΡΤΙΟΝ ΚΑΙ CΥΓΧΩΡΗCΕΩC ΠΛΥΜΕΛΙΜΑΤΟΝ
ΗΜΩΝ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ ΠΑΡΑΚΑΛΕCΩΜΕΝ.

ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲕⲱ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲛⲁⲛⲟⲙⲓⲁ ⲙ̀ⲛ ϯⲥⲩⲛⲭⲱⲣⲏ//
ⲥⲓⲥ ⲛ̀ⲛⲉⲛⲧⲩ : (47).

Pro remiſſione iniquitatum, & indulgentia noſtrorum

ΥΠΕΡ ΤΟΥ CΥΓΧΩΡΙCΘΗΝΑΙ ΗΜΩΝ ΠΑΝΤΩΝ ΠΛΥΜΕΛΗΜΑΤΩΝ
ΗΜΩΝ ΑΚΟΥCΙΟΝ ΤΕ ΚΑΙ ΑΚΟΥCΙΟΝ ΚΑΙ ΤΟΥ ΠΡΟC ΔΕ-

Pag. ⲛⲙⲁ.:

ΧΘΗΝΑΙ ΤΑ ΕΛΕΗ ΤΟΥ $\overline{\text{ΘΥ}}$ ΚΑΙ ΤΟΥC ΟΙΚΤΕΙΡΜΟΥC ΑΥ-
ΤΟΥC (l. *αυτου*) ΕΠΙ ΠΑΝΤΑC ΗΜΑC ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ ΠΑΡΑ-
ΚΑΛΕCΩΜΕΝ.

ⲉⲧⲃⲉ ⲧⲥⲩⲛⲭⲱⲣⲏⲥⲓⲥ ⲛ̀ⲛⲉⲛⲛⲟⲃⲉ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲉϯⲛ̀ⲉⲓ//
ⲣⲉ (48) ⲙⲙⲟⲟⲩ ⲁⲩⲱ ⲛ̀ⲛⲉⲧⲛ̀ⲉⲓⲣⲉ ⲙ̀ⲙⲟⲟⲩ ⲁⲩⲱ
ⲉⲧⲣⲉⲛϭⲱϣ́ⲧ ⲉⲃⲟⲗϩⲏⲧⲟⲩ ⲛ̀ⲛ̀ⲛⲁ ⲙ̀ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ
ⲙ̀ⲛ ⲡⲉϥⲙ̀ⲛⲧϣⲁⲛⲧⲏϥ ⲉϫⲱⲛ ⲧⲏⲣⲛ̀ ⲙⲁⲣⲛ//
ⲥⲟⲡⲥ̄.

Pro venia peccatorum omnium, quae fecimus, & quae non fecimus, & ut exſpectentur miſerationes Dei, & miſericordiae eius ſuper nos omnes: Deprecemur.

* *

ΚΑΝΟΝΑΡΙΝ ΤΩΝ ΒΗCΑΝΤΙΩΝ ΟΤΑΝ ΓΙΝΕΤΑΙ Η ΑΓΙΑ CΥΝΑ-
ΞΙC ΜΥCΤΙΚΗC ΛΑΤΡΙΑC ΤΟ ΠΡΩΤΩΝ ΟΥΤΩC ΑΡΧΕΤΑΙ.

ⲡⲓⲕⲁⲛⲱⲛ ⲛ̀ⲛ̀ⲃⲏⲥⲁⲛⲧⲓⲱⲛ ϩⲟⲧⲁⲛ ⲉϥϣⲁⲛϣⲟⲡ ⲉⲛ̀//
ϭⲓⲟⲩⲥⲩⲛⲁⲝⲓⲥ ⲛ̀ϣⲙ̀ϣⲉ ⲥⲟⲩⲁⲁⲃ (49).

Canon Byzantinorum, quando fit ſynaxis ſancti miniſterii (50). *Principio ſic incipit*.

ΕΝ ΕΙΡΕΝΗ (l. *ειρηνη*) ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ΔΕΗΘ.

ⲙⲁⲣⲛ̀ⲁⲓϯⲉⲓ ⲙ̀ⲡϫⲟⲉⲓⲥ ϩⲛ̀ ⲟⲩⲉⲓⲣⲏⲛⲏ (51).

Oremus Dominum in pace.

ΑΝΤΙΛΑΒΟΥ CΩCΟΝ ΕΛΕΗCΟΝ ΑΝΑCΤΗCΟΝ ΚΑΙ ΔΙΑΦΥΛΑΞ
(l. *διαφυλαξον*) ΗΜΑC Ο $\overline{\text{ΘC}}$ ΕΝ ΤΗ CΗ ΧΑΡΙΤΙ.

ϣⲟⲡⲛ̀ⲉⲣⲟⲕ ⲛ̀ⲅ̄ ⲧⲟⲩϫⲟⲛ ⲛ̀ⲁ ⲛⲁⲛ̀ ⲛ̀ⲅ̄ ⲧⲟⲩⲛⲟⲥⲛ̀ⲛ̀ⲅ̄
ϩⲁⲣⲉϩ ⲉⲣⲟⲛ ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ϩⲛ̀ ⲧⲉⲕⲭⲁⲣⲓⲥ (52).

Suſci-

Suscipe tu, & salva, miserere nobis, & erige, & custodi nos Deus in gratia tua.

Pag. ⲛⲙⲃ.

ΥΠΕΡ ΤΗC ΑΝΩΘΕΝ ΕΙΡΗΝΗC ΚΑΙ CΟΤΗΡΙΑC ΤΩΝ ΨΥΧΩΝ ΗΜΩΝ ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ΔΕΗΘΩΜ.

ⲉⲑⲃⲉ ϯⲣⲏⲛⲏ ⲉⲧϩⲙ̀ ⲡϫⲓⲥⲉ ⲙ̀ⲛ ⲡⲟⲩϫⲁⲓ ⲛ̀ⲛⲉⲛ-
ⲯⲩⲭⲏ ⲙⲁⲣⲛ̀ⲁⲓⲧⲉⲓ ⲙ̀ⲡϫⲟⲉⲓⲥ (53).

Pro pace, quae est a supernis, & salute animarum nostrarum, oremus Dominum.

ΥΠΕΡ ΤΗC ΕΙΡΗΝΗC ΤΟΥ CΥΜΠΑΝΤΟC ΚΟCΜΟΥ ΚΑΙ ΕΥCΤΑΘΕΙΑC ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΕΚΚΛΗCΙΩΝ ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ΔΕΗΘΩΜΕΝ.

ⲉⲑⲃⲉ ϯⲣⲏⲛⲏ ⲙ̀ⲕⲟⲥⲙⲟⲥ ⲧⲏⲣϥ ⲙ̀ⲛ ⲡⲧⲁϩⲟ-
ⲉⲣⲁⲧϥ ⲛ̀ⲛⲉⲕⲕⲗⲏⲥⲓⲁ ⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ ⲙⲁⲣⲛ̀ⲡⲁⲣⲁ-
ⲕⲁⲗⲉⲓ ⲙ̀ⲡϫⲟⲉⲓⲥ:

Pro pace totius mundi, & stabilitate sanctarum ecclesiarum, exoremus Dominum.

ΥΠΕΡ ΤΗC ΕΝΘΑΔΕ ΑΓΙΑC ΤΟΥ $\overline{\text{ΘΥ}}$ ΕΚΚΛΗCΙΑC ΚΑΙ ΤΗC ΤΩΝ ΠΑΝΤΩΝ ΑΙΝΩCΕΩC ΤΟΥ $\overline{\text{ΚΥ}}$ ΔΕΗΘΩΜΕΝ.

ⲉⲑⲃⲉ ⲧⲉⲕⲕⲗⲏⲥⲓⲁ ⲉⲑⲟⲩⲁⲁⲃ ⲙ̀ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲉⲧϣⲟ-
ⲟⲡ ⲙ̀ⲛ ϩⲉⲛⲥⲙⲟⲩ ⲧⲏⲣⲟⲩ ϩⲣⲁⲓ ⲛ̀ϩⲏⲧⲥ ⲙⲁⲣⲛ̀
ⲡⲁⲣⲁⲕⲁⲗⲉⲓ ⲙ̀ⲡϫⲟⲓⲥ.

Pro hac sancta ecclesia Dei, & benedictionibus in ea, exoremus Dominum.

ΥΠΕΡ ΤΟΥ ΑΓΙΩΤΑΤΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙCΚΟΠΟΥ ΥΜΩΝ ΑΒΒΑ ΤΟΥ ΔΕ ΚΑΙ ΤΟΥ ΟCΙΩΤΑΤΟΥ $\overline{\text{ΠΡC}}$ ΗΜΩΝ ΑΒΒΑ ΤΟΥ ΔΕ ΟΡΘΟΔΟΞΟΥ ΕΠΙCΚΟΠΟΥ ΑΡΧΙΕΡΩCΥΝΗC ΑΝΤΙΛΗΜΨΕΩC ΔΙΑΜΟΝΗC ΕΙΡΗΝΗC ΚΑΙ CΩΤΗΡΙΑC ΑΥΤΩΝ ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ΔΕΗΘΩΜΕΝ.

ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲉⲛⲡⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ ⲛ̀ⲁⲣⲭⲓⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲁⲡⲁ
ⲛⲓⲙ (54).

Pro sanctissimo Archiepiscopo nostro Abbate N. *Reliqua perierunt.*

ADNO-

ADNOTATIONES IN LITANIAS.

(1) Principio moneo, ut *ſphalma* corrigas verſionis noſtrae, in qua orari dicitur pro Presbytero *ſecundario*, quum legi debeat, pro Presbytero, & ſecundario. *Presbyter ſecundus*, ſive *ſecundarius* aliud quid eſt in Euchol. Graecor., de quo conſulas velim doctiſſima commentaria Goarii. Nunc cetera vide.

Δευτελαριου, mendoſe ſcribitur, verſo ρ in λ, pro δευτεραρίου, qui *ſecundas* poſt *Archimandritam* in monaſteriorum regimine obtinebat. Δευτεράριος legitur etiam in actis Conc. Conſtantinop. ſub Menna, immo & Δευτεριαριος, ut obſervat Meurſius ad H. Lauſ. Palladii pag. mihi 189., ex dialog. Graece translatis S. Gregorii Magni.

Duplicis huius dignitatis, *Archimandritae* nimirum, & *Deuterarii*, originem, non aliunde repeti oportere crediderim, quam ab inſtitutionibus coenobiticae vitae a magno Abbate *Pachomio* conditis; & ad *Tabenneſiotarum* monaſteria in ſuperiori Thebaide rite adminiſtranda, non ſine Dei nutu, eiuſque afflatu ab eo praeſcriptis. Nihil certe in actis, & regula S. Pachomii eo frequentius occurrit, quam τοῦ δευτέρου nomen, & munus. Ut enim cuique monaſterio ſuum, a quo gubernaretur, ſive ἡγούμενον, ſive προεστῶτα praepoſitum, ſic & unicuique *hegumeno*, *praepoſitove* ſuum δεύτερον, *ſecundum* ſcilicet, qui vicariam primi poteſtatem in regendo gereret, dari praeceperat. De *Archimandrita*, eiuſque δευτέρῳ mentionem facit Palladius in *Hiſt. Lauſiaca* cap. 38. Sed quis ille fuerit, quem ſibi primum S. Pachomius elegit, quove etiam nomine appellaretur, penitus ignoramus.

De uno Theodoro ſcimus, quem uti filium omnium cariſſimum, (iuvenem licet ſed morum innocentia, vitaeque ſanctitate conſpicuum), magnus Pachomius δεύτερον, ſive *vicarium* in univerſae congregationis ſuae adminiſtratione ſibi adiunxit ab an., ut Tillemontius ſupputat, 339. ad annum uſque 346. Ceterum Pachomio e vivis erepto an. 348. in Archiman-

chimandritae dignitate, quemadmodum Pachomius ipse ante extremam vitae suae horam se optare significaverat, successit aegrotans Petronius, Petronio vero, post dies a suscepto munere tantummodo tredecim, ad Beatorum sedes evecto successit Orsiesius, Orsiesio ille idem vir admirabilis Theodorus, eique iterum, ut in votis erat magni Athanasii, Orsiesius. Sed quamdiu praefecturam tenuit Theodorus, ne alium eius δεύτερον quaeras praeter unum ipsum Orsiesium: quamquam tanta esset erga ipsum Theodori submissio, ut in eo Abbatis principis personam agnosceret, se vero δεύτερον, *vicariumque* ipsius profiteretur.

Orsiesio demum successorem dari posse *Ammonem* patrem ter mille monachorum, quos *Tabennesiotas* appellant, circa an. 390. Tillemontius coniecit ex ipsa praesertim Laus. H. Palladii. Idemque Palladius est, qui dum historiam suam scriberet ad an. circiter 419., vel 420. *Aphthonium* Dei servum, suique sincerum germanumque amicum, tum temporis δευτερεύοντα in *Pabau* principe Thebannensium monasterio, commemorat. Tametsi non ita certum sit, an idem ipse Aphthonius δεύτερος esset Archimandritae.

Ex his intellige, *duos* fuisse universae Tabennesiotarum congregationi regendae praepositos, alterum *Archimandritam*, alterum *deuterarium*, quorum mentio fit in hac nostra liturgica supplicatione. Sed quando *presbyteri* titulus additus utrique fuerit, id modo est, quod paucis quaerere praestat.

Inter viros illos divinos, quorum alios tamquam *Archimandritas*, alios tamquam *deuterarios* laudavimus, unus est *S. Theodorus* qui *presbyter* a Gennadio Massil. nuncupatur. Negant Bollandiani PP. ἁγιο-βιό-γραφοι eruditissimi, ex quo nil in actis de illius ordinatione legatur: Gennadiumque deceptum censent, ea praesertim de caussa, quod *inter Pachomii discipulos nemo ad ecclesiasticos ordines promovebatur*, *ipso iudicante*, *hoc in coenobiis perniciosum esse*, *& semen ambitionis*: ideoque deficiente domestico, extraneus presbyter e vicinia ad sacra in solemnibus diebus administranda evocabatur. Ita quidem: sed, ut Bulteaus in origin. Monach. Orient. observat, etsi hanc disci-

disciplinam S. Pachomius sub initium congregationis servaverit, quo tempore non plures quam monachos centum in familia sua numerabat, eam tamen nulla certa lege, sive sanctione in regula sua firmatam praescripsit. Hinc Bulteaus ipse, admisso testimonio Gennadii de Theodori *presbyteratu*, fieri potuisse existimat, ut Pachomii superstites iustis de caussis a prisco illo S. Institutoris exemplo de clericali ordinatione non permittenda suis, aliquando recesserint. Tillemontius id unum certo pronunciat, perspicuum esse S. Theodorum ad finem usque an. 355. nondum sacri presbyteratus ordinem recepisse, nihil deinde statuens de eo, quod annis sequentibus accidere quiverit. Sed de Theodori presbyteratu nihil est, cur plura addam.

Iam enim saeculo v. ineunte, nescio qua alia religionis, aut publici boni, commodive specie, Tabennenses monachi illud denique moris in congregationem suam invehere visi sunt, ut cum principe praefectura monasteriorum ecclesiastici quoque ordinis dignitatem coniungerent. Nam ex consiliis, & traditione S. Pachomii liberum erat in ordinem recipere presbyteros, dummodo ea, quae monachi essent adimplere vellent, nec praeter simplicem honorem sacerdotio debitum, quidvis maioris praecellentiae prae reliquis sibi arrogarent. Si interea hi presbyteri monachi ob praeclara coenobiticae vitae exempla, & accuratum regulae servandae studium, eorumque probatam virtutem, omnium aptiores ad monasteria congregationis regenda cogniti fuissent, quid eo aequius, quidve verisimilius, quam ut hi ad perpetua illa *Archimandritae*, & *deuterarii* generalis munera promoverentur?

Quoties igitur audis in nostris hisce Litaniis Archimandritam, eiusque vicarium *presbyterorum* titulo insigniri, de iis cogita, qui antequam ad monastica tirocinia ingrederentur, sacerdotii ordine initiati fuerant, ut magni Pachomii aevo, & sub ipsa primi illius monasterii exordia evenisse novimus. Nec a me quaeras, an hi, an alii extranei, sacra mysteria in Tabennesiotarum aedibus celebrare consueverint? Nam

 & presby-

& presbyteri ſimul & monachi, licet domeſtici, eſſe poterant, qui prae modeſtia ſacerdotali officio fungi minime vellent. Sic Hieron., ſic Matoës apud Cotel. to. 1. *Mon.eccl.Gr.* p. 560., ſic alii ſancti viri, quamvis & monachi, & presbyteri a ſacris in monaſterio peragendis, religioſae humilitatis ſtudio, abſtinere maluerunt. Idem tu dicito de presbyteris monachis Tabennenſium.

De more autem evocandi extraneos ſacerdotes ad divinam Liturgiam perficiendam, ſi excipias exemplum S. Pachomii, de quo ſermo fit ab auctore illius vitae, ubi de rudimentis agitur primi monaſterii Tabennae, in aliis omnibus orientis illius congregationis monumentis nihil omnino habetur, adeo ut ſuſpicari liceat, ſequutis temporibus, presbyteros domeſticos aliquando tandem ſacerdotum munera ſuis in clauſtris exercere coepiſſe.

Quid, quod ſub haec ipſa tempora numerus fortaſſe presbyterorum, eorumque ſplendor ita in Tabennenſium monaſteriis accrevit, ut illuſtre *magiſtrorum* nomen, famamque ſibi compararint? Tale quiddam non obſcure indicaſſe videtur *Iſidorus* Peluſiota lib. 1. ep. 93. ad Tabenneſiotas: Μὴ πολλοὶ, inquit, διδάσκαλοι γίνεσθε, μοναχοὶ: *Nolite fieri magiſtri multi, o monachi*, neque ut ſe tamquam omnium minimum, ſed ut Apoſtolum Iacobum audiant, vehementer adhortatur. At διδάσκαλοι a Graecorum veteribus dici conſueverunt presbyteri, qui tamquam eccleſiarum ῥήτορες *rhetores* Scripturas, Evangelium, & Apoſtolorum epiſtolas interpretabantur, & catecheſes publice tradebant; unde & διδασκάλου nomine quemlibet *ſacerdotem*, teſte Goario not. 150. in Liturg. Chryſoſt., & alibi p. 286., Graeci ipſi ſalutant.

Nec una cauſſa fuit, cur Tabennenſes morem advocandi extraneos ſacerdotes in interiores aedes ad ſacra myſteria perficienda deſererent, ut domeſticis uterentur. Ex eo enim gravia exoriebantur mala & incommoda, de quibus conqueſti ſunt apud S. Patriarcham Cyrillum Patres monaſteriorum Thebaidis, viri, ut eos Cyrillus ipſe appellat, pii atque verendi, ubi Alexandriae interrogati *de conſtitutione monaſteriorum, quae in ea provincia erant*. *Quidam* (dixere) *qui uxo-*

uxores recenter duxerunt, & in ipsis veluti thalamis constituti, aliquos sanctissimos Episcopos, & nullo de eis renuntiante, ordinantur clerici, seu presbyteri. Aliqui autem alii ex ipsis monasteriis, tamquam ὡς ἄτακτοι, *immodesti, insolentesque eiecti ordinationes similiter subeunt, & facti clerici in eadem ipsa monasteria ingrediuntur, ex quibus eiecti sunt, & volunt sacra celebrare, & alia facere, quae mos est clericis, ut etiam aliqui eorum, qui eos norunt, synaxes devitent, & communicare in animum non inducant illis ministrantibus*. Cyrillus medelam huic malo adferre studuit edita canonica epistola ad Episcopos Lybiae, & Pentapolis, atque, ut addit Tillemontius, etiam Thebaidis.

Sed coniicere licet, monachos Thebaeos ad avertendas turbas & vexationes, ab accessu temerario eiectorum fratrum, extraneorumque presbyterorum, sub praetextu sacerdotalis ministerii, sibi pridem illatas, id consilii cepisse, ut domi haberent, qui sacra administrarent. Neque enim laudati Thebaei Patres dedita opera Alexandriam appulerant, ut a Patriarcha Cyrillo mali remedium peterent; quippe qui, nonnisi incitati, ac veluti fortuito, insolentiam exterorum illorum, maleque feriatorum presbyterorum aperuerunt.

Rem facta confirmant. Nam eodem saeculo V. an. 460. Timotheus Solafaciolus ex Tabennesiotis monachis, evectus est ad Alexandrinae ecclesiae sedem, eidemque successit *Iohannes Talaia ex oeconomo presbyter factus Tabennesiotis*, ut testantur Liberatus in Breviar. cap.150., Evagr. lib.3. H.E. c.12. ex ms. Florentin., & Theophanes; quibus consentiunt Valesius, Bulteaus, Tillemontius, aliique. Nulli vero magis praesentibus necessitatibus, temporumque circumstantiis propitii, sed nec magis idonei ad sustinendum cum dignitate inter Tabennesiotas sacerdotii munus haberi poterant, quam *summi* ipsi monasteriorum totius congregationis *praefecti*, eo praesertim aevo, quo in superiori ipsa Thebaide alii monachorum coetus numerabantur, quibus Abbates praeerant presbyteratus ordine insigniti.

Sic, uti credo, probe intelligimus, codicem nostrum per id temporis fuisse exaratum, quum iam *Archimandrita*

 Teban-

Tebannesiotarum, eiusque *deuterarius* Abbatis simul & presbyteri munus, dignitatemque gerebant; nisi *presbyteri* nomen interpretari velis *seniorem*, quod faciunt Bollandistae de S. Theodoro agentes, aut ita hunc locum accipias, ut quando *Archimandrita*, vel *Deuterarius* simplex monachus esset, presbyteri nomen a diacono praecone reticeretur.

(2) Περι pro υπερ & heic, & in sequentibus ad paginam usque ⲡⲗⲃ. Cod. Diaconicus biblioth. Vatic. scriptus Memphitica, sive communi dialecto an. 1310., ὑπερ cum ὑ initiali perpetuo legit ηπερ cum η.

(3) Multa in huius diaconici moniti formula peccavit amanuensis, partim vitio communi Aegyptiorum, qui mutua, eaque frequenti litterarum, praesertim *vocalium*, mutatione, partim etiam imperitiae caussa, qua pleraque Graeca vocabula visus est ignorasse. Tu vero germanam lectionem pristinae integritati restitutam habebis, si legeris: Ορθοι μεταλαβοντες των θειων και αχραντων και αθανατων και φρικτων και φοβερων και επουρανιων μυστηριων του αγιου σωματος και του τιμιου αιματος (και deleto) του μεγαλου αρχιερεως και του βασιλεως ημων ευχαριστησωμεν ο λαος καθ εκαστην ημεραν υμνον αναπεμπομεν σοι: ceteris retentis, uno excepto verbo σοσεις, pro quo nonnemo putare fortasse poterit, rectius scribendum esse σοζεις *salvas*, vel *salvasti* per *anallagen* temporum.

Simile praeconium statim *post communionem* recitandum a diacono exstat in Constit. Apostolicis l.8. sub fin. c.13. & initium sequentis cap. 14. Καὶ ὁ διάκονος λεγέτω, παυσαμένου τοῦ ψάλλοντος. *Et diaconus, quando qui psallit fecerit finem, pronunciet*: Μεταλαβόντες τοῦ τιμίου σώματος, καὶ τοῦ τιμίου αἵματος τοῦ χριστοῦ εὐχαριστήσωμεν τῷ καταξιώσαντι ἡμᾶς μεταλαβεῖν τῶν ἁγίων αὐτοῦ μυστηρίων. Exstat & in Liturgiis SS. Chrysostomi, & Basilii apud cl. Goarium. Plura tamen in eo sunt, in quibus, ut tute ipse, instituta collatione, videre poteris, ab hoc nostro variat. Sed in Copticis, & Graecis Alexandr. ecclesiae Liturgiis a Renaudotio editis omnino desideratur. In una tantum Coptica S. Basilii Romanis typis impressa semel & iterum, interiecto cantico: *Gloria Patri &c.* haec leguntur ibi: σώ-

ματος,

ματος, καὶ αἵματος μονογενοῦς Θεοῦ μεταλάβοντες αὐτῷ εὐχαριστήσωμεν. *Qui facti sumus participes corporis & sanguinis unigeniti Filii Dei, gratias ipsi agamus*; quae non ita in codd. suis Renaudotius legerat. Tota tandem formula acclamationis, quam populus subdit, in nullis sive Graecis, sive Copticis divinae Anaphorae codicibus, iisdem saltem verbis contexta, reperitur.

(4) Quae sequuntur preces a diacono indictae, ad ritus pertinent, quibus *post communionem*, & perfecto iam sacrificio, gratiisque Deo actis pro Dominici corporis & sanguinis participatione, datur ab Episcopo, sive presbytero praesentium fidelium coetui solemnis *dimissio*, quae ἀπόλυσις dicitur, impertito eis *eulogiarum*, & sacerdotalis benedictionis munere. De his etiam vide Liturgias Chrysostomi & Basilii, & quae Goarius docte, copioseque tradidit in eam, quae Chrysostomi est adnotat. 187. 188. 189. 190. Quod vero ad haec nostra diaconica praeconia spectat, visa mihi sunt iis similia, quae tum in Copt., tum vero maxime in Graeca Basilii, aliisque eiusdem linguae Alexandrinis Liturgiis leguntur apud Renaudot. Heic redeas velim ad priorem illam diaconi exhortationem, quae caput est *sequentium*, ut ibi corrigas προσευξαντε, quod legi debet προσευξασθε, *orate*.

(5) Digna est observatione penultima illa diaconi admonitio: τας κεφαλας υμων ΕΠΙ ΕΥΛΟΓΙΑΙϹ τω κυριω κλινατε. Eadem Graecis vocibus constructa legitur in utraque Liturg. Coptica SS. Basilii & Gregorii Missalis Rom. ed., non ita tamen in Latina Renaudotii versione. Exstat & in tribus Graecis Alexandrinae eccl. Sed in his omnibus tam Copticis, quam Graecis τὸ, ἐπὶ εὐλογίαις, omissum est. Haec vero omissio inducta forsan est in ecclesiasticos Alexandrinorum, Coptitarumque inferioris Aegypti libros, postquam ritum benedicendi panem ad *eulogiarum* usum adoptarunt extra actionem omnem eucharistici sacrificii. Ut enim video in *sanctis precibus* additis Missali Cophtorum Romae impresso pag. 371., peculiarem habent hi benedictionem *super panem* ν'ευλογια. At in codice nostro priscus ille ritus, quo sacrae *eulogiae* populo tradebantur in absolutione divinae Anaphorae, integre servatus est.

Huc

Huc proinde ſpectat *inclinatio capitis Deo* directa *pro*, vel *propter eulogias*, aut certe *coram eulogiis*, in numero plurium.

Oratio, quae ſequitur, in omnibus Liturgicis codd. κεφαλόκλισις inſcribitur: *inclinationis capitis*. Neſcio proinde, qua fortuita alucinatione acciderit, ut Renaud. ad calcem commentar. in Liturgiam Graec. S. Baſilii, eam appellari ſcripſerit γονυκλισίας. Quodque mox addit: *in Copticis titulum habet: impoſitionis manuum*, id iure ſuo affirmare potuit de codicibus abs ſe viſis. Nam in noſtris, quos editos Romae habemus, idem non eſt. In una Liturgia S. Gregorii haec *oratio* dicitur, *impoſitionis manuum*, ſed in eodem ipſo titulo additur etiam *capitis inclinationis*, ſive *capite inclinato ad Filium*.

Ceterum in *ſententia* Thebaei diaconici obſervanda eſt vis Graecae locutionis, ἐπὶ εὐλογίαις. Ut enim ſecernatur cultus *latriae*, qui Deo, & Chriſto ſub euchariſtici panis ſymbolo, praeſenti, debetur, ab ea honoris, & reverentiae exterioris ſpecie; quae pani *euchologico* deferri videbatur, κεφαλόκλισις, *capitis* ſcilicet *inclinatio*, ad Deum directa exprimitur *coram eulogiis*. Et fortaſſe Copti inferioris Aegypti, ut anſam adimerent rudibus confundendi latriae adorationem Chriſto Deo in euchariſtico ſacramento tam mira fide, ardentique religione delatam cum exterioribus illis reverentiae ſignis, quibus *eulogiae* de ſacerdotum manibus ſuſcipiebantur, e codicibus ſuis Liturgicis ritum diſtribuendi *panes eulogicos* de menſa ſacrificii ſanctificatos, penitus ſuſtulerunt: reiecta eorum benedictione in alias preces ab actione divinae Anaphorae ſeparatas. Non ita Graeci, qui iam inde a priſcis eccleſiae ſaeculis ſacrarum eulogiarum diſtributionem retinuerunt. Hinc *eulogicum panem* in fine Liturgiae tum Chryſoſtomi, tum Baſilii, ἀντίδωρον *vicarium* ſcilicet *euchariſticae communionis*, quae donum eſt omnium vere maximum, per admirabilem ipſius SS. corporis & ſanguinis Chriſti largitionem, nobis divinitus impertitum. Meminerunt & huius *benedicti* panis inter occidentalis eccleſiae Patres Innocent. I., Auguſtinus, Paulinus, aliique: cave tamen, ne qualemcumque panem benedictum, ſi ſit ἀλειτουργικὸς, extra ſcilicet Liturgiae offi-

officium, *eulogiam* appelles. Ob eam caussam ab eulogiarum censu exclusa crediderim *edulia* illa ν'σμου, *benedicta*, de quibus a cl. Mingarellio sermo fit in fragm. V. rerum gestarum S. Pachomii p.225. Plura, quae ad hoc argumentum spectant, accipe sis a viris doctissimis, Goario in copiosa accurataque adnot. 90. ad *Missam S. Ioh. Chrysost.*, & Bona Cardinali doctissimo l.1. *Liturg.* c.23. §.12., & l.2. cap.19. §.7.

Πορευεσθε εν ειρηνη. Exstat in Graecis omnibus Liturgiis Alexandr. eccl.

(6) Περι τȣ κατοιχουμενου, & των κατοιχουμενων, corrige utrobique, & dic του κατηχουμενου, των κατηχουμενων.

Diaconica nostris hisce similia leguntur in Euchologio Coptico Romanis formis vulgato. Verum ne quid mireris, dum audis in monasteriis Thebaeorum publicas preces pro *catechumenis* recitari, & liturgicum ipsum sancti baptismi officium celebrari, disce a Martenio viro eruditissimo l.1. *de antiquis eccl. ritib.* cap. 1. art. 2. num. 16. *huiusmodi privilegium quibusdam monachorum ecclesiis etiam ab initio propter apostolicum vitae illorum institutum, & reverentiam, quam ex populis exigebat virtus sanctitatis eorum, indultum fuisse. Nam & in S. Pachomii monasteriis* catechumenos *fidei rudimentis imbutos, & regenerationis gratia donatos fuisse, constat ex eius vita ab auctore coaevo, & gravissimo scripta*, adde nunc, & id etiam liquet ex hoc ipso fragmento nostro Liturgico. Ac si plura cupis singularis huius privilegii exempla, cetera percurre, quae in eodem Martenii loco sequuntur.

Νεοφωτιστων vocabulum, quo *recens illuminati*, baptizati scilicet, nuncupabantur, insigne est, iamdudum in constitut. Apost. l.8. c. 10. per illud ὑπὲρ τῶν νεοφωτίστων, traditum, & a Gregor. Nazianz., aliisque ecclesiae PP. mirifice illustratum.

(7) Περι, vide & heic quod diximus in adnot. 2., & observa quam antiquus, & celebris sit in Thebaide ipsa ritus, quo monachorum aedes dedicabantur.

(8) Sphalmata amanuensis sic corrige: & pro των ενεκουντων εν αυτης, lege των ενοικουντων εν αυτη.

(9) Heic rursus pro καιτ οικουντων, lege κατοικουντων.

(10) Εποι-

(10) Εποικιου nomine *hoſpitium* intelligo *coemeterio* proximum, quo ſe reciperent monachi Tabennenſes, quoties opus eſſet, dum eo accederent ad defunctorum cadavera ſepelienda. Erant enim eorum ſepulcra extra monaſteriorum clauſtra in montium, colliumve vertice conſtructa, ut tuta ſic eſſent ab alluvionibus Nili. Neque aedes iſta hoſpitalis ad illorum tantummodo fratrum, qui funera deducebant, & comitabantur tota via pſallentes, ſacroſque hymnos cantantes, ſed ad eorum quoque commodum, qui ſepulcrorum cuſtodes futuri eſſent, erigi omnino debuit. Horum coemeteriorum ſitum, & formam ex eo diſcimus, quod, vivente S. Pachomio, in ſummo monte conſtructum, ter mille paſſuum ſpatio ab inferiori monaſterii principis ſede omnino diſtabat. Pro hoc itaque hoſpitio, illiuſque incolis preces iſtas a diacono indictas interpretor.

(11) Περι του θαυμασιωτατου, adde τȣ δε, (id eſt N.), quod deeſt. Θαυμασιωτατου vero pro θαυμαστου alteram eſſe ſuſpicor ex impuris Graecorum vocibus, quae in Aegyptias Thebas migrarant.

Κεφαλαιωτου nomen quaſi recte emendatum induximus. Sed modo ex cl. Meurſii Gloſſario ſub oculos venit τά, κεφαλῶται *capitanei*; quo vocabulo uſus eſt Olympiodorus de *Rhodogaiſo Gotthorum Rege* ſcribens. Is autem alius eſſe nequit, niſi Olympiodorus ille Thebanus homo gentilis, & chriſtianorum hoſtis, a quo τȣ̃ Ῥοδογαΐσου Γότθων οἱ κεφαλῶται, alias ſic dicti ὀπτιμάτοι, commemorantur. Scripſit enim libros hiſtoriarum ſui temporis XXII. ab an. 407. ad annum uſque 425. ſub Theodoſio iuniore; eo ſcilicet aevo, quo nos codicem noſtrum diaconicum ſcriptum putamus. Praeſtat igitur in hunc locum vocem adducere τȣ κεφαλώτȣ: quippe quae per illud aetatis uſu recepta iam eſſet in ipſa Thebaide. Quamquam & τὸ, κέφαλος ſimpliciter ſumptum, ὄνομα eſt, obſervante Ioh. Alberto in Heſych., κύριον δημαγωγȣ̃ *nomen proprium ducis populi*, quemadmodum nos ipſi vertimus.

(12) Παρθενονος. De precibus agitur, quae a diacono indicendae erant in Liturgia celebranda pro monaſterio ſanctimonialium Tabennenſium, ubi divinum ſacrificium in earum

eccle-

ecclesia statis diebus offerri debebat. Nam S. Pachomius, ut germanae sororis suae votis satisfaceret, *parthenonem* erexit, eique *presbyterum*, & *diaconum* destinavit, qui diebus liturgicis, sabbato nempe, & dominico die, iuxta monachorum consuetudinem, sacra administrarent.

(13) In hoc secundo praeconio diaconi pro θεοφιλεςατος, & αρχιμαντριτης, lege θεοφιλεςατης, & αρχιμανδριτης.

Oportet, ut nomine tenus praefecta monasterii *Archimandrita* diceretur. Neque enim monasteria omnia virginum Tabennesiotarum uni parebant tamquam *universorum parthenonum MATRI*; sed singula coenobia suam habebant matrem, *hegumenam* proprie nuncupatam; quae subiiciebatur & ipsa una cum ceteris Abbati Archimandritae, eique generali, & principi totius congregationis sive monachorum, sive etiam monialium Tabennesiotarum.

Αμμα idem est ac *Mater spiritualis*, teste Palladio, idemque apud moniales sonat, quod *Abba* apud monachos; ut Meursius animadvertit in eiusdem Pallad. Laus. p. 131. Vide & Αμμας apud Hesychium cum notis Ioh. Alberti, ubi haec ipsa vox ab Hebraica origine deducitur.

(14) Δευτελαριας pro δευτεραριας: quo nomine *vicaria* hegumenae in monasterii administratione intelligitur, secundum regulam S. Pachomii monachis aeque ac monialibus communem. Cetera sic leges και πασης οσιας ημων αδελφης, & pro *qualibet sancta sorore nostra*, aut certe πασων οσιων ημων αδελφων, pro *omnibus sanctis sororibus nostris*.

(15) Θεσπεσιου του πανάρετου. Θεσπέσιον, nonnulli eruditorum divinum exponunt. Nos vero heic accepimus pro *divinis auspiciis*, quibus perennis superni Numinis favor, Archimandritae recens electo a Deo ipso expetitur & exoratur; & ideo titulum illius *ordinationis* interpretati sumus *inaugurationem*. Huc enim pertinere censuimus, quae habet Hesychius in voce θεσπέσιος, & θεσπιν.

Του πανάρετου, vide ne hoc nomen confundas cum πανιερωτάτου, *sacratissimo*, quod saepe occurrit in precibus pro Archiepiscopis, & Episcopis apud Goarium. In reliquis pone

Αρχιμανδριτου loco Αρχιμανδριτις; ac tandem vide, quae de eo diximus adnot. 1.

Sed antequam ex hoc loco difcedam neceffe eft, ut paullo diutius te morer, pauca dicturus de ritu, cuius cauffa hae preces funt inftitutae. Thebaicus titulus indicare videtur ritum *unctionis*, atque adeo etiam *confecrationis Archimandritae*. ⲧⲱϩ́ⲥ enim *ungere* fignificat. At fane *unctionem* quamlibet, ait Renaud. in obfervationibus ad Offic. ordinationis Patriar. Alexandr. pag. 495., ignorant *Orientales non minus in Epifcoporum, quam in Presbyterorum ordinationibus, ut docuit pridem Ioh. Morinus*. Immo, quod ille idem Renaudotius tamquam rem certam affirmat, ne de ipfa quidem *unctione Patriarchae Alexandrini* quidquam in Aegyptiaco *Pontificali praefcribitur*. Iure proinde contemnit teftimonium *Iobii* cuiufdam *monachi, auctoris obfcuri, & imperiti*, quo fe nonnihil commoveri fignificavit Arcudius, ubi leviter licet, fed tamen dubitaffe vifus eft, *an aliquando ufus illius* unctionis *fuerit*; multoque magis, ac vehementius *caftigat auctoritatem perditiffimi nebulonis Cyrilli Lucaris, qui in epiftola bene longa*, eaque non tam lacunis de mala editorum fide fufpectis, quam apertis mendaciis confperfa, *ad Ioh. Utembogardum, Patriarcham Alexandr. & Hierofolymit., chrifmate, feu myro ungi folere teftatus eft*. In ea igitur gente, apud quam nec Presbyteri, nec *Epifcopi*, nec Patriarchae ungebantur, qui fieri, aut certe qui fingi poterit, ut unus *Archimandrita* Tebannenfium monachorum unctione facra initiaretur? Et re quidem vera nulla in his omnibus codicis noftri precibus mentio fit orationis a diacono indictae pro oleo, pro myro, pro chrifmate, proque facra ipfa unctione, quemadmodum fieri audivimus in collatione magni facramenti baptifmatis. Quid igitur? Error eft apertus in titulo, qui ⲉⲩϣⲁⲛ ⲧⲱϩ́ⲥ ⲁⲣⲭⲓⲙⲁⲛⲇⲣⲓⲧⲏⲥ ⲛ̀ⲃ̀ⲣⲣⲉ, *quum ungetur*, perperam habet pro ⲉⲩϣⲁⲛ ⲧⲱϣ, *quum ordinabitur Archimandrita*.

Verum ne cui fucum faceret huiufmodi locutio, neve praeberet anfam confundendi ordinationem mere caeremonialem

nialem cum sacramentali, Thebaicam inscriptionem sic exposuimus: *Quum inaugurabitur Archimandrita novus*.

Hoc plane sensu intelligendus est cl. Cardonus, ubi in Latina interpretatione *Graecae vitae* magni Abbatis Pachomii num. 83. de S. Theodoro recens electo *Archimandrita* Tabennesiotarum in locum Orsiesii, qui abdicata dignitate a Pabau in Chenoboscum discesserat, verba illa: καὶ ἐςάθη ὁ Ἀββᾶς Θεόδωρος, in hunc modum transtulit: *Et ordinatus est Abbas Theodorus*; uti & ea quae mox sequuntur, ἐπειδὴ ἔλαβεν τὴν τάξιν, sic reddidit: *postquam accepit ordinationem*. Quamvis enim solemnem, & religionis plenam eam fingere velis, numquam tamen ea dici poterit tradita ab Episcopis per sacramentalem χειροτονίαν, *impositionem manuum*.

Agnoscunt & Graeci, & Copti ordinationem Hegumeni ortam, ut visum est Renaudotio, ex veteri illo ritu, quo ordinari consueverant Chorepiscopi. Sed ab hac ipsa longe differt *simplex inauguratio* Archimandritae. Si tamen is aut ante iam Presbyter erat, aut simul cum Archimandritae munere presbyteratus ordinem, licet praeter regulam, recepturus esset, tum ego non dubito, quin ordinationis eius officium idem fuisset ac illud, quod *de ordine Hegumeni* habetur in Euchol. Copto Rom. edito p. 40.; & seqq.

(16) Παντοκρατωρ: Ita fere semper. Ob eam caussam, ut ego suspicor, quod Thebaei, & Memphitae frequentissime hoc nomen, etiam in vocandi casu, vernacula dialecto scribere consueverint, graecum quoque ipsum stilo suo, παντοκρατωρ exprimunt: sed lege παντοκρατορ, ut semel saltem, atque iterum in laudato Euchol. me legisse memini.

(17) ⲡⲉϥϣⲁⲛϩⲧϩⲏϥ ⲛⲁⲅⲁⲑⲟⲥ: vide quo pacto Thebaei reddiderint nobis Graeca: αγαθος εν οικτειρμοις. ⲡⲉϥϣⲁⲛϩ̀ⲧϩⲏϥ vero per *metathesin* idem est ac ⲡⲉϥϣⲁⲛ-ϩⲏⲧϥ, sive etiam ϣⲉⲛϩⲏⲧ in cit. Euchol. *miserator*, de quo diximus supra in adnot. ad *Liturgiam Thebaicam*.

(18) Habes hanc orationem in ipso quoque Euchol. Copt. p. 226. & alibi. Sed ex ore unius sacerdotis orantis.

(19) Obſerves velim in hac precatione *Thebaica* verba, inter quae occurrit **ⲉⲡ** : initialis nimirum ſyllaba obtruncatae vocis **ⲉⲡⲙⲉⲓ**; veſtigia enim elementorum, quae ad ipſius integritatem ſpectabant, in membrana evanuiſſe cernuntur. Sed certe hoc in loco integrum vocabulum επμει reſpondere neceſſario debet τοῦ, επιγνωσιν Gr. textus.

(20) Digna omnino eſt haec oratio, quae diligenter obſervetur. *Archiepiſcopus* pro quo primum oratur, non alius eſſe poteſt, quam Patriarcha Alexandrinus. Neque enim tota ſive inferior, ſive ſuperior Aegyptus ullum umquam veri nominis, & auctoritatis *Archiepiſcopum* agnovit praeter *Alexandrinum*. Vid. Renaud. t.1. Lit. Or. p.493. Ad *vocem vero quod ſpectat ARCHIEPISCOPI*, ait doctiſſimus Lequiennius de Patriarchatu Alexandr. p.381., *hanc ex Epiphan. haer.68. Alexandrinis Antiſtitibus poſt ſaec.* IV. *initia attributam oſtendimus, quin & a Meletio ſchiſmatis auctore uſurpatam, qui ſibi Alexandri Pontificis Alexandr. vicarii titulum, & dignitatem nullo iure arrogabat*; quamquam Lequiennius ipſe p.354. haec de Meletio, teſte eodem S. Epiphanio, retulerat, quod ſe *Petri* Alexandr. δευτερεύοντα iactaret, eoque nomine δευτερέυων τοῦ Πέτρῳ κατὰ τὴν Ἀρχιεπισκοπήν, ὡς δὲ ἀντιλήψεως χάριν, *ſecundo poſt Petrum Alexandrinum, quod Archiepiſcopatum ſpectat, loco potiri, tamquam illius adiutor mentiebatur*. Eadem ante Renaudotius tradiderat, quemadmodum Lequien. ipſe teſtatur. Cogimur itaque vel inviti in hac Thebaici codicis oratione *Archiepiſcopi* Alexandrini nomen omni procul dubio agnoſcere.

At in hac noſtra nec *Papae*, nec *Patriarchae* tituli commemorantur, qui tamen in aliis omnibus tam Copticis, quam Graecis Liturgiis Alexandrinae eccleſiae magno illi Antiſtiti, & Archiepiſcopo tribuuntur. Nam in utraque & Copt., & Graec. S. Baſilii a diacono indicitur, & a ſacerdote recitatur oratio pro *Papa*, *& Patriarcha magnae urbis Alexandriae*. Idem fit in Gregoriana. In Graeca quidem S. Marci, quae omnium antiquior cenſetur, bis oratur *pro* ſanctiſſimo *& beatiſſimo Papa*, reliquis tacitis honoris titulis, ſed in Coptica ex Renaud. & Miſſali Aegy-

Aegyptiaco Romae edito, pro *Papa*, & *Patriarcha*: orationes iſtae diſerte inſcribuntur. Quid ex his? Illud ſcilicet ego colligo, noſtrum hocce Thebaicum fragmentum deductum eſſe ex *archetypo* aliquo liturgico, quod omnium antiquius haberi debeat; ſcriptum vero fuiſſe non ita diu poſt exordia ſaeculi V., & antequam *Patriarchae* titulus vulgo tribui coepiſſet Archiepiſcopis Alexandrinis. Quod quidem *Balſamon* in primis vetus Graecorum canonum interpres, aliique ex recentioribus ſcriptores nobiliſſimi, interque ceteros Renaudotius, & Lequiennius accidiſſe tradunt circa S. Cyrilli tempora. Nam, ut mox laudatus Lequien. ſcribit: *Alexandrinus Praeſul nuſquam* Patriarcha *dictus invenitur ante magnum ipſum Cyrillum*.

De nomine *Papa* cur tacitum ſit in Thebaeo diaconico, non aliam tibi cauſſam reddere poſſum, niſi quia, vel nondum frequenti, communique uſu Archiepiſcopo tribui conſueverit, etſi iam inde a ſaec.III. cognitum eſſet ex ep.S.Dionyſii apud Euſ. l.7. c.7., vel quia in uno titulo ⲁⲡⲁ ſatis expreſſus crederetur ⲡⲁⲡⲁ. Si enim τῷ, ⲁⲡⲁ, quod Graeco αββα reſpondet, addas ⲡ loco articuli, ob oculos tibi ſtatim veniet nomen ⲡⲁⲡⲁ, quaſi inſignis quaedam nota *magni Paſtoris* totius Aegypti. Porro *Papae* nomen, quod olim erat in occidente commune omnibus fere Epiſcopis, in toto demum catholico orbe peculiare evaſit, & proprium *unius paſtorum Principis*, qui Petro Apoſtolorum Coryphaeo in regenda univerſali eccleſia ſucceſſit. At in oriente uni Epiſcopo Alexandrino, tamquam Aegypti Patriarchae, inhaeſit. Solemnis proinde & ceteris omnibus praecellens, erat *ex ſacris diptychis* in Alexandrina eccleſia Romani Pontificis commemoratio.

Reliquum eſt, ut in Graeco corrigas ορθοδομουντων λογων ex Liturgia S. Marci apud Renaud. p. 151. ορτομουντων λόγον. Confer praeterea παροικιων, rectius παροικεων, vel παροικουντων αρχιερωσυνης αντιλημψεως, (pro quo eadem D.Marci liturgia habet ἐκτελούντων... τὴν ἀρχιερωσυνην *fungentes pontificatu*,) cum Thebaicis ⲛⲟⲩⲏⲏⲃ ⲉⲧϣⲟⲟⲡ ⲉⲧϣⲉ̀ⲙϣⲉ ⲙ̀ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ. Sic enim Graeca illa Thebaei interpretantur; nos vero eorum inter-

interpretationem ita accepimus, ut per eam designari intellexerimus, *sacerdotes*, *qui versantur in ministerio* λατρείας, *cultus* nempe *divini*.

(21) Θεσπένου, l. Θεσπεσίου.

(22) Τευτελαριου, l. δευτεραριου, & vide quae de *deuterariis* Pachom. Reg. diximus in superioribus adnotationibus.

(23) ⲡⲓⲇⲉⲩⲧ̂. Minii caussa, quo Thebaica omnia, rubricarum more, sunt colorata, erravimus in hac voce, ubi ⲡⲓⲇⲉⲩⲧ̂, edidimus. Pinxerat amanuensis initialem ⲧ, quasi repetiturus corruptum graecum τευτελαριου. Sed mox errore cognito, recte scribere coepit ⲇⲉⲩⲧ̂. At ⲧ ante pictum, minii fluore ex transversae extremis ad perpendiculum defluente, ac duas veluti lineas utrimque efformante quasi paralellas *hastae*, ita iacet, ut *tria latera* ad speciem aequalia sub una eademque transversa repraesentet, eoque pacto mentiri videatur graecum nexum ϖ. Hunc ergo dele, & retine ⲇⲉⲩⲧ̂ compendiaria nota exaratum.

(24) Thebaica versio omittit Graecum εκτενεστερον *intentius*, quia ipsa fortassis repetitio precis indicium erat satis apertum ad significandum ardentiorem illum animi affectum, qui ad orandum pro ipso Archimandrita, aliisque eius consortibus exoptabatur. *Antiquum morem fuisse ut sectiones ex scripturis legerentur graece, sequereturque Coptica interpretatio, idque factum antequam ulla omnino apud christianos foret* Arabicae *linguae cognitio. Sed per universam Aegyptum antiquitus christiani legebant sectionem graece, eamque* coptice *explicabant, & postea aliam, sicut nunc, legunt sectionem Copticam, & eam Arabice interpretantur*. Testimonium est a praestantissimo Renaudotio in comment. ad Liturg. Coptic. S. Basilii p. 207. depromptum ex praefatione *Glossarii*, quod inscriptum erat: *Scala ecclesiastica Sahidica*, collectio scilicet Thebaicarum vocum ex scripturis sanctis. Huius generis codicem sacra Evangeliorum, & Paullinarum, Catholicarumque epistolarum vocabula cum adiecta Arabica interpretatione exhibentem, nos ipsi vidimus in Vaticana bibliotheca. Illius vero antiquissimi moris vestigia hodieque

que spectantur in Euchol. Coptico Rom. edito, in Pontificali ms. Boniurii, & tom. 1. Lit. Renaud. pag. 467. & seqq., ubi ritus *ordinationis Patriarchae* integer exhibetur. Plura enim, ut *psephisma*, *systatica*, *litterae* nempe *encyclicae ad omnes Episcopos*, sectiones epist. Paulli, Act. Apost., Evangel., & finis psalmi 109. *Iuravit dominus &c.* graece primum deinde etiam aegyptiace leguntur. Solae sunt Litaniae, quae puris, nudisque Graecorum vocibus compositae, ea una lingua modo ab archidiacono, modo a diacono, aut etiam ab Episcopo seniore recitantur, nec usquam *aegyptiace* aut iteratae, aut translatae leguntur. Proprium id est Thebaeorum monachorum, quibus ut ego opinor, solemne erat easdem preces vernacula lingua, in eorum praesertim Archimandritae inauguratione, repetere.

Porro adverbia illa animum excitantia ad maiorem orationis fervorem: ἐκτενῶς *intente*: ἔτι ἐκτενῶς, *adhuc intente*, & ἐκτενέστερον, *intentius*, habes etiam in laudatis precationibus apud Renaud. pag. 427. Goar. comment. *in Euchol.* pag. 509. ad Cantic. 3. ἐκτενῶς interpretatur *suppliciter*. Quid vero sit *intente* orare illustri exemplo docuit *Xoius* Abbas Thebaeus in Apophthegm. PP. apud Cotel. p. 581. Audiens is in reditu e monte Sinai afflictionem Ascetarum, *ob imbris penuriam*, quam diu patiebantur, conversus ad fratrem, qui ista narrabat, *quare*, dixit, *non funditis preces atque a Deo poscitis? Tum ille: & oramus, & supplicamus; nec pluit. Excepit senex: omnino non oratis* ἐκτενῶς *intente. Vis autem cognoscere, quod ita est. Et extendit manus ad caelum in oratione, confestimque defluxit pluvia*. Heic tamen eam manuum extensionem intellige, quae, ut animadvertit Valesius in c. 15. lib. 4. de vita Constantini Imp. more Christianorum proprio, *crucis similitudinem adumbraret*.

Ubi vero conferre perrexeris sequentia verba Thebaicae versionis cum Graecis vix ullum inter ea discrimen intercedere percipies, si graecam lectionem in hunc modum distinxeris, & emendaveris: και των συμπαροντων (και secundo reiecto) αυτω τιμιων ιερεων της εν χω̃ διακονιας. Nam reliqua recte se habent.

(25) Ea-

(25) Eadem fere eſt praeconii formula, quam legimus apud Goar. p. 41. inter *orationes lucernarii*, ὑπὲρ τῶν εὐσεβεστάτων καὶ θεοφυλάκτων βασιλέων, κράτους, νίκης, διαμονῆς, ὑγιείας, σωτηρίας αὐτῶν. Ab hac in paucis Thebaica noſtra differt; dummodo preces, quae in ſacris Graecorum officiis *pro Regibus* plerumque indicuntur pro uno aut *Rege*, aut *Imperatore* in Thebaeorum litaniis fieri intelligas. Renaud. comment. in Liturg. Gr. S. Marci p. 354. ad diaconicum illud: προσεύξασθε ὑπὲρ τοῦ βασιλέως, *orate pro Rege*, haec habet: *vertendum potius fuit* pro Imperatore; *nam haec oratio ſimul cum aliis liturgicis, ſcripta eſt antequam Muhamedani ſubegiſſent Aegyptum.* Multo itaque aequius in hac noſtra Graeco-Thebaica ſic vertere convenit, *pro Imperatore*. Addit praeterea, ſuſpicari ſe hanc orationem, *ut graece* in eadem S. Marci Liturg. *exſtat, mutatam ab antiqua lectione fuiſſe*, *quando*, *ut ſe habet*, *non modo* chriſtianis principibus, *ſed aliis poteſt convenire*; *cum in Liturgiis Conſtantinopolit.*, *&* *aliis etiam orientalibus*, *ſaepe adiunctum reperiatur* πιστῶν *fidelium*. Non ita eſt de hac noſtra.

Tituli, qui paſſim in Graecis Byzantinorum Liturgiis, chriſtianis Imperatoribus tribuuntur, ſunt εὐσεβεστάτων καὶ θεοφυλάκτων. Aequales his habes in uno illo Liturgiae Copt. S. Gregorii: φιλοχρίστων ἡμῶν βασιλέων. In Gr. vero S. Marci p. 148. & 149. ὀρθοδόξου καὶ φιλοχρίστου βασιλέως: unde ego coniicio in *diaconico*, cuius paullo ante meminit Renaud., quodque legitur p. 132. eiuſdem Liturg. titulos hoſce ὀρθοδόξου, & φιλοχρίστου fuiſſe a librario, brevitatis ſtudio, praetermiſſos. Profecto idem ipſe S. Athanaſius φιλόχριστον *Chriſti amantem* in ſua ipſius Apologia Imperatorem appellare conſuevit; ne quid novi tibi videatur, dum audis Agyptios, in primis vero Thebaeos noſtros, Deum pro *piiſſimo* φιλοχρίστῳ Rege precari. Nam & magnam ipſam Alexandriae urbem eo nomine in eccleſiaſticis monumentis nuncupare, Aegyptii religioni ducunt. Hic vero unus titulus aut aequalis, uti dicebam, aut certe praeſtantior τοῦ, πιστοῦ *fidelis*.

Fauſta alia, quae in hoc diaconico Regi orthodoxo apprecantur, auctiora ſunt eccleſiaſticae pietatis teſtimonia erga princi-

principem christiani, orthodoxique nominis amatorem. Verum, quum haec vota non generatim pro pluribus, ut in aliis plerisque Graecorum, Coptorumque *Euchologiis* fieri novimus, sed pro uno tantum *Rege* concepta sint, in locum τȣ, αὐτῶν, substituatur necesse est τȣ, αὐτȣ́. Ἀντιλίμψιν non improbo, quia, si recte memini, nec improbat in Hesychio sapientissimus *criticus* Ioh. Albertus: hanc enim licentiam inserendi persaepe litteram μ ante ψ in similibus vocibus sibi vindicare videtur *Alexandrinus Grammaticus*. Quae res non satis cognita Salmasio eum induxit, ut ad vocem λαψάνη in Lex. Hesych. edito ab Alberto, haec animadverteret: *Alibi scribitur* λαμψάνη *apud hunc auctorem*. Idemque mos invaluit inter alios Aegyptios scriptores, praesertim ecclesiasticos, qui proinde ἀποκάλυψιν perpetuo scribunt ἀποκάλυμψιν.

(26) In Thebaica versione eadem, quae in Graeco, oratio est, sed restrictior. Neque enim κατὰ γρᾶμμα accurate prorsus respondet vocibus: νικης, διαμονης, αντιλιμψεως Graeci textus.

Series praecedentium precum, uti colligitur tum ex lib. 4. Euseb. de vit. Constantini Imp. cap. 45. ὑπὲρ τῆς κοινῆς εἰρήνης, ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας τȣ̃ Θεȣ̃, αὐτȣ̃ τε βασιλέως ὑπὲρ τȣ̃ τοσȣ́των αἰτίου: tum etiam ex Clem. Hierosol. mystagogica v., solemnis erat, & tamquam ab Apostolis tradita in *Const. Apostol.* l. 8. c. 12. & 13. fuse descripta.

(27) Graeci diaconici syntaxis, & emendatio, sententia nostra, haec est: υπερ τȣ συμπολεμησαι αυτȣ και καθυποταξαι αυτȣ υπο τȣς ποδας αυτȣ παντα τα εχθρων και των πολεμιων &c. *Pro eodem ipso, ut una praelietur*, (idest una cum militibus exercitus sui bellum gerat, id enim postulat vis verbi συμπολεμεῖν in Thesaur. Henr. Stephani), *& suis sub pedibus sibi subiiciat quaecumque sunt hostium, & inimicorum eius &c.* Similibus fere verbis Regem Regum Christum orat sacerdos in Liturg. S. Marci pro *orthodoxo, & Christum amante Rege*, sive *Imperatore* pag. 149. *subiicito ei* Θεὸς πάντα ἐχθρὸν, καὶ πολέμιον. At in Gr. textu deerat καθυπόταξον, quod in Lat. vers. supplevit Renaudotius. Idem in Goar. p. 829. τȣ̀ς ἐπανισαμένους αὐτῷ ὑπόταξον ὑπὸ τȣ̀ς πόδας αὐτȣ̃. Quin & ἁπάντων τῶν ἐχθρῶν, καὶ πο-

καὶ πολεμίων eodem ſenſu habes apud Euſeb. lib. 4. de vit. & in orat. de laud. Conſtantini.

Integrum diaconicum ὑπὲρ συμπολεμῆσαι &c. legitur apud Goar. p.64 in Liturg. S. Iohan. Chryſoſt. Illius vero initium p.650. in conſecratione Antimenſior. p.344. ex mss. Barberino, Cryptofer., aliiſque in dedicatione ſacri templi; quae tamen orationis *indictio* in editis *huius officii* exemplaribus deſideratur; unde colligere licet eam unam eſſe ex antiquiſſimis precibus, quae iam inde a Magni Conſtantini aevo in divinarum aedium encaeniis uſurpari coeperat.

Hoc idem ὑπὲρ τοῦ συμπολεμῆσαι &c. exſtat in cit. ms. cod. Liturg. Chryſoſt. Ang. bibl. fol.3., & Baſil. fol.52. col.2.

(28) In eamdem, quam mox explicabamus, ſententiam, Thebaica verſio convenit. Nonnulla tamen, quae facile diſcernuntur, in poſtrema huius diaconici parte incurioſus amanuenſis deſcribere praetermiſit.

(29) Utrumque αυτων & prius, & poſterius in Graeco textu lege αυτου. Quod vero ad Thebaicam verſionem attinet, ea iterum praetermittit εκτενεστερον ob eamdem fortaſſe cauſſam, quam in ſuperiori adnot. 24. indicavimus; ac praeterea etiam ſilentio praeterit geminum illud pronomen αὐτοῦ, tamquam ſupervacaneum. Et ſane qui pro *toto palatio* ſe orare profitebantur, nihil neceſſe habebant exprimere, cuius *palatium* eſſet.

Ex quo Magnus Conſtantinus *palatii* nomen, quod Romae veluti ſacrum, & unius caeſareae domus proprium erat, Byzantium invexit, ea religione in toto oriente accipiebatur, ut nulli cuivis privati equitis aedificio, ſed uni Imperatoris domicilio tribui poſſet. Alias apud Graecos ſcriptores βασίλειος οἶκος, *regia domus*, & τὰ βασίλεια, *regiae aedes*, appellabatur. Quae vox quum ſacrum quiddam ſpirare videretur, *eccleſiam* ſimul, *& palatium ſignificabat*, teſte Valeſio in lib. 4. *de rebus geſtis Conſtantini* cap.17. Vide quae vir vere egregius de uſu huius vocis praeclare diſputat cum alibi, tum vero maxime, ubi de aula diſſerit *magnae Synodi Nicaenae*, an *palatium*, an vero magis (quod ille cenſet) *eccleſia* fuerit, ad c.10. l.3.

l.3. de vit. Constant., & ad lib. 1. *H. E.* Sozomeni c. 18. Neque id solum, sed illud etiam ex pluribus eiusdem Eusebii locis coniicitur, *palatii* nomine totam intelligi Imperatoris familiam. Hac ergo de caussa diaconus Thebaeus simpliciter monet, ut populus oret *pro toto palatio*, quin ullam habeat necessitatem addendi pronomen αὐτοῦ, quasi *notam* Principis *possessoris*. Sic in Liturg. Copt. S. Gregorii oratur *pro iis qui sunt in palatio*. Idem tu dicito de oratione *pro toto exercitu*.

Preces vero fundere pro *palatio* Caesaris Augusti mos erat in Aegypto vetus, atque solemnis. Illiusque testes sunt Aegyptii Episcopi, & clerus universus urbis Alexandrinae in libello supplici ad Leonem Augustum misso. Narrant in eo immane facinus *Timothei Aeluri*, qui invasurus Alexandrinam sedem in penetralia templi, sic dicti, *caesarei*, irrupit, quo tempore SS. Archiepiscopus *Proterius solemnes collectas celebrabat, & Christo servatori preces ac vota faciebat pro imperio Caesaris, & Christi amantissimo* παλατίου, *PALATIO*. Haec apud Evagr. in *H. E.* lib. 2. cap. 8.

Ab exordio ecclesiae, & ex praescripto Apostolorum semper maiores nostri e munere suo esse duxerunt preces Christo Deo offerre pro Regibus, atque Principibus. Sed formulas precandi, quas hactenus retulimus, nonnisi a Constantini Magni temporibus adhiberi in ecclesia coepisse iam innuimus, & modo iterum observamus. Ita namque visum mihi est expendenti Eusebii testimonia, illud praesertim, quod ab eo traditur cit. l.4. de *vita Constantini* cap. 14. *Praesidibus ecclesiarum praecepit*, ὑπὲρ αὐτοῦ λιτὰς ποιεῖσθαι, *ut pro se preces ad Deum funderent*.

(30) Παγαρχου. Hoc prorsus nomine tum graece, tum thebaice *praesidem pagi*, *vici*, aut *nomi* significari, nemo unus, qui legerit edictum, sive leg. XIV. Iustiniani Imp. *de Alexandrinis, & Aegyptiacis provinciis* ignorare poterit. Bis in ea lege fit mentio de παγάρχοις, in praefat. & in cap. 24. §. 1. pag. 652. Paris. edit. Hoc vero nomen in Aegypto multo vetustius erat Iustiniani aevo. De eo enim Isidorus Pelusiota lib. 2. epist. 91. ita scribit: πάγαρχοι καλοῦνται παρά τισιν

οἱ τῶν κωμῶν ἤ τόπων τινῶν ἄρχοντες. *Pagarchae a quibusdam vocantur vicorum, locorumque quorundam principes*. Srimger., observante Gothofredo, vocis huius vestigia se deprehendisse arbitratur in lib. 17. c. 1. *H. E.* Euf. Caesar., ubi *mandatum* describitur Maximini de cohibenda persecutione in christianos, sed a Sabino P. Pr. latinis litteris promulgatum. Sunt hae litterae inscriptae *ad Curatores*, *Magistratus*, & πραιποσίτυς τῦ πάγυ ἑκάστης πόλεως, *praepositos pagi uniuscuiusque civitatis*. Si Sabinus graece scripsisset, non modo rem, sed vocem ipsam παγάρχυς nobis fortasse reddidisset: at latine scribens *praepositos pagi* dixit: nec aliter eam graece vertit Eusebius. Quod porro addit Srimger. Aegyptios παγάρχυς eosdem fuisse ac νομάρχυς, quorum meminit Diodorus Sicul. in *Bibl.*, non potest non esse acceptum iis omnibus, qui antiquissimam Aegypti in *nomos* partitionem compertam habeant. Litterae ipsae *systaticae* Patriarcharum iisdem quoque nomis, καὶ πᾶσι τοῖς νόμοις Αἰγύπτυ inscriptae leguntur p. 113. Euchol. Copt. Rom. edit. Ab Hesychio autem νομάρχης exponitur, ὁ νομῶν ἄρχων: νομὺς δὲ λέγυσι τὰ μεγάλα χωρία, *nomorum princeps*: *nomos vero magnas appellant regiones*. Vide, quae in hanc vocem Hesychii animadvertit Ioh. Albertus.

De titulo ἰλλουστρίου nunc pauca accipe. Multa de viris *spectabilibus*, *clarissimis*, *& inlustribus* mihi dedit non unus tantum Iacob. Gothofredus ex cod. Theodosiano, verum etiam contribulis meus Ab. Iohan. Christophorus Amadutius in egregio opere: *de Legibus novellis anecdotis Theodos. iun. & Valentiniani III. ex vetustissimo cod. Ottoboniano*. At vero *illustris* titulus, qui circa Valentiniani tempora tribui coepit Pr. Praet., Praef. urbis, Praef. Pr. orient., aliisve Romani Imperii *dignitatibus*, ne ipsi quidem Praefecto *Augustali Aegypti*, usquam, ni fallor, tributus legitur. Apud S. Athanasium in Apol. contra Arian. λαμπροτάτων *clarissimorum* numero accensetur. Eo spectare potest tit 37. cod. l. 1. qua Florentius Praef. Augustalis *claritatis* titulo ab AAA. Theod. Arcad. & Honor. condecoratur; deque hoc ipso loquitur Suidas, cumque βασιλέως τάξιν tenuisse scribit. Iustinianus vero in laud. lege aliquando

do quidem μεγαλοπρεπέςατον *magnificentissimum*, fere tamen perpetuo περίβλεπτον *spectabilem*, quemadmodum & *ducem* utriusque Thebaidis, nuncupat. Nihil proinde est, cur quis quaerat in παγάρχῳ *pagi praefecto* titulum *illustris*, quem in ἐπάρχῳ Αἰγύπτε in *praefecto Aegypti* frustra hucusque quaesivimus.

Quid igitur de eo dicam, qui in hoc nostro fragmento uni Thebaidis παγάρχῳ tam diserte tribuitur? Eratne is meri simplicisque honoris titulus, quem monachi Tabennenses *non spectata Romanae dignitatis gloria*, sed unius aut familiae, aut propriae virtutis, pietatisque fulgore suo illi παγάρχῳ tribuendum putarint? Nonne magno Athanasio in vit. S. Antonii, ἄλλος δέ τις τῶν ἐπιφανῶν, (interprete Montfauc.) *illustris homo*, (Evagrio vero) *vir inter suos nobilis*, dicitur, qui a daemone obsessus ad S. Abbatem liberationis gratiam accepturus confugit? Nonne & Hieronymus, & Hesychius, ne alios commemorem, integra syntagmata de *viris illustribus* ediderunt?

Sed si mihi dederis exemplum *huius nostri diaconici* scriptum fuisse vel labente saeculo IV., vel certe ineunte V. aliquamdiu post diem emortualem S. Iohan. Lycopolitae, virum fortasse tibi sistere potero, qui non tam simplicis honoris gratia, quam Romanae imperialisque dignitatis iure fuerit a Tabennesiota scriptore appellatus *illustris*. Atque heic statim accipe Palladii locum ex cap. 43. *H. Laus.* Narratis longi ac difficilis itineris incommodis, quae eo animo libenter subierat, ut in *Lyco* superioris Thebaidis monte ad locum, ubi magnus Iohannes *inclusus* admirabilem vitam agebat, quemadmodum secum ipse decreverat, ascenderet, eo se e Nitriae solitudine, post dies omnino octodecim, pervenisse scribit; sed non ante sabbatum, quo tantum die, & sequenti dominico vestibulum per hebdomadam aperiebatur, ad beatum hominem salutandum sibi accedere licuisse refert. Accessit tandem. At inter ipsa primae salutationis officia, *dum loqueremur*, inquit, εἰσῆλθεν ὁ ἄρχων τῆς χώρας, Ἀλύπιος ὀνόματι. Ecquid aliud est in Thebaide ὁ ἄρχων τῆς χώρας nisi πάγαρχος, aut νομάρχης Hesych. ἄρχων scilicet μεγαλέων χωρίων? Quis vero fuerit *Alypius* disce non a me, sed a *Meursio*, & a Iac. Gothofr. *Hic est*, ait Meurs. in c. 41. H. Laus. Palladii p. 192. in fine, *ille*

ille ipse Alypius, *ad quem Praef. tunc urbis exstat rescriptum Valentin.*, *Theodos.*, *& Arcad. Impp. cod. de privil. corporator. urb. Romae*. Gothofr. vero *in Prosopograph. cod. Theod.* tom. 6. p. 348. col. 2., *memoratur*, inquit, *& a Palladio in Iohan. Lycopolita* Alypius ἄρχων τῆς χώρας. Sed Pr. U. fuerat Alypius ex laud. L. an. 391. Ἄρχων igitur τῆς χώρας *praefectus regionis* in indicata Thebaide esse non potuit nisi eo illo an. 394.. quo Palladius, ex Tillemontii calculis, invisit S. Iohannem. Atqui *illustris* titulum, quem ex dignitate urbanae praefecturae sibi comparaverat *Alypius*, etsi πάγαρχος deinceps, & *praeses regionis* in Aegypto esset, iure semper retinuit quamdiu vixit: vixisse autem potuit diu etiam post initia saec. V., quo tempore cod. nostrum diaconicum scriptum putamus. Habes ergo ex insigni huius nostri Alypii praefectura idoneum argumentum, unde repetere queas titulum *illustris* ei tributum *praefecto regionis*, quem codicis nostri preces commemorant. In illa enim Thebaidis parte πάγαρχος iste cluebat, in qua maxime Tabennesiotarum monasteria erecta fuisse cognovimus.

Te tamen oro, ut latinam versionem in hunc plane modum integram reddere velis: *Pro Christum amante N. illustri praefecto regionis &c.*

Deinde sub initium pag. ⲡⲗⲅ. ad calcem orationis sequentis pro εν αυτοις l. εν αυταις.

(31) ⲡⲙ ⲧⲏⲣϥ. Amanuensis incuria deest vox, quae respondeat graecae διαμωνης; etsi & haec ipsa ob frequentem illam Aegyptiorum licentiam in commutanda vocali ο in ω, male sit scripta, & legi debeat διαμονης.

(32) Thebaica versio contrahit priora verba graecae orationis in hanc simplicem formam ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲥⲟⲟⲩ ⲉϩⲟⲩⲛ, *pro collegio*.

(33) Της εμμετρου. Lege, ut in utraque Graeco-Alexandrina Liturg. SS. Basilii, & Greg. apud Renaud. της συμμετρυ &c. Ipsissima enim oratio est.

Nonnulla de ritu Thebaeorum in ordinandis Evangeliorum sectionibus pro Liturgia *super aquas* diximus ad Fragmentum

tum Borgianum addendum capiti *6*. Graeco-Copto-Theb. Evang. S. Iohannis. Obſervavimus inter cetera, eam ordinationem normam ſumere a die feſto *S. Shenute*. Nolim heic omittere quod mihi nuper in mentem venit, Shenutem iſtum eumdem eſſe ac S. Iohan. Lycopolit., qui, teſte Palladio, afflatu vere divino inſpiratus ſolebat quotannis praedicere Aegyptiis maiorem minoremve Niliacae exundationis copiam, & fertilitatem agrorûm. Plures ſunt cauſſae, quamobrem ſic ego cogitarim. De his tamen alibi fortaſſe erit diſſerendi locus. Tu modo iterum vide quam longe diſſimilis, laeta, & felix eſſet poſt evangelii lucem chriſtianorum in Aegypto conditio, ab ea omnium miſerrima, in qua verſabantur gentiles.

Hi enim teterrimis errorum tenebris immerſi, non Deum conditorem, auctoremque fecunditatis Nili, ſed Nilum ipſum uti *καρποδότην*, *καὶ εὔσταχυν*, *καὶ μετροῦντα τὴν ἐνδαιμονίαν τοῖς πηχέσιν*, *frugum parentem*, *ſpicis copioſum*, *atque ubertatem cubitis metientem* concelebrabant, cumque eo ipſum quoque falſum numen *Orum* tamquam principem tantorum munerum largitorem invocare conſueverunt. At vero tam indignis honoribus quid aliud reipſa, iudice Greg. Nazianz. or.*39*. n.*6*., effecerunt, quam Nilum dedecorare?

Inter antiqua haec Aegyptiorum, eorumque Nili dedecora, *gemma* ſupereſt, quam etſi *ectypam* dare nequeamus, quod ea amiſſa iamdudum fuerit, aut domino reſtituta, illius tamen ſymbola in antica, poſticaque parte inſculpta, & a meo Guillelmo Boniurio explicata, ex huius praeſtantiſſimi viri ſchedis heic evulgamus:

„ In poſtica parte exſtant hae litterae ΟΡⲰΡΙΟΤΘ, ſive „ *ορωριουϑ*. Cum Coptitae ponant ſaepe ſaepius *ο* pro *ω*, „ & *ω* pro *ου*, item *ϑ* pro *τ*, & vice verſa, iam deſcriptae „ litterae nobis indicare videntur voces Copticas, ſeu Aegy- „ ptiacas *ωρ ουριτ*, quibus deſignatur *Orus cuſtos*, notiſſimus „ Aegyptiorum deus.

„ Eo ſpectat & antica pars eiuſdem gemmae. Ibi enim „ ita lego: ΟΟΡ ΟΟΡ ΜΕΡ ΦΕΡ ΓΑΡ ΚΑΡ ΜΑΡ ΦΡΙ ΟΥΡΙΤ ΑΙ, „ ſive: *ο ορ*, *ο ορ*, *μερ*, *φερ*, *γαρ*, *καρ*, *μαρ*, *φρι ουριτ αι*. Hoc eſt:

„ *o Or*,

„ *o Or, o Or, accingere, germina, disgregare, obturare, ligare,*
„ *sol custos in aeternum.*

„ *De Oro quem frugum proventus, & totius anni fertilitatis*
„ *praecipuum auctorem existimant Aegyptii*, agit Aelianus lib.XI.
„ *de animalibus* cap. X.

„ In eadem parte, ubi describuntur notae quaedam
„ hieroglyphicae, legitur OYMAEMI, hoc est, *donum scientiae*.

„ Inter notas hieroglyphicas visitur Serapis cum modio
„ capiti superposito. Est autem Serapis iuxta Aegyptios ipse
„ Orus, & Orus seu Apollo ipse Sol. Visitur etiam lyra
„ septichordis, de qua Macrobius in primo Saturnalium: *lyra*
„ Apollinis chordarum septem, tot caelestium sphaerarum mo-
„ tus praestat intelligi, quibus Solem moderatorem natura
„ constituit. Visitur praeterea Canopus seu figura huius nu-
„ minis, quod secundum Aegyptios praesidet mari, flumini-
„ bus, & toti humidae naturae, ponitur autem hieroglyphice
„ pro Nilo. Testudo quae ibidem cernitur, designat futurum
„ Nili incrementum: quia inter animalia quae futurum Nili
„ incrementum praesentiunt, Aegyptii ponunt testudines
„ apud Aelianum lib. V. *de animal.* cap. 52. Hippopotamus,
„ seu equus fluvialis ibi quoque describitur, quia fluviatiles
„ equi Nili alumni, segetum ut maturitas venit, & flavent
„ spicae, non eas continuo depasci ingrediuntur, sed extrin-
„ secus conjecturis assequuntur quantum ad se explendos
„ satis sit. Post talem considerationem pascere in agrum in-
„ grediuntur, & inter pascendum retro versus Nilum cedunt.
„ Aelian. lib. V. *de animal.* cap. 53.

(34) **ⲛ̀ⲛⲁⲏⲣ**, ut Graecus *αερων* in numero plurium. At Liturg. Graeco-Alexandr. Basil. *μνησθητι κύριε τȣ̃ ἀέρος*, Greg. *χάρισαι . . . τῶν ἀέρι εὐκρασίαν*, in singulari efferunt. Memphiticae vero variant. Si *αηρ*, ut scribit La-Croz. in Lex., vox est *origine Aegyptiaca*, quid proprie significet, nemo melius quam Hesychius (emendatus tamen a Iohan. Alberto) exponere novit. Nebulam enim & caliginem ex ardore, & aestu partam exposuit. Ex his & morbi, & pestilentiae in homines, in sata vero frugum corruptio inter Aegyptios oriri solent.

(35) Ver-

(35) Versio Theb. non verba omnia, sed unam graecae orationis sententiam simpliciter reddit.

(36) Pro ταχείας ἰάσεως habet Thebaeus πευταλϭο τηρϥ, *omnem*, sive, ut nos interpretati sumus, *integram valetudinem*, aut si mavis, dic etiam *integram*, pro celeri, *sanationem*.

(37) Graeca potius quam Thebaica incauti vertimus. Nam diaconus Thebaeus populum admonet, ut *oret pro iis omnibus, qui indigent adiutorio Domini*, & *eius opitulatione*, seu gubernatione. Sed, ut modo animadvertimus *opitulatio*, multo aptius respondet Gr. ἀντιλήμψεως, sive ἀντιλήψεως. Est enim heic ἀντιληψις actio pietatis, & misericordiae, qua Deus oratur, ut nos veluti extenta, ac porrecta manu aut lapsos erigat, aut iamiam lapsuros nos apprehendat, atque retineat, ne labamur. S. Greg. Naz. or. 32. n. 11. p. 587. ἀντιλήψεις, de quibus loquitur Apostol. 1. Cor. 12. 28. προστασίας, *defensiones* scilicet & *patrocinia* interpretatur.

Si autem Aegypt. ⲧⲁⲛϩⲟ vertimus *gubernationem*, fecimus id ducti amplitudine vocis, quae varia ad summi gubernatoris providentiam, potestatem, ac regimen spectantia significare potest.

De αντιλημψεως iam diximus, μ ibi esse insertam more Aegyptiorum vetustissimo. Nam & magnus Athanas. in epist. ad Solitar. num. 56., quae nos Latini *subsellia*, (quasi *supsellia*) vocamus, συμψέλλια interiecto μ appellavit.

(38) Amanuensis indiligens, suspenso calamo, & animo in alia distracto, integram Thebaicae precis formulam in postremis verbis describere praetermisit. Sic & male pinxit vocem ⲉⲧⲁϩⲉⲣⲁⲧⲉⲟϥ, quae, nisi sic fortasse pronunciaretur, legi debet ⲉⲧⲁϩⲉⲣⲁⲧ́ϥ:

(39) In Thebaica vers. deest aliquid, quod est in Graeca. An vero *populus* aut integrum psalm. L., aut illius tantum primum *hemistichium* hoc loci ex praescripto ritu recitare consueverit, nihil certi a me coniici potuit. Mea tamen sententia stat pro recitatione integri psalmi, quia populus non erumpit in frequens illud brevissimumque *Miserere nostri*

Domine, ſed pſalmum integrum ipſum incipit: *Miſerere mei Deus &c.*

(40) ⲡϭⲱⲗ̀ⲡ ⲉⲃⲟⲗ. Si vocabulo iſti eam tribueris ſignificationem, quam habet ⲡϭⲱⲣⲡ ⲉⲃⲟⲗ iuxta dialectum *communem* apud Lacroz. in *ſylloge quarumdam vocum ſuperioris Aegypti* ⲡϭⲱⲗ̀ⲡ ⲉⲃⲟⲗ exponi debebit, *revelatio*. Sed, ne ita exponatur, omnes huius loci *circumſtantiae* impediunt. Multo proinde aptius Thebaicum nomen ⲡϭⲱⲗ̀ⲡ mutato ϭ in ⲥ componi crederem cum ⲡⲥⲱⲗⲡ, quod eſt in Memph. ſive communi dialecto *rumpere*; ut inde ſit ⲡϭⲱⲗ̀ⲡ ⲉⲃⲟⲗ *interruptio*. Eaque ſtatim intelligitur, poſt tam prolixae *συνάπτης* ſive *collectae* recitationem Graecis, Thebaiciſque formulis iteratam, ſpatium dari diacono paullulum interquieſcendi, uſque dum populus integrum (uti mihi ſuadeo) pſalmum L., Thebaeorum ritu, interiectis nimirum ad ſingulos verſiculos piis quibuſdam, ſed breviſſimis conſiderationibus, abſolverit; ut, eo abſoluto, idem ipſe diaconus alacrius deinde munus reſumeret ſuum, ac reliquas ampliſſimae *collectae* preces indicere pergeret. At haec ex iis, quae mox ſequuntur, lucem paullo maiorem accipient.

(41) In Graeco diaconico ſcribe τελεσθεντος προσκομισαντος (uti eſt in cod.) pro τελισθεντος προσκομισοντος, (quod eſt erratum typographi) & κῦ pro κε̄. In Thebaico vero omittitur verſio verbi προσκομισθεντος, & ſequentis coniunctivae particulae και . . . Ex hac vero orandi formula ſatis perſpicuum fit, diaconum praeconia iſta recitaſſe poſt oblationem, & conſecrationem ſacrorum myſteriorum.

(42) Pars prima Graecae orationis iiſdem fere verbis, quibus precatio ſimilis in Liturg. S. Greg. p.93. apud Renaud., concepta eſt. En illa: *Memento igitur etiam nunc Domine*, πάντων ἐντειλαμένων (unde noſtrum corrigas εντειλαμεμων), τοῦ μνημονεύειν αὐτῶν εἰς τὰς δεήσεις ἡμετέρας, *omnium eorum, qui nobis praeceperunt, ut eorum memoriam haberemus inter ſupplicationes noſtras*. Sed pro αυτων Graecus noſter legit αυτου, additis mendoſe εν τοις δηησιν pro εν ταις δεησιν. Ac certe noſter quo-

que

que Thebaeus in versione retinuisse videtur αυτου, quod bis vertit ⲛⲁϥ, & ⲉⲧⲟⲟⲧϥ. Id vero ea de caussa, ni male coniiciam, fecisse videtur, quod αυτου (subintellecto εκαστου, αυτου εκαστου), quasi pronomen *partitivum* singularis numeri constructum acceperit cum participio plurali εντειλαμενων, atque ita totam sententiam in hunc fere modum thebaice expresserit: *Pro iis omnibus*, *qui commiserunt nobis ut* singuli cuiusque *memoriam ageremus*, & *commendarunt quisque se orationibus nostris*.

Incertus haereo in voce ⲁⲩϩⲱⲛ. Nescio an mutilam dicere debeam? ⲁⲩϩⲟⲛϩⲉⲛ, *praeceperunt* habet etiam in simili diaconico Liturgia Copt. S. Marci, sive S. Cyrilli: & ϩⲱⲛϩⲉⲛ cum ⲱ ipse quoque La-Croz. in Lex. scribit; sed admonet *veram lectionem* esse ϩⲟⲛϩⲉⲛ. Ego vero, si Thebaicam vocem ⲁⲩϩⲱⲛ integram edidero, addito ϩⲉⲛ, ⲁⲩϩⲱⲛϩⲉⲛ dixero, non ⲁⲩϩⲟⲛⲉⲛ. Scimus enim quam saepe Thebaei vertere soleant ⲟ in ⲱ *omega*. Haec ego commentabar, quum arrepto fragm. Borgiano Levit. a c. VII. 34. ad XI. usque v. 12. inter legendum, in loca plura statim incurri, quae mihi ϩⲱⲛ simplex vim *praecipiendi*, & *imperandi* habere perspicue demonstrarunt.

Rursus in parte postrema diaconici codex ita repraesentat ultimam syllabam mutilati nominis πον, ut imperitiam amanuensis palam aperteque prodat. Anceps miser librarius, quid scriberet, formas litterarum medias inter *obscuratam* initialem αυ... & finalem ον, tam variis & intortis ductibus depravavit, ut ne ipse quidem eas recognoscere quiret. Quid multa? Tu locum corrige, & pone αυτων, cui respondet in Theb. versione ⲛⲧⲟⲟⲩ. Huic tamen male a *typotheta* additum est ⲛ, quod coniungi debet cum sequentibus, ut genuina, & integra vox sit ⲛⲙ̀ⲙⲁⲛ, conferenda cum Gr. και ημων.

(43) Si consulas Theb. vers., intelliges in Gr. textu post καλην, deesse ομολογιαν, & viceversa εκτενος, (rectius εκτενως,) omitti in Theb. Agitur heic, ut ego opinor, de athletis fidei,

 qui

qui non tantum ex Thebaidis monaſteriis, ſed ex omni quoque Epiſcoporum, aliorumque eccleſiae miniſtrorum, & laicorum fidelium ordine ſub Iuliani praeſertim, & Valentis adde & Conſtantii, Arianorumque perſecutione, *Confeſſorum Chriſti nomen* gloriamque adepti, inter vivos adhuc agebant omnibus cogniti, & publicis eccleſiae praeconiis in Dei, & chriſtianae gratiae laudem, commemorati.

(44) Graeca *αδελφω* *προσλαβομενου* *εν τοπων* *απατερα*, lege *αδελφων* *προσλαβομενος* *εις τοπον*, (ut in Liturg. Gr. Baſil. pag. 73., Greg. pag. 115. apud Renaud., *ἐν τόπῳ* apud Goar. in Liturg. Chryſoſt. pag. 78., & Baſil. pag. 168.) ... & demum *απεδρα*, (unde *ἔνθε ἀπέδρα* ... legitur in cit. Liturgiar. textibus) cum reliquis, ut in noſtro diaconico.

Verſio Theb. etſi ſub initium aliquantulum *κατὰ γράμμα* differre videatur a Gr. textu, ſenſu tamen eadem eſt. In fine tantum ⲙ̀ⲙⲟⲟⲩ, *mors*, habet, quae vox in nullis ex laudatis Liturgiis exprimitur. Cetera quae ſunt praetermiſſa, vitio tribue Thebaei amanuenſis.

(45) Haec item Graeca *υπομενου τελιωθεις* ... *αυτον*. Sic corrige *υμομονης τελιοτης* ... *αυτων*.

Sic & Thebaica ⲧⲡⲓⲧⲓⲥ ⲟⲩϫⲱⲛ ⲟⲩ, lege ⲧⲡⲓⲥⲧⲓⲥ ... ⲟⲩϫⲱⲕ ... ⲛⲧⲟⲟⲧⲟⲩ. Huius enim pronominis, quod eſt graece *αυτων*, obliviosus amanuenſis nonniſi ultimam ſyllabam dedit. In hunc modum Thebaica cum Graecis probe conveniunt, dummodo ante *τελιγμους* ſubaudias praepoſitionem *κατὰ*, vel *ἐπὶ*, ſine qua vix intelliges, quid ſit ϩ̀ⲛ ⲟⲩⲥⲟⲟϩⲉ ⲙ̀ⲡⲓⲥⲧⲓⲥ.

(46) Pro *εκεπη* ... *κακον* ... *αποκης αυτο* ..., haec tene: *σκεπης* ... *κακων* ... *αποσκεπης αυτων*. Iam veni ad Thebaicam, quae ſub initium parum differt a Graeca oratione. In ceteris etſi nomina ⲙ̀ⲡⲉⲑⲟⲟⲩ, & ⲉⲑⲟⲟⲩ ſingularis ſint numeri, ea tamen, dum latine vertimus in plurali accepimus, quod utraque, ex Aegyptiorum ſententia, aequivaleant Graecis *κακων*. Emendatam dedimus vocem *αποκη* per

απο-

αποσκεπης, inducti luce Thebaicae ⲛ̀ⲟⲩⲱⲛ, quae *aperire*, adeoque & *detegere*, ac *revelare* designat. Quare *υπερ* *αποσκεπης*, *pro detectione* *αυτων* (*κακων*), idem est ac ⲉⲑⲃⲉ ... ⲛ̀ⲟⲩⲱⲛ ⲉⲃⲟⲗ *pro apertione* (minus recte, ut nunc video in Latina versione nostra iam edita, *pro aperitione*), sive *detectione*, & *revelatione malorum*. Sed incuria amanuensis Thebaei omissa est versio illorum verborum, quibus Graeca oratio absolvitur, *επι ποθειας* Χῦ *του* Θῦ *ημων*, *in desiderium Christi Dei nostri*.

(47) Duo occurrunt in Graeca: *αμαρτιον*, & *πλυμελιματον*, quae corrigas: alterum *αμαρτιων*, alterum *πλημμεληματων*. Mox ob oculos tibi iterum veniet oscitantia librarii, qui in Theb. vers. exscribere neglexit vocem, quae *τω*, *πλημμεληματων* respondere debebat.

Huius orationis verba *graece tantum*, & *non coptice*, bis recitantur ab Archidiacono in sola ordinatione Patriarchae Alexandrini apud Renaud. pag. 471. & 483. tom. I. *Liturg. orient.*, & in Euchol. Copto Rom. editionis pag. 49., & 147. Recitantur etiam in ordinatione Episcopi, sed *coptice tantum*, *non* item *graece*. At fragmentum nostrum aperte indicat ea recitari consuevisse graece primum, deinde thebaice in ordinatione Archimandritae. Diaconicum huius simile exstat in Liturg. S. Ioh. Chrysost. apud Goar. pag. 75. ad offertor. maius, & in cod. bibl. Ang. pag. 19.

(48) Corrige rursus *πλημεληματων*, quae vox etsi cum duplici *μμ* in cod. recte scripta videatur, prius tamen *μ* lineam supra se gerit quasi expunctionis indicem: deinde etiam *ακουσιον* primum, & *ακουσιον* secundum; & lege *πλημμεληματων* ... *εκουσιων* (*τε και*) *ακουσιων*, suffecto *ω* in locum *ου*, *ο*: quae duo frequentissime Aegyptii commutant.

Ultimum hoc est ex *diaconicis*, quae graece tantum, sine Coptica versione, recitat senior Episcopus in ordinatione Patriarchae, loco laud. apud Renaud. pag. 484., & Archidiac. pag. 472. In Euchol. vero Copt. pag. 100. Archidiaconus, & pag. 148. diaconus. Sed oratio, ut est in fragmento nostro, in

in eo a Graeca Renaud., & Euchologii Coptici, ſive Memphitici differt, quod noſtra precatur *pro indulgentia delictorum omnium* in plurali numero, illa in ſingulari *pro venia omnis delicti*; cetera eadem omnino ſunt.

Quod ſi Thebaica verſio accurate non reddit voces ἑκουσίων τε καὶ ἀκουσίων, ne mirum videatur. Fortaſſe enim verbum ⲉⲓⲣⲉ ex communi Thebaeorum uſu, & intelligentia, idem erat ac facere ex προαίρεσι, & nutu voluntatis; adeout ubi fideles dicunt, veniam ſe implorare *delictorum, quae non fecimus*, intelligendi ſint de delictis non commiſſis ex certa ſcientia, & deliberatione voluntatis; cuiuſmodi ſunt omnia peccata *ignorantiae*: quibus *peccatis*, ait S. Aug. lib. 1. op. imp. cont. Iulian. cap. 105., *de ignorantiae, vel affectionum neceſſitate venientibus, quae non ſolum peccata, verum etiam poenae ſunt peccatorum, plenum eſt humanum genus*. Hinc nihil tam frequens in Graecis PP. & Orientalium, Aegyptiorumque omnium Liturgiis, quam lacrimabilis, & ardens illa ad Deum oratio, cuius etiam meminit Chryſoſt. & Montfauc. ipſe teſtatur in ſynopſi obſervation. ad tom. 13. illius operum pag. 185. pro venia peccatorum, quae *ſive volentes, ſive inviti commiſimus*. Quare de hoc ſecundo *malorum genere*, inquit eo loci Auguſtinus, *Deus rogatur*, delicta iuventutis, & ignorantiae meae ne memineris. *Quod genus delictorum ſi non imputaret Deus iuſtus, non ea ſibi dimitti poſceret homo fidelis. Unde dicit & Dei famulus Iob* (cap. 14. verſ. 17., ed. τῶν ō), *ſignaſti peccata mea in ſacculo, & annotaſti ſi quid invitus commiſi*. Sic & Graecus: Ἐσφράγισας δέ μου τὰ ἁμαρτήματα ἐν βαλαντίῳ, καὶ ἐπεσημήνω εἴτι ἄκων παρέβην. Et Thebaica verſio:

ⲁⲕⲧⲱⲱⲃⲉ ⲇⲉ ⲉⲣⲛ̀ⲛ̀ⲁⲛⲟⲃⲉ ϩⲛ̀ ⲟⲩⲧⲱⲱⲙⲉ ⲁⲕ-
ⲧϯⲙⲁⲉⲓⲛ ⲇⲉ ⲉⲛⲉⲛⲧⲁⲓⲁⲁϥ ⲛ̀ⲧⲁϭⲟⲙ ⲁⲛ̀ⲧⲥ.

Sigillaſti vero peccata mea in ſacculo, ſignaſti autem quicquid feci ⲛ̀ⲧⲁϭⲟⲙ ⲁⲛ̀ⲧⲥ, *vim non habens in eo*, ἄκων nempe, quod eſt, *invitus*. Atque haec tu refer ad *delicta*, quae aut ex *ignorantia* committuntur, aut *poenae* ſunt peccatorum. Nam & Aquila illud Lev. 4. v. 2. Ἐὰν ἁμάρτῃ ἀκουσίων, vertit ἐν ἀγνοίᾳ *in ignorantia*.

rantia. Quo loci Iohan. Albertus in Hesychium, ipsum quoque Demosthenem in or. 1. cont. Aristogit. meminisse observat, τῶν ἑκουσίων καὶ ἀκουσίων ἁμαρτημάτων, *delictorum* nempe, ut vertit Papinian. in Dig., *quae sponte, vel ignorantia contrahuntur*. Atque de hoc secundo ἀκουσίων peccatorum genere SS. magister Augustinus, & preces nostrae loquuntur; ne quis imprudens in hunc locum inducere ex transverso velit controversiam de ignorantia invincibili, quae cum exposita doctrina Patrum, publicisque fidelium orationibus nihil habet commune.

49) Post diaconica recitata infra celebrationem sacrorum mysteriorum pro inauguratione Archimandritae, datur in τμηματι Borgiani codicis κανοναριν βησαντιων, rectius (sublata commutatione υ cum η, & ζ cum σ), βυζαντίων. Κανοναριν vero vox est, quam Leo Allat. in syntagmate de libr. eccles. Graecor. accepit ex vetustis codd. bibl. Barber., & Meursius subinde, atque Du-Cang. ex eodem Allatio in Glossaria sua retulerunt. Est autem κανοναριν, ut laudati scriptores exponunt, *regula*, eadem scilicet ac κανων in versione nostra Thebaica, *ordo* nimirum, quem in divina *anaphora* celebranda servabant *Byzantini*. Pronum hinc est intelligere, vetustiorem *Liturgiam*, qua antea utebantur Thebaei, aliam fuisse ab ea, quae postmodum dicta ab ipsis est *Byzantinorum*, quaeque, ut mox intelligemus, eadem esse videtur ac *Liturgia S. Ioh. Chrysostomi*. Unde & illud colligere licebit, verissimi axiomatis loco haberi posse, quod iam saepe docuit Renaudotius, Liturgias non ab eorum nominibus, quibus inscriptae sunt, sed ab ecclesiarum usu, earumque publica approbatione auctoritatem suam accipere.

Verum & illud modo restat, ut praeter βησαντιων, corrigas in Gr. textu voces duas, quarum unam scribes λατρειας pro λατριας, aliam vero το πρωτον pro το πρωτων.

(50) *Canon synaxis sancti ministerii*, fuisse videtur titulus Byzantini codicis, unde excerpta sunt *diaconica*, quae pone sequuntur. Sic certe se habet inscriptio iuxta Thebaicam versionem. Graeca paullo aliter. Nam η αγια συναξις μυστικης λατρειας, idem, mea quidem sententia, est ac *sancta synaxis mysti-*

myſtici ſacrificii. λατρεία enim, ut Leigh in *crit. ſac.* obſervat, *ſacrificium in ſpecie ſignificat*. Ob hanc cauſſam S. Cyrill. Hieroſol. myſtag. V. n. 8., corporis & ſanguinis Domini τὴν πνευματικὴν θυσίαν *ſpiritale ſacrificium*, τὴν ἀναίμακτον λατρείαν *incruentam LATRIAM* appellat. Si quis autem dicere mallet, eo titulo fuiſſe primitus inſignitam Chryſoſt. Liturgiam, nihil diceret, quod ab ingenio, & ſtilo viri SS. alienum videri poſſet. Ille enim eſt, qui ſaepe ſacrificium corporis & ſanguinis Domini, μυστικὴν θυσίαν *myſticum ſacrificium* nuncupat; unde & Hieremias Patriarcha Conſtantinop. an. 1576. ritum ei vindicat τῆς μυστικῆς θυσίας. Ea inſcriptio varias ſubinde mutationes ſubiit. Apud Goarium διάταξις τῆς θείας, καὶ ἱερᾶς λειτουργίας: apud Maurinos tom. 12. op. Chryſ. p. 776. διάταξις τῆς θείας ἱερουργίας: in cod. biblioth. Angel. an. 1166. ἡ θεία λειτουργία inſcribitur.

Quod ſequitur: το πρωτον ουτως αρχεται, vertere praetermiſit Thebaeus, quia nihil pertinere norat ad ea, quae recitanda erant in Miſſae exordio.

(51) Initium Liturgiae Byzantidae ducitur ab hac tum Graeca, tum Thebaica proclamatione diaconi: *oremus Dominum*. Et ſic revera incipit divina Liturgia S. Ioh. Chryſoſtomi apud Goarium p. 64., ubi ad marginem adnotat: *Miſſae initium*. Neque aliud, ut ego reor, exordium in exemplari Byzantino, quod exſcriberet, Thebaeus librarius invenit.

Tot igitur illa παρασκευαστικά, quae in eodem Goario a pag. 58. ad pag. uſque 64. traduntur, ſeponenda ſunt, tamquam mera quaedam *praeparatoria*, ac diu fortaſſe poſt magni Chryſoſtomi obitum in illius Liturgiam inducta. Ac certe in cod. illo noſtro paullo ante laudato, non multa προπαρασκευαστικά, ſed unica illa brevis oratio τῆς προθέσεως *propoſitionis*, quam edidit cl. Goar. p. 65. ὁ Θεὸς, ὁ Θεὸς ἡμῶν... deſcribitur, eique ſtatim additur: ὁ Διακ. Εὐλόγησον δέσποτα. *Diac. Benedic Domine*. Et ὁ Ἱερ. Εὐλογημένη ἡ βασιλεία τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς... *Sacerd. Benedictum regnum Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, nunc, & ſemper, & in ſaecula*. Quae etiam verba ad coronidem προπαρα-

ρασκευαςικῶν pertinere videntur. Non alia in hoc noſtro cod. Angel. bibl. habentur; ſed e veſtigio exorditur diaconus, ut in ipſo Goar., in Maurinorum editione, & in Theb. noſtro fragm. εν ειρηνη τȣ κυ δεηθωμεν. Quamquam in ſuperiori margine eiuſdem cod. bibl. Angel. aliena, eaque recentiori manu haec legantur: προοίμεια ἄλλα ἁγίων, *alia prooemia ſanctorum* myſteriorum.

Ad haec ipſa ſive *prooemia*, ſive *praeparatoria* referre oportere credimus doctiſſimi Montfauconii ſententiam, ubi *in Synopſi &c.* tom. XIII. oper. Chryſoſt. pag. 183. haec ſcribit: *De Liturgiae certe initio, deque precibus, & aliis quae Praefationi, uti vocamus, praemittebat ſacerdos, nihil habet* (in operibus ſuis) *Chryſoſtomus*. Attamen loca ſunt, in quibus Doctor SS. nonnulla generatim commemorat, quae ad *initium* Byzantinae Liturgiae ſatis apte ſpectare queant. Inter cetera illud eſt, quod, Montfauconio ipſo obſervante, *ſacerdotes, ubi prius pacem apprecati fuerint, deinceps incipiunt benedicere. At vero diaconus dum cum aliis precari iubet hoc quoque imperat in oratione, ut Angelum pacis rogemus*, καὶ τὰ προκείμενα πάντα εἰρήνικα, *& propoſita cuncta pacifica* (enunciata), *& ab hoc conventu* (fideles) *dimittens hoc* (illis) *precatur dicens: In pace diſcedite*. De *ſacerdotis* ritibus, eiuſque officiis nihil eſt, quod exſpectes ex hoc noſtro codice Theb., *qui totus*, hucuſque ſaltem, *diaconicus* eſt. Sed ea, quae diaconus *una cum aliis precari* iubet, *& univerſa* illa εἰρηνήκα *pacifica*, quorum meminit Chryſoſtomus, mirifice conveniunt cum Byzantinae Liturgiae noſtrae initio: *In pace Dominum precemur*, cumque *ceteris*, quae in eiuſdem Chryſoſtomi Liturgia apud Goarium ſequuntur.

(52) Alterum hocce *Byzantini canonis* diaconicum, uno excepto verbo αναςησον, idem fere eſt, quod in divina *Miſſa S. Ioh. Chryſoſt.* apud laud. Goarium pag. 65., & in ms. Ang. bibl. fol. 4. legitur, ſed non eodem loco. In fragmento Theb. ſtatim poſt primam orationem a diacono indictam collocatur; in Chryſoſtomi vero Liturgia Goariani Euchol. non ſolum poſt preces omnes, eaſque ſatis prolixas μεγάλης συνάπτης *magnae*

 colle-

collectae, sed & post *orationem primi antiphoni* recitandum proponitur. Quid vero sit *primum antiphonum* disce ex not. 63. ipsius Goarii.

(53) Graeca, & Thebaica huius *tertiae* orationis, ne in ullo quidem, ut ita dicam, apice ab iis differunt, quae Goarius, & ms. cod. Angel. bibl. habent in Missa S. Ioh. Chrysost.

Quarta in his variat. Non habet τȣ̃ Θεȣ̃, neque τῆς τῶν πάντων ἑνώσεως, quae tamen in hac ipsa oratione, tamquam in propria sede a Chrysostomo posita ex Euchologio Goarii, & ex nostro illo codice repraesentantur. Sed haec eadem mox sub oculos redire videbimus in canone Byzantino fragmenti Thebaici.

Ac certe *quinta*, quae sequitur oratio ea nobis ex integro restituta exhibet, quae veluti subducta quaerebamus in quarta. Inde fit, ut *quintum* istud Byzantini canonis *diaconicum* diversum omnino sit ab illo, quod in Chrysostomi Liturgia *quarto loco* positum a Goario hisce plane verbis refertur: ὑπὲρ τȣ̃ ἁγίȣ οἴκȣ τȣ́τȣ. καὶ τῶν μετὰ πίστεως, εὐλαβείας, καὶ φόβȣ Θεȣ̃ εἰσιόντων ἐν αὐτῷ. *Pro hac sancta domo, & iis, qui cum fide, religione, & Dei timore ipsam ingrediuntur*. Nostrum vero tale est: υπερ της ενθαδε αγιας τȣ Θυ̃ εκκλησιας και της των παντων αινωσεως, (l. ενωσεως, ut in Goar.): *Pro hac sancta Dei ecclesia, & omnium concordia*; ubi verba habes, quae desunt in *quarta* precatione diaconici nostri Byzantini, & adsunt in *tertia* Chrysostomiani apud Goar.

Sed unde accidit, ut in Thebaica huius precis versione Latinis verbis expressa, diaconus orare iubeat *pro benedictionibus* in ecclesia? Ex eo, inquam ego ingenue, quod nimium festinanter, minusque considerate hunc locum sim interpretatus; nam nec ego in praesentia scio, cur vocem ⲧⲏⲣⲟⲩ heic exponere praetermiserim. Nunc quem sensum referre queant Thebaica ϩⲉⲛⲥⲙⲟⲩ ⲧⲏⲣⲟⲩ collata cum Graecis της των παντων (αινωσεως) paullo maturius expendam. Lego itaque primum αινεσεως. Hanc enim lectionem magis quam alteram ἑνώσεως, (quae me quoque decepit) Thebaeus interpres prae oculis habuisse videtur. At αἴνεσις *laudatio* est,

assen-

assensio, *consensio*, *adprobatio*, & συγκατάθεσις Hesychio (2. Cor. VI. 15. 16., adnotante Iohan. Alberto) συμφώνησις, cui αἰνεῖτε ab αἰνεῖν est, συγκατατίθετε, & αἰνήσωσιν, συγκαταθῶνται ex συγκατατίθημι *idem sentio*. Σμου vero Aegyptium respondet τῷ αἰνεῖν, eiusque verbali αἴνεσις. Ex his ego intelligo, (posita Graeca lectione αινεσεως,) eam diaconicae precis partem, υπερ της των παντων αινεσεως, quae translata est a Thebaeo interprete: ⲙⲛ ϩⲉⲛⲥⲙⲟⲩ ⲧⲏⲣⲟⲩ ϩⲣⲁⲓ ⲛϩⲏⲧⲥ, latinis verbis sic reddi aptissime posse: *Et ut omnes in ea* (ecclesia) *idem sentiant*, approbent, atque laudent. Sin autem lectionem ponas ἑνώσεως, eamdem quidem sententiam habebis, sed res erit explicatu difficilis, ne dicam ἀδύνατον, quo pacto Thebaico ⲥⲙⲟⲩ Graecam ἕνωσιν, *unionem* scilicet, significare queat; nisi ad errorem confugias amanuensis, qui ex ϩⲉⲛⲥⲙⲟⲧ (*uniformes*) recte ab interprete positum, fecerit male pingendo, ϩⲉⲛⲥⲙⲟⲩ.

(54) Sexta est oratio diaconica in canone Byzantino Thebaeorum pro solis *Archiepiscopo*, & *Episcopo*. Quinta vero in Chrysostomiana Liturgia Goarii, pro solo *Archiepiscopo*, aut, ut habet cod. iam saepe laud. bibl. Ang. *pro Episcopo*, *Presbyteris*, *Diaconis*, *Clero*, *&* *populo*. Indeque colligitur hanc istam Liturgiam propriam fuisse Constantinopolitanae metropolis, *canonem* vero Byzantinum a Thebaeis descriptum communem fuisse ceteris omnibus illius dioeceseos ecclesiis.

ΕΠΙΚΡΙΣΙΣ.

In adnot. 5. Quae diximus de Liturgicis Coptorum codicibus, e quibus *Eulogiarum ritum* aliquando sublatum coniecimus, de iis qui *vernacula* eorum lingua in inferiori Aegypto conscripti fuerant, intelligenda sunt. Nuper enim ad calcem Liturgiae Copticae S. Basilii in Missal. Rom. edito an. 1736. Rubricam observavi *Arabicam*, qua praescribitur, ut sacerdos sacris indumentis exutus distribuat الاولوجية اى خبز البركة

 Eulo-

Eulogiam, *hoc eſt panem benedictum*, ex eo ſcilicet, qui licet ſpeciem quamdam ſanctificationis ex liturgicis precibus hauſiſſet, verbis tamen euchariſticis ex ore Chriſti prolatis *conſecratus non erat*. Huius Arabici additamenti nullum veſtigium in codd. ſuis Copto-Arabicis, aut etiam Graecis Alexandr. eccleſiae ſubodoratus eſt Renaud. Apud Graecos vero ἀντίδωρον datur a celebrante veſtibus ſacerdotalibus adhuc induto, ſed ſine diacono. Contra vero, ſi codicis noſtri verba: τας κεφαλας υμων επι ευλογιαις τω κω̄ κλινατε, ita, ut nos fecimus, de *Eulogiis* hiſce interpreteris, diaconus apud Thebaeos praeſens aderat ſacerdoti, poſtquam abſoluta ſolemni communione corporis & ſanguinis Domini, & recitato praeconio illo: ορθοι μεταλαβοντες &c. iuſſerat fidelibus ne diſcederent, ſed ſtarent ad orationem: ad eam ſcilicet quam diaconus ipſe ſtatim indicit pro iis, qui digni ſunt facti participatione divinorum myſteriorum, pro univerſo populo, & pro fide ac pace totius eccleſiae: quae diaconica Graeci non habent neque in Chryſoſt., neque in Baſil. Liturgia. Iis proinde conſona eſſe debebat ſequens ſacerdotis Thebaei oratio; quae nempe illius ſimilis eſſet, quam obſervante Goario, *Graecus* (praecinente choro, *Domine benedic*,) e cancellis egreſſus expetitam benedictionem largiturus, recitat retro ambonem in medio populi, quamque S. Germanus ex traditione maiorum *ſigillum* appellat *omnium petitionum*, *&* *compendium rite compoſitum primis*, *&* *praecipuis conveniens orationibus*. Heic vero locus eſt, ubi diaconus Thebaeus adſtantes admonet, ut capita Deo inclinent επι ευλογιαις: & heic in *Pontificali* eccl. Gr. ab Iſaacio Haberto Vabren. Epiſcopo praeclariſſime illuſtrato: *Patriarcha ſtante ante ſanctas ianuas*, *alius Pontifex quem ipſe iuſſerit*, *populo diſtribuit* τὸ ἀντίδωρον, *panem benedictum*, *dicitque dimiſſionis formulam*. Idem praeſtat ſacerdos in Euchol. Goarii p. 85. Ex his ſatis aperte colligitur eam Thebaei diaconi admonitionem de capite *domino Deo inclinando* επι ευλογιαις referri ad ἐυλογίας, ad *panes* nempe *eulogicos* in ſacra liturgia, ut iam adnotavimus, *benedictos*. Non nego tamen, quin eadem ipſa admonitio ſimul, & ſemel reſpiceret ἐυλογίαν *benedictionem* ſcilicet ſacer-

ſacerdotalem ; quae in *abſolutione myſteriorum duplex eſt*, iuxta Graecos, alia ante, & alia poſt diſtributionem ἀντιδώρου, quemadmodum & *dimiſſio* populi *duplex* ; *unica* vero in hoc noſtro Thebaico ritu. Idem erit, etiamſi *diaconicum*, de quo loquimur, collocandum putaveris ante orationem recitandam a ſacerdote Thebaeo. Hinc non εὐλογίαν, qualis eſſet ſimplex ſacerdotalis benedictio, dum celebrans σφραγίζει τὸν λαὸν ſigno crucis conſignat populum ; ſed εὐλογία in numero plurium ex codice noſtro appellari animadvertimus.

Cave tamen ne εὐλογίας, quorum uterque & Hieroſolymitanus, & Alexandr.. *Cyrillus* meminit, cum noſtris hiſce confundas. Ille catech. 13. n. 6. de Iuda proditore loquens, *Paulo ante*, inquit, *manus ejus* εὐλογίας *eulogias* (*ſeu benedicti panis partes*) *recipiebant*, *& ſtatim propter argentum*, *quo proditionem pactus erat*, *mortem* (*Chriſti*) *machinabatur*. Sed doctiſſimus editor & obſervator Cyrilli Ant. Auguſtinus *Turtaeus* rectiſſime ſubdit: *Quas Cyrillus hic appellat plurali numero* eulogias, *ſacri panis communio eſt* ; *qui cum frangendo diſtribueretur*, *vix ſine micis*, *& fruſtulis avulſis in manu dari poterat*, *de quibus micis vide catech.* 23. *n.* 21. Ibi enim agit Catechiſta SS. de *ſancto corpore Chriſti concava manu ſuſcepto* fidelem admonens, ut, *poſtquam caute ſancti corporis contactu oculos ſuos ſanctificaverit*, *advigilet*, *ne quid ex eo depereat*, *ne ex eo vel mica*, *intercidat*, *quod eſt auro*, *& gemmis longe pretioſius*. Hic vero, nempe Alexandr. Cyrillus in ep. ad Neſtor. tom.5. p.2. p.72. & p. 1. Act.Conc. Epheſ. c.16. ait: ἀναίμακτον θυσίαν, (alias λατρείαν) *incruentum ſacrificium in eccleſia celebramus*, Πρόσιμέν τε οὕτω ταῖς μυστικαῖς εὐλογίαις, *atque ita accedimus ad myſticas eulogias*, *& ſanctificamur utpote ſacrae carnis*, *& pretioſi ſanguinis Chriſti noſtrum omnium ſalvatoris participes effecti*. Myſticas *benedictiones* noſtrates ad *litteram* vulgo interpretantur, ſed reapſe particulae erant panis euchariſtici jam *conſecrati* ; & in ſubſtantiam ipſam corporis Chriſti per illius divina verba integre tranſmutati. Tales erant οἱ μερίδες *particulae* euchariſticae, quas ad medium uſque ſaec. eccleſiæ III. ſibi invicem, Paſchatis praeſertim tempore, mittere ſolebant eiuſdem communi-

communionis epiſcopi, & presbyteri. Nam ut Habertus p. 288. obſervat ἐυλογία *aliquando euchariſtiam* ſignificat *etiam apud Paullum*. Idque nos ipſi pariter ex variis S. Cyrilli locis obſervavimus ad rubricam ευλογησατε Liturg. Thebaicae. Sed huiuſmodi euchariſticae, vereque divinae *eulogiae* non ſunt, ut dicere coeperam, confundendae cum iis, de quibus in praeſentia agimus. In his noſtris *eulogiae* nomen, quemadmodum laud. Habertus ſcribere pergit, *euchariſtiae opponitur*, *ab eaque, ut aliquid vicarium maniſeſtiſſime diſtinguitur*. Nam Laodicen. concilium apertiſſime τὰ ἅγια, ſacra nempe euchariſtiae myſteria ſecernit *ab Eulogiis*, ubi can. 14. ſtatuit, *ne* τὰ ἅγια *ſancta* ἐις λόγον ἐυλογίων *inſtar* eulogiarum *in feſto Paſchae alienas in paroecias mittantur*, ſicuti ante fieri conſueviſſe, ducibus Haberto ipſo, & Valeſio in l. 5. c. 24. Euſebii, adnotabamus.

Verum eulogiae, quae veluti in teſſeram fraternae, & eccleſiaſticae communionis mittebantur, *privatae* erant; quae vero in eccleſia, & quidem ad unius liturgiae abſolutionem a Pontifice, vel a presbytero diſtribuebantur, *publicae* dicebantur, quales eas fuiſſe coniicimus, quae a Diacono Thebaeo in recitato praeconio indicantur. Nam κατάκλαςα extra etiam liturgiam, & ſacram matutinam myſteriorum ſynaxim diſtributa, iudice eodem Vabrenſi Epiſcopo adverſus Caſaubonum, & Meurſium, diverſa omnino erant ab eulogiis.

In adnot. 11. Tempera, quaeſo, criticum, quod mihi, vel invito calamo, excidit, iudicium de voce θαυμασιωτατου· Θάυμαςος vocabulum notiſſimum erat SS. Athanaſio, & Cyrillo Alex. Attamen & ille Ἐυφρατίωνα *Euphrationem* Balanaearum Epiſcopum τὸν Θαυμασιώτατον *virum mirabiliſſimum* appellat in apol. de fuga ſua p. 320. & iſte θαυμασιώτατον vocat Τριβοῦνον ep. ad Acacium p. 110.

In adnot. 12. Si quis τὸ επηκιου, & ex emendatione noſtra εποικιου, motus auctoritate doctiſſimi Ducangii, *villam* interpretari velit, non contradicam. At rem paullo accuratius expendat. Laudat Ducangius teſtimonium c. 19. lib. Ioſue, & loca aliquot baſilicorum. Nam & ipſe Henricus Stephanus ante

ante dixerat de ἐπόικιον, *pro illo affertur ex Iosue* c. 19. Totum hoc caput attente ego quoque legi in vers. τῶν, ō ex celeberrimo cod. Alexandr. a Grabe edita, nec usquam ἐποίκιον aut ἐποίκια, sed earum loco alterutram aut *αἱ κῶμαι*, aut *αἱ ἐπαύλεις* in Hebr. חצרים, semper inveni. Ἐπάυλις vero, Hesychio auctore, plura significare potest, inter quae etiam habitaculum, & aulam seu tugurium pastorum, quemadmodum & חצר hebraicum. In hunc sensum sumi posset etiam graeca vox ἐποίκιον, etsi aliud quiddam designare vellet in Iosue, quoties nativa ibi esset, & non adscititia, aut aliunde quam a LXX. senioribus derivata. Hinc *apud Apollonium*, subdit Stephanus *ἐποίκια pro domiciliis accipi videntur*. *Pro villa* denique, *aut casa*, locum adfert Suidae, in quo certe Lexicographus de rustica pastorum habitatione loquitur. De Basilicor. testimoniis nihil sollicitus ero, postquam ex eodem Stephano intellexi ἐποίκιον in pandectis accipi pro *supellectile*. Neque verisimile fit, θαυμασιώτατον κεφαλωτην, qui mox memoratur *villae*, seu *villulae*, sed potius *civitatis* illius, pro qua antea specialis oratio indicta est, ducem praesidemque fuisse. Haec de ἐποικίου interpretatione meditanda regerimus. Ad me quod attinet, eam, quae in versione nostra edita iam est, haud temere, immo & multo fidentius retinendam opinar. Auctorem enim habet & vindicem *Lexicographum* Alexandr. *Hesychium*, & Scholiastem Hom. *ad Odyss*.Z. 265. Vide eumdem Hesych. a Io. Alb. illustratum ad voces ἐπέστιον, ἐφίστιον, ἐπιστόδιον, ἐποικιον ibi, κατάλυμα, & καταγώγιον pro *diversorio*, *&* *hospitio*.

In adnot. 15. *ad titulum inaugurationis Archimandritae*. Vidi paullo ante in Euchol. Aegypt. Rom. edit. pag. ⲣϥ. & p. ⲤⲒⲈ. ritum, quo tum monachus, tum virgo sanctimonialis *ungitur*, *&* *consignatur oleo* puro, eoque a sacerdote benedicto. De monacho post *schematis*, seu monastici habitus vestitionem dicitur: ⲁⲣⲓⲥⲫⲣⲁⲅⲓⲍⲓⲛ ⲛ̀ⲧⲉϥⲧⲉⲛϩⲛⲓ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲛⲉϩ ⲁⲕⲣⲁⲧⲟⲛ ⲉⲧⲟⲩⲥⲙⲟⲩ, *consigna illius frontem oleo puro benedicto &c.* De sanctimoniali pariter: ⲑⲱϩⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲥⲧⲉϩⲛⲓ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲛⲉϩ ⲛ̀ⲁⲕⲣⲁⲧⲟⲛ ⲉⲧⲁϥⲥⲙⲟⲩ ⲉⲣⲟϥ ⲛϫⲓ ⲡⲓⲟⲩⲏⲃ, ⲟⲩⲟϩ

ⲟⲩⲟϩ ⲉⲕⲉϫⲱⲙ̀ⲙⲟⲥ, *Unge frontem* sacrae virginis *oleo puro*, *quod sacerdos benedixit*, *& dices &c.* Oratio, quae sequitur pulcherrima est. De huiusmodi tamen *unctione* nihil in Graeco euchologio legitur; in uno enim Coptico exstat. Hinc ego vereor, ne quis me reprehendat, quod nimis facile in titulo ordinationis Archimandritae Thebaei: ⲉⲩϣⲁⲛ ⲑⲟⲥϩ, *Quum ungetur*, quasi erratum, abstulerim, eiusque loco legendum putatim ⲉⲩϣⲁⲛ ⲑⲱϣ: *Quum ordinabitur*; quasi ritus unctionis ei similis, qui apud aegyptios in monachi, & sanctimonialis initiatione adhibebatur, adhiberi perinde non posset in ordinatione novi archimandritae. Quid vero? Poterat, inquam ego, adhiberi; sed quod adhibitus reipsa fuerit, id est, de quo ego vehementer dubito. Nam ne in ipsa quidem ordinatione sive hegumeni, sive archimandritae ordinatione, quae fit apud coptos inferioris aegypti, istius unctionis coeremonia commemoratur. Multo proinde minus persuadere mihi possum eam locum habuisse in ordinatione archimandritae Thebaei apud coptos superioris Aegypti. Nullum enim, quod iterum, iterumque affirmo, ritus hujus indicium apud eos hucusque mihi licuit deprehendere. Sed age, dum ita velis, retine arbitratu tuo, in titulo, de quo differimus, vocabulum ⲑⲟⲥϩ & lege: *quum ungetur*. Vide tamen ne meram caeremonialem *unctionem* partem putes, quasi novi cuiusdem ordinis, & Sacramenti, quo initiari soleret inter monachos Thebaeos eorum archimandrita. De iis enim idem certo, imo & multo aequiori iure sentiendum est, quod de Melchitis, sive Graecis ortodoxis scribit Renaud. t. V. *de Perpet. f.* l. 5. c. 9. p. 385. *Les Melchites ou orthodoxes Grecs, ont coneu les* Archimandrites, *mais ils les ont distinguez des Archiprestres* (Igumenes ou Komos,) *& n' ont pas eu pour les uns, ny pour les autres des ordinations distinguees de celle de prestres*, quemadmodum habuisse videntur Copti Alexandrini post Concilium chalcedonense ad invasionem usque mahumetanorum, multoque magis deinceps, apud quos disciplina invaluit ordinandi *Hegumenos*, *aut Archimandritas* quotquot ad episcopalem,

atque

atque etiam patriarchatus ordinem promovendi essent; quamquam tum ex antiquis eorum monumentis, tum etiam ex euchologio ipso perspicuum sit, Hegumenos hosce nullam, ea veluti peculiari ordinatione, maiorem potestatem, quam quae per simplicis presbyteratus ordinem collata fuerat, recipere: sed nec ullam eis tradi facultatem, qualem habebant veri *Chorepiscopi*, ordinandi scilicet presbyteros, aliosve clericos inferioris gradus. Ad summum, inauguratio Archimandritae Thebaei repetenda est ex veteri Pachomianorum monachorum disciplina ante Concil. Chalcedon. tempora, ut nihil *sacramentalis ordinationis*, sed simplicis, προχειρίσεως, καί ἐνθρονίσμου, *promotionis*, *&* *enthronismi* caerimoniam, solemnitatemque, ut apud Graecos in euchol. Goar. p. 490., & seqq. haberet.

In errata codicis. De codice nostro ad ecclesiastici ministerii usum conscripto, nemo unus, qui eum vel primo aspectu contemplatus fuerit, dubitare poterit umquam. Forma, & elegantia litterarum: initiales ad singula quaevis liturgicorum officiorum capita, variis avium, florum, vasorum, aliorumque emblematum imaginibus miniario opere pictis, iisque exteriores ipsos membranarum margines exornantibus, illuminatae: Coptica propemodum universa rubro colore distincta, totum denique scriptionis argumentum, quod ad diaconos unice spectat, haec omnia certa, & perspicua sunt indicia libri non ad privati hominis commodum, sed ad publicum sacrae Liturgiae munus in Thebaeorum monasteriis obeundum compositi. Bene habet. Sed quid? Nihil ne, dices, tota illa series errorum, quibus respersus est codex, rectum illius usum impedivit? Nihil, inquam ego, si me audis.

Diaconi non *de scripto* codice, sed *ex memoria* sua illa *diaconica*, sive τῶν εἰρηνικῶν, sive τῶν αἰτήσεων, *recitabant*. Et ideo in plerisque locis Liturgicorum officiorum tum apud Graecos, tum apud Aegyptios, *initia* tantummodo, & non integrae formulae eorum, quae a diaconis enuncianda erant, occurrunt. Sed ubi sermo est de monachis Aegyptiis, praesertim vero Tabennesiotis, nemini mirum videatur, si eorum diaconi in munere suo publice fungendo unius memoriae ope uterentur.

 rentur.

rentur. De iis enim, quos vidit, audivitque auribus ſuis Palladius in monaſterio Panopolitano, ἀποστηθίζουσι, inquit c. 39. *H. Lauſ.*, πάσας τὰς γραφὰς, *memoriter recitant ſcripturas omnes*. Idemque de aliis quoque Thebaeis monachis praedicat. Indeque ortam, ac propagatam arbitror *eam diſciplinam*, quam poſtea Iacobitae ipſi Aegyptii adoptarunt, *ut ſacerdos nullus ordinetur*, *qui Liturgiam* memoria *non teneat*. *Eaque eſt*, teſte Renaud. in H. Patriarch. Alex., *multis locis perſcripta*. Quod item de diaconis, ut omnes intelligunt, proculdubio ſentiendum eſt. Neceſſum itaque erat, ut ii, antequam in publicum prodirent ad commiſſi miniſterii partes in ſacra Liturgia exſequendas, ſua illa *diaconica*, ſummo ſtudio, ac diligentia, memoriae mandarent. Ut id praeſtarent, & cuncta, quae ſcire debebant, accurate perfecteque perdiſcerent, utebantur, (uti facile quiſque ſibi ſuadere poteſt) non illo publico, ſed privato exemplari, quod omnium accuratius eſſet. Ex hoc, quod unum veluti prae mente oculiſque habebant, ſua omnia promte, expedite, recteque coram populo recitabant, ut nihil indigerent *publico ſcripto*, aut ſi eo uti aliquando neceſſitas ferret, in tempore noſſent pure, & emendate proferre quicquid mendoſe in illo deſcriptum offendiſſent. Codex interea ad plura utiliſſimus, & quandoque etiam neceſſarius erat. Principio enim quaſi univerſale adiumentum memoriae habebatur, ut ſi forte in ſolemni recitatione ea deficeret, ſcriptum in promptu ſtatim eſſet, quod indicendarum precationum, monitionumque formulas, aut earum ſaltem initia diaconis opportune ſuggereret. Normam praeterea, ordinem, & materiam, pro variis, diverſiſque Liturgicorum officiorum celebrationibus, praefigebat *diaconicis*, ne ea cuiquam aut omittere, aut augere, aut interturbare, immutareque liceret.

Ceterum errata in Copto-Thebaicis pauca ſunt, eaque omnia ex unius amanuenſis incuria prodiiſſe, apertiſſime liquet. Longe majora in Graecis; nam Graecae linguae uſus in regionem, & Monaſteria ſuperioris Thebaidis ſero introduci coepit; (etſi ante id etiam temporis non defuerint viri

aliqui

aliqui docti, qui Alexandriae in primis, aut alibi extra natale ſolum eruditi, eam linguam probe callerent:) intro ductus vero, vix praeterlapſo ſaeculo, magnam in corruptionem abiens ſenſim evaneſcere viſus eſt. Inde Graecarum Liturgiarum exemplaria, quae integra monachi Thebaei ab initio acceperant, tractu temporis, imperitorum ſcribarum inſcitia, non in rebus, ſed in nudis vocibus miſere turbari, atque corrumpi coeperunt.

Et tamen quod diligenter obſervari velim, in his ipſis vocibus non tam multi, ut nonnemini fortaſſe videri poterunt, nec veri nominis errores cenſendi ſunt. Nam ſi eorum pleroſque compares cum puris germaniſque Atticorum vocabulis, iure errores appellaveris, non item, ſi eos ad Thebaicae dialecti morem benigne retuleris. En exemplum, ex quo cetera diſcas. Apud Heſychium ex Io. Alb. obſervationibus caſtigatum, Λάφνη, Δάφνη. *Sic infra*, ſtatim ſubdit Alb., Λίσκος, Δίσκος *ſup.* Δεκτη, *pro quo* Λεκτη *inf. Et*: ἔδαφος ἢ ἔλαφος: Ἔδεατρος, & ἔλεατρος, &c. *cuiuſmodi plura partim pronunciatione, partim litterarum* Δ *&* Λ *ſimilitudine confuſa olim fuerant.* Δάφνη *tandem* Λάφνη *ex dialecto poſitum* dicit Alb. Idemque ſuſpicatur de reliquis tom.II. pag. 486. Dies me deficeret ſi vellem loca ſingula numerare, quibus tam variam multiplicemque Graecorum nominum transformationem ex triplici illa cauſſa partam paſſim Albertus oſtendit. En inter cetera, α & η, η & ι, η & υ, ο & ω, ο & ȣ, οι & η aut ι, ει & ι, ȣ & ω, αι & ει, β & γ, & μ, & π, γ & ι aut υ, γ & κ, γ & τ, δ & τ, ζ & σ, σ & ε, ζ & ξ, ϑ & ρ & φ, ν & κ, κ & η & υ, quorum alia litteras dant aut ex dialecto, aut ex pronunciatione inter ſe mutuo plerumque commutatas, alia vero eas etiam exhibent litteras, quae ob formae ſimilitudinem haud raro in Graecis, & in Heſychii praeſertim Aegyptii grammatici ſcriptis inveniuntur confuſae.

In eum fere modum multa id genus vocabula in Graecis codicis noſtri occurrunt, quae in Thebaeorum ſolum traducta, licet primigeniam Graecorum indolem coloremque miſerint, quia vel pronunciationis cauſſa, vel ob ſimilitudinem litterarum aut confuſa, aut turbata, vel etiam ex dialecto gentis, varias

 indue-

induere formas, *barbara* quidem, ſed non *errata proprie*, atque *abſolute* dici merentur, ſtatim atque ex communi novorum colonorum uſu atque iudicio eamdem omnino ſignificationem, quam habent nativa, & integra ipſa vocabula apud Graecos indigenas, retinuerint.

Ac ſi qua dialectus eſt, in qua non modo vocalium, & diphthongorum, ſed quarumdam etiam conſonantium mutua commutatio fiat, ea eſt Thebaica. Quod vero in vernaculae, idem, ac multo etiam magis in Graecae, tamquam peregrinae linguae, vocibus accidit. Hinc repeti debet vel una illa *genitivi* caſus in numero plurium terminatio in ον pro ων, ubi Graecorum ingratiis, ω in ο ſine certa lege frequenter commutata cernitur, etſi alicubi vera lectio pro lubitu retenta ſit. Ita & in ετοικιου accidit, ubi prior diphthongus οι commutata eſt in η, ut η in οι ad voces κατοιχȣμενȣ, & κατοιχȣμενων. Cetera exempla, quae vel ex affini pronunciatione, vel ex ſimilitudine elementorum, vel ex ipſa dialecto, afferri poſſunt, ne in longum abeam, miſſa facio. Attamen ea nos ad nativam genuinamque Graecorum nominum, verborumque formas revocare ſtuduimus. Alia etiam errata, quae ex imperitia, & incuria amanuenſis in Graecum ipſum textum, & in Thebaicam quoque verſionem invecta ſunt, quoad nobis licuit, emendare ſategimus.

Sed eo res tota redit, ut tibi denique perſuadeas, vitia iſta quaecumque fuerint, nihil uſui publico, ad quem *codex* inſtitutus fuerat, obſtitiſſe: quemadmodum nec immenſa illa erratorum farrago, quae in admirabile illo Heſychii Lexico, omnigenae eruditionis theſauro, a viris doctiſſimis detecta eſt, quicquam illius aut dignitati, aut utilitati detraxit: praeſertim quum diaconi, uti iam obſervabamus, loca in eo corrupta probe ſcirent, eademque ipſa, non uti iacebant in ſcriptis tabulis, ſed integra, & incorrupta, uti ea probe didicerant, in publicum ex *memoria* proferrent.

FRAGMEN-

FRAGMENTUM LITURGICUM III.

Dominica oratio dialecto Thebaeorum.

IN *omnibus orientalibus, non minus quam occidentalibus ritibus, paullo ante communionem, dici solet oratio* Dominica, *ex Apostolica institutione*. Verba sunt Renaudotii Commentar. in Liturg. Coptic. S. Basil. pag. 262. Et sane, ut ait Doctor SS. Augustinus tom. V. p. 342. serm. in c. 6. Matth. *In ecclesia ad altare Dei quotidie dicitur ista Dominica oratio*, & iterum serm. 227. in die Paschae IV. p. 174. *Post sanctificationem sacrificii..... dicimus orationem dominicam. Post ipsam dicitur*: Pax vobiscum: *&* (ut hodieque fit ritu Latino occidentalis ecclesiae in sacrificio solemni,) *osculantur se christiani in osculo sancto. Quoniam*, ut ante dixerat serm. 17. n. 5. p. 96. *constituit Deus in ecclesia tempore misericordiae praerogandae quotidianam medicinam, ut dicamus: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: ut his verbis tota facie* ad altare *accedamus, & his verbis tota facie* corpore Christi, & sanguine *communicemus*. Omnes scilicet ecclesiae ubique terrarum *ante communionem*, sed *orientales*, ut in Copticis Graecisque Alexandrinis liturgiis traditur, hostia sacrosancta iam fracta, *occidentales* vero priusquam hostia frangatur. Atque *apud nos* quidem solus sive Episcopus, sive sacerdos totam recitat orationem, una excepta ultima petitione, quam vel chorus, vel minister respondendo explicit: apud *orientales* vero sacerdos initium tantum orationis: *Pater noster*: *indicit*: nam cetera populus ad finem usque memoriter recitando prosequitur. Indeque fit, ne in vernaculis Graecisque Coptorum liturgiis divina haec oratio integra habeatur.

Itaque etiamsi nostrum illud *Thebaicae Liturgiae* fragmentum ad hunc usque locum, ubi dominica oratio recitatur, pervenisset, non ex eo tamen spes erat, ut precationis ipsius textus integer haberetur. Aliunde enim, si quis eum nancisci vellet, expiscari debuisset. At commode nobis accidit, ut


diu

diu optatum orationis hujus exemplar ex Thebaico fragmento actorum S. Macarii praeter omnem exspectationem sub oculos venerit. Et ecce, ne plura dicamus, illud ipsum est, quod modo in publicam lucem proferimus. Codex, unde expromtum est, nisi me omnes coniecturae fallant, ingenium & aetatem spirat saeculi V. Ita vero futurum spero, atque confido, ut tantae antiquitatis monumentum facili, lubentique animo excipiatur non a nostratibus tantum, sed & ab iis ipsis Aegyptiis, qui (si fides adhibenda sit eorum Episcopo Raphaëli Tukio seni plusquam octuagenario, & in Copticis praesertim litteris, atque antiquitatibus longe peritissimo) ne fando quidem a tot saeculis ad hos usque dies de oratione ista Thebaica quicquam usquam audierant.

Exstat divina haec oratio *Coptica*, *stilo*, *ut dicitur*, *antiquo* evulgata, *quam* (referente Wilkinsio *Praefat. ad collect. Chamberlaynii* p. 26., ubi in collectione ipsa p. 30. integra datur) *editiones collectionis orationis dominicae pristinae ex Petri d'Avity Africa pag.* 197. *desumpserunt*. At eam Wilkins. ipse indignam censuit, quae nomen, locumque inter versiones teneat. *Est* enim *chaos vocum Aegyptiacarum*, *Hebraicarum*, *Graecarumque*, *quae numquam*, *uti hic coniunctae sunt*, *in lingua Coptica fuerunt in usu*, *sed ab auctore Grammaii effictae*, *linguae Copticae ignaros huc usque illudere quaesiverunt*. Una illa germana est, quam Coptica, seu Memphitica dialecto ex ms. Reg. membranaceo n. 330. p. 14. edidit primum Lud. Picquesius *in Commercio litter.* pag. 332. ann. 1698., deinde Wilkinsius ex *N. T.* suo *Coptico* ann. 1715. in collect. versionum Dominicae orat. eodem anno Amstelodami a Chamberlayno impressa.

Illud modo restat ne absonum cuiquam videatur, si nos particulam avulsam a reliquiis Actorum S. Macarii, huc traductam inter Liturgica fragmenta numeravimus. Id enim iure nostro fecimus: quippe qui certo novimus in ea exhiberi illius orationis formam, quam populus omnis ante communionem corporis & sanguinis Domini in solemni mysteriorum celebratione, ex sac. Liturg. praescripto, recitare solebat.

ORA-



ad pag. 420.

ORATIO DOMINICA THEBAICA.

Ⲡⲉⲛⲉⲓⲱⲧ ⲉⲧϩⲛ̀ ⲙ̀ⲡⲏⲩⲉ · ⲙⲁⲣⲉⲡⲉⲕⲣⲁⲛ ⲟⲩⲟⲡ (1) . ⲧⲉⲕⲙⲛ̄ⲧⲉⲣⲟ ⲙⲁⲣⲉⲥⲉⲓ ; ⲡⲉⲕⲟⲩⲱϣ ⲙⲁⲣⲉϥϣⲱⲡⲉ ⲛ̀ⲑⲉ ⲉⲧⲉϥϩⲛ̀ ⲧⲡⲉ ⲛ́ϥϣⲱⲡⲉ ⲟⲛ ϩⲓϫⲙ̀ ⲡⲕⲁϩ (2) . ⲡⲉⲛⲟⲓⲕ ⲉⲧⲛⲏⲩ (3) ϯⲙ̀ⲙⲟϥ ⲛⲁⲛ ⲙ̀ⲡⲟⲟⲩ. ⲕⲁⲓ ⲛⲁⲛ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲛⲉⲧⲉⲣⲟⲛ . ⲛ̀ⲑⲉ ϩⲱⲱⲛ ⲉⲧⲉⲛⲕⲱ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲛⲟⲩⲟⲛ ⲛⲓⲙ ⲉⲧⲉⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲁⲛ ⲉⲣⲟⲟⲩ. ⲛ̀ⲅ ⲧⲙ̀ϫⲓⲧⲛ̀ ⲉϩⲟⲩⲛ ⲉⲡⲉⲓⲣⲁⲥⲙⲟⲥ. ⲁⲗⲗⲁ ⲛⲁϩⲙⲉⲛ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲓⲧⲙ̀ ⲡⲡⲟⲛⲏⲣⲟⲥ. ϫⲉ ⲧⲱⲕ ⲧⲉ=ⲧϭⲟⲙ (4) ⲙⲛ̀ ⲡⲉⲟⲟⲩ ϣⲁ ⲉⲛⲉϩ ⲛⲉⲛⲉϩ ϩⲁⲙⲏⲛ.

VERSIO LATINA.

Pater noſter qui es in caelis. Sit nomen tuum ſanctum. Regnum tuum veniat. Voluntas tua fiat ſicut in caelo, fiat etiam in terra. Panem noſtrum venturum da nobis hodie. Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus iis omnibus qui ſunt nobis debitores. Et ne ducas nos in tentationem: ſed libera nos a malo. Quoniam tibi poteſtas, & gloria in ſaecula ſaeculorum. Amen.

ADNOTATIONES.

(1) ⲟⲩⲟⲡ. Fruſtra vocem iſtam tum in Lacroziano Lex., tum etiam in ſylloge Sahidicar., aliiſque dein Liturgicis Coptorum ſcriptis quaeſivi. Hinc ad cetera ἀποσπασμάτια Aegyptiaca Borgiani cimeliarchii confugere coactus, eam tandem reperi in vetuſtiſſimo fragmento epiſtolae I. S. Paulli Apoſtoli ad Theſſalonicenſes. Etenim cap. 2. v. 10. legitur ϩⲛ̀ ⲟⲩⲟⲡ, Memph. ϧⲉⲛ ⲟⲩⲧⲟⲩⲃⲟ, quod reſpondet graecae ὁσίως, & *ſancte* vertit vulg. noſtra. Ac rurſus c. 3. v. 13. ⲉϫⲛ (l. ⲁϫⲛ) ⲛⲟⲃⲉ, *ſine peccato*, ſeu *offenſione*, ἀμέμπτως, *irreprehenſibiles*, iuxta vulgatam *ſine querela*, ϩⲛ̀ ⲟⲩⲟⲡ, quod item Memphit. eſt

ϧⲉⲛ

ϩⲉⲛ ⲟⲩⲧⲟⲩⲃⲟ , ἐν ἁγιοσύνῃ , *in sanctitate* . Iobi cap.XI. v.15. ⲟⲩⲟⲛ , *relucere* , & *illustrare* significat : unde Graeca τῶν ό , οὕτως γὰρ ἀναλάμψει τὸ πρόσωπόν σου ὥσπερ ὕδωρ καθαρὸν , Thebaeus sic reddit : ⲧⲁⲓ ⲅⲁⲣ ⲧⲉⲑⲉ ⲉⲧⲉⲣⲉ ⲡⲉⲕϩⲟ ⲛⲁⲟⲩⲟⲛ ⲉⲛⲑⲉ ⲛ̀ⲟⲩⲙⲟⲟⲩ ⲉϥⲥⲟⲧϥ : Augustinus vero *Quaestion. in Iob* : *Sic fulgebit facies tua sicut aqua* , adde , (quae vox forte excidit, καθαρον) *pura* : *PURA CONSCIENTIA* . In hunc sensum orantis petitio id etiam efflagitabit , ut Patris nostri caelestis nomen *laudibus* , *honore* , *magnificentia* , *& gloria* semper, & ubique *pure resplendeat* , *& inclarescat* . ⲙⲁⲣⲉϥⲧⲟⲩⲃⲟ ἁγιασθήτω , *sanctificetur* , habet tum Copto-Memphiticus , tum Graecus apud S. Matthaeum c.6. v.9., & Evangelistam Luc. c.11. v. 2. Sic in orat. dominica Missal. Copt. pag.2. , & in ea, quam edidit , ut ante diximus , Ludov. Picquesius pag. 332. Commerc. litterarii , ediditque etiam Ioh. Chamberlaynius Amstelodam. 1715. inter ceteras divinae huius orationis versiones ex omnium fere gentium linguis collectas . Pro ⲧⲟⲩⲃⲟ vero Thebaei dicunt ⲧⲃ̄ⲃⲟ lineola superne appicta inter utrumque ⲃ , ut fidem facit Lacroz., & ego etiam non semel vidi : unde Christus Ioh. 17. v.19. ex alio fragmento Borgiano ϯⲧⲃ̄ⲃⲟ ⲉⲙⲟⲓ̀ ϩⲁⲣⲟⲟⲩ , *sanctifico meipsum pro eis* ; sed v. 17. ⲙⲁⲧⲃ̄ⲃⲟⲟⲩ , *sanctifica illos* , imminet priori τῷ , ⲃ : Ita & in postremis verbis laud. v. 19. ϫⲉⲕⲁⲥ ϩⲱ ⲟⲩⲟⲛ ⲉⲩⲉϣⲱⲡⲉ ⲉⲩⲧⲃ̄ⲃⲏⲩ ϩⲛ̄ ⲧⲙⲉ , *ut & ipsi sint sanctificati in veritate* . Hanc orthographiae varietatem alibi quoque in fragmentis nostris deprehendere mihi licuit . Heic Thebaeus interpres non vertit primam hanc dominicae orationis petitionem ⲙⲁⲣⲉ ⲡⲉⲕⲣⲁⲛ sive ⲧⲃ̄ⲃⲟ , sive ⲧ̄ⲃⲃⲟ ; sed ⲙⲁⲣⲉ ⲡⲉⲕⲣⲁⲛ ⲟⲩⲟⲛ : quae quovis denique sensu sumantur , idem prorsus absoluteque sonant ac ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου , *sanctificetur* , sive *sanctum sit* , *nomen tuum* .

(2) ϩⲓϫⲙ ⲡⲕⲁϩ : Copto-Memph. ϩⲓϫⲉⲛ ⲡⲓⲕⲁϩⲓ.

At

At in versione, cuius nos in anteloquio meminimus, *stilo*, uti falso dicitur, *antiquo* Coptorum, contexta, ἐν τῇ γῇ, *ben isi*, *in terra* transfertur; quasi scilicet Aegyptii veteres *Isidis* nomine *terram* nominaverint. Quod purum putumque figmentum est. Iure proinde tam indignae versionis consarcinatorem castigavit Wilkinsius. Quumque Meigeserus quoque in *Thesauro polyglotto* scripsisset, *terram Aegyptiacae sonuisse ISI*, accessit Iablonskius l.III. *Panthei Aegyptior.* c.1. §.13., & hunc, & illum merito reprehendens, *decepit*, inquit, *hos homines veterum quorumdam auctoritas*, *qui cum scirent*, Isin *Aegyptiis sacrum quoddam symbolum esse* terrae, *aut potius laetae ubertatis*, *quam*, *ex sententia Aegyptiorum*, *luna cum terra communicaret*, *sibi sunt imaginati*, Isin *genti huic*, *in communi sermone*, *significasse TERRAM*.

(3) **ⲡⲉⲛ ⲟⲓⲕ ⲉⲧⲛⲏⲩ.** Graecus legit τὸν ἄρτον ἐπιούσιον, in utroque SS. Matthaei & Lucae evangelio. Multa de pane ἐπιουσίῳ prisci ecclesiae Patres, interpretes sacri, aliique viri critici, doctissimique philologi disseruere. Ab his ego ἀπέχω. Mea enim interest de Aegyptiacis versionibus, deque ea in primis, quae Thebaica est, in praesentia disquirere. Copto-Memphitica Matthaei c.6. v.11. ἄρτον ἐπιούσιον vertit **ⲡⲉⲛ ⲱⲓⲕ ⲛ̀ⲧⲉⲣⲁⲥϯ**, *panem* (diei crastinae) *crastinum*, interprete Wilkinl., in Luca vero cap.11. v.3. **ⲡⲉⲛ ⲱⲓⲕ ⲉⲑⲛⲏⲟⲩ:** sic & Thebaica nostra **ⲡⲉⲛ ⲟⲓⲕ ⲉⲧⲛⲏⲩ**, *panem nostrum futurum*. Copti Alexandrini, seu Memphitae *priorem* lectionem, ut ex Missali Romae edito ad p.2., intelligo, adoptarunt. Sed, mea quidem sententia, *secunda* Memphitica S. Lucae, & Thebaica nostra, antiquior est, eaque priscis Aegyptiacae ecclesiae Patribus acceptior, atque probatior. Horum omnium instar mihi erit magnus Athanasius, qui lib. de Incarn. Dei Verbi, & cont. Arianos n.16. p.881. ita scribit: *Cum Dominus de seipso ait*: Ego sum panis vivus, qui de caelo descendi: *alibi Spiritum Sanctum*, *panem caelestem appellat*, *dicens*: Panem nostrum (τὸν ἐπιούσιον) supersubstantialem da nobis hodie: *docuit enim nos*, *ut orando peteremus in praesenti saeculo*, τὸν ἐπιούσιον ἄρτον τουτέστι τὸν μέλλοντα, *panem* ἐπιούσιον, *id est*, *FUTURUM*: *cuius primitias in praesen-*

 ti

ti vita habemus, *dum* carnis Domini participes efficimur, *ut ipse dixit* : Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. *Nam caro Domini est* Spiritus vivificans, quia ex Spiritu vivificante concepta est. *Nam quod natum est ex Spiritu Spiritus est*. Quid amplius quaeris ? En habes ex Athanasio *panem nostrum* ἐπιούσιον, *panem* scilicet μέλλοντα *FUTURUM*, habes & ex eius interpretatione probatam in Thebaide, & in Aegypto inferiori versionem dominicae illius petitionis : *panem nostrum* ⲉⲧⲛⲏⲩ, vel ⲉⲧⲛⲏⲟⲩ *FUTURUM da nobis* σήμερον ⲙ̀ⲫⲟⲟⲩ, & loco aspiratae ⲫ, ex Theb. dialecto ⲙ̀ⲡⲟⲟⲩ, iuxta Matthaeum, *hodie*. Nam in Copt. vers. S. Luc. ⲙ̀ⲙⲏⲛ, *quotidie*, legitur.

(4) ϫⲉ ⲧⲱⲕ ⲧⲉ ⲧϭⲟⲙ &c. Doxologia, in quam desinit Thebaicum dominicae orationis exemplum, deest in Coptico Missalis Aegyptiaci pag. 2., ubi haec una clausula legitur: *In Iesu Christo domino nostro* : deest quoque in exemplari Picquesii edito ex Reg. cod. 330., deestque in eo etiam, quod evulgavit Chamberlaynus. Accedit, quod ex *tribus* Copticis Liturgiis Missalis paullo ante laudati, & Renaudotianorum codd., nulla est, quae hanc doxologiam ad coronidem dominicae orationis exhibeat. Solae sunt Graeco-Alexandrinae Liturgiae, altera S. Basilii, altera S. Marci, in quibus auctior doxologia ista, quam quae Thebaica sit, refertur ex ore unius sacerdotis, qui post orationem dominicam a *populo* absolutam, aliam subdit precem, quam claudit elata voce clamans : *Quia tuum est regnum*, *potentia*, *& gloria Patris*, *& Filii*, *& Spiritus Sancti*, *& nunc &c.* Idemque praestat Graecus sacerdos in utraque Missa S. Iohan. Chrysost. & Basilii apud Goarium, & in cod. Angel. biblioth. pag. 44. & 95. ipsissimam prorsus doxologiam simili ritu recitans. Si itaque Thebaei hanc pericopem in vulgarem communemque dominicae orationis formulam ex liturgia publica invexerunt, id certe fecerunt non ex ea, quae *Copto-Memphitarum*, sed quae vetustiorum Graecorum ritu celebrabatur. Simplicitas enim doxologiae nostrae priscam redolet antiquitatem.

Haec

Haec tamen non in una tantum Memphitarum Liturgia, ſed & in c. VI. Copt. verſ. v. 13. evang. Matth. deſideratur. Unde Wilkinſ. in prolegom. p. XII. Δοξολογίαν, inquit, *pauciſſimi codices, & nonniſi in margine adſcriptam habent*: ϫⲉ ⲛ̀ⲑⲟⲕ ⲧⲉ ϯⲙⲉⲧⲟⲩⲣⲟ ⲛⲉⲙ ϯϫⲟⲙ ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲱⲟⲩ ϣⲁ ⲉⲛⲉϩ. ⲁⲙⲏⲛ. Atque hanc ego marginalem additionem in ſera tempora coniiciendam ſuſpicor, utpote quae omnino ſimilis videatur Syriacae verſioni Philoxen. Eadem enim eſt utriuſque clauſula *in ſaecula amen*, ubi antiquiſſima, & *pura* Syriaca ſimpliciter deſinit *in ſaeculum ſaeculorum*, praetermiſſo *amen*.

Sed prae ceteris commemorari meretur Itala vetus, ſive Latina vulgata noſtra, in qua nullum umquam locum periocha iſta obtinuit. Quod argumento eſt, eam fuiſſe conditam antequam in Graeca exemplaria Matthaei huius doxologiae formula induci coepiſſet. Unde vero ea in ſacrum textum migrarit, an ex priſcis Liturgiarum exemplis, an vero magis ex lib. III. c. 18. Conſtitution. Apoſtolicar, an ex utriſque ſimul, audias velim Cotelerii iudicium in eumdem Conſtit. Apoſt. locum, ubi dialogum *Philopatris* inſcriptum, & *Luciano*, ſive alii cuivis (*ſynchrono* tamen) ſcriptori tributum, tamquam praeclarum teſtimonium tum initii, tum finis dominicae orationis in doxologiam ipſam deſinentis, ad ſaeculum eccl. II. refert; licet mox addat ex Lambecio Graeci theologi ſcholium, quo de clauſula iſta dicitur, eam in pleriſque Matthaei exemplaribus non inveniri. Beauſobrius ipſe Cotelerii ſententiam laudat. Poſt haec ſi reſcire cupis, quid hac de re ſenſerit Abrahamus Welochus Cantabrigienſis academiae profeſſor, videſis illius adnotationes in evangelium Matthaei Perſicae translatum pag. 30.

Quod ad me interea ſpectat, quum deficientibus codd., & fragmentis Thebaicis divini huius Evangelii, nihil certi de *doxologia* iſta, an in VI. ipſo Matth. cap. v. 13. apud Thebaeos legeretur, ſtatui poſſe intelligam, dominicam orationem conſidero, quemadmodum a fidelibus vulgo recitari ſolebat in Thebaea dialecto, iuxta formam exemplaris noſtri iam editi. Haec autem, (ſi unam excipias vocem ἡ βασιλεία) eadem omnino claudebatur

 tur

tur δοξολογία: quae non in solis Apostolicis Constitutionibus ex integro praescribitur, sed &, teste Isidoro Pelusiota lib. IV. ep. 24. ad Eutonium diaconum εἰς τὰ, πάτερ ἡμῶν, in Aegypto vulgatissima erat; etsi forte fortuna Isidorus minime necessarium duxerit, postrema verba: *in saecula saeculorum*, *amen*, tamquam notissima, cunctisque comperta, referre.

FRAGMENTUM LITURGICUM IV.

In illud τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις.

SI Thebaica Liturgia, quam sub initium huius nostrae appendicis edidimus, integra esset, eaque ritus omnes, qui post eucharisticae consecrationis verba ad divini usque sacrificii consummationem sequuntur, complecteretur, fieri non posset, quin ea nobis tam solemnis acclamationis formulam exhiberet.

Illam veluti ex antiquiori instituto referunt Constitutiones Apostolicae lib. 8. c. 13., ubi, interprete Cotelerio, haec leguntur: *Episcopus ita ad populum proloquatur* τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις, *sancta sanctis*. Illam praescribit Liturgia Hierosolymitana, ubi, teste Cyrillo illius sanctae urbis episcopo, mystag. V. n. 29. *dicit* ἱερεὺς, *sacerdos*, τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις, atque, ut addit in subiecta adnotatione *Tutteus*, *huius caeremoniae ritum describit S. Euthymius Hierosolymit. dioecesis incola apud Cyrill. Scythopolit. vitae eius p. 61. his verbis: post perfectam oblationem, sacerdos extensis in altum manibus, ferens, &* ὑποδυκνύων *ostendens omnibus dispensatum ad nostram salutem sacramentum*, μετὰ φωνῆς ὑψηλῆς, *excelsa voce, ut ab universo populo audiatur, dicit: SANCTA SANCTIS, eaque exhortatio in omnibus Graecis Liturgiis habetur; in Mozarabica quoque, atque in aliis etiam Latinis ecclesiis dictam esse certa monumenta testantur*; uti & in Syriacis plane cunctis, Iacobiticis, Melchiticis, Nestorianis, & Armenicis. Illam denique expresse habent Graecae omnes totius orientis, teste & vade Goario in *Euchol.*, habent & Liturgiae SS. Basilii, Gregorii, & Marci, sive Cyrilli, iuxta ritum ecclesiae Alexandri-

nae:

nae: etſi in ea, quae S. Marci dicitur, ut Renaud. obſervat tom. I. p. 345., *turbatum aliquid videatur*, *cum SANCTA SANCTIS*, *dicendum aſſignetur ante fractionem*, *quod ſtare non poteſt*; *nam illa prius fieri debet*, *non minus quam conſignatio*, *& unio utriuſque ſpeciei*, *antequam myſteria eleventur*, *& populo oſtendantur*. Quodque notatu dignum eſt, in tanto ſacrarum Liturgiarum numero cum hac celebri proclamatione: τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις, divini ſacramenti *elevatio*, *oſtenſio*, adeoque & *adoratio* perpetuo coniuncta ſpectatur. Qua de re videſis Renaud. *Commentar. in Liturg. Copt.*, & *Graeco-Alex.* S. Baſil., & Goarium in *Euchol.* p. 145. Accedit his *Miſſale* noſtrum *Copticum* ex probatis, vetuſtiſque exemplaribus Aegyptiorum Romae impreſſum. In eo namque Arabicis verbis rubrica traditur, qua الاسباديقون *Isbadicon*, ſeu *Isbodicon*, alias in Graeco-Alex. Σπυδικὸν, ideſt, Renaud. interprete, Δεσποτικὸν (σῶμα, *corpus*) *dominicum*, particula nempe maior panis conſecrati a ſacerdote elevari praecipitur, interea dum ille idem alta voce clamat Graeca iſta: τὰ ἅγια τοις ἁγιοις, & populi ſtant humi proſtrati adorantes Dominum. Ne igitur dubita, quin acclamatio iſta, totuſque ille ritus, quem univerſae orientalium, praeſertim vero Aegyptiorum eccleſiae vel ante Dioſcori tempora ubique ſervabant, in ipſa quoque Thebaeorum Liturgia retentus ſemper fuerit, diligenterque ſervatus.

Sed pone in Thebaico codice verba iſta SANCTA SANCTIS, non fuiſſe expreſſe deſcripta; ob eam maxime cauſſam, quod, ut Renaud. laudato Comment. pag. 266. animadvertit, *in antiquiſſimis libris ſolae preces continerentur*, *rituſque petendi eſſent aliunde*, quemadmodum *non modo in graecis*, *ſed orientalibus libris omnibus*, *immo & latinis*, (teſte etiam Card. Bona *de reb. Liturgicis* l. 2. c. 2. §. 23.) *obſervari poteſt*. Numquid non aequum eſſet in liturgicis ipſis tabulis ea tandem litteris conſignare, ſuoque in loco, ubi qualicumque de cauſſa omiſſa eſſent, reponere? Simile quiddam praeſtitit Renaudotius ipſe in verſione Liturgiae Copticae. Rem tene ex eiuſdemmet auctoris praeclariſſimi verbis in notis ad Liturg. Gr. S. Baſilii tom. I. p. 343. *Haec quidem acclamatio*, *SANCTA SANCTIS*, *non exſtabat*

in

in cod. Scaligeriano, *nec in regiis*, *aut in* noſtro ; *verum eam repraeſentat cod. regius ex recenſione Gabrielis Patriarchae* (Alexand.) *qui & illius in Rituali ſuo meminit*, unde illam in verſione noſtra repoſuimus, *cum illam omnium cuiuſcumque linguae Liturgiarum commendet auctoritas*, *iſtius praeſertim Graeci* (Alexand. eccl.), *qui Copticum antiquitate ſuperat*. Eccur ego quoque, hoc animatus exemplo reſarcire non ſtudeam infelicem eiuſdem acclamationis iacturam, quam in hoc loco Liturgia Thebaica fecit?

Id certe poſtulat illuſtre iſtud fragmentum, quod ex Borgiano Muſeo publici iuris facimus. Quamquam enim complectatur partem maximam eorum, quae S. Iohan. Chryſoſtomus docuit hom. 17. in cap. X. ep. Apoſtoli Paulli ad Hebr. n. 4. & 5. ed. Maur., *de puritate*, *& ſanctitate animi*, *neceſſaria ad Eucharistiae* ſacramentum recipiendum, plura tamen *Thebaeus interpres*, & auctor fragmenti de ſuo inſeruit, quibus perſpicue oſtendit ſe id conſilii prae mente geſſiſſe, ut Chryſoſtomi concionem ad *ritum* gentis ſuae ex Thebaica ipſa Liturgia cognitum, accommodaret. Nam inter cetera bis formulam illam acclamationis τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις diſerte profert, quae ſemel tantum in Graeco Chryſoſtomianae homiliae textu invenitur.

Fragmentum non longe abeſt ab ingenio, & moribus Thebaeorum monumentorum ſaeculi V., quo tempore doctor ſanctiſſimus ex hac ad beatam vitam iam emigrarat. Illud nos contulimus cum laudata Chryſoſt. hom. edita a cl. Montfauconio tom. XII. oper. p. 170. & 171.

Variantes lectiones Gr. T. accepimus ex cod. biblioth. Angel. ſign. num. 7. 2. Q. olim Eminentiſs. Dominici Cardinalis Paſſionei fol. 184. col. 4. & ſeqq. Cod. membranaceus, ut forma characteris indicare videtur, ſaec. eſt X. vel XI. exceptis tribus prioribus foliis I. II. III., & pagella poſtremi, in charta bombycina, manu recentiori deſcriptis. Titulus ſermonis in cod. noſtro ſic inſcribitur: τοῦ ἐν ἁγίοις πρς ἡμῶν Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, τοῦ Χρυσοστόμου: εἰς τὸ ἑκουσίως γὰρ ἡμαρτανόντων ἡμῶν μεταλαβεῖν τὴν ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας· καὶ ὅπως χρὴ προσιέναι τοῖς μυστηρίοις τοῦ Χῦ. *S. Iohannis Chryſoſtomi Archie-*

Archiepiscopi Constantinopolitani, *in illud* : *voluntarie enim peccantibus nobis post acceptam cognitionem veritatis* ; *&* *quomodo oporteat accedere ad mysteria Christi*. .

Pars prior orationis incipit : Τῶν δένδρων ὅσπερ ἂν φυτευθέντα &c., ut hom. XX. Chrysost. in ep. ad Hebr. c. 10. v. 26. edit. Maur. tom. XII. pag. 185. & desinit post ἐξήγησιν v. 30. eiusdem ep. in illa verba : καὶ ἐπὶ ἁμαρτωλοὺς καταπαύσει ὁ θυμὸς αὐτοῦ. *Et super peccatores requiescet furor eius*, laud. tom. XII. pag. 188. C.

Pars secunda : *Quomodo oporteat accedere ad mysteria Christi*, incipit fol. cod. 184. col. 2. Ἀλλ' ἐπειδὴ τῶν ἁγίων μυστηρίων ἐμνήσθην : *Sed quoniam sanctorum mysteriorum memini*. Et reapse iuxta cod. nostrum, paullo ante finem partis primae, Chrysostomus eorum meminerat, ubi dixerat ἐνταῦθά μοι δοκεῖ καὶ περὶ τῶν μυστηρίων αἰνίττεσθαι : *Hic mihi videtur etiam mysteria subindicare*. Et ideo antiquus ille sermonis auctor ex postremis hisce verbis materiem vinculi, quo partem secundam cum priori necteret, satis ingeniose opportuneque desumpsit. Nam Chrysostomus in eo hom. 17. loco, qui n. 4. pag. 169. tom. XII. edit. Maur. respondet verbis iam adductis ms. codicis, certe non ἀλλ' ἐπειδὴ τῶν ἁγίων μυστηρίων, verum ἀλλ' ἐπειδὴ τῆς θυσίας ἐμνήσθην, *sed quoniam sacrificii memini*, proculdubio scripsit. Codex finem facit partis huius secundae in verbis illis hom. 17. ἀπέλθωμεν ἔνθα θέλει. Post quae, φησὶ γάρ, & paucissimae lineae ad calcem usque homiliae, uti ea exstat in ed. Maur. desiderantur in cod., quia folium proxime sequens periit.

Itaque utraque sermonis huius pars in hoc cod. nostro repraesentata ex scriptis est genuinis S. Ioh. Chrysostomi. Sed an fragmentum Thebaicum versum fuerit ex Graeca homilia XVII. S. Doctoris in ep. ad Hebr., an vero magis ex *sermone* aliquo eius simili, quem noster iste codex habet, dicere nescio. Illud unum certum est, res, de quibus tractat, peraeque contineri tum edita illa hom. 17. Chrysostomi in ep. Paulli, tum parte ista *secunda* inediti sermonis ex cod. bibl. nostrae cogniti.

Consonat his *sermo D. Iohannis Chrysostomi*, *de sacrorum participatione mysteriorum* latine editus ab Augustiniano theolo-

go

go Iohanne Hoffmayſtero Colmarienſ. Eccleſiaſte, a ſacris deinde apud Caeſarem concionibus claro, & eccleſiae catholicae adverſus ſui temporis haereticos in Germania & verbis, & ſcriptis, & rebus praeclare geſtis propugnatore invicto, ad calcem libri ſui: *de ſacrificio Miſſae*, & *expoſitione precum*, *& caeremoniarum*, *quarum uſus in quotidiano ſacro*, Maguntiae primum an. 1544., & iterum Romae an. 1554. apud Antonium Bladum impreſſorem Cameralem excuſi. Contextus is eſt ex variis Chryſoſtomi *eclogis*, ſed & in hoc pars poſtrema excerpta exhibet ex eadem ipſa homil. XVII. S. Doctoris in ep. Apoſtoli Paulli ad Hebr.

Qui Aegyptiacae linguae genium non ex communi vulgarique eccleſiaſticarum precum ſermone, ſed ex orationum ſtilo cognoſcere cupiunt, facile, uti perſuaſum mihi eſt, ex Thebaicae huius verſionis conſpectu coniicere, & augurari poterunt. Eius enim generis eſt, ut ſatis apte ſuſtinere valeat dignitatem, elegantiam, & vim dicendi magni Chryſoſtomi. Idem experiri licet in aliis eiuſdem eloquentiſſimi doctoris concionibus tum Thebaica, tum etiam Memphitica dialecto translatis. Nam & Memphitae homilias SS. Ioh. Chryſoſtomi, & Baſilii civitate ſua, ut iis in publicis quoque conventibus uterentur, donaſſe noſcuntur.

RELI-

RELIQUIAE HOMIL. XVII. S. IOHAN. CHRYSOSTOMI IN EP. S. PAULI APOST. AD HEBRAEOS

Ex Thebaica versione.

ⲉⲧⲧⲁϫⲣⲏⲩ ⲛⲧⲉⲩⲉ
ⲫⲩⲥⲓⲥ.
Ⲡⲟⲗⲩ ⲙⲁⲗⲗⲟⲛ ⲡⲁⲓ
ⲛⲁϣⲱⲡⲉ ϩⲛ̀ ⲛⲁⲩⲉ
ⲡⲣⲟϩⲁⲓⲣⲉⲥⲓⲥ.
Ⲉⲕⲛⲁⲕⲁϩⲩⲏⲕ ⲉⲩⲁⲗ//
ϭⲉ ⲛ̀ϣⲱⲛⲉ ⲛ̀ⲩⲉⲕ ⲯⲩ//
ⲭⲏ. ⲁⲩⲱ (1) ⲉϩⲉ ⲩ́ⲡ//
ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲉⲣⲟⲕ ϩⲓⲧ//
ⲛ̀ϩⲙⲉ ⲛ̀ϩⲟⲟⲩ ⲉⲕⲛⲏ//
ⲥⲧⲉⲩⲉ ⲛϩⲏⲩⲟⲩ (2).
Ⲙⲛ̀ⲛ̀ⲥⲱⲥ ⲟⲛ ⲛ̀ⲅ ⲕⲩⲟⲕ
ⲉⲡⲛⲟⲃⲉ. ⲟⲩ//
Ⲕⲟⲩⲛ ⲉⲕⲥⲱⲃⲉ ⲛ̀ⲥⲁⲛⲉ//
ϩⲃⲏⲩⲉ. (3) ⲙⲁⲗⲗⲟⲛ
ⲇⲉ ⲉⲕⲥⲱⲃⲉ ⲛ̀ⲥⲱ ⲕⲟ//
ⲩⲁⲁⲕ.
Ⲛⲁⲓ ⲉⲓⲧⲁⲟⲩⲟ ⲙ̀ⲙⲟⲟⲩ

τὰ ἐκ φύσεως μεθίςα-
ται, οὐχὶ μάλιςα τὰ
ἐκ προαιρέσεως; τεσσα-
ράκοντα ἡμέρας ἀπονέ-
μεις τῇ ὑγείᾳ τῆς ψυ-
χῆς, τάχα δὲ ὀυδὲ τεσ-
σαράκοντα (a), καὶ προ-
σδοκᾷς ἐξιλεώσασθαι τὸν
θεὸν; παίζεις ἄνθρω-
πε (b);

Variantes lectiones.

(a) Cod. bibl. Angel. εἰ τὰ φυσικὰ μεθίςανται. πολλῷ μᾶλλον τὸ τῆς προαιρέσεως; τεσσαράκοντα ἡμέρας ἀπονέμεις τὴν ὑγείαν τῇ ψυχῇ.

(b) Πέζεις εἰπέ μοι.

INTERPRETATIO.

(*si mutantur*) quae sunt naturae vi stabilita, multo magis id fiet in iis, quae sunt ex proposito voluntatis. Proposuisti tibi sanare infirmitates animae tuae, Deumque tibi reconciliare per dies quadraginta, quibus ieiunas. Post id iterum peccas. Nonne igitur ludis, dum haec agis? Magis autem tibimetipsi illudis.

Hhh Haec

ⲙ̀ⲙⲉⲓⲕⲱⲗⲩ ⲁⲛ ⲙ̀ⲙⲉⲧϫⲓ
ⲛⲟⲩⲥⲟⲡ ⲧⲉⲣⲟⲙⲡⲉ ⲉ-
ⲃⲟⲗ ϩⲛ̀ ⲙ̀ⲙⲩⲥⲧⲏ-
ⲣⲓⲟⲛ.

Ⲟⲩⲧⲉ ⲙ̀ⲙⲉⲓϯϩⲟⲧⲉ ⲛⲁⲩ
ⲁⲛ ⲉⲧⲙ̀ϫⲓ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ϩ-
ⲏⲧⲟⲩ (4) ⲙ̀ⲡⲉϩⲟⲟⲩ
ⲛ̀ⲧⲁⲛⲁⲥⲧⲁⲥⲓⲥ.

Ⲁⲗⲗⲁ ⲉⲓⲟⲩⲱϣ ⲉⲧⲣⲉ-
ⲧⲉⲧⲛ̀ϯ ⲙ̀ⲡⲉⲧⲛ̀ⲟⲩⲟⲓ
ⲧⲏⲣⲧⲛ̀ ⲛ̀ⲛⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ
ϩⲛ̀ ⲛⲉϩⲟⲟⲩ ⲉⲧⲧⲏϣ.
(5).

Ⲉⲣⲉⲡⲉⲧⲛ̀ⲥⲩⲛⲩⲇⲩⲥⲓⲥ ⲉ-
ⲣⲟⲩⲟⲉⲓⲛ ϩⲛ̀ ⲧ̀ⲙⲧⲕⲁ-
ⲑⲁⲣⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲧⲛ̀ ⲯⲩⲭⲏ.
ⲛ̀ⲧⲉⲧⲛ̀ ϫⲓ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ϩⲏ-
ⲧⲟⲩ ϩⲛ̀ ⲟⲩⲙ̀ⲡϣⲁ ⲕⲁ-
ⲧⲁ ⲡⲉⲧⲡⲣⲉⲡⲉⲓ ⲛ̀ⲛⲣⲱ-
ⲙⲉ ⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ. (6)

Ⲡⲁⲓ ⲅⲁⲣ ⲡⲉⲧⲉⲣⲉⲡⲟ-
ⲩⲏⲏⲃ (7) ϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟϥ
ⲉϥϯ ⲙ̀ⲡⲗⲁⲟⲥ ⲉⲃⲟⲗ
ϩⲛ̀ ⲙ̀ⲙⲩⲥⲧⲏⲣⲓⲟⲛ ⲛ̀-

Ταῦτα λέγω, ȣ̓χὶ τῆς μιᾶς καὶ ἐνιαυσιαίȣ προσόδȣ κωλύων ὑμᾶς, ἀλλὰ βȣλόμενος μᾶλλον (a) διαπαντὸς ὑμᾶς προσιέναι τοῖς ἁγίοις. Διὰ τȣ͂το (b) καὶ ὁ διάκονος (c)

(a) Μᾶλλον, in nostro deest.

(b) Ταῦτα εἴρηται, noster addit: deinde legit ȣ̔́τω καὶ pro διὰ τȣ͂το καὶ.

(c) Sic & noster. Editi, adnotante Montfauconio, ἱερεὺς.

Haec profero, non ut vobis vetem semel in anno sacramenta percipere: neque ut metum vobis iniiciam, ne ea recipiatis in die Resurrectionis, sed volo, ut vos accedatis omnes ad sancta statutis diebus: ut conscientia vestra splendescat puritate animi, & digne de eis participetis, ut decet homines sanctos. Hoc enim enunciat sacerdos, qui traditurus populo de sacramentis, quae perfecit, dicit:

ⲧⲁϥ ⲉⲡⲉⲓⲧⲉⲗⲉⲓ ⲙ=
ⲙⲟⲟⲩ ⲉϥϫⲱⲙⲙⲟⲥ :
„ϫⲉ ⲧⲁ ⲁⲅⲓⲁ ⲧⲏⲥ
„ⲁⲅⲓⲁⲥ (8) ⲉⲧⲉⲡⲁⲓ ⲡⲉ
„ϫⲉ ϯ ⲛ̀ⲛⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ ⲛ=
„ⲛⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ.
Ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲁⲓ ϣⲁⲣⲉⲡⲇⲓⲁ=
ⲕⲟⲛⲟⲥ (9) ⲱϣ ⲉⲃⲟⲗ
ϩⲛ̀ ⲧⲉϥⲥⲙⲏ. ⲙ̀ⲡⲛⲁⲩ
ⲉϥⲁϣⲕⲁⲕ ⲉⲃⲟⲗ ⲉϥ=
ⲧⲱϩⲙ̀ ⲛ̀ⲣⲱⲙⲉ ⲉⲧ=
ⲟⲩⲁⲁⲃ. ⲙⲛ ⲛⲉⲧⲟ=
ⲛ̀ⲁⲧϫⲃⲓⲛ. (10)
Ⲛⲑⲉ ⲅⲁⲣ ⲛ̀ⲧϣⲁⲓⲣⲉ (11)
ⲉϣⲁⲕϭⲛ ϩⲁϩ ⲛⲉⲥⲟⲟⲩ
ⲉⲩⲟⲩⲟϫ ⲛ̀ϩⲏⲧⲥ. ϩⲁ=
ϩⲁⲉ ⲟⲛ ⲉⲩⲟⲙ̀ⲯⲱⲣⲁ.
Ϣⲁⲣⲉⲡϣⲱⲥ ⲡⲉⲣ́ϫ ⲛⲉ=
ⲧⲟⲩⲟϫ ⲉⲃⲟⲗ ⲉⲛⲉⲧ=
ϣⲱⲛⲉ. ⲧⲁⲓ ⲧⲉⲑⲉ ⲛ̀ⲧ=
ⲉⲕⲕⲗⲏⲥⲓⲁ ⲉϣⲁⲩⲡⲉⲣ́ϫ
ⲛⲉⲥⲟⲟⲩ ⲉⲃⲟⲗ ⲉⲧⲙ=
ⲉϩ ⲙ̀ⲯⲱⲣⲁ. ⲛ̀ⲥⲉⲇⲓⲱ=
ⲕⲉⲓⲙⲙⲟⲟⲩ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲛ̀

ἐπιφωνεῖ τότε (a) τοὺς ἁγίους καλῶν, καὶ διὰ τῆς φωνῆς ταύτης μωμοσκοπῶν πάντας (b), ὥστε μὴ προσελθεῖν τινα ἀπαράσκευον. Καθάπερ γὰρ (c) ἐπὶ ποίμνῃ, ἔνθα πολλὰ μὲν ὑγιαίνει (d) πρόβατα, πολλὰ δὲ ψώρας ἀναπέπλησται (e), ἀνάγκη ταῦτα διείργεσθαι ἀπὸ τῶν ὑγιαινόντων.

(a) Τότε deest.
(b) Πάντας νομοσκοπῶν : at quae sequuntur ad ἀπαράσκευον usque, in nostro desiderantur.
(c) Τις, additur.
(d) Εἰσὶν ὑγιῆ noster.
(e) Ἀναπέπλασται. Idem.

τα αγια τοις αγιοις, hoc est, dantur SANCTA SANCTIS. Ob id diaconus vociferatur, qua hora exclamans vocat homines sanctos, & immaculatos. Sicut enim cubile est, in quo sint positae multae oves sanae, multae vero etiam scabiosae, pastor segregat sanas ab infirmis, sic est & Ecclesia, in qua expedit segregare oves ab illis, quae plenae sunt scabie, & has ab Ecclesia fuga-

ⲧⲉⲕⲕⲗⲏⲥⲓⲁ : ϩⲓⲧⲉⲛ
ⲧⲉⲥⲙⲏ ⲉⲧⲙ̀ⲙⲁⲩ .
„ Ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲇⲓⲁⲕⲟⲛⲟⲥ ⲱϣ
„ ⲉⲃⲟⲗ (12) ϫⲉ ⲙ̀ⲡⲣ́-
„ ⲧⲣⲉⲗⲁⲁⲩ ⲉϥⲟ ⲛ̀ⲕ-
„ ⲣⲟϥ . ⲟⲩⲇⲉ ⲙ̀ⲡⲣ́-
„ ⲧⲣⲉⲗⲁⲁⲩ ⲉϥϫⲁϩⲙ.
„ ⲟⲩⲇⲉ ⲗⲁⲁⲩ ⲛ̀ϩⲱⲃ ⲛ̀-
„ ⲧⲉⲓϩⲉ ⲧⲩⲗⲟⲙⲁ ⲉϯ
„ ⲙ̀ⲡⲉϥⲟⲩⲟⲓ ⲉϯⲧⲣⲁ-
„ ⲡⲏⲍⲁ ⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ ⲛ̀-
„ ⲃⲁⲥⲓⲗⲓⲕⲟⲛ.
ϩⲓⲧⲉⲛ ϯⲥⲙⲏ ⲟⲩⲛ ⲛ̀ⲧⲉⲓ-
ⲙⲓⲛⲉ ⲉⲧⲙⲉϩ ⲛ̀ϩⲟⲧⲉ.
ⲉⲣⲉⲡⲟⲩⲏⲏⲃ ϩⲱⲱϥ
ⲧⲱϩⲙ ⲛ̀ⲛ̀ⲣⲱⲙⲉ ⲉ-
ⲧⲟⲩⲁⲁⲃ . ⲉϥϫⲱ ⲙ̀-
„ ⲙⲟⲥ . ϫⲉ (13) Ⲧⲁ
„ ⲁⲅ̃ⲓⲁ ⲧⲏⲥ ⲁⲅⲓⲁⲥ.
ⲉⲧⲉ ⲡⲁⲓ ⲡⲉ ϫⲉ ϯ ⲛ̀ⲛⲉ-
ⲧⲟⲩⲁⲁⲃ ⲛ̀ⲛⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ.
Ⲕⲁⲧⲁⲑⲉ ⲛ̀ⲧⲁⲓ ϣⲟⲣⲡ-
ϫⲟⲟⲥ. ⲉϥⲫⲱⲣϫ ⲛ̀ⲛⲁⲓ
ⲉⲃⲟⲗ ⲉⲛⲏ.

Οὕτω καὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ἐπειδὴ (*a*) τὰ μὲν ἐςὶ ὑγιωμνὰ (*b*) πρόβατα, τὰ δὲ κεκακωμένα, διὰ τῆς φονεῖς ταύτης διείργει ταῦτα ἐκείνων περιιῶν (*c*) πανταχȣ̃ διὰ τῆς κραυγῆς ταύτης (*d*) τῆς φρικωδεςάτης ὁ ἱερεὺς καὶ τȣ̀ς ἁγίȣς καλῶν, καὶ ἕλκων (*e*).

(*a*) Οὕτως καὶ omittit deinde ἐπειδὴ ſine detrimento ſenſus.

(*b*) Ὑγιᾶ, omiſſo πρόβατα.

(*c*) Γὰρ, additur in noſtro.

(*d*) Διὰ τῆς φωνῆς ἐκείνης. Ille idem.

(*e*) Ὁ ἱερεὺς, καλεῖ καὶ ἕλκει τȣ̀ς ἁγίȣς. Sic noſter ille.

fugare per vocem illam diaconi clamantis : *Nemo doloſus, nemo profanus, nemo qui ſic operatur, audeat ad ſanctam, & regiam menſam accedere.*

Per eam igitur vocem timore plenam ipſe quoque ſacerdos vocat homines ſanctos, dicens : τα αγια τοις αγιοις ; id eſt, *dantur Sancta Sanctis* ; eoque modo hoc primum dicens ſeparat iſtas ab illis.

Quo-

Ⲉⲡⲉⲓⲇⲏ ⲅⲁⲣ ⲙ̀ⲙⲉ ⲛ́ⲗⲁ-
ⲁⲩ ⲥⲟⲟⲩ̄ ⲛ̄ⲛⲁⲡⲣⲱⲙⲉ
ⲉⲓ ⲙ̄ⲙⲏⲧⲉ ⲡⲉ ⲡⲛ̄ⲁ̄ ⲙ̀ⲡ-
ⲣⲱⲙⲉ ⲉⲧ́ⲛ̄ϩⲏⲧ́ϥ.
(14).

Ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲁⲓ ⲣⲱ ⲙ̀ⲛ̄ⲛ̄ⲥⲁ
ⲧⲣⲉⲧⲉⲑⲩⲥⲓⲁ ϫⲱⲕ ⲉ-
ⲃⲟⲗ. ϣⲁⲣⲉⲡⲟⲩⲏⲏⲃ
ⲧⲁⲩ ⲉϯⲥⲙⲏ ⲛ̄ⲧⲉⲓ-
ⲙⲓⲛⲉ.

Ϫⲉⲕⲁⲥ ⲛ̄ⲛⲉⲟⲩⲟⲛ ϩⲁ-
ⲡⲗⲱⲥ ϯ ⲙ̀ⲡⲉϥⲟⲩⲟⲓ
ⲉⲧⲡⲏⲅⲏ ⲙ̄ⲡⲛ̄ⲁ̄ⲧⲓ-
ⲕⲟⲛ.

Ⲏ́ ϣⲁⲛ ⲟⲩⲱϣ ⲇⲉ ⲟⲛ ⲉⲉ-
ⲓⲛⲉ ⲉϩⲟⲩⲛ ⲙ̀ⲡϩⲩⲡⲟ-
ⲇⲓⲅⲙⲁ ⲛ̄ⲧϣⲁⲓⲣⲉ. ⲙ̀-
ⲙⲛ̄ ⲡⲉⲧⲕⲱⲗⲩ ⲙ̀ⲙⲟⲛ
ⲛ̄ⲉⲣⲡⲁⲓ.

Ⲉⲩϣⲁⲛϭ ⲛ̄ϩⲟⲓⲛⲉ (15)
ⲟⲛ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲛ̄ ⲛⲉⲥⲟⲟⲩ
ⲉⲩϣⲱⲛⲉ. ⲉϣⲁⲣⲉ ⲡϣ-
ⲱⲱⲥ ⲡⲟⲣϫⲟⲩ ⲉⲃⲟⲗ
ⲉⲛⲉⲧⲟⲩⲟϫ. ⲛ̄ⲥⲉ-

Ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἔνι ἄνθρωπον ὄντα εἰδέναι τά τοῦ πλησίου· τίς γὰρ εἶδεν ἀνθρώπων (a), Φησὶ, τὰ τοῦ ἀνθρώπου, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου τὸ ἐν αὐτῷ (b), ταύτην ἀφίησι τὴν φωνὴν (c) μετὰ τὸ τὴν θυσίαν ἀπαρτισθῆναι πᾶσαν (d) ὥστε μηδένα ἁπλῶς, καὶ ὡς ἔτυχεν, ἐπὶ τὴν πηγὴν

(a) Ἀνθρώπων, deest.
(b) Τὸ ἐν αὐτῷ, desunt.
(c) Ὁ ἱερεὺς, heic additur.
(d) Πᾶσαν deest.

Quoniam enim nemo novit quae sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in eo est, propter hoc ipsum, postquam perfectum est sacrificium, sacerdos vocem in hunc modum emittit, ne quis abrupte ad fontem spiritualem accedat. Quando vero in medium proferre iterum velim exemplum cubilis, nihil sit, quod me id facere vetet: siquidem ergo ex ovibus quaedam rursus sint, quae morbo

Ⲛⲟϫⲟⲩ ⲉϩⲟⲩⲛ ⲉⲩⲣⲓ (16)
ⲏ ⲕⲉⲧⲟⲡⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲓϩⲉ
ϩⲁⲡⲗⲱⲥ ⲡⲁⲓ ⲉⲧⲧⲟ=
ⲟⲙⲉ ⲉⲧⲉⲩⲙⲛ̀ⲧⲁⲗⲟ=
ⲅⲟⲥ. ϣⲁⲛⲧⲟⲩ ⲕⲁ=
ⲑⲁⲣⲓⲍⲉ. ⲁⲩⲱ ⲛ̀ⲥⲉⲧ́ⲃ=
ⲃⲟ ⲉⲃⲟⲗ ϩ́ⲙ ⲡⲉⲓϣⲱ
ⲛⲉ ⲛ́ⲧⲉⲓⲙⲓⲛⲉ. ⲙ̀ⲛ ⲧⲉ=
ⲩⲧⲣⲟⲫⲏ.

Ⲁⲩⲱ ⲙ̀ⲙⲉⲩ ⲥⲩ̄ⲭⲱⲣⲉⲓ
ⲛⲁⲩ (17) ⲉⲡⲧⲏⲣϥ ⲉ=
ⲧⲣⲉⲩⲙⲉⲧⲉⲭⲉ ⲉⲡⲕⲉ=
ⲁⲏⲣ.

Ⲟⲩⲧⲉ ⲉⲧⲣⲉⲩϫⲓ ⲉⲃⲟⲗ
ϩ̀ⲛ ⲟⲩⲡⲏⲅⲏ ⲙ̀ⲙⲟⲟⲩ:
ⲙ̀ⲛ ⲛⲉⲩⲟⲩⲟϫ.

Ϣⲁϩⲣⲁⲓ (18) ⲉⲟⲩⲃⲟ=
ⲧⲁⲛⲏ ⲛ̀ⲟⲩⲱⲧ ⲉⲩⲟⲩ=
ⲉⲧⲟⲩⲱⲧ. ⲙ̀ⲙⲉⲩϯⲑⲉ
ⲛⲁⲩ ⲉⲧⲣⲉⲩϫⲓ ϯⲡⲉ
ⲙ̀ⲙⲟⲥ ⲛ̀ⲛⲁⲩ ⲛⲓⲙ. ⲧⲁⲓ
ⲧⲉⲑⲉ ϩ̀ⲙ ⲡⲉⲓⲕⲉⲙⲁ.
ⲛⲉⲧⲉⲛ̀ⲥⲉⲧ́ⲃⲃⲏⲩ ⲁⲛ.
ⲁⲗⲗⲁ ⲉⲧⲉⲓ ⲉⲩϣⲟⲟⲡ

ἐλθεῖν τὴν πνευματικήν. Καὶ γὰρ ἐπὶ τῆς ποίμνης. οὐδὲν γὰρ κωλύει τῷ αὐτῷ ὑποδείγματι πάλιν χρήσασθαι· τὰ μὲν νοσερὰ ἔνδον ἀποκλείομεν, καὶ ἐν σκότῳ κατέχομεν (a), καὶ ἑτέρας μεταδίδομεν (b) τροφῆς, οὔτε ἀέρος καθαροῦ, οὔτε πόας εἰλικρινοῦς (c), οὔτε πηγῆς τῆς ἔξω συγχωροῦντες μεταλαβεῖν. Καὶ ἐνταῦθα τοίνυν αὐτὴ ἡ φωνὴ ἀντὶ

(a) Καὶ ἐν σκότῳ κατέχομεν, in noſtro deſunt.

(b) Μεταδιδάομεν per pleonaſmum τοῦ, α.

(c) Καθαροῦ ... & εἰλικρινοῦς, omittuntur.

morbo laborant, illas paſtores ſeparant a ſanis in ſolitariam ſtationem coniicientes, aut in eius omnino generis locum, in quo concluduntur bruta ratione carentia, donec eas purificent: purificant vero a morbo in hunc modum. Eis alimenta non dant, nec ullo pacto indulgent, ut eiuſdem aeris participes fiant, aut ſumant de fonte aquarum una cum ſanis, aut intra herbida, pinguia, & viridantia paſcua eis

ϩⲛ̀ ϩⲛ̀ⲛⲟⲃⲉ : ϣⲁⲣⲉ ⲧⲉⲥⲙⲏ ⲙ̀ⲡⲟⲩⲏⲏⲃ ⲟ// ⲩⲛⲟⲩ (19) ⲉϩⲟⲩⲛ. ⲛ̀// ⲑⲉⲉϣϫⲉ ⲉⲩ ϩⲛ̀ ⲟⲩⲙⲁ ⲛ̀ⲕⲁⲕⲉ. ⲉⲩⲥⲟⲛϩ ϩⲛ̀ ϩⲉⲛⲙ̀ⲣⲣⲉ.

Ⲁⲩⲱ ⲙⲛ́ϭⲟⲙ ⲙ̀ⲙⲟⲕ ⲉϫⲟⲟⲥ ϫⲉ ⲛ̀ϯⲥⲟⲟⲩⲛ ⲁⲛ ⲉϩⲱⲃ ⲛ̀ϯⲙⲓⲛⲉ: ⲏ ϫⲉ ⲙ̀ⲡⲉⲓⲉⲓⲙⲉ ⲉⲧⲃⲉ ϫⲉ ⲛ̀ϯⲛⲟⲓ ⲁⲛ · ⲁⲛ́ⲅ ⲟⲩϩⲩⲇⲓⲱⲧⲏⲥ ⲅⲁⲣ.

Ⲟⲩⲛ ⲉⲛⲁⲓ ⲉⲕϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟ// ⲟⲩ ⲱ̀ ⲡⲣⲱⲙⲉ.

Ⲉⲓⲉⲙ̀ⲡⲉⲕⲥⲱⲧⲙ̀ ⲛ̀ⲧⲟⲕ ⲉⲡⲁⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲟⲥ. ⲉϥ// ⲣ̀ⲙⲛ̀ⲧⲣⲉ (20) ⲛ́ⲟⲩ// ⲟⲛⲛⲓⲙ ⲉϥϫⲱⲙ̀ⲙⲟⲥ: ϫⲉ „ϩⲱⲥⲧⲉ. ⲡⲉⲧⲛⲁ// „ⲟⲩⲱⲙ ⲙ̀ⲡⲟⲉⲓⲕ. ⲁⲩⲱ „ⲛ̀ϥⲥⲱ ⲙ̀ⲡⲁⲡⲟⲧ ⲙ̀// „ⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲛ̀ϥⲙ̀ⲡϣⲁ „ⲁⲛ. ϥⲛⲁϣⲱⲡⲉ ⲉⲛⲉ// „ⲛⲟⲭⲟⲥ ⲉⲡⲥⲱⲙⲁ ⲙⲛ́

δέσμου τινός ἐστιν. οὐχ ἔχεις εἰπεῖν, οὐχ᾽ ᾔδειν, ἠγνόουν ὅτι κίνδυνος ἕπεται τῷ πράγματι· μάλιστα μὲν οὖν (a) καὶ ὁ παῦλος τοῦτο (b) διεμαρτύρατο. Ἀλλ᾽ ἐρεῖς ὅτι οὐκ ἀνέγνων (c); οὐκ ἔστι τοῦτο

(a) Οὖν, deest.
(b) Τοῦτο, deest.
(c) Hanc lectionem confirmat noster: aliam, quam heic habet Colbert. cod. vide apud Montfaucon.

eis concedunt, ut quicquam de iis omnibus carpant, atque degustent. Talis formae hic locus est pro iis, qui non sunt puri, sed adhuc in peccatis versantur. Ita vox sacerdotis intus obstrepentis perinde est ac si eos in tenebroso loco vinculis constringeret.

Et non potes tu mihi dicere: nihil de re huiusmodi novi, aut certe nihil scio, quippe qui ne cogitarim quidem. Idiota sum enim.

Haecci-

„ⲡⲉⲥⲛⲟϥ ⲙ̀ⲡϫⲟⲉⲓⲥ:
„ⲁⲩⲱ
„Ⲟⲛ ϫⲉ ⲉϥⲟⲩⲱⲙ ⲁⲩⲱ
„ⲉϥⲥⲱ ⲛⲁϥ ⲉⲩⲕⲣⲓ-
ⲙⲁ.

Ⲁⲕⲛⲁⲩ ⲉⲡⲛⲟϭ ⲛ̀ⲕⲩⲛ-
ⲇⲓⲛⲟⲥ ⲉⲧϯϩⲟⲧⲉ ⲙ̀-
ⲡⲉⲧⲛⲁϯ ⲙ̀ⲡⲉϥⲟⲩⲟⲓ
ⲉⲧⲣⲉϥϫⲓ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲛ̀
ⲙⲙⲩⲥⲧⲏⲣⲓⲟⲛ ⲛ̀ϯⲧⲣ-
ⲁⲡⲏⲍⲁ ⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ.
ϩⲛ̀ ⲟⲩⲙⲛ̀ⲧⲁⲧϩⲟⲧⲉ:

Ⲁⲗⲗⲁ ⲕⲛⲁϫⲟⲟⲥ ϫⲉ
ⲙⲓ ⲛⲟⲓ ⲛ̀ⲛⲁϣ (21). ϫⲉ
ⲉⲓⲉⲥⲟⲩ ⲛ̀ⲛⲁⲓ. ⲛ̀ ⲟⲩ-
ⲁⲡⲟⲗⲟⲅⲓⲁ ⲁⲛⲧⲉⲧⲛ-
ⲁⲓ.

Ⲕⲃⲏⲕ ⲅⲁⲣ ⲙ̀ⲙⲏⲛⲉ ⲉ-
ⲧⲉⲕⲕⲗⲩⲥⲓⲁ ⲁⲩⲱ ⲛ̀ⲅ
ⲥⲟⲟⲩⲛ ⲁⲛ ⲛ̀ⲛⲁⲓ ⲁϫⲓⲥ
ⲉⲣⲟⲓ.

ἀπολογία, ἀλλὰ καὶ ἔγκλημα. Καθ' ἑκάστην ἡμέραν εἰσέρχῃ εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ ἔτι τοῦτο ἀγνοεῖς. Πλὴν ἀλλ' ἵνα μηδὲ τοῦτο ἔχῃς προφασίζεσθαι, τούτου χάριν (a) μεγάλῃ τῇ φωνῇ, φρικτῇ

(a) Ὑψηλὸς ἑστὼς ὁ ἱερεύς. duas priores voces habes infra in Montfaucon. textu; in quo tamen ὁ ἱερεὺς, non legitur.

Haeccine tu dicis, o homo? An non audisti Apostolum Paullum omnibus testificantem, atque dicentem: *Itaque quicumque manducaverit hunc panem, & biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis & sanguinis Domini: & manducat & bibit sibi iudicium?*

Viden' magnitudinem formidandi periculi, quod ei instat, qui accedat ad accipiendum de mysteriis sanctae mensae sine timore?

Sed dices: Ne quidem haec legere cogitavi, quia nescio. Non est ista tui defensio.

In

ⲠⲖⲎⲚ ϫⲉ ⲛ̀ⲛⲉⲕϩⲉ ⲉⲗⲁ//
ⲁⲩ ⲛ̀ⲗⲟⲓϭⲉ ⲉⲧⲁⲩⲟ ϩ̀ⲙ
ⲡⲉⲓⲙⲉⲣⲟⲥ.
Ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲁⲓ ϣⲁⲣⲉ ⲡⲟⲩ//
ⲏⲏⲃ ⲣⲁⲕⲧ́ϥ ⲉⲡϫⲓⲥⲉ:
ⲉϥϫⲓϣ//
Ⲕⲁⲕ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲛ̀ ⲟⲩⲥⲙⲏ
ⲉⲥⲙⲉϩ ⲛ̀ϩⲟⲧⲉ. ⲉϥ//
ϥⲓ ⲛ̀ⲧⲉϥϭⲓϫ ⲉϩⲣⲁⲓ
ⲉⲡϫⲓⲥⲉ. ⲛ́ϥⲧⲣⲉ ⲟⲩⲟⲛ
ⲛⲓⲙ ⲛⲁⲩ ⲉⲣⲟⲥ.
Ⲁⲩⲱ ⲉⲧⲉⲓ ⲉϥϣⲟⲟⲡ
ⲛ̀ϭⲓⲟⲩⲛⲟϭ (22) ⲛⲥϭⲣ//
ⲉϩⲧ ϣⲁϥⲱϣ ⲉⲃⲟⲗ.
Ϩⲟⲉⲓⲛⲉ ⲙⲉⲛ ⲉϥⲧⲱϩⲙ
ⲙ̀ⲙⲟⲟⲩ ⲉϩⲟⲩⲛ.
Ϩⲉⲛⲕⲟⲟⲩⲉ ⲇⲉ ⲉϥⲛⲟⲩϫⲉ
ⲙ̀ⲙⲟⲟⲩ ⲉⲃⲟⲗ (23) ϩⲛ̀
ⲧⲉⲕⲕⲗⲩⲥⲓⲁ.
Ⲁⲩⲱ ⲛⲉϥϣⲁϥⲛⲟϫⲟⲩ ⲉ//
ⲃⲟⲗ ⲉϥϩⲣⲁ (24) ⲁⲛ
ⲛ̀ⲥⲱⲟⲩ. ⲁⲩⲱ ⲉϥⲃⲱ//
ⲱⲣⲉ ⲙ̀ⲙⲟⲩ ⲉⲃⲟⲗ (25)
ϩⲛ̀ ⲛⲉϥϭⲓϫ.

τῇ βοῇ, καθάπερ τις κή-
ρυξ τὴν χεῖρα αἴρων (a)
εἰς τὸ ὕψος. ὑψηλὸς
ἑςὼς, πᾶσι κατάδηλος
γεγονὼς (b), καὶ μέγα
ἐπ' ἐκείνῃ τῇ φρικτῇ ἡσυ-
χίᾳ ἀνακραυγάζων (c)
τοὺς μὲν καλεῖ, τοὺς δὲ
ἀπείργει ὁ ἱερεὺς (d),
Οὐ τῇ χειρὶ τοῦτο ποιῶν,
ἀλλὰ τῇ γλόττῃ τῆς χει-
ρὸς τρανότερον. Ἡ γὰρ
φωνὴ ἐκείνη εἰς τὴν ἀκοὴν

(*a*) Ἔχων, noſter.
(*b*) Γίνεται, idem.
(*c*) Ἀνακράζων, idem.
(*d*) Ὁ ἱερεὺς, deeſt.

In eccleſiam etenim quotidie ingrederis, & haec etiam ignoras? dic mihi? Verumtamen ne ullum, quem hodie adferas, praetextum invenias, propterea ſacerdos in altum ſe erigit, & clamans voce terroris plena manum ſublimem attollit, ut eam omnes videant: & adhuc, magna facta quiete, clamans alios quidem intus vocat, alios vero foras ex eccleſia eiicit: & *voce* expellens, & manu eiiciens.

Ⲧⲉⲥⲙⲏ ⲅⲁⲣ ⲉⲧⲙⲙ//
ⲁⲩ ϩⲙ́ ⲡⲧⲣⲉⲥϫⲱⲧⲉ
ⲉϩⲟⲩⲛ ⲉⲛⲉⲛⲙⲁⲁⲅⲉ.
ϣⲁⲥⲉⲣ ⲡⲙⲁ ⲛ̀ⲧϭⲓϫ.
ϩⲟⲓ//

Ⲛⲉ ⲙⲉⲛ ϣⲁⲥⲧⲱϭⲛ̀ⲙ//
ⲙⲟⲟⲩ. ⲁⲩⲱ ϣⲁⲥⲃⲱ//
ⲱⲣⲉ ⲙ̀ⲙⲟⲟⲩ ⲉⲃⲟⲗ.
ⲁⲩⲱ ⲛ̀ⲥⲡⲱⲧ ⲛ̀ⲥⲱⲟⲩ.
ⲛ̀ⲥⲛⲟⲩϫⲉ ⲙ̀ⲙⲟⲟⲩ ⲉ//
ⲃⲟⲗ ⲛ́ⲛϩⲟⲩⲛ ⲉⲧⲁⲓ.

Ϩⲉⲛⲕⲟⲟⲩⲉ ⲇⲉ ⲉⲥⲉⲓⲛⲉ
ⲙ̀ⲙⲟⲟⲩ ⲉϩⲟⲩⲛ. ⲁⲩⲱ
ⲉⲥⲛⲁⲣϩⲓⲥⲧⲁⲙⲙⲟⲟⲩ
ϩⲛ ⲟⲩⲛⲟϭ ⲛⲟⲩⲣⲟⲧ.

Ϫⲟⲟⲥ ⲉⲣⲟⲓ (26) ϯⲕⲱ//
ⲣ́ϣ ⲉⲣⲟⲕ. ⲙⲏ ⲙⲉⲣ ⲉⲡ//
ⲕⲩ́ⲣⲝ (27) ⲁϩⲉⲣⲁⲧϥ
ϩⲛ̀ ⲧⲙⲏⲧⲉ ⲙ̀ⲡⲁⲅⲱⲛ
ⲉⲧⲟⲩⲙⲟⲩⲧⲉ ⲉⲣⲟϥ ϫⲉ
ⲟⲗⲩⲙⲡⲉⲓ ⲁⲅⲱⲛ.

Ⲛ́ϥⲧⲁⲗⲉ ⲧⲟⲟⲧϥ ⲉϫⲛ̀
ⲧⲁⲡⲉ ⲙ̀ⲡϣⲟⲉⲓϫ. ⲛ̀ϥ//

ἐμπέπτουσα τὴν ἡμετέραν, καθάπερ χεὶρ, τοὺς μὲν ὠθεῖ (a) καὶ ἐκβάλλει, τοὺς δὲ εἰσάγει καὶ παρίστησιν. Εἰπὲ δέ μοι, παρακαλῶ, ἐν τοῖς ὀλυμπιακοῖς ἀγῶσιν, οὐχὶ ἕστηκεν ὁ κήρυξ βοῶν μέγα καὶ ὑψηλὸν, εἴ τις (b) τοῦτον κατηγορεῖ, λέγων, μὴ δοῦλός ἐστι; μὴ κλέπτης; μὴ τρόπων πονη-

(a) Ἀνωθεῖ, idem.

(b) Confirmat lectionem textus a Montfauc. editi. Nam cod. Colb. legit μή τις.

Vox enim illa, dum interiores aures invadit, vice fungitur manus: & quosdam quidem expellit, & eiicit, & fugat, & extrudit ab interiori statione: reliquos vero intus ad se adducit, & sistit ingenti cum voluptate.

Dic mihi, obsecro te, nonne praeco stans in medio certaminis, quod Olympicum certamen appellatur, manum tenens super caput athletae voce magna

ⲱⲥϣ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲛ̀ ⲟⲩⲛⲟϭ
ⲛ̀ⲥⲙⲏ ⲉϥϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ ϫⲉ
ⲙⲏ ⲟⲩ ⲛ̀ⲗⲁⲁⲩ ⲉϥⲕⲁ//
ⲧⲟⲓⲕⲟⲣⲉⲓ (28) ⲙ̀ⲡⲁⲓ.
ⲙⲏ ⲟⲩⲣⲉϥϫⲓ ⲟⲩⲉⲡⲉ.
ⲏ ⲛⲁⲛⲟⲩ ⲛⲉϥϩⲃⲏⲟⲩⲉ
ⲁⲛ (29).
Ⲉϣϫⲉ ⲥⲉⲉⲓⲣⲉ ⲛ̀ⲛⲁⲓ ⲛ̀//
ϯⲙⲓⲛⲉ ϩⲛ̀ ⲡⲁⲅⲱⲛ.
Ⲕⲟⲓⲧⲏ (30) ϩⲙ̀ ⲡⲙⲁ
ⲉⲧⲙⲙⲁⲩ. ⲙ̀ⲙⲛ ⲗⲁⲁⲩ
ⲛ̀ϩⲏⲩ ⲛ̀ϩⲏⲧϥ ⲉϥϫⲓ
ⲉϩⲟⲩⲛ ⲉⲧⲉⲯⲩⲭⲏ .
ⲟⲩⲧⲉ
Ⲙⲉⲩⲣⲭⲣⲓⲁⲛ ϩⲛ̀ ⲥⲙⲟⲧ
ⲉⲛⲁⲛⲟⲩⲟⲩ. ⲁⲗⲗⲁ ⲟⲩ//
ϭⲟⲙ ⲙ̀ⲙⲁⲧⲉ ⲧⲉⲧⲟⲩ
ϣⲓⲛⲉ ⲛ̀ⲥⲱⲥ. ⲙⲛ̀ ⲟⲩⲥⲱ//
ⲙⲁ ⲛ̀ϫⲱⲱⲣⲉ.
Ⲉϣϫⲉ ϩⲛ̀ ⲛⲁⲕⲱⲛ (31)
ϭⲉ ⲧⲉⲛⲟⲩⲉⲧϩⲓⲃⲟⲗ.
ϣⲁⲩ ϣⲓⲛⲉ ⲛ̀ⲥⲁⲧⲕⲩⲙ//
ⲛⲁⲥⲓⲁ (32) ⲙ̀ⲡⲥⲱⲙⲁ.

ρῶν; Καίτοι τὰ ἀγωνίσματα ἐκεῖνα (a) οὔτε ψυχῆς ἐστιν. οὔτε (b) τρόπου ἀγαθοῦ, ἀλλὰ ῥώμης καὶ σώματος. Εἰ τοίνυν ἔνθα σωμάτων ἐστὶν ἄσκησις, πολλὴ (c) προαιρέσεως ἐξέτασις γίνεται,

(a) Ἐκείνου, erravit amanuensis deceptus sono particulae proxime sequentis οὐ, cuius loco editio Montfauconii habet οὔτε.

(b) Noster οὐδέ.

(c) Πολλῆς, sic noster ipse.

gna clamat, & dicit: num quis est, qui hunc accusat, an fur sit, an bona, & decora istius opera?

Si haec ita fiunt in certamine, quod etsi eo in loco, nihil habet lucri, quod anima in se percipiat: nec opus ad illud sit conspicuis bonorum operum exemplis; sed unum tantum requiritur robur virium, & corporis fortitudo.

Ⲁⲩⲱ ⲛ̀ⲥⲉϩⲟⲧϩⲉ́ⲧ ⲛ̀-
ⲧⲉⲓϩⲉ ⲧⲏⲣⲥ ⲛ̀ⲥⲁⲧⲉ-
ⲡⲣⲟϩⲁⲓⲣⲉⲥⲓⲥ ⲛ̀ⲛⲉⲧⲁ-
ⲅⲱⲛⲓⲍⲉ.

Ⲡⲟⲥⲱ ⲙⲁⲗⲗⲟⲛ ⲧⲛ̀ⲏ
ⲡⲉⲣ ⲡⲁⲓ ϩⲛ̀ ⲡⲁⲅⲱⲛ
ⲛ̀ⲧⲉⲯⲩⲭⲏ.

Ⲟⲩⲛ̀ⲧⲁⲛⲙ̀ⲙⲁⲩ ϩⲱⲱⲛ
ⲛⲟⲩⲕⲩⲣⲝ. ⲉⲧⲉ ⲡⲟ-
ⲩⲏⲏⲃ ⲡⲉ ⲉϥⲁϩⲉⲣⲁ-
ⲧϥ.

Ⲉϥⲁⲙⲁϩⲧⲉ ⲁⲛ ⲛ̀ⲧⲁ-
ⲡⲉ ⲙ̀ⲡⲟⲩⲁ ⲡⲟⲩⲁ ⲙ̀ⲙⲱ-
ⲧⲛ̀. ⲉϥⲉⲓⲛⲉ ⲙ̀ⲙⲟϥ
ⲉⲧⲙⲏⲧⲉ ⲛ̀ⲑⲉ ⲛ̀ⲛⲏ.

Ⲁⲗⲗⲁ ⲉϥⲁⲙⲁϩⲧⲉ ⲙ̀ⲙ-
ⲱⲧⲛ̀ ⲧⲏⲣⲧⲛ̀ ϩⲓⲟⲩ-
ⲥⲟⲡ. ϩⲓⲧⲛ̀ ⲙ̀ⲙⲉⲉⲩⲉ
ⲉⲧϩⲙ̀ ⲡⲉⲧⲛ̀ ⲥⲁⲛ-
ϩⲟⲩⲛ.

Ⲁⲩⲱ ⲉϣⲁϥⲧⲁϩⲟ ⲁⲛ
ⲉⲣⲁⲧⲟⲩ ⲛ̀ϩⲛ̀ⲕⲁⲧⲟⲓⲅ-
ⲟⲣⲟⲥ ⲛ̀ϣⲙ̀ⲙⲟ. ⲟⲩⲧⲉ

πόσῳ μᾶλλον ἐνταῦθα,
ἔνθα τὸ πᾶν (a) ψυχὴ
ἀθλεῖ; Ἕστηκα τοίνυν καὶ
νῦν (b) ὁ παρ' ἡμῖν, κή-
ρυξ, οὐ τῆς κεφαλῆς ἑκά-
στον κατέχων, καὶ παρά-
γων, ἀλλὰ πάντας ὁμοῦ
τῆς κέφαλῆς τῆς ἔνδον
κατέχων οὐκ ἐφίστησιν ἄλ-
λους αὐτοῖς (c) κατηγό-

(a) Τὸ πᾶν deest.
(b) Καὶ νῦν desunt.
(c) Ἑαυτοῖς, noster.

Si in praesenti certe exteriori certamine, requiruntur exercitationes corporis, & omnes tamen eo modo inquisitiones fiunt in acta voluntaria certantium, quanto magis id fieri debet in certamine animae?

Nos quoque habemus praeconem. Est is sacerdos, qui praesens non apprehendit uniuscuiusque vestrum caput, ut vos, sicut illos in medium adducat, sed vos omnes simul apprehensos tenet per cogitationem mentis interiorem.

Ⲛ̓ϣⲁϥ ⲉⲓⲛⲉ ⲁⲛ ⲛ̀ϩⲛ̀//
ⲙⲛ̀ⲧⲣⲉ ϩⲓⲃⲟⲗ ⲉⲩ//
ⲣⲉⲩⲉⲗⲉⲓϫⲉ ⲙ̀ⲙⲱⲧⲛ̀.
ⲁⲩⲱ
Ⲛⲧⲱⲧⲛ̀ ⲛⲉϥϣⲁϥ ⲧⲣⲉ//
ⲧⲉⲧⲛ̀ ⲕⲁⲧⲟⲓⲅⲟⲣⲉⲓ
ⲙ̀ⲙⲱⲧⲛ̀. ⲁⲩⲱ ⲧⲉ//
ⲧⲛ̀ ϭⲙⲁⲣⲓⲕⲉ ⲉⲣⲱⲧⲛ̀
ⲙⲁⲩⲁⲁⲧ ⲧⲏⲩⲧⲛ̀.
ⲉϥϣⲁϥ//
Ϫⲟⲟⲥ ⲅⲁⲣ ⲁⲛ, ϫⲉ ⲙⲏ
ⲟⲩⲛ̀ⲗⲁⲁⲩ ⲉϥⲕⲁⲧⲟⲓ//
ⲕⲟⲣⲉⲓ (33) ⲙⲡⲁⲓ.
Ⲁⲗⲗⲁ ϫⲉ ⲙⲏ ⲟⲩⲛ̀ ⲟⲩⲟⲛ
ⲛ̀ϩⲏⲧ ⲧⲏⲩⲧⲛ̀ ⲉϥⲕⲁ//
ⲧⲟⲓⲕⲟⲣⲉⲓ ⲙ̀ⲙⲟϥⲟⲩ//
ⲁⲁϥ. ⲁⲩⲱ ⲉϥϭⲛ̀ⲁ//
ⲣⲓⲕⲉ ⲉⲣⲟϥ.
Ⲙⲡⲛⲁⲩ ⲅⲁⲣ ⲛ̀ϣⲁϥϫ//
„ ⲟⲟⲥ. ϫⲉ ϯⲛ̀ⲛⲉⲧⲟ//
„ ⲩⲁⲁⲃ ⲛ̀ⲛⲉⲧⲟⲩⲁ//
„ ⲁⲃ. (34) ⲡⲁⲓ

ρȣς, ἀλλ᾽ αὐτȣ̀ς ἑαυτοῖς. Οὐ γὰρ λέγει, μή τις τȣ́τȣ καἸηγορεῖ; ἀλλὰ τί; εἴ τις ἑαυτȣ̃ κατηγορεῖ; Ὅταν γὰρ (a) εἴπῃ, τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις τȣ̃το λέγει, εἴ τις ȣ̓κ ἔςιν ἅγιος μὴ προσίτω (b): ȣ̓χ ἁπλῶς, φήσιν, ἁμαρ-

(a) Γὰρ deeſt.
(b) Προσιέτω, noſter.

rem. Neque vos ſiſtit coram alienis accuſatoribus, neque coram teſtibus exterioribus, ut vos convincat: ſed vos vobis ipſis, ut voſmetipſos accuſetis, & ut vos ipſos redarguatis.

Non enim dicit: eſtne aliquis qui hunc accuſet? Sed an quis ex vobis eſt, qui ſeipſum ſolus accuſet, ſeſeque redarguat?

Quando namque dicit: SANCTA SANCTIS, hoc eloquitur: Qui non eſt ſan-

Ⲡⲉⲧⲉϥⲧⲁⲟⲩⲟ ⲙ̀ⲙⲟ//
ϥ. ϫⲉ ⲡⲉⲧⲛ̀ ⲟⲩⲡⲉ//
ⲧⲟⲩⲁⲁⲃ ⲁⲛ ⲡⲉ. ⲙ̀ⲡⲣ́
ⲧⲣⲉϥϯ ⲙ̀ⲡⲉϥⲟⲩⲟⲓ
ⲛ̀ϥϫⲓ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲛ̀ ⲛ̀ⲓⲙⲩ//
ⲥⲧⲏⲣⲓⲟⲛ.

Ⲁⲩⲱ ⲉϣⲁϥϫⲟⲟⲥ ⲁⲛ
ⲛ̀ⲧⲉⲓϩⲉ ϩⲁⲡⲗⲱⲥ. ϫⲉ
ⲡⲉⲧⲧ́ⲃⲃⲏⲩ ⲉⲛⲟⲃⲉ ⲙ//
ⲁⲣⲉϥϫⲓ. ⲙ̀ⲡⲥⲁ//

Ϩⲱⲱⲛ ⲅⲁⲣ ⲁⲛ ⲉⲃⲟⲗ
ⲛ̀ⲛⲉⲛ ⲛⲟⲃⲉ (35) ⲙ̀ⲙⲁ//
ⲧⲉ ⲡⲉⲛϣⲁϥⲉⲣ ⲛ̀ⲣⲱ//
ⲙⲉ ⲙ̀ⲡⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ.

Ⲁⲗⲗⲁ ϣⲁⲛⲉⲣⲭⲣⲓⲁ ⲟⲛ
ⲛ̀ⲧϭⲓⲛⲓ (36) ϣⲁⲣⲟⲛ
ⲙ̀ⲡⲉ ⲡⲛ̄ⲁ ⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ.
ⲙⲛ̀ ⲡⲉⲣϩⲱⲃ ⲛ̀ⲛⲉϩⲃⲏ//
ⲩⲉ ⲉⲧⲛⲁⲛⲟⲩⲟⲩ. ⲛ̀ⲧⲛ̀
ⲣ́ⲣⲙ̀ⲙⲁⲟ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ϩⲏ//
ⲧⲟⲩ.

Ⲛ ⲛⲉⲓⲟⲩⲱϣ ⲅⲁⲣ ⲁⲛ
ⲡⲉϫⲁϥ ⲉⲧⲣⲉⲧⲉⲧⲛ̀ ⲡ//

ἡμάτων ἀπαλλαγὴ ποιεῖ
μόνον (a), ἀλλὰ καὶ ἡ
τοῦ πνεύματος παρουσία,
καὶ ὁ τῶν ἀγαθῶν ἔργων
πλοῦτος. οὐ βούλομαι μό-
νον, φησὶ, βορβόρου ἀπηλ-
λάχθαι ὑμᾶς, ἀλλὰ καὶ

(a) Μόνον ποιεῖ, idem.

sanctus, non accedat ad percipienda mysteria. Neque hoc modo simpliciter dicit: Qui est mundus a peccatis, accipiat. Non enim sola absolutio a peccatis facit hominem sanctum, sed opus est etiam, ut veniat ad nos Spiritus Sanctus, & ut bona opera faciamus, & divites ex illis fiamus. Non enim, di-

ⲱⲗ̀ϭ ⲉⲃⲟⲗ (37). ⲛ̀ⲧ-
ⲗⲟⲓϭⲉ ⲙⲁⲧⲁⲁⲥ ⲙ̀ⲡ-
ⲛⲟⲃⲉ.
Ⲁⲗⲗⲁ ϯⲟⲩⲱϣ ⲟⲛ ⲉⲧ-
ⲣⲉⲧⲉⲧⲛ̀ ϣⲱⲡⲉ ⲛ̀ⲗⲁ-
ⲙⲡⲣⲟⲥ. ⲁⲩⲱ ⲉⲧⲉⲧⲛ̀
ⲟⲛ ⲥⲁⲧⲉ ϩⲙ̀ ⲡⲉⲧⲛ̀
ⲥⲁⲛϩⲟⲩⲛ.
Ⲉϣϫⲉ ⲡ̀ⲣⲣⲟ ⲛ̀ⲧⲃⲁ-
ⲃⲩⲗⲱⲛ ⲙ̀ⲡⲉⲓⲟⲩⲟⲉⲓϣ
ⲛ̀ⲧⲉⲣⲉϥⲉⲣϩⲛⲁϥ ⲉⲥ-
ⲱⲧⲡ ⲛⲁϥ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲛ̀
ⲧⲁⲓⲭⲙⲁⲗⲱⲥⲓⲁ ⲛ̀ϩⲉ-
ⲛϣⲏⲣⲉ ϣⲏⲙ.
Ⲁϥϣⲓⲛⲉ ⲛ̀ⲥⲱⲟⲩ ⲉⲛⲁ-
ⲛⲟⲩⲟⲩ ϩⲙ ⲡⲉⲩⲉⲓⲛⲉ.
ⲁⲩⲱ ⲉⲛⲉⲥⲱⲟⲩ ϩⲙ
ⲡⲉⲩϩⲟ.
Ⲡⲟⲥⲱⲙⲁⲗⲗⲟⲛ ⲁⲛⲟⲛ
ⲧⲏⲛⲡⲛ̀ ⲉⲣ ⲡⲁⲓ. ⲛ̀ⲁϩⲉ-
ⲣⲁⲧⲛ̀ ⲉⲧⲉⲧⲣⲁⲡⲏⲍⲁ
ⲙ̀ⲡ̀ⲣⲣⲟ ⲛ̀ⲛⲉⲣⲱⲟⲩ.
Ⲉⲧⲣⲉⲛϣⲱⲡⲉ ⲉⲛⲉⲥⲱⲛ
ϩⲙ ⲡⲥⲁ ⲛ̀ⲛⲉⲛⲯⲩⲭⲏ.

λευκοὺς εἶναι, καὶ ὡραίους· εἰ γὰρ ὁ βαβυλόνιος βασιλεὺς ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας ἐκλεγόμενος τοὺς νεανίσκους, καλοὺς τῷ εἴδει, καὶ ὡραίους τῇ ὄψει, ἐξελέξατο. Πολλῷ μᾶλλον ἡμᾶς παριςαμένους τῇ τραπέζῃ τῇ βασιλικῇ, καλούς τῷ εἴδει εἶναι δεῖ τῷ τῆς ψυχῆς, τὸν κόσμον ἔχοντας χρυσοῦν, τὴν ςολὴν καθαρὸν, τὰ ὑποδήματα βασιλικὰ, τὸ πρόσωπον τῆς ψυχῆς εὔμορφον,

dicit, volo, ut ſitis liberi ab uno luto peccati, ſed volo etiam, ut clari ſitis, & flammei in intimis veſtris.

Si Rex Babylonis quo tempore ſibi eligere ſtatuit ex captivitate pueros, quaeſivit illos, qui pulchri eſſent forma, & decori aſpectu, quanto magis id prae-

ⲁⲩⲱ ⲉⲣⲉ ⲧⲉⲛ ⲯⲩⲭⲏ ϣⲟⲟⲡ ⲉⲛⲉⲥⲱⲥ.
Ⲉⲣⲉ ⲧⲛ ϩⲃⲥⲱ ϣⲟⲟⲡ ⲛⲁⲛ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲛⲟⲩⲛⲟⲩⲃ ⲉⲛⲁⲛⲟⲩϥ (38). ⲁⲩⲱ ⲉϥⲧⲃⲃⲏⲩ.
Ⲉⲣⲉ ⲛⲉ (39) ⲛⲧⲟⲟⲩⲉ ⲉⲓⲣⲉ ⲛⲛⲁⲡⲣⲣⲟ. ⲁⲩⲱ ⲧⲉⲛⲯⲩⲭⲏ ⲉⲛⲉⲥⲉϩⲣⲁⲥ ⲉⲙⲁⲧⲉ (40). ⲉⲥⲃⲟⲩⲃⲟⲩ ϩⲙ ⲡⲟⲩⲟⲉⲓⲛ ⲙⲡⲉⲡⲛⲁ̅ ⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ. ⲁⲩⲱ ⲉⲥⲙⲏⲣ

τὸν κόσμον αὐτῇ περικεῖσθαι (a) τὸν χρυσοῦν, τὴν ζώνην τῆς ἀληθείας.

(a) Περὶ κεῖσθω, idem.

praestare nos decet, qui mensae Regis Regum adstituri sumus, ut simus pulchri venustate animae, & ut speciosa sit & decora anima ipsa nostra, ornati vestimentis ex auro optimo, atque puro, & regiis induti calceamentis, & animae forma valde nitenti, eaque Sancti Spiritus coruscante sanctitatis, fulgore, & circumvincta

ADNO-

ADNOTATIONES.

(1) ⲛ̀ϩⲉ ⲉⲩⲡⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲉⲣⲟⲕ, ad litteram recte etiam latine verteres *invenire* (pro *reconciliare*) *tibi Deum*, quae locutio frequens est in divinis bibliis. Confer integrum locum cum Chrysostomi dictis, ut in quo variat, intelligas.

(2) ⲉⲕⲛⲏⲥⲧⲉⲩⲉ ⲛ̀ϩⲏⲧⲟⲩ. De ieiunio heic agitur XL. dierum τῆς τεσσαρακοστῆς, *quadragesimae* scilicet ante Pascha. Et quidem *de ieiunio* agitur, quod erat non uni tantum monachorum coetui, sed & cunctis christianorum hominum, laicorumque fidelium ordinibus, ex universalis disciplinae praescripto, omnino commune. Nondum certe monastica instituta in Aegypto innotuerant, quum Origenes hom. 10. in Levit. populos christianos alloquens, *habemus*, inquit, (ex versione Rufini), *quadragesimae dies ieiuniis consecratos*. Illiusque etiam meminit magnus Athan. in encyclica ad Episcopos epistola n.4., ubi ait, ἐν ἀυτῇ τῇ ἁγίᾳ τεσσαρακοστῇ περὶ τὸ πάσχα, ὅτε οἱ μὲν ἀδελφοὶ ἐνήστευον. Neque enim *fratrum* nomine monachi tantum, sed οἱ ἀδελφοὶ *fratres* apostolico more intelliguntur quotquot in Christo geniti eiusdem erant fidei cognatione inter se coniuncti. Iidemque sunt, quos in eadem *sancta* τεσσαρακοστῇ *quadragesima* tam ingenti numero sacris synaxibus interfuisse narrat in apol. *ad Constantium*. De quadragesima vero, quae saec. IV. & V. in Aegypto, & in tota Libya servabatur, testatur Sozomenus lib.7. *H. E.* c. 19. eam *fuisse hebdomadarum sex*. *Unde Tutteus* pag. 48. in adnot. ad Catechesim IV. S. Cyrilli Hierosol., *de quadragesimae ieiunio secundum illius ecclesiae morem* differens, haec inter cetera scribit: *certissima res est in Aegypto quadragesimam dies tantum quadraginta, & unum, sabbato sancto numerato, comprehendisse; adeo ut ieiunium* feria secunda *post primam quam numeramus, quadragesimae dominicam, inchoaretur. Fidem huius rei faciunt paschales Theophyli, & successoris eius Cyrilli Alexandrini epistolae*; quibus, ex certa ecclesiae disciplina etiam refellit assertionem Socratis, *dum*

 lib. 5.

lib. 5. cap. 22. *quadrageſimam in Aegypto hebdomadarum ſeptem fuiſſe tradit*. De his XL diebus, quibus tota chriſtiana Aegyptus ieiunabat, Thebaeus interpres loquitur. Ieiunii nomen reticuit in ea, quae e regione eſt, homilia S. Iohan. Chryſoſtomus. At neceſſario ſubaudiri debet. Nuſquam in concionibus ſuis τῆς τεσσαρακοστῆς *quadrageſimae* meminit, aut ἡμέρας τεσσαράκοντας *dies XL.* populis commendavit, quin *ieiunium* eis ſemper coniunctum commemorarit. Hoc ipſum tamquam omnibus omnino fidelibus ſive Graecis, ſive barbaris, ſive magiſtratibus, ſive privatis commune prorſus enunciat, ita ut & Imperatorum τὸ συνειδὸς *conſcientiam* εἰς ὑπηκοΐαν *ad obedientiam* inflexiſſe, ſaec. IV. vertente, palam aperteque Antiochenis depraedicet tom. IV. ſerm. 2. in Geneſim, & alibi. Monachorum, praeſertim vero *Tabenneſiotarum*, ieiunium in quadrageſima, ut ex c. 20. *H. Lauſ.* Palladii aperte colligitur, mire rigidum erat, uti & illud multo fervidius, & ſanctius, quod & a chriſtianis populis in *magna hebdomada* ſervari cupiebat Chryſoſtomus ipſe hom. 30. in cap. XI. Geneſ.

(3) ⲟⲩⲕⲟⲩⲛ ⲉⲕⲥⲱⲃⲉ &c. Praeter unum ⲉⲕⲥⲱⲃⲉ, quod eſt παίζεις, cetera, quae in hac periodo exſtant diverſimode in Homil. Chryſoſt. lecta fuiſſe, ex veteribus codicibus liquet. Nam ἄνθρωπε poſt παίζεις habent editi apud Maurinos. Cod. biblioth. Angel., & latinus Hoffmayſteri εἰπέ μοι. Mutiani ſcholaſtici interpretatio: *Iocaris magis*: quod argumento eſt in Gr. eum legiſſe μᾶλλον. Reliqua in his omnibus Chryſoſtomianae homil. exemplis deſiderantur: nec niſi in Thebaica verſione ea mihi hactenus invenire licuit.

(4) ⲟⲩⲧⲉ ⲛ̀ⲛⲉⲓ̈ϯϩⲟⲧⲉ ⲛⲁⲩ ⲁⲛ ⲉⲧⲛⲓϫⲓ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲓ̈ⲧⲛⲧⲟⲩ ⲙ̀ⲛⲉϩⲟⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲁⲛⲁⲥⲧⲁⲥⲓⲥ. Totum hoc comma additum eſt homiliae Chryſoſtomi ad haec uſque verba *in die Reſurrectionis*. Verum ex hoc ipſo additamento colligitur, ſermonem hunc fuiſſe recitatum in ſacro Thebaeorum conventu intra quadrageſimae dies ante Paſcha. Sed conventus omnium maximus, & celeberrimus in tota ſuperiori Thebaide, is erat, quo ex univerſis coenobiis Thebannenſes monachi ad

ad princeps monasterium, ubi Paschae, seu *dominicae Resurrectionis* solemnitas simul celebrari debebat, convocabantur. Huius instituti auctor fuerat magnus Pachomius, uti ex ipsius vitae actis a Bollando editis liquet, illiusque meminit S. Theodorus Pachomii alumnus, & tertius in regimine Tabennesiotarum successor, in convocatoria epistola *ad omnia monasteria de Pascha*, a S. Hieronymo latine reddita; uti ea legitur in cod. Regul. post epistolas S. Pachomii n. XII.

Digna esset haec epistola, quae tota in hunc locum transfunderetur, sed pauca, quae ad rem nostram facere fortasse poterunt, ex ea proferam. *Omnis ordo fratrum, universaque membra in unum corpus coeant, & suscitent templum Dei.... sed & catechumeni, qui sunt in monasteriis, & exspectant terribilem remissionem peccatorum, & gratiam spiritualis mysterii* (baptismum nempe, & eucharistici *sacramenti* communionem) *audiant per vos, quod flere debeant & lugere antiqua peccata, & praeparare se sanctificationi animarum, & corporum, ut possint sustinere SANGUINEM ET CORPUS DOMINI SALVATORIS, de quo etiam cogitasse terroris est*.

Nec inter monachos deerant classes *poenitentium*, quos Thebannensium disciplina, ubi par esset, a divinorum mysteriorum participatione arceret. Huc enim referri haud temere possunt, quae de domo *metanoeae*, *poenitentiae* scilicet, *Canobi* in suburbio magnae civitatis Alexandriae sub Theophyli patriarchatu erecta, a veteribus recentioribusque scriptoribus mira consensione traduntur. Illius meminit S. Hieron. an. 404. praef. in regulam, sive praecepta monasticae vitae SS. Pachomii, Theodori, & Orsiesii: eoque tamquam in ἀνάπαυσιν τῶν καταφύγων, *refrigerium confugientium*, sese receperat post longam evagationem Athanasius presbyter Alexandrinus, sacerdotio spoliatus, immanique persecutione a Dioscoro Patriarcha annos ferme septem, ubique vexatus, ut idem ipse narrat in libello oblato Patribus act. 3. Conc. Chalcedon. an. 451.; ubi & illud addit, *Metanoeae* (claustrum) *sub tutela fuisse* τῆς εὐαγοῦς μοναστηρίου τῶν ταβεννησιωτῶν, *venerabilis monasterii Tabennesiotarum*; quod a *Metanoea* mille tantum

paſſus diſtabat. Nam cl. Benedictin. Gazaeus in ſcholiis ad Hieronymianam praef. Regul. S. Pachomii locum hunc eumdem facit cum eo, qui *carcer* a S. Ioh. Climaco Gradu V. *Scalae Paradiſi* appellatur. Erat autem *locus*, ut idem Climacus gradu IV. ſcribit p. 66. ἀπὸ σημείου ἑνός τῆς μεγάλης μονῆς, *uno dumtaxat lapide* (ſeu *milliario*) *a magno monaſterio ſeiunctus*, φυλακὴ λεγομένη, *carcer dictus*. *In hoc eos, qui poſt religioſam profeſſionem in* peccatum *prolapſi erant*, (Praeſes) *concludebat*. Sed nec in magno ipſo monaſterio egregia poenitentium exempla, quae Climacus commemorat, deſunt. *Cum frequenter*, ait p.64., *precibus illorum* (monachorum) *intereſſemus animadvertit* ὁ μακάριος ποιμὴν *beatus paſtor*, *quoſdam inter ſe ſermocinari*, *quos ille per totam hebdomadam ante fores* τῆς ἐκκλησίας *templi ſtatuit*, *iuſſitque ab omnibus cum ingredientibus*, *tum egredientibus* μετανοίαν ποιεῖν *veniam petere*; *fuerantque hi*, *quod magis admireris clerici*, *iidemque presbyteri*. De altero item p.65. narrat, quem extra veſtibulum portae monaſterii eiectum, poſt ſeptiduum Praeſes *in fratrum contubernium* ſub ea lege recepit, ut in *claſſem poenitentium tranſiret*. Quam conditionem quum facti *poenitens* libens amplexatus eſſet, iuſſit eum ποιμὴν *Paſtor* ἐν τῇ μονῇ τῇ ἰδίᾳ ζῶσι τῶν ἐπὶ πτώμασι πενθούντων ἐπενεχθῆναι *in monaſterium* aliud, in illud ſcilicet, quod *carcer* dicebatur, & *proprium illorum erat*, *qui peccata ſua plangebant* extrudi. Cetera, quae huc ſpectant, vide apud Tillemontium tom. VII. pag. 501., & Valeſium in c. 19. lib. III. *H.Eccl.* Sozomeni p. 104.

Non omittam articulum 51. Reg. S. Pachomii ex cod. Holſten., quo aditum, & ingreſſum in eccleſia monaſteriorum Tabennenſium dari praeſcribitur exteris quibuſque ſive *clericis*, ſive *monachis*, ſive *ſaecularibus*, immo & *mulieribus* ipſis, ut *ſi voluerint orationis tempore*, *atque COLLECTAE venire ad conventum fratrum* (dummodo *eiuſdem fidei* fuerint) introducantur, & ſuo quiſque in loco collocentur; feminae praeſertim, ne viris mixtae, eiſque proximae conſpiciantur, neve turbent ordinem fratrum officio ſuo fungentium. Cauſſam hinc tene, cur *Artemius* dux, quo die monaſterium Thebaeorum ingreſſus, ut inveſtigaret num ibi S. Athanaſius lateret,

ductus

ductus quidem fuerit a monacho in ecclesiam, sed ibi solus relictus, recedente ductore, oraverit; indicia enim Arianae sectae, cui addictus esset, ediderat.

Haec vel obiter saltem indicasse iuverit, ne quis putet ea, quae in hoc nostro sermone aut hactenus dicta sunt, aut infra dicentur, parum, ac fortasse etiam nihil, convenire potuisse eorum *auditorum* conditioni, qui vel concioni, vel liturgiae celebrationi in Tabennensium monasteriorum ecclesiis intererant. Aderant namque praeter alios fortasse immixtos, eosque ignotos, aut ethnicos, aut profanos homines, cum *cathecumeni*, tum classes etiam poenitentium, quos *sacerdotis* & *diaconi* clamores a divinorum mysteriorum communione arcerent.

(5) ⲚⲈϨⲞⲞⲨ ⲈⲦⲦⲎϢ. *Dies statuti*, intelliguntur heic, ni fallor, dies *liturgici*, qui apud Thebaeos *sabbatum* erant & *dominica*. Chrysostomus pro *statutis diebus* habet, διαπαντὸς, *perpetuo*, ut Montfauconius, vel *semper*, ut Mutianus scholasticus interpretatur.

(6) Quae hoc commate continentur, non exstant in serie orationis Chrysostomi. Similia tamen S. Doctor aliquanto ante, licet non iisdem omnino verbis, tradiderat.

(7) ⲠⲞⲨⲎⲎⲂ Thebaeus, ἱερεὺς, *sacerdos*, legisse videtur. Quae vero in hac tota periodo sequuntur, non habent neque Colbertin., neque Angel. biblioth. cod., neque editi omnes, ut tute vides. At ego suspicor aliquid ex hoc loco hom. Chrysostomi iam olim excidisse. Nam illa loquendi ratio, qua *etiam diaconi* munus *vocandi sanctos* ea solemni formula: *sancta sanctis*: tribui videtur, aperte ostendit, primas saltem in verbis hisce pronunciandis tenuisse *Episcopum*, vel *sacerdotem*, secundas vero (dum ita velis) *diaconum*. Certe quidem Liturgiae SS. Basilii, Chrysostomi, aliaeque omnes, quas refert cl. Habertus in observationibus ad lib. Pontifical. Eccl. Gr. pag. 249. eorum verborum recitationem propriam faciunt Episcopi, vel presbyteri. *Unde*, vir doctissimus subdit, *tractatores bene multi hodierni, qui haec verba diacono adscribunt*, non vero

vero ſacerdoti, *parum conſiderate ſcribunt In Apoſtolicis Conſtit.* (lib. 8. c. 13.) *Epiſcopo tribuuntur ceteri fere SS. PP. ſacerdoti*, ut & *S. Cyrill. Hieroſol.*, *qui etiam verba formulae explicat* 5. Myſtag. Tandemque ad noſtram hanc homiliam pergens, obſervat S. Iohan. Chryſoſtomum *hanc formulam pronunciandi morem* tribuere *&* *diacono*, *&* *ſacerdoti*. Sed Thebaeus noſter eam uni tribuit ſacerdoti. Profecto, ſi quis accurate Chryſoſtomi mentem perpenderit, fateri cogetur, utrumque & *ſacerdotem*, & *diaconum* mirum in modum, ſub horam tradendae communionis, fuiſſe ſollicitos, ne ad *ſancta* accederent, niſi digni, & ut qui indigni eſſent, inde recederent. Sed diverſas omnino verborum formulas adhibuiſſe; adeo ut ſolemnia illa: τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις *ſacerdos*, alia vero diaconus (ut mox videbimus) pronunciaret. Unde ille idem Habertus ſubiungit: *Didiceram vero antea ab eodem admirando Doctore* (hom. 34. ad pop. Antiochen.) *ad hoc diſcrimen* (inter dignos, & indignos) *procurandum*, *utque publici peccatores*, *aut catechumeni vel infideles*, *ſi qui obreperent*, *eliminarentur*, diaconum *eodem ferme tempore* exclamare, *AGNOSCITE VOS INVICEM*.

(8) ⲧⲁ ⲁⲅⲓⲁ ⲧⲏⲥ ⲁⲅⲓⲁⲥ. Uſitata amanuenſis Thebaei corruptio pro τα αγια τοις αγιοις.

(9) ⲡⲇⲓⲁⲕⲟⲛⲟⲥ: Verba, quibus *diaconus*, poſt ſacerdotem, vocare dicitur, *ſanctos*, *&* *immaculatos* ad divina myſteria, nimis generica ſunt, quam quae perſpicue oſtendere queant, eamdem omnino fuiſſe verborum formulam: SANCTA SANCTIS, quam antea pronunciarat ſacerdos. Propriam diaconi formulam habebis ſub adnot. 12.

(10) ⲉϥⲁϣⲕⲁⲕ ⲉⲃⲟⲗ legendum fortaſſe ⲉϥϫⲓϣⲕⲁⲕ ⲉⲃⲟⲗ. Sed ⲁϭⲕⲁⲕ ⲉⲃⲟⲗ legitur etiam in Nan. fragm.

Ibid. ⲛⲉⲧⲟⲛⲁⲧϫⲃⲓⲛ, *eos* ſcilicet, *qui ſunt* ⲁⲧ-ϫⲃⲓⲛ *ſine macula*, & abſque vitio. Levit. IX. v. 2. Κριὸν . . . ἄμωμα Theb. interpretatur ⲟⲩⲟⲓⲗⲉ (ex Hebr. איל) ⲉⲙⲛ ϫⲃⲓⲛ: & ſic rurſus ἀμνὸν ἐνιαύσιον ἄμωμα, ⲟⲩϩⲓⲉⲓⲃ ⲛⲟⲩⲣⲟⲙⲡⲉ ⲉⲙⲛ ϫⲃⲓⲛ ⲛϩⲏⲧϥ: *arietem ſcilicet ſine macula*, *&* *agnum annicu-*

anniculum in quo non est macula. ϫⲃⲓⲛ, *quid proprie significet*, pluribus in locis quaerit cl. Mingarellius. Ne diutius quaerat. Iam ipse dixit, dum vertit p. 294. in fragm. XI: *nec ulla est in eo* (in caelo scilicet) *macula*. Ibi enim S. Ioh. Chrysost. *caelos* ἀκηλίδωτος, Theb. ⲁⲧϫⲃⲓⲛ appellavit. Sed unde ϫⲃⲓⲛ? ex ιαβι, uti coniicio, quod ut ἀρρωστίαν, μαλακίαν ἀσθένειαν, sic & vitium, *maculam*, aliudve simile labis, & contaminationis genus significare potest. Theb. ⲉⲓⲁⲁⲃⲉ Iob c.II. v.5. *iaabe* dicitur ἰχῶρ *sanies*, *tabum*. *Iabi* vero pronunciatum per ϫ, quasi per *ja* gallicum, idem est ac ϫⲃⲓ, unde ϫⲃⲓⲛ. Quod quidem difficulter intelliges, si ϫ cum Iablonskio efferas per *Dsi*.

(11) ⲛ̀ⲧϣⲁⲓⲣⲉ: quod ἡ ποίμνη *grex* est apud S.Ioh. Chrys., ϣⲁⲓⲣⲉ redditur a Thebaeo, idem nempe ac ϣⲁⲓⲣⲓ Memphiticum, graece κοίτη, idest *cubile*, quod, uti credo, Pallad. *Hist. L.* cap. 22. στάσιν τῶν προβάτων, *stationem ovium*, dixit. Isaiae c. XVII. v. 2. κοίτην ποιμνίων, Borgianum Thebaeorum fragmentum vetustissimum vertit ⲉⲩϣⲁⲓⲣⲉ ⲛⲉⲥⲟⲟⲩ, *cubile ovium*.

Ibid. ⲉϥϣⲁⲕϭ́ⲛ apud La-Crozium in Sylloge vocum Sahidicarum *ponere*, & *collocare* significet. Hinc ⲉⲩϣⲁⲛϭ́ⲛ in fragm. V. Naniano a cl. Mingarellio pag. C. edito, erratum esse suspicor; ut mirum non sit, si verbum hoc visum ei est nonnihil obscuri habere. Idem dicito de ⲉϥϣⲁⲛϭ́ⲛ, quod mox repetitur ad pag. CII. Utramque, ni egomet vehementer fallor, legi debet ⲉⲩϣⲁⲕϭ́ⲛ.

(12) ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲇⲓⲁⲕⲟⲛⲟⲥ ⲱϣ ⲉⲃⲟⲗ ϫⲉ &c. En propria formula, qua diaconus alte clamans sanctos ad eucharisticam mensam vocasse traditur. Verba diaconi in l. 2. Constit. Apostolicar. c.54., & l. 5. c.12. erant haec: *Ne quis ex catechumenis*, *ne quis ex audientibus*, *ne quis ex infidelibus*, *ne quis ex heterodoxis*; *qui priorem precationem fecistis exite*, *matres assumi-*

aſſumite pueros , *ne quis contra aliquem* , *ne quis in hypocriſi.* In Liturgia Graeco-Alexand. S. Marci iſta : *Videte*, *ne quis catechumenorum*, & cetera, quae ſubindicantur. Sed vide quae Renaud. obſervat ad *formam abſolutionis ante communionem*, tom. I. *Lit. Or.* p. 262. *Ex quo*, inquit, *antiqua poenitendi lex immutata eſt in eam formam*, *quae in eccleſia Graeca ſervabatur Chryſoſtomi tempore*, *ſupererat adhuc in ſynaxibus poenitentium ſtatio*, *atque illi poſt ſacrarum ſcripturarum lectionem*, *antequam canon inciperet*, *dimittebantur* (quemadmodum ex diaconicis mox relatis audivimus) *facta ſuper eos oratione*. Alii vero erant, qui poſt *abſolutionem* , & *ante communionem* expellebantur. *Illi*, ſcilicet, *qui iure communicandi exciderant*, *non modo qui publica*, *ſed qui etiam ſecreto poenitentiam agebant*, *aut illi tandem qui letalis alicuius peccati culpa tenebantur* . *Iſti quamvis non minus quam ſecreto poenitentes*, *& ſub canone*, *ſive* ἐπιτιμίῳ *conſtituti ſtarent in eccleſia*, *cum integris chriſtianis*, *arcebantur tamen ſatis per* obnunciationes diaconorum *petitas ex antiquiſſima diſciplina* : *NE QUIS IMPURUS*, *NE QUIS in hypocriſi*. Quod fieri non potuiſſet, niſi eaedem ipſae obnunciationes fuiſſent a diaconis repetitae. Diverſa tamen ab aliis eſt *obnunciatio*, qua diaconus Thebaeus indignos a communione arcebat; ut nemo mirari debeat, ſi nullam de ea mentionem fecerit Gr. textus hom. Chryſoſtomi.

Ibid. ⲧⲟⲗⲟⲙⲁ, pro ⲧⲟⲗⲙⲁ.

Ibid. ⲧⲣⲁⲡⲏⲍⲁ, per frequentem illam commutationem τȣ̃ ⲉ in ⲏ, ex ⲧⲣⲁⲡⲉⲍⲁ.

(13) ⲉⲣⲉ ⲡⲟⲩⲏⲏⲃ ϩⲱⲱϥ ⲧⲟϩⲙ ⲉϥϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ : ϫⲉ ⲧⲁ ⲁⲅⲓⲁ &c. Heic iterum enunciatur a *Pontifice*, ſeu a ſacerdote ſolemnis illa formula, quae in Gr. hom. Chryſoſt. ne ſemel quidem hactenus expreſſa eſt.

(14) ⲉⲡⲉⲓⲇⲏ ⲅⲁⲣ ⲙ̀ⲙⲛ̄ⲗⲁⲁⲩ ⲥⲟⲟⲩⲛ ⲛ̀ⲛⲁⲡⲣⲱ//ⲙⲉ &c. Hunc locum Apoſtoli ex. 1. Cor. II. 11. paulio aliter quam Chryſoſtom. Memphit. verſio & Graec. vulg. Thaebaeus noſter enunciat. Sequi enim videtur Athanaſium, qui ep. ad Serapionem

rapionem tom.II. p.691. ſic Paulli teſtimonium effert: ὐδεὶς οἶδε τὰ τῦ ἀνθρώπυ, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τῦ ἀνθρώπυ τὸ κατοικῦν ἐν αὐτῷ.

(15) ⲛ̄ⲧⲉϥⲙⲁⲓⲣⲉ, *cubile* denuo vertimus, quod eſt ποίμνη Chryſoſt. Ne vero *cubilis* nomen abſurdum heic iterum videatur, adiſis Coteler. in *V.S. Syncleticae* n.8. ubi *cubile* & ipſe dixit *eccleſiam*, de qua ſub typo *gregis* Chryſoſt. ipſe loquitur.

(16) ⲣⲓ: Hac voce *cellam eremiticam* ſignificari ex Kirchero, & Lacrozio adnotat cl. Mingarellius. Nos ad ſimilis cellae exemplum *ſolitariam ſtationem*, in quam morbidae oves a ſanis ſegregatae coniiciantur, intelligi poſſe exiſtimavimus. Sed & *clauſum* haud temere expoſueris. Inquit enim Chryſoſtomus: τὰ μὲν νοσερὰ ἔνδον ἀποκλείομεν, καὶ ἐν σκότῳ κατέχομεν, *morbidas quidem intus includimus*, *&* *in tenebris detinemus*. Quibus verbis *carcerem* propemodum S. Doctor deſcripſiſſe videtur. Mirum proinde non eſſet, ſi quis ⲣⲓ hoc in loco *carcerem* intelligeret; atque ita putaret Thebaeum interpretem, dum haec verteret prae oculis habuiſſe φυλακὴν *carcerem* nempe aut poenitentium monachorum *Cenobi*, de qua Climacus gr. IV. *Scalae Parad.*, aut alterius cuiuſpiam Thebaici monaſterii.

(17) ⲥⲩⲛⲭⲱⲣⲉⲓ. Si interpres ita ſcripſit, habebat ante oculos συγχωρόντων S. Ioh. Chryſoſtomi, ne erraret. Sed & ipſe fortaſſe, ac multo magis librarius, pronunciationis morem ſequuti συνχωρει ſcripſerunt. Huius vero *orthographiae* exempla non modo ex mss., verum etiam ex marmoribus ipſis plura dabit vir cum generis nobilitate, tum ſplendidae eruditionis copia ſpectatiſſimus *Octavius Falconerius* in notis *ad Inſcriptiones Athleticas*.

(18) ϣⲁϩⲣⲁⲓ ⲉⲟⲩⲃⲟⲧⲁⲛⲏ ⲛⲟⲩⲱⲧ ⲉⲧⲟⲩⲉⲧⲟⲩⲱⲧ &c. Verbis quidem paullo fuſioribus, ſed eodem plane ſenſu, reddidit Thebaeus mentem Chryſoſtomi, qui ſimpliciter dixerat, ὔτε πόας εἰλικρινὺς μεταλαβεῖν: *neque ut herba veſcantur ſincera*: ſive ut vertit Mutianus: *neque ex paſcuis puris* *ſumere* permittimus.

(19) ⲟⲣⲡⲟⲩ; mutato ⲃ in ⲡ, idem ac Graecum ὀροβεῖ, quod eſt θορυβεῖ apud Heſych. *tumultuari*, *obſtrepere*, & ſimilia: unde

unde ὄτοβος ἅλιμος, *strepitus marinus*; de quibus vid. Albertum in observatione addita ad Hesychianum ὀτοβεῖ. Hac enim simplici voce voluisse Thebaeum nostrum exprimere quicquid Chrysostomus de magno strepitu, & valde terribili clamore vociferantis sacerdotis tradiderat, suspicabar quo tempore istam ipsam interpretationem, tamquam omnium, quae in mentem mihi venerant, aptiorem, typis edendam obtuli. Nunc in fragmento Borgiano *Ezechielis* ad cap. V. vers. 2. obviam mihi fieri video ipsissimum Thebaicum ⲱⲧⲡ ⲉϩⲟⲩⲛ, ubi legitur ⲙ̀ⲡⲕ ⲱⲧⲡ ⲉϩⲟⲩⲛ *obsidionis* (*tuae*), iuxta Gr. τῶν ὁ, τȣ̃ συγκλεισμȣ, ut & in vulgata nostra *obsidionis* ad normam Hebraici textus; quamquam in editione *Aureliae Allobrogum* an. 1619. Latina versio *Xantis Pagnini*, operarum vitio, *mendose* habeat *oblivionis*. Ex his ego intelligo, ⲱⲧⲡ (vel ⲟⲧⲡ) ⲉϩⲟⲩⲛ idem esse ac *obsidere*, *concludere*, *circumstringere*, & alia huiusmodi. Prioris ergo interpretationis loco hanc tene: *Ita vox sacerdotis, circumeuntis, circumque claudentis, perinde est ac si &c.*

(20) Adfert interpres noster ex versione Thebaica integrum Apostoli Paulli testimonium ex 1. ad Cor. c. XI. vv. 27. & 29., quod S. Ioh. Chrysostomus, tacitis verbis, nude tantummodo indicarat. Nescio ego quidem, an in quibusdam fortasse ipsius Thebaicae versionis exemplaribus ex vers. 29., exciderit illud ⲉⲛ'ϥ'ⲙⲡϣⲁ ⲁⲛ, quod & in Graeco, & in vers. Memphitica ἀναξίως, ϧⲉⲛ ⲟⲩⲙⲉⲧⲁⲧ'ⲙⲡϣⲁ, *indigne*, eodem prorsus modo, quo in v. 27. positum fuerat, expresse repetitur. Nam in fragmento eiusdem Paullinae epistolae vetustissimo sic versiculus iste 29. exprimitur: ⲡⲉⲧⲟⲩⲱⲙ̀ ⲅⲁⲣ ⲁⲩⲱ ⲉⲧⲥⲱ ⲉϥⲟⲩⲱⲙ ⲁⲩⲱ ⲉϥⲥⲱ ⲛⲁϥ ⲛ̀ⲟⲩⲕⲣⲓⲙⲁ. *Qui enim manducat & bibit*, (omisso *indigne*,) *manducat & bibit sibi iudicium*. Num ex *antigrapho* huius simili Thebaeus interpres verba v. 29. laudarit, decerni non potest. Sic enim secundam istius 29. versiculi partem ⲉϥⲟⲩⲱⲙ̀ ⲁⲩⲱ ⲉϥⲥⲱ ⲉⲩⲕⲣⲓⲙⲁ recitat, ut eam non cum proxime antecedentibus

ⲡⲉⲧⲟ//

ⲡⲉⲧⲟⲩⲟⲙ ⲅⲁⲣ ⲁⲩⲱ ⲉⲧⲥⲱ, sed cum superioribus v. 27. *Quicumque manducaverit panem hunc, & biberit calicem Domini* ⲛ̓ϥⲙⲙⲡϣⲁ ⲁⲛ, *indigne*, coniungat: adeout *eum* dicat, qui reus sit corporis, & sanguinis Domini, iudicium quoque sibi bibere, & manducare.

(21) ⲙⲓ (pro ⲙⲏ) ⲛⲟⲓ ⲛ̀ⲱϣ: *non cogitavi legere*: respondet lectioni a Maurinis in Graeco textu Chrysostomi editae, ἐκ ἀνέγνων, *non legi*, ubi Colbert. habet, ἐκ ἔγνων, *non novi*.

(22) ⲛ̀ⲥϭⲣⲉϩ́ⲧ, ἡσυχία, *silentium*, *quies*, apud Chrysostomum. Litem locus iste dirimit, quam cl. Mingarell. Tukio nostro de huius vocis interpretatione movet fragm. VII. p. 174. & 175., ubi inter cetera haec scribit: *vox ipsa* ⲥ̀ϭⲣⲉϩⲧ, seu ⲥϭⲣⲁϩ́ⲧ (*Memphitice* ⲥϫⲣⲉϩⲧ) *non recte ut puto*, *ibi a Tukio vertitur*, concussio, *sed vertendum e contrario est* quies, tranquillitas, qualem *tenui aura validum post ventum flante oriri potius*, *quam* concussionem, *credibile est*. Haec meus Mingarellius docte prorsus & accurate. Sed non ob id reprehendendus est Tukius, quod *non recte* verterit vocabulum ⲥϭⲣⲉϩ́ⲧ. Neque enim vitio ei tribui debet ante dictae vocis versio, sed una tantum illius versionis omissio. Nam p. 288., non vero 488. quam laudat Mingarell. ex *Rudiment. linguae Copt. & Aegypt.*, praetermisit illustris auctor Tukius interpretari tum Thebaica ⲙ̀ⲛ ⲟⲩⲛⲟⲥ ⲛ̀ⲥϭⲣⲉϩ́ⲧ, tum Memphitica ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲛⲓϣϯ ⲛ̀ⲥϫⲣⲉϩ́ⲧ. Ille etenim sola Arabica, quae sequuntur, latine vertere cogitavit. Haec autem Arabica, me quidem, rudi licet, interprete, sic plane sonant: *Et post spiritum*, (seu *ventum*,) *fuit concussio*, *& post concussionem ignis*, *& non in concussione*, & igne *Dominus*; *& post ignem vox sermonis tenuis*, *& Dominus illic*. Hactenus Arabicae versionis textus, in quo nihil est, quod respondeat Aegyptiacis illis vocibus, ⲟⲩⲛⲟϭ ⲛ̀ⲥϭⲣⲉϩⲧ, vel ⲟⲩⲛⲓϣϯ ⲛ̀ⲥϫⲣⲉϩⲧ.

 Sed

Sed quoniam poſt illa verba فان الرب هناك , *& Dominus illic* , ab Arabe grammatico , quo utebatur Tukius , additum eſt (inter uncos tamen , وزلزلة عظيمة) *& concuſſio magna* , haec additio extra ordinem poſita , (quae vel ſimplex *gloſſa* eſt , vel merum indicium alicuius omiſſionis in ſuperioribus , ubi de زلزلة agebatur , ſupplendae) in ſedem non ſuam irrepſit ante poſtrema illa verba : *& Dominus illic* ; ſicque locum in Latina verſione tenere videtur Aegyptiacarum vocum τῶν ⲟⲩⲛⲟϭ ⲛ̀ⲥϭⲣⲉϩⲧ ; quod falſum omnino eſt.

At unde hic error , a Tukio ne , iam ſene , & oculorum hebetudine laborante , an a typotheta ? Ego quidem tibi dicere nequeo . Sed certe Tukius , licet in utraque & Arabica & Aegyptiaca lingua longe peritiſſimus , binas haſce voces ſive Thebaicas ⲟⲩⲛⲟϭ ⲛ̀ϭⲣⲉϩⲧ , ſive Memphiticas ⲛⲓϣϯ ⲛ̀ⲥϫⲣⲉϩⲧ Latinas facere praetermiſit.

Neque eas unum eſſe putarim ex *conſuetis additamentis* ab Aegyptiarum verſionum auctoribus ſcripturae ſanctae aſſutum , ſed purum putumque marginale *gloſſema* librariorum licentia , in ſacri textus ſeriem inductum ; unde nec in Arabica interpretatione , quam Tukius adfert , reperitur expreſſum . Nihilque praeterea eſt , cur eruditiſſimus Mingarellius verba illa : *& concuſſio magna* , tamquam vitia Aegyptiacarum additionum caſtigare velit . Haec enim , ut vidimus , non modo non ſpectant ad Aegyptiacum , ſed ne ad ipſum quidem Arabicum textum ; quum non alium, quam ſimplicis *notae* locum in margine exteriori tenere potuerint . De reliquis, quod vir ſummus addit, ea : *& Dominus ibi*, addititia eſſe , quippe quae *nec in Graeca interpretatione* exſtent ; id equidem , ſi de editis Gr. verſ. codicibus ſermo ſit , volens & ego libenſque conceſſerim ; non ita , ſi ſermo fiat de mſs. quibuſdam exemplaribus Waltono compertis . Is enim inter ceteras variantes lectiones Graeci textus hanc etiam edidit , λεπτῆς , κἀκεῖ κύριος , *& ibi Dominus* .

De

De orthographia ⲛⲥϭⲣⲉϩⲧ, & ⲛⲥϭⲣⲁϩⲧ parum sollicititi esse debemus, qui iam novimus, quam frequenter soleant Thebaei, & Memphitae ⲉ in ⲁ commutare.

(23) ⲉϥⲛⲟⲩϫⲉ ∴ ⲉⲃⲟⲗ respondet Graeco S. Iohan. Chrysostomi ἐκβάλλει, *reiicit*, *expellit*; ut ⲛⲟⲩϫⲉ simplex τῷ βάλλειν, *iacere*, *mittere*, *immittere*. Unde Iob. XVI. v.13. ⲉⲩⲛⲟⲩϫⲉ, βαλλοντες. Et Iohan. XVIII. 11. ⲛⲟⲩϫⲉ, βαλε. Itemque ⲁⲕⲛⲟⲩϫ-ⲧ, ἔρριψέ με, Iob XVI. 11. *proiecisti me*.

(24) ⲉϥϩⲣⲁⲁⲛ: legendum ⲉϥϩⲣⲟⲟⲩ, *voce*, scilicet, seu *vociferatione*, aut *clamore* utens. In quo vero differat a Chrysostomi oratione interpretatio Thebaica, ex utriusque collatione patebit.

(25) ⲁϥⲃⲱⲱⲣⲉ ⲙ̀ⲙⲟⲟⲩ ⲉⲃⲟⲗ: & paullo post iterum ϣⲁϥⲃⲱⲱⲣⲉ ∴ ⲉⲃⲟⲗ. Plura in hanc vocem commentatus est Mingarellius ad fragmentum VI. Nanianum pag. CXLII. adnot. 14., ubi legitur ϩⲉⲙⲙⲟⲩ ⲉⲩⲃⲟⲟⲣⲉ ⲉⲃⲟⲗ per geminum ο μικρὸν, quod in hoc nostro fragmento per duplex ω μέγα effertur ex summa illa Thebaeorum licentia, qua passim unum in alterum elementum commutant. Heic vero ⲃⲱⲱⲣⲉ ⲉⲃⲟⲗ idem est ac ἐκβάλλει *emittere*, *proiicere*, *eiicere*, & similia.

(26) ϯⲕⲱⲣ́ϣ. In 1. ad Thessal. c.2. v.5., ubi Thebaica versio habet ϩ́ⲛⲟⲩϣⲁϫⲉ ⲛⲕⲱⲣ́ϣ, nomen hoc ⲕⲱⲣ́ϣ Graeco κολακίας, & Memphitico ⲥⲟⲛⲥⲉⲛ respondet. ⲥⲟⲛⲥⲉⲛ vero uti apud Memphitas *blanditiem*, & *adulationem*, sic & apud Thebaeos ⲥⲟⲛⲥ́ⲛ *precari*, & *orare* significat; quemadmodum in adnot. ad act. S. Coluthi ostendimus. Itaque ϯⲕⲱⲣ́ϣ idem erit ac Graecum S. Iohan. Chrisost. παρακαλῶ, *oro*, *rogo*.

(27) ⲕⲩⲣ́ⲝ. Κήρυξ scriberet Graecus. Sed Thebaeus ⲏ, ut alias saepe, vertit in υ, & per lineolam inter ⲣ & ⲝ super-

ſuperne ductam monuit ſupplendam vocalem, quae ſonum redderet parem τῶ, υ, vel ⲏ.

(28) ⲕⲁⲧⲟⲓⲕⲟⲣⲉⲓ. Ecce heic etiam ⲟⲓ pro ⲏ, & ⲕ pro ⲅ. Et quamquam in iis, quae ſequuntur ⲕⲁⲧⲟⲓⲅⲟⲣⲟⲥ, & ⲕⲁⲧⲟⲓⲅⲟⲣⲉⲓ per ⲅ, legatur, ubique tamen ⲟⲓ retinetur.

(29) ⲛⲉϥϩⲃⲏⲟⲩⲉ: ϩⲃⲏⲟⲩⲓ plurale eſt in Memphit. dialecto: ϩⲃⲏⲟⲩⲉ, *opera*, in hac Thebaica lectione, quae ultimam tantum ⲓ in ⲉ convertit. Sed alibi ϩⲃⲏⲩⲉ frequentiſſime ſcribitur. An igitur ϩⲃⲏⲟⲩⲉ in mendo cubat? Affirmare non audeo. Utramque enim lectionem in variis, multiſque fragmentis *indifferenter* uſurpari video.

(30) ⲕⲟⲓⲧⲏ: tranſmutatis diphthongo ⲟⲓ in ⲁⲓ, & ⲏ in ⲟⲓ, idem eſt ac illud Chryſoſtomi καιτοι, quod *atqui* Montfauconius, *quamvis* interpretatur Mutianus, *cum tamen* legitur apud Hoffmayſterum. At vero nuſquam alibi in variis Thebaeorum codd. fragmentis ⲕⲟⲓⲧⲏ pro ⲕⲁⲓⲧⲟⲓ me legiſſe memini. An igitur mendum erit? Eſto. Sed non interpretis. Neque enim mihi perſuadere poſſum eruditum Thebaeum, qui Graeca Chryſoſtomi interpretabatur, dum ante oculos habebat καιτοι, ſcribere voluiſſe ⲕⲟⲓⲧⲏ. Aut ergo ⲕⲟⲓⲧⲏ norat apud ſuos idem valere ac καιτοι, aut error non illius fuit, ſed amanuenſis, qui ſive nimia illa diphthongorum, elementorumque commutandorum licentia, ſive etiam barbarae pronunciationis vitio abreptus ⲕⲟⲓⲧⲏ pro ⲕⲁⲓⲧⲟⲓ ſcripſit. In alia equidem Chryſoſtomi homilia a me inter Borgiana fragmenta nuper comperta, immo & in XI. fragm. Naniano καίτοι rectiſſime ſcriptum legi.

(31) ⲛ̀ⲁⲕⲱⲛ. Aſt in ſuperioribus & in ſequentibus recte ſcribitur ⲛ̀ⲁⲅⲱⲛ: ⲛ̀ⲛⲉⲧⲁⲅⲱⲛⲓⲍⲉ.

(32) ⲛ̀ⲥⲁϯ ⲕⲩⲙⲛⲁⲥⲓⲁ pro ⲛⲥⲁϯ ⲅⲩⲙⲛⲁⲥⲓⲁ.

(33) Heic

(33) Heic etiam bis redit ⲕⲁⲧⲟⲓⲕⲟⲣⲉⲓ. De quo vide adnot. 28.

(34) „ϯⲛ̀ⲛⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ ⲛ̀ⲛⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ: *Dantur sancta sanctis*. Tertium, scilicet Thebaeus solemnem illam formulam profert *sancta sanctis*. At vero Chrysost. τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις, semel tantum, atque hoc uno in loco, & non ante, exprimit. Legebatur olim in S. Doctoris homilia ad populum Antiochenum, & hom. 7. ep. ad Hebr. τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, *sancta sanctorum*: sicque etiam legitur in illius sermone tum apud Hoffmayster., tum etiam apud doctiss. virum Petrum Fabrum lib. III. *Agonisticon* p. mihi 527. Eademque verba in nonnullis quoque *Liturgicis* Syrorum codicibus se reperisse testatur Renaudotius. Sed quod ad hanc Chrysostomi homiliam attinet, Faber ipse de inducta illa lectione ait, *mallem scriptum, ut in plerisque veterum Liturgiis*, sancta sanctis, τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις, *sicut etiam* (ad marginem addit) *legit Claudius de Sainctes in Collectaneis de Euchar. ad Liturgias S. Chrysostomi cap.* 24., *& ita apud ipsum Chrysostomum legitur in d. hom.* 17. (quae isthaec nostra est) *epist. ad Hebr.* Unde intelligas velim erratum esse typographi in priori illa ad p. 526. apud Fabrum citatione, ubi homilia 7. pro 17. in epistolam ad Hebr. laudatur; praesertim quum hom. illa VII. nihil habeat, quod ad τὰ ἅγια τῶν ἁγίων pertinere queat. Interea vero genuinam huius loci lectionem, quae est τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις, *sancta sanctis*, Thebaeus noster mire confirmat.

(35) ⲙ̀ⲙⲁⲧⲉ: *solum*. Vid. adnotationes nostras in hanc vocem ad v. 16. cap. VIII. Evangel. S. Iohan. pag. 290.

(36) ⲛ̀ⲧⲟϭⲓⲛⲓ pro ⲛ̀ⲧⲟϭⲓⲛⲉⲓ.

(37) ⲉⲧⲣⲉⲧⲉⲧⲛ̀ ⲡⲟⲗ̀ϣ ⲉⲃⲟⲗ, *ut sitis absoluti*, *sive liberi*. Huius verbi originem repetendam existimo aut a Graeco ἀπολύσαι elisa diphthongo αι per *apostrophum*, & praemisso ⲉⲃⲟⲗ tamquam *alpha* privativo, ut sit quasi ἀπολυς', aut ab ἀπόλυτος mutato ⲧ in ϣ, & elisa similiter terminatione *os*; nam certe ab ἀπολύω, *solvo*, seu *libero* ⲡⲟⲗ̀ϣ ⲉⲃⲟⲗ deductum videtur; ni magis, pari ferme ratione

tione ortum velis ab ἀπολούω, *abluo*. Neutrum certe longe admodum distat ab ἀπαλλαχθῆναι Chrysostomi.

(38) ⲟⲩⲛⲟⲩⲃ : ⲛⲟⲩⲃ : ⲡⲛⲟⲩⲃ : ⲡⲓⲛⲟⲩⲃ Theb. & Memphit. in Borgianis pluribus, Nanianisque fragmentis *aurum*. De hoc nomine Mingarellius disserens pag. CCLXXIV. adnot. 3. in fragm. Nanian. X. fascic. II. *Miror*, inquit, *virum perdoctum* Renaudotium pag. CXXII. *scribere* ϫⲛⲟⲩⲃ, *aurum* adhuc Coptice significat. *Aurum enim Aegyptii non* ϫⲛⲟⲩⲃ *vocant*, *sed* ⲛⲟⲩⲃ. *Quod vero spectat ad* ϫⲛⲟⲩⲃⲓ, *quod unum est ex ridiculis Basilidianorum vocabulis*, *ab eodem p.*CXVIII. *memoratum*, *equidem illud iis relinquendum puto quos oblectant nugae*. Haec ille. At ego toti huic viri licet gravissimi iudicio non statim subscribendum esse putarim. De *Renaudotio* enim scribens Maurinus *Tutteeus* praefat. in *Catech.* S. Cyril. Hierosol. n. IV. eum esse edicit, *qui cum in omni eruditione*, *perpaucos*, *neminem in hoc genere*, in Orientalium nempe rerum, linguarumque peritia, *conferas*. Quid vero, si ϫⲛⲟⲩⲃ, aut etiam ϫⲛⲟⲩⲃⲓ Basilidianorum, quatenus grammaticum, idem omnino nomen sit, idemque prorsus sonet ac ⲟⲩⲛⲟⲩⲃ, ⲡⲛⲟⲩⲃ, ⲡⲓⲛⲟⲩⲃⲓ? Iablonskius profecto in Pantheo Aegypt. lib. I. c. IV. se observasse dicit in Coptorum libris *litteram* ϫ *saepius vicem articuli praepositivi sustinere*: unde ϫⲛⲟⲩϥⲓ, inquit, & ⲡⲓⲛⲟⲩϥⲓ *idem significat*. Et re quidem vera in divinae Liturgiae Trisagio, uti illud exhibent Missale & Euchologium Copticum, utrumque a Mingarellio nostro persaepe laudatum, articulus iste aperte in hunc modum exprimitur ϫⲟⲩⲁⲃ, ϫⲟⲩⲁⲃ, ϫⲟⲩⲁⲃ: *sanctus*, *sanctus*, *sanctus*: in alio vero Borgiani Musei fragmento (quod, etsi Liturgicum, & Thebaicum, quia tamen Dioscoriani schismatis suspicione non caret, non in hunc, sed in sequiorem locum reiiciendum statuimus) eodem modo, verso ϫ in ⲕ, ter repetitur ⲕⲟⲩⲁⲁⲃ, ⲕⲟⲩⲁⲁⲃ, ⲕⲟⲩⲁⲁⲃ. Ubi autem ϫⲛⲟⲩⲃⲓ Basilidianorum nihil ad *haereticas* eorum fabulas cognoscendas, atque exsecrandas pertinere posse credatur,

datur, concedam & ego, ut quemadmodum Valentinianorum *aeonas*, ſic & *idolum* iſtud phantaſticum inter deridiculas inſanientium fabulonum nugas perpetuo, quiſquis velit, amandet.

(39) ⲉⲥⲃⲟⲩⲃⲟⲩ: ⲃⲟⲩⲃⲟⲩ, *fulgere*, *emicare*, *rutilare*, & *coruſcare* deſignat; ut iam alibi in ſuperioribus adnotavimus. Sed ibi ⲃⲟⲩⲃⲟⲩⲛ poſitum fuiſſe memini, quod ⲃⲟⲩⲃⲟⲩ imprimi debuerat.

(40) ⲟⲩⲟⲡ. Egimus de huius nominis ſignificatione adnot.I. in orat. Dominicam. Sed addere modo praeſtat ex cap.2. v.4. ep.S.Paulli ad Theſſal.II. ⲟⲩⲟⲡ reſpondere Graeco τὸ, σέβασμα, quod in Vulgata noſtra eſt: *id quod colitur*: duo nimirum ſimul deſignans & *Dei maieſtatem*, quae colitur, & *religionis officium*, quo colitur; adeout, hac data occaſione, intelligam, in prima illa petitione, Deum orari, ut ſuprema illius nominis maieſtas divinis, uti decet, honoribus ſemper colatur. Heic vero ⲟⲩⲟⲡ ſupercaeleſte ſanctificationis donum a Spiritu Sancto infuſum praeclariſſime denotari ſentio.

ΠΑΡΕΡΓΟΝ.

Nunc tandem, id quod antea numquam fueram ſuſpicatus, mihi licuit deprehendere noſtrum hocce Thebaicum Chryſoſtomianae homiliae fragmentum nativam prorſus, maximamque propinquitatem habere cum fragm. inter Naniana XI. ab Abbate eodemque ſcriptore celeberrimo Aloyſio Mingarellio p.CCLXXXII. & ſeqq. edito. Deſinit Nanianum iſtud pag. CCXCIX. in haec verba: ⲉⲡⲉⲓⲇⲏ ϭⲉ ⲁⲓⲉⲣⲡⲙⲉⲉⲩⲉ ⲛ̀ϯⲑⲩⲥⲓⲁ. ϯⲟⲩⲱϣ ⲉⲧⲁⲟⲩⲉ ϩⲉⲛⲕⲟⲩⲓ ⲉⲣⲱⲧ́ⲛ ⲉⲧⲃⲏⲏⲧ́ⲥ ⲛ̀ⲧⲱⲧⲛ̀ ⲛⲉⲛⲧⲁⲩ ⲙ̀ⲡϣⲁ ⲛ̀ⲛⲉⲓⲙⲩⲥⲧⲏⲣⲓⲟⲛ ϩⲉⲛⲕⲟⲩⲓ ⲙⲉⲛⲛⲉ ϯⲛⲁϫⲟⲟⲩ. ⲉⲟⲩ́ⲛⲧⲁⲩ ⲙ̀ⲙⲁⲩ ⲛ̀ⲟⲩⲛⲟϭ ⲛ̀ϭⲟⲙ ⲙⲛ̀ ⲟⲩⲱ̀ⲫⲉⲗⲓⲁ ⲛ̀ⲁϣⲱⲥ. ⲛ̀ⲛⲟⲩⲛ ⲅⲁⲣ ⲁⲛ ⲡⲉ ⲛⲉⲓϣⲁϫⲉ. ⲛⲁⲓ ⲉⲧ́ⲛⲛⲁⲧⲁⲩⲟⲟⲩ. ⲁⲗ....

Haec autem illa eadem ſunt, quae leguntur (ut iam in anteloquio huius noſtri Borgiani fragm. animadvertimus) ſub *initium n.* 4. Homil.XVII. S. Ioh. Chryſ. in epiſtolam ad Hebr. iuxta Maurinam edit. tom.XII. pag. 169. Ἀλλ᾽ ἐπειδὴ τῆς θυσίας ταύτης ἐμνήσθην, βούλομαι μικρὰ πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν τοὺς μεμυημένους, μικρὰ μὲν τῷ μέτρῳ, μεγάλην δὲ ἔχοντα τὴν ἰσχὺν, καὶ τὴν ὠφέλειαν. ὀυ γὰρ ἡμέτερα ἐστιν, ἀλλὰ &c. *Sed quoniam memini huius ſacrificii volo pauca vobis dicere, qui myſteriis eſtis initiati, quae menſura quidem ſunt, pauca, magnam autem habent vim, & utilitatem. Non enim ſunt noſtra ſed &c.* Reliqua, quae in *Graeco* Chryſoſtomi textu ſequuntur, una cum Thebaicis ſive *Nanianis*, ſive *Borgianis* membranis ex antiquiſſimo codice avulſis, omnino perierunt ad eum uſque locum : εἰ γὰρ τὰ φυσικὰ μεθίσταται, lin. 1. pag. 170. eiuſdem Maur. edit., unde exordium ſumit fragmentum noſtrum.

Ex eo fit, ut inter finem Naniani, & initium Borgiani fragmenti, una utrique deſit intermedia membrana, quae Thebaicam verſionem repraeſentabat *n.* IV. Homiliae Chryſoſtomi ex illis inde verbis : ὀυ γὰρ ἡμέτερά ἐστιν, ἀλλὰ, ad haec uſque : εἰ γὰρ τὰ φυσικὰ.

Ceterum codex, ex quo duo haec fragmenta habemus, idem prorſus eſt ac ille, qui a Mingarellio deſcribitur pag. CCLXXXII. Membranarum magnitudo, ſpecimen characterum, forma, & ornatus maiorum litterarum, ipſi denique tantummodo *pares* numeri paginarum, eumdem omnino codicem proculdubio demonſtrant.

In eo inter ſe fragmenta iſta duo differunt, in quo una differt tum paginarum ſeries, atque progreſſio, tum materiae, & argumenti, de quo tractatur, diverſitas. Nanianum enim, ut Mingarellius ſcribit, progreditur a pag. 165. ad pag. 172., Borgianum a pag. 177. ad pag. 786. Nam intermediae 173. 174. 175. 176., quemadmodum proxime ante obſervabam, perierunt. Illud exhibet partem maximam *num.* 3. Homiliae XVI. S. Ioh. Chryſoſtomi in epiſt. ad Hebraeos thebaice verſam, ducto exordio a lin. 11. p. 161. Maur. editionis. Hoc vero noſtrum dat, ut hactenus vidimus, verſionem, eadem quidem dialecto, ſed *partis potioris numeri* 4. homiliae ſequentis XVII.

De

De illo Naniano praeclare Mingarellius noster coniiciens, *continet*, inquit, *sermonem*, *sive homiliam initio*, *& fine carentem*, *cuius auctor perantiquus est*, *ni fallor* : uti revera non fallitur. Est enim magnus ille Ecclesiae Doctor S. Ioh. Chrysostomus; cuius hodie dum dies festus agitur, memoriam recolere, & patrocinium implorare mirifice mihi carum, ac dulce est.

Quod autem de eodem auctore (quem forte Thebaeum putabat) scribere pergit : *Plura is habet ad intelligendum difficilia*, *quae*, *ut a peritioribus illustrentur exopto* : id & ego, si de versionis auctore loquamur, verissimum esse fateor. Sunt enim in eo loca non pauca, quae in summa praesertim Thebaicorum Lexicorum penuria, magnam revera ad intelligendum difficultatem pariant. Sed nihil necesse est, ut ad ea illustranda lucem opemque sibi dari exoptet a peritioribus. Qui unius ingenii sui acumine, suaeque ipsius peritiae vi, tam multa, eaque satis obscura, & difficilia in hac versione egregie solvere & explicare potuit, poterit & ipse sibi peritior factus, cetera, quae difficiliora & obscuriora fuerint, in bono lumine collocare, dummodo tantum oculos vertat in Graeca ipsa scripta, quae sibi e regione splendent, magni Chrysostomi.

Ac certe, si meus Mingarellius, dum latio donare coepit initium Naniani fragmenti : ϭⲉ ⲁⲛⲟⲛ ϩⲱⲱⲛ ⲧⲉⲛⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲏϭ ⲉⲡⲛⲟⲩⲧⲉ · ⲕⲛⲁϩⲉ ⲉⲣⲟⲛ ϩⲛ̀ ⲧⲡⲉ, consulere potuisset Chrysostomi textum : *ἂν τοίνυν καὶ ἡμεῖς ἐγγὺς ὦμεν τοῦ Θεοῦ, ἐν οὐρανῷ ἐσμέν* : non vertisset primo : *Simus igitur nos quoque nunc* plantae *Dei* : *& nos invenies in caelo* : neque deinde in adnotatione 2. ad voces illas : ⲛ̀ⲧⲏϭ ⲉⲡⲛⲟⲩⲧⲉ, incertus de priori interpretatione : (*plantae Dei*) novum excitasset dubium : *An* (potius) *adhaerentes Deo*? *an*, *herbae Dei*? neque tandem de utroque dixisset : *Neutrum arridet*. Nam primum illud probe congruit πρὸς, ἐγγὺς Chrysostomi, & Latinae versioni *Mutiani scholastici* : *Si adhaereamus Deo*, *in caelo sumus*; unde & ⲕⲛⲁϩⲉ ⲉⲣⲟⲛ ϩⲛ̀ ⲧⲡⲉ facilius, credo, reddidisset :

 Et

Et invenimur in caelo. An non aliter etiam vertendum putaſſet periodum pone ſequentem, ut verbis illis Chryſoſtomi: Τί γάρ μοι μέλει τοῦ οὐρανοῦ; ὅταν ὁρῶ τὸν δεσπότην τοῦ οὐρανοῦ; aptius fortaſſe conſonaret?

Ubi vero ⲙⲙⲛ̀ⲗⲁⲁⲩ ⲛ̀ϫⲃⲓⲛ rectiſſime *ſine macula*, expoſuit, nihil fuiſſet, in quo haeſitaret, ſemel atque cognitum habuiſſet, quam belle duae illae Thebaeorum voces uni Chryſoſtomi ἀκηλίδωτος reſponderent. Haec enim inter utrumque Theb. & Graec. textum conſonantia effecit, ut adnot. 10. Mingarellii ingenio gratulans, ſcrupulum ei omnem de vera Aegyptiaci vocabuli ſignificatione ex animo exemerim.

Ad pag. III. eiuſdem *Naniani* fragm. poſt lin. 6. col. 1. ſi aliquid eſt, quod non ſatis apte cum ſequenti linea 7. coniungi videatur, id tribui debere cognovi (quod & mecum Mingarellius ipſe fatebitur) uni Thebaici interpretis arbitrio, qui, quae Chryſoſtomus habet tom. XII. pag. 161. a 34. ad lineam uſque 47., omittere e re ſua duxit.

At quid dicam de ⲛ̀ⲥⲉϣⲟⲃⲉ ⲁⲛ ⲛ̀ϭⲁϫⲓⲃ in eadem col. 1. lin. 13.? Has certe voces amicus meus praeſtantiſſimus, non vertiſſet in textu Latinae interpretationis: *paupertatem*, (*atque indigentiam*) *non diſſimulantes*, neque in adnotatione addidiſſet: *Haud ſcio, an ſcriptoris mentem aſſecutus ſim*. *Memphitice* ϣⲟⲃⲓ *eſt* hypocrita: & ϫⲱϫⲉⲃ (*Thebaice* ϭⲱϫⲉⲃ) *eſt* indigens, *miſer imperfectus*. Nam Chryſoſtomi verba ſunt: *ita videbimus homines* μυρμήκων οὐδὲν διαφέροντας *nihil differre a formicis*, quibus Thebaica illa reſpondent: *videbimus omnes homines ſuper terram* ⲛⲥⲉϣⲟⲃⲉ ⲁⲛ ⲛϭⲁϫⲓⲃ *non differentes*, ſive *non diſſimiles a formicis*; quaſi a ϣⲟⲃⲧ, Memphitice ϣⲉⲃⲓⲏⲟⲩⲧ, διάφορος, & ϫⲁϥϫⲓϥ, Theb. ϭⲁϫⲓⲃ, *formica*.

Sed venio ad pag. VIII. Naniani fragm. ubi col. 2. haec leguntur: ⲟⲩⲟⲛ ⲡⲉⲧⲙⲉϩ ⲛ̀ϩⲟⲧⲉ ⲛϩⲟⲩⲉ ⲟⲩⲁ ⲉϥⲥ// ⲱⲃⲉ ϩⲛ̀ ϩⲉⲛⲥⲏⲃⲉ ⲉⲩⲅ'ⲏⲣ ⲉϥⲛⲟⲩϫⲉ ⲙⲙⲟⲟⲩ ⲉϩ// ⲣⲁⲓ ϩⲛ̀ ⲛⲉϥϭⲓϫ ⲛ̀ⲑⲉ ⲛ̀ϩⲛ̀ⲥⲫⲉⲣⲁ: quae, ut ego intelligo,

telligo, sic sonant. *Quid eo magis terribile*, quam *qui ludit in ensibus acutis*, *eas sursum proiiciens manibus suis tamquam sphaeras*: *globos*, scilicet, sive *pilas*? Heic ego vereor, ne Thebaeus interpres parum accurate verterit verba Chrysostomi. Haec enim S. Doctor scripserat pag. 163. lin. I. tom. XII. Maur. edit. τί δὲ χαλεπώτερον τοῦ σφαιρίζειν ἐν ξίφεσι.

Quae quidem aliud fortasse quiddam, quam quod Thebaeo interpreti visum est significare videntur. Σφαιρίζειν enim ἐν ξίφεσι illud non est quod veteres dixere: *ventilare parmas*, *hastas*, *gladios in altum iacere*, *& cum venustate recipere*: neque enim id χαλεπώτερον appellasset Chrysostomus; unde celebre est Senecae dictum: *aliud est ventilare*, *aliud pugnare*; neque est *ludere arundinibus*, (vel *gladiis*) *accensis*, uti eximius Mingarellius noster exponit; ex alio enim Borgiano fragm. didici ⲧⲥⲏ, ⲤⲎⲂⲈ ⲈⲦⲦⲎⲢ, *gladium acutum* significari; neque demum illud ludi genus designat, quo huiusmodi aut *arundines*, aut *gladii sursum proiiciantur* tamquam *totidem sphaerulae*, vel *globuli*, sed est, ni vehementer fallor, ea gymnici ludi species, quam *sphaeromachiam* appellatam affirmat doctissimus Tolosani Senatus Princeps *Petrus Faber* Agonisticon lib. I. cap. 6. Et ideo Chrysostomus dixit σφαιρίζειν ἐν ξίφεσι, quod sumpta specie pro genere, idem valet, ac ἐν ὅπλοις. Sic & ξιφοδρέπανον, ὅπλον, *arma*: ξίφαι, τὰ... σιδήρεια, arma *ferrea* apud Hesych. Atque huc spectant illustria illa elocutionum exempla a *Iulio Polluce* lib. III. selectae: *De pugile autem* dices χεῖρες ὡπλισμέναι, χεῖρες ὁπλίτιδες, *manus armatae*, καὶ τὰ ὅπλα, σφαῖραι: *& arma*, *sphaerae*, sive *pilae*. *Unde etiam* τὸ σφαιρομαχεῖν, καὶ σφαιρομαχία, *pila certans*, *pilae certamen*. Et μύρμηκες δὲ τὰ ὅπλα, καὶ ἱμάντες: *arma sunt etiam caestus*, *& lora*; quae ab eodem Hesychio in χειροβρῶτι δέσμῳ, *vincula carnivorae manus* ob eam caussam appellari dicuntur, quod *carnes discindant*, atque *consumant*. Multo vero magis ξίφη dici poterant a S. Doctore *caestus*, si erant hi vel *laminae ferreae*, vel saltem ad eos compingendos adhibebantur.

De altero *sphaeromachiae* genere, in quo pugiles ad pugnandum *sphaeris* ipsis vel aeneis, vel marmoreis, vel etiam ferreis

ferreis utebantur pro *caestibus*, Fabrum ipsum inter ceteros videto, & Falconerium viros doctissimos.

Novi ego quidem ludum etiam vel *minoris pilae*, vel certe *maioris*, follis nempe, sive potius *harpasti sphaeromachiam*, eodem ferme nomine (sic permittente Polluce) appellari posse, quod aliqua in his quoque ludis concertationis, & pugnae imago cernatur. Tum vero, quid per illud: *in ensibus*, ego intelligam, vix invenio nisi forte *sphaeristerium*, locum scilicet, seu circuitum, qui *positis ensibus* circumscriptus esset lusoribus, mihi fingam. Nam & in Circo *ubi nunc* metae *sunt*, *olim gladii ponebantur*, ait meus Panvinius cap. IV. *de Ludis Circensibus*.

Verum ut eo redeam, unde parumper discessi, Chrysostomi locum intelligendum puto vel de *pugillatu*, vel de *ludo gladiatorio*. De pugillatu quidem, si, uti iam dicere coeperam, σφαιρίζειν ἐν ξίφεσι, *sphaera ludere in ensibus*, idem sit ac sphaera ludere: ἐν ὅπλοις, ἐν ἱμᾶσι, ἐν πυγμῇ, *in armis*, *in caestibus*, *in pugillatu*. Forma ipsa locutionis qua utitur S. Doctor: τὸ δὲ χαλεπώτερον τοῦ σφαιρίζειν ἐν ξίφεσι: *quid autem gravius & difficilius*, ut vertit Montfauconius, *quam in ensibus sphaera ludere*, propria est, ad *pugillatus* ludum, atque exercitationem indicandam. Nam Dio Chrysostomus eo nomine celeberrimum *Melancomam* laudat, quod genus exercitationis susceperit, οὐ τὸ ῥᾷστον ἀλλὰ τὸ χαλεπώτατον, πυγμὴν γὰρ ἤσκησε, *non illud* (militiae) *facillimum*, *sed difficillimum*; *pugillatum namque exercuit*. Eaque iam *Faber*, & *Falconerius* accuratissime ante me observarunt. De ludo vero gladiatorio, si σφαιρομαχεῖν idem sit ac σφαιρίζειν *apud Platonem*, ut Eustathius in Homer. observasse videtur, idemque rursus sint, teste H. Steph., σφαίρεισις, & σφαιρομαχία. Atqui σφαιρομαχεῖν τε βόλαις, quod dixit Plato lib. VIII. *de Legibus*, est proculdubio *pugnare pilis*, & *iaculis*. Ea ergo Chrysostomi locutio, σφαιρίζειν ἐν ξίφεσι similem prorsus habebit significandi vim, quam habet σφαιρομαχεῖν ἐν ξίφεσι, *pugnare* scilicet *gladiis*, & *ensibus*, quod aliud tandem nihil erit, quam ludum ludere gladiatorium, ab Athenagora in Legatione pro Christianis n. XXX. δι' ὅπλων ἀγωνίαν, *per arma certamen* nuncupatum.

Et

Et facile quidem eſt aut utrumque, aut alterutrum, dum haec ſcriberet, reſpexiſſe Chryſoſtomum. Quamquam enim magnus Imp. Conſtantinus eodem ipſo anno 325., quo abſolutum eſt Nicaenum Concilium teterrima iſta *gladiatorum ſpectacula*, lege promulgata Beryti interdixiſſet, neſcio qua tamen ſive populorum licentia, ſive principis conniventia, an. 328. Antiochiae primum, teſte ac vade Tillemontio, reſtitui coeperunt. Romae profecto ad annos uſque 403. concurrentes cum an. IX. imper. Honorii, conſtantiſſime viguerunt. Nec dubito, quin Antiochiae praeſertim pervicaciſſima civium protervitate ad id uſque temporis perſeverarint. Nam de ludis hiſce *Antiochiae ſub Conſtantio* ad an. 353. editis celebre eſt teſtimonium Ammiani Marcellini lib. XIV., ubi de Gallo Caeſare Antiochiae agente ſcribens: *Erat*, inquit, *diritatis eius hoc quoque iudicium non obſcurum, nec latens, quod ludicris cruentis delectabatur, & in circo ſex, vel ſeptem aliquotiens vetitis* (a Conſtantino primum, deinde & ab ipſius filio Conſtantio; ab hoc tamen non omnibus generatim, ut a Conſtantino patre, ſed iis tantum qui vel eſſent militiae adſcripti, vel palatina praediti dignitate) *certaminibus pugillum viciſſim ſe concidentium, perfuſorumque ſanguine ſpecie, ut lucratus ingentia delectabatur*. Nam Faber, qui haec de Conſtantio dicta accipit, a vero quam longe aberrat.

Scio quid in hunc Marcellini locum commentetur cl. Valeſius. Non negat id quod Lipſius ſtatuerat, graece gladiatores dictos fuiſſe πύκτας, & πυκτεύειν, at non apud Latinos; unde ſubiungit: *quicquam non obſtat, quominus hic locus intelligatur de pugilibus qui caeſtibus dimicabant*. Quid vero? non una Graeca vox πύκτης Lipſium induxit ad gladiatorium certamen in eo Marcellini teſtimonio intelligendum: ſed potius ingenium hominis, qui quum *ortu graecus* eſſet, & *domo*, uti fertur, Antiochenus, Latinum nomen *pugilum* Graeco more uſurpavit. Quodque magis eſt, ubi Marcellinus *ludicra cruenta, & vetita certamina* vocat, ibi iiſdem ferme verbis, quibus Imp. Conſtantinus *cruenta ſpectacula*, & *gladiatores* prohibuit, expreſſe prorſus, atque diſerte utitur. Eiuſdemque ſententiae

eſt

eſt *Lindnnbrogius*, qui Marcellini locum de certaminibus μονομάχων interpretatur. Nihil igitur eo veriſimilius eſt, quam ut Chryſoſtomus in huius homiliae loco, dum illa ſcripſit: τὶ χαλεπώτερον τοῦ σφαιρίζειν ἐν ξίφεσι, aut gladiatorium, aut pugillatum patrios Antiochenorum ſuorum ludos tamquam omnibus cognitos prae oculis habuerit.

At ſurſum proiicere aut gladios, aut arundines accenſas in morem ſphaerarum, quod, quaeſo, ludi genus eſt, de quo nec *Pollux*, nec *Athenaeus*, nec alius quiſquam, quod ego ſciam, ante Chryſoſtomi tempora ullam uſquam mentionem inſtituit?

An *ſcenicum* appellavero? Id mihi vetat Claudianus, qui, referente Panvinio *de lud. Circenſ.* pag. mihi 313. edit Pariſ. poſtquam eodem fere & modo & tempore, quo Chryſoſtomus *funambulos* deſcripſerat, ceteros ſcenicos ludos ſic numerare pergit:

Mobile ponderibus deſcendat pegma reductis,
In quo chori ſpeciem ſpargenteis ardua flammas
Scena rotet, varias effingat Mulciber orbes,
Per tabulas impune vagus, pictaeque citato
Ludant igne trabes, & non permiſſa morari
Fida per innocuas errent incendia turres.

Nihil in his de σφαιρίζειν noſtro. De *Orientalium ludis* videre mihi non licuit praeclarum opus Thomae Hyde, ut inde ſcirem, num in eorum ſcena iactus iſte *enſium*, qui in ſphaerarum, globorumque morem fieret, locum uſpiam haberet.

Sed nec facile conceſſerim, ludicrum fuiſſe quoddam ad ludificandos homines, praeſtigiarum ope a *circulatoribus* oſtentatum. Id enim neque materies, qua de agit Chryſoſtomus, neque verba, quibus rem ipſam explicat, ullo modo patiuntur. Haec probe intellexiſſe videtur doctiſsimus *Montfauconius*, qui tom. XIII. quum huiuſmodi *ſphaerae ludum* ab oſtentis, & iocis circulatorum longe diverſum arbitraretur, in *Parergis* ad ſynopſim *eorum, quae in operibus Chryſoſtomi obſervantur*, pag. 184. col. 2. inter ſingularia dicta & facta miſcellaneorum Ss. Doctoris retulit. Quae ſi vera ſint, uti vera eſſe

reor,

reor, iam nullus dubito, quin Thebaeus interpres parum accurate Chryſoſtomi mentem hoc in loco repraeſentarit.

Neque id ſolum, ſed & ea, quae mox ſequuntur, quaeque facere poterant ad avertendam ex antecedentibus verbis imaginem ſcenici, & praeſtigioſi ludi : τί δὲ βαρύτερον, εἰπέ μοι, τοῦ τὸ βάθος τοῦ πελάγους διερευνᾶσθαι; *quid autem eſt, dic mihi, gravius, ſcrutari profundum maris?* ex integro praetermiſit, adeoque & thebaice ea reddere idem ipſe interpres neglexit.

Quid porro? Multa identidem ex ſancti Doctoris homilia intermittit, praeterit, atque obtruncat; multa item paullo aliter, quam graeca Chryſoſtomi ferant thebaice vertit, ſed eodem fere ſenſu ad inſtitutum ſuum accommodat per univerſum homiliae textum ad paginam uſque XI. Naniani fragmenti col. 2. lin. 22., ubi Thebaica verſio reſpondet poſtremis hiſce Chryſoſtomianae homiliae verbis : ἑλώμεθα τοίνυν τὴν ἀρετὴν τὴν εἰς τὸν πάντα αἰῶνα ἡμῖν διαρκέσουσαν. *Eligamus ergo virtutem, quae nobis in omne ſaeculum ſufficiet.* Sic deſinit Graecus textus homiliae XVI. eiuſdem S. Doctoris in c. XI. ep. ad Hebr.

Non ita tamen Aegyptiaca verſio, cuius auctor, una veluti continuata orationis ſerie partes homiliae XVII., quae longe diſsitae ſunt, & ex variis eius locis collectae, cum fine XVI. coniunxit. Nam nexus ϫⲉⲕⲁⲥ ϩⲛ̀ ⲟⲩⲥⲩⲛⲏⲏ-ⲇⲩⲥⲓⲥ ⲛ̀ⲕⲁⲑⲁⲣⲟⲛ &c. ex his Chryſoſtomi verbis deſumptus eſt : τοὺς μετὰ καθαροῦ συνειδότος οἱ τοιοῦτοι ἀεὶ προσίτωσαν, *qui cum conſcientia munda hi* (ad ſacram menſam) *ſemper accedant.* Alia coronidem dant num. 3. & initium 4., quod eſt, ut ante non ſemel obſervavimus in eadem ipſa homilia XVII., ἀλλ' ἐπειδὴ τῆς θυσίας ταύτης ἐμνήσθην : Theb. ⲉⲡⲉⲓⲇⲏ ϭⲉ ⲁⲓⲉⲣⲡⲙⲉⲉⲩⲉ ⲛ̀ϯⲑⲩϭⲓⲁⲥ,

En totum fragmentum XI. Nanianae bibliothecae, quod aliud tandem nil eſt, quam illuſtre quoddam excerptum ex indicatis magni Chryſoſtomi orationibus. Verum nullam ego mentionem de eo feciſſem, niſi me neceſsitas coëgiſſet. Tanta enim inter Nanianum, Borgianumque τεμάχιον coniunctio eſt, ut unum ſine altero neque deſcribi, neque ante oculos eru-

ditorum rite conſtitui poſſe crediderim. Quod quum ego fecerim, rem me feciſſe auguror, quae non ingrata, uti confido, videri debeat meo illi optatiſsimo Mingarellio, cui ex ſuo illo fragmento XI. contemplandum obtuli hinc *Thebaicum exemplar*, hinc *Graecum prototypum* (ex quo illud deſumptum eſt) aureae orationis S. Iohan. Chryſoſtomi.

Inde certiſsime fiet, ut novus, & uberior ei campus pateat, in quo illius & ingenii magnitudo, & eruditionis copia exſultet. Sed ego iam tenuibus hiſce ingenioli mei conatibus finem faciam, poſtquam cum Aegyptio Epiſcopo *Syneſio* Divinam clementiam ſic exoravero:

Μνώεο Χριστὲ	*Memento Chriſte*
Ὑιὲ Θεοῖο	*Fili Dei*
Ὑψιμέδοντος,	*Alte regnantis*,
Οἰκέτεω σέο,	*Servi tui*,
Κῆρ' ἀλιτροῖο,	*Sorte miſera peccatoris*,
Γράψαντος τάδε.	*Qui ſcripſit haec.*

FINIS.

INDEX
RERUM NOTABILIUM

A

ABba nomen patris spiritualis apud Coptos. pag. c. 377.

Acclamatio in liturgiis orientalibus *Sancta sanctis* dirigebatur dignis accipere sacramentum eucharisticum. p.446. Vid. *Sancta sanctis*.

—— altera *agnoscite invicem*, sive etiam *ne quis impurus*, *ne quis in hypocrisi* dirigebatur indignis p.448.

Adiutor, officialis ducis Thebaidis p.c.

Adulterae historia in Ioh. evangelio canonica, & divina. pag. CLXXIII. 184. & seq.

—— a Divo Hieronymo adducta in emendanda antiqua Itala versione. pag. 219.

Adulterii poenae. pag.226. & seq.

Aegypti partitio in nomos, seu pagos. pag. XXVIII. XXXI. XXXII. 388.

—— numina varia. pag.XXVI.

Aegyptii vocales litteras Graecas inter se commutare solebant. pag.CXLIV. 102. 104. 121. 139. 174. 179. 181. 183. 202. 345. 372. 390. 391. 397. 399 411. 453.

—— tum & consonantes. pag.CXLIV. 199. 326. 327. 337. 342. 391. 399. 411.

—— Graecam, & Latinam linguam excolebant. pag. CXII. 202. 411.

—— a Caribus linguae, & scripturae usum eos didicisse fertur. p.XLIII. & seq.

—— quot eorum litterae. pag. XLV. & seq.

Aegyptiorum populorum encomium. pag. 331. & seq.

—— eorumdem errores, & superstitio. pag.391.

—— eorumdem papyrus graece exarata. pag. XVI.

—— eorumdem nummi imperatorii. pag. XVI.

—— quae fuerit eorum lingua sacra a Manethone memorata. pag.XXXIII. & seq.

Aegyptio-Thebaei magis, quam Memphitae multa a Graecis vocabula acceperunt pag.LII. CXLVIII.

—— Monachi Graeca lingua in liturgiis utebantur. pag. CXXI.383. 410.

Ἀὴρ vox origine Aegyptia nebulam & caliginem ex ardore, & aestu partam significat. pag.392.

Aethiopes Aegypti superioris finitimi videntur usi Memphitica Aegyptiorum dialecto pag. LXX.

—— alii contermini Thebaidi, Nubitae, seu Νώμαδες, auctores dialecti Aegyptio-Ammoniacae. p.LXXI.

Albertus Johannes laudatus p. CXXXIII. 321. 376. 377. 385. 388. 392. 403. 407. 411. 450.

Allatius Leo laudatus pag.899.

Amadutius Joh. Christophorus laudatus. pag. XVI. XXX. 388.

Amanuensium nomina nonnulla. pag. CLXXV.

Ἄμμα idem ac mater spiritualis apud Moniales, ut Abbas apud Monachos. pag. 377.

Ammonii Aegyptiorum, & Aethiopum coloni. pag. LXVIII.

Anaphora divina secunda Thebaica. pag. 302. & seq.

Anaphora S. Basilii interpolata. pag. 331.

A S. Andrea Johannes laudatus. p.316.

Animalia alumni fluminis Nili, & ejus incrementi praenuncii. pag.392.

'Αντίδωρον panis benedictus . pag. 374. 404. Vid. voce *Eulogiae* .
'Αντιλήψις quid significet . p. 385. 393.
Antonius S. Abbas . pag. XXVII. XXX.
—— ejus patria . pag. XXX. & seqq.
—— ejus dialectus fuit Memphitica . pag. XXXIII.
D'Anville laudatus pag. VIII. XXIX. XXXII. XXXVI. LXXX. LXXXII. LXXXIII. LXXXIV. LXXXV. LXXXVIII. XCIX. CLXII.
Apis idolum Aegyptiorum , & ejus simulacrum . pag. CXXXVI. & seqq.
—— ipsi triangulum sacrum erat. pag. CXXXVIII.
Apollinis lyra in gemma Graeco-Aegyptia . pag. 392.
Apollinis vicus in Thebaide . pag. XCIX.
Apollo a gentilibus cultus ut depulsor malorum . pag. CI.
Archiepiscopus , pro quo oratur in litaniis Graeco-Copto-Thebaicis , non alius esse potest , quam Alexandrinus . pag. 380.
Archimandrita dicta etiam praefecta monasterii sanctimonialium , quae & Hegumena . pag. 352. 377.
Archimandritae inauguratio in litaniis liturgicis Gr. Copt. Theb. pag. 352. 377. & seqq. 397. 407. & seqq.
—— ejus dignitas repetenda a S. Pachomio . pag. 367. 409.
—— presbyteri titulus quo tempore ei additus . pag. 368. , & seqq.
Arianus praeses Thebaidis ad Christi fidem conversus . pag. CX.
Armenius dux Thebaidis hactenus incognitus . pag. CI. CXI.
Arminiani oppugnati . pag. 84. & seqq. 122. 125.
Assemanus Aloysius laudatus . pag. VII. XII. & seqq.
Assemanus Evodius Stephanus laudatus. pag. 220.
Assemanus Ios. Simonius laudatus . pag. III. XL. LV. LXXVIII. LXXXIX. CLXII. 195. 196. 211. 216. 217.
—— notatus . pag. LXXVIII. & seq.
Asteriscorum usus , & significatio in codicibus mss. pag. 207. 286. 292. 336.

Athanasii S. locus de serpente Evae deceptore tamquam spurius a Maurinis Editoribus reiectus . pag. 341.
Athanasius S. , an alter Athanasius saec. V. fuerit auctor synopsis scripturae sacrae . pag. 231. 283.
Atribe mons Aegypti non longe a Lycopoli . pag. CLXIV.
Atticismus in Evangelio S. Iohannis agnitus . pag. 186.
Avasis regio in Africa , forte eadem ac Augila , & Oasis . pag. LXXIV. LXXX.
Augustinus S. vindicatus a Socinianorum fraude . pag. 70. & seqq.
—— vindicatus a Lutheranorum criminationibus . pag. 98.
—— vindicatus a calumnia Wolzogenii . pag. 141. & seqq.
—— vindicatus a calumnia Basnagii . pag. 155. & seqq.

B

BAcchantium vociferatio 'Εὐάν unde manaverit . pag. 338.
Baronius Caesar Card. laudatus . pag. CLXI. CLXIX. CLXXI. 215.
Barthelemy Abbas laudatus . pag. XV.
Basilidianorum idolum . pag. 456.
Basnagius Jacobus castigatus . pag. 154. & seqq.
Battaglinus Angelus laudatus . p. CXLII.
Beausobrius castigatus . pag. 129. 164.
—— laudatus . pag. 190. 192. 419.
Bellarminus Card. Robertus laudatus . pag. 96. 120.
Bernardi Eduardi scripta de rebus Copticis . pag. V. XIX. CXXXI.
Bertius P. Laurentius laudatus . p. 115.
Beza Theodorus castigatus . pag. 184. 188. 207.
Birchius Andreas laudatus . pag. XV. 66. 168. 181. 208.
Biscionius Antonius Maria laudatus . pag. 217.
Blanchinius P. Josephus laudatus . pag. 104. 136. 139. 162. 165. 169. 170. 172. 198.
Bochartus Samuel laudatus . p. CXXXIII.
Bodonius Joh. Bapt. typographorum no-

noſtrae aetatis princeps. pag. XXXV.
Boldettius Can. Marcus Antonius laudatus. pag. XXIX.
Bona Iohannes Card. laudatus. pag. CXXVI. CXXVII. 316. 331. 332. 348. 375. 421.
Boniurius P. Guillelmus laudatus. pag. III. XVII. XXI. XXVIII. XXXVII. XLIII. XLV. XLVII. XLIX. LII. LIX. CLV. CLXXIX. 2. 102. 232. 321. 336. 337. 338. 339. 383. 391.
—— vindicatus a Wilkinſii exceptionibus p. IV. & ſeq.
—— ejus grammatica mss. linguae Coptae. p. XXI. XXVIII.
Borgia Stephanus Card. laudatus. pag. XVI. XX. XXI. XXII. XLI. XLII. CLXXX. & ſeqq. 293. 323.
Boſſuetus Jacobus Benignus laudatus. p. 82. 83. 89. 92. 96. 97. 100. 117. 118. 127. 143. 146. 152.
Bſchamiritae transfluviales degentes in ſiniſtro, eoque Libyco, & occiduo latere Nili, in Sahide ſuperioris Aegypti. pag. LXXVII. & ſeqq.
—— chriſtianam fidem ſaeculo Chr. IV. ſuſceperunt. pag. LXXXIX.
Buddeus Joh. Franciſcus caſtigatus. p. 81. & ſeqq. 87. 91. 94. & ſeqq. 100. 154.
Bugatius (male ex typothetarum errore *Besotius*) Canonicus Cajetanus laudatus. pag. XXIV.
Bulteaus laudatus. p. 368. 369. 371.

C

CAlmetus P. Auguſtinus laudatus. pag. CXXXVII. 163. 195. 226.
Calviniani oppugnati. p. 84. 127. 164.
du-Cangius Carolus laudatus. pag. CI. CVII. 399. 406.
Canobi in ſuburbio Alexandriae domus *metanoeae*, ſc. *poenitentiae*. pag. 443. 449.
Canon ſynaxis ſancti miniſterii Byzantini codicis. pag. 399. 400. 401. 402. 403.
Canopus in gemma Graeco-Aegyptia. pag. 392.
Canones Graeco-Euſebiani in antiquioribns Syrorum codicibus variati. p. 217.
—— nullum eorum veſtigium in fragmento Graeco-Copto Borgiano evangelii Sancti Johannis. pag. CXXVIII. & ſeqq.
Canus Melchior laudatus. p. 108. 185.
Καρδία, & Κοιλία ſunt idem Matthaei cap. XII. v. 40. pag. 287.
Cardonus laudatus. pag. 379.
Cares cur barbarilingues dicti. pag. XLIII. & ſeq.
—— ab his Aegyptii linguae, & ſcripturae uſum forſitan didicerunt. ibid.
Caſtellius Lancillottius Gabriel Princeps Turriſmutii laudatus. p. CXLIII.
Catechumeni publicis precibus honorati. pag. 375.
—— in monaſteriis eruditi. p. 443.
Caylus Comes laudatus. p. CXXXV. & ſeqq. CXLII. & ſeq.
Κεφαλόκλισις, *capitis inclinatio* coram eulogiis, pag. 374. 404.
Κεφαλῶτης capitaneus, dux populi. pag. 376.
Chamberlaynius Ioh. laudatus. p. 414. 418.
Charta bombycina inventa dicitur ſaeculo IX. pag. CXXII.
Chemmis duo nomi in Aegypti regione. pag. XXVIII.
ϪⲚⲞⲨⲂⲒ Baſilidianorum idolum. pag. 456.
Chnubis urbs Aegypti. pag. XXXVI.
Cibus in aeternum manens dicitur fides in Chriſtum. pag. 68. & ſeq.
Clericus Iohannes caſtigatus. pag. 4. 5. 75. 76. 123. 164. 170. 184. 189. 190. 193. 213. 283.
Crellius Henricus Chriſtianus caſtigatus. pag. 75. 76. 123.
Cod. ms. Aegyptio-Vaticanus complectens vitam S. Pachomii, & aliorum, ſcriptus Memphitica dialecto. pag. LV. CLXXIII. 289.
Cod. ms. Gr. Alexandrinus Vaticanus N.T. p. CXXVIII. & ſeq. 67. 182. 193.
Codex ms. Vaticanus exhibens voces

Thebaicas evangeliorum,& Paullinarum, catholicarumque epiſtolarum cum adjecta Arabica interpretatione. pag. 382.

Cod. ms. evangeliarius Graecus Borgianus, ſaec. XI. pag. 229.

Cod. ms. alter Graec. complectens lectiones evangeliorum per annum diſtributas, Borgianus, ſaec. XI. aut ſeq. pag. 230.

Cod. ms. Gr. Alexandrinus Londinenſis N. T. coaevus fragmentis Graeco-Coptis evang. S. Joh. ex muſeo Borgiano. a pag. CXIII. ad CLI. 102.

—— coaevus alteri Gr. Alexandr. Vatic. pag. 182.

—— exaratus a Thecla Aegyptia. pag. XCII. & ſeqq. 102.

Codex ms. bibliothecae Angelicae continens pontificale Coptum manu Gulielmi Boniurii. pag 383.

Cod ms. Graec. liturgiae S. Marci inter eos, qui erant Boniurii, biblioth. Angelicae. pag. CLXII.

Cod. ms. membran. biblioth. Angelicae, olim Card. Paſſionei, ſaec. X. vel XI. continens orationes Graec. S. Joh. Chryſoſt. pag. 112. 422.

—— variantes lectiones ejuſdem ad homiliam XVII. S. Joh. Chryſ. in epiſtolam S. Paulli Apoſt. ad Hebraeos habentur p. 425. ad 440., 442. 445.

Cod. ms. Graec. N. T. biblioth. Angelicae. pag. 66. 68. 101. 102. 120. 134. 161. 165. 167. 168. 169. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 179. 184. 194. 205. 207. 217. & ſeq. 230. 233. 234.

Cod. ms. Syriacus ſaec. VII. continens IV. evang. Philoxenianae verſionis, in ſectiones diſpoſitus a Thoma Heracleenſi biblioth. Angelicae p CXXIV. CXLIV. 66. 103. 120. 134. 161. 167. 168. 173. 175. 176. 177. 179. 180. 181. 183. 184. 198. 220. 234. 278. 281. 282. 284. 285. 286. 290. 292.

Cod. ms. Graec. liturgicus S. Joh. Chryſoſtomi pergamenus ann. 1165. biblioth. Angel. pag. 330, 386. 397. 400. 401. 402. 403. 418.

Cod. ms. chart. expoſitionis in Iohannis evang. Aegidio Card. Columnae attributae, biblioth. Angelicae. pag. 151. 164. 212. 223.

Cod. ms. continens acta Martyrum, ſcriptus a Clemente Monacho, biblioth. Angelic. p. XXVII.

Cod. ms. pervetuſtus auctoris, ex dono Epiſcopi Tukii, continens Apocalypſim Copt. pag. CXXXIV.

Cod. ms. Graeco-Aegyptius Dioſcoridis ſaec. IX. biblioth. Vindobon. pag. CXXII. CXXX.

Cod. regius Pariſ. ſaec. IV. vel V. ſign. num. 905. continens N. T. Graec. pag. CXXVIII. & ſeq.

Codex ms. Syro-Eſtranghelus vet. teſt. bibliothecae Ambroſianae. pag. XXIV.

Codicis Gr. Cantabrigenſis N. T. conditio diſcutitur. p. CXXVIII. & ſeq. 197. & ſeqq.

—— ejus ſcriptor non Latinus, ſed Aegyptius fuiſſe videtur. pag. 205.

Codicum Copticorum fragmenta muſei Borgiani pag. XXII. 5.

—— Fragmentum Levitici. pag. 319. 395. 446.

—— Fragm. lib. II. Regum. p. XXXVII.

—— Fragm. Iſaiae prophetae. pag. XXVII. 320. 447.

—— Fragm. Ezechielis prophetae. pag. 450.

—— Fragm. Zacchariae prophetae. pag. 319.

—— Fragm. pſalmorum. p. 204.

—— Fragm. continens argumenta, & expoſitiones tum in partem pſalmi XXXI., tum in pſalmos XXXII. XXXIII. XXXIV. XXXV., & XXXVI forte S. Athanaſii, aut certe ex iis excerptas. pag. 275. ad 277. 318.

—— Fragm. proverbiorum. pag. LI.

—— Fragm. ſermonis, ſeu potius commentarii Cantici Canticorum. pag. 278. ad 280.

—— Fragm. Evangelii Sancti Johannis Graeco-Copto-Thebaicum. paſſim.

—— ejus ſpecimen ad prototypi fidem aere inciſum pag. CXIII.

—— IV. Ecclesiae saeculo coniicitur scriptum, & codici regio-Alexandrino Britannico aut paullo antiquius, aut certe coaevum. a pag. CXIII. ad CLI. 102.
—— Pericopae sex mutilae evangeliorum, seu Evangelistarium Lycopolitanum pag. CLXXIII. & 293. & seqq.
—— Fragm. evangelii Sancti Lucae ex iisdem. pag. 323. 337.
—— Fragm. evangelii Sancti Johannis ex iisdem. pag. CLXXIII. 293. ad 300. 416. 453.
—— Fragm. epistolae I. Sancti Paulli ad Corinthios scriptae tertia dialecto Aegyptiacae linguae, Basmurica, seu potius Psamyrica, aut etiam Ammoniaca, omnino unicum, & adhuc ignotum. pag. XXII., LV. 290. 450.
—— adducitur ad pag. LV.
—— comparatur cum aliis versionibus, & dialectis. ibid.
—— ejus aetas, & auctor. p. LXXII. & seqq., tum latius pag. LXXXIX. & seqq.
—— Fragm. epistolae I. ejusdem ad Thessalonicenses. p. 415. 453.
—— Fragm. epistolae I. ejusd. ad Timotheum. pag. 5. 325. 338.
—— Fragm. Thebaicae liturgiae. pag. CLXXIV. & seqq. 301. ad 349. Vid. *specimen aere incisum* ad p. CXVIII.
—— Fragm. litaniarum, seu precationum liturgicarum, seu Codicis Diaconici Graec. Copt. Theb. pag. CLXXVII. 199. 200. 203. 204. 350. ad 424. Vid. *specimen aere incisum* ad pag. CXVIII.
—— Fragm. liturgicum Thebaicum, Dioscoriani schismatis suspicionem olens. pag. 456. Vid. *specimen aere incisum* ad pag. CXVIII.
—— trisagium ex ipso eductum refertur. pag. CXIX.
—— Fragm. liturgicum in transfiguratione Domini. pag. CXXIV.
—— Fragm. sermonis de finali judicio. pag. 326.
—— Fragm. itineris habiti Antiochiam versus a Diacono quodam. p. XXXVIII., & seqq.
—— Fragm. actorum Sancti Macarii, ex quibus educta est oratio Dominica dialecto Thebaica. pag. 413. ad 420.
—— Fragm. actorum Sancti Coluthi, iam editum pag. XXI. 321. 453.
—— ejus supplementum ineditum, nuper inventum. pag. X.
—— Fragm. actorum S. Matthaei Monachi Aegyptii, & Abbatis Latonopolitani, simile alteri Naniano iam edito. pag. LXXXIV. CLXXVI.
—— Fragm. actorum S. Theclae Aegyptiacae, & fratris ejus Paësis. pag. XXVII. XCII.
—— profertur. a p. XCVII. ad p. CIV.
—— Fragm. actorum S. Georgii. pag. CXXXIV.
—— Reliquiae Homiliae XVII. S. Ioh. Chrysostomi in epist. S. Paulli ad Hebraeos. p. CLXXVIII. 420. ad 466.
—— Fragm. alterius homiliae S. Joh. Chrys. pag. 454.
—— Fragm. codicis lectionarii Thebaeo-Arabici in charta bombycina. pag. CXXII.
—— Fragm. edicti Diocletiani Imp. in Thebaide promulgati contra Christianos pag. CX.
—— Fragm. exscissum ex Thebaico cod., continens sermonem sancti Abbatis Scenute, sive S. Joh. Lycopolitani, quod respondet fragmento VI. Naniano a cl. Mingarellio adducto. pag. CLXV. & seqq.
—— Fragm. alterum eleganter scriptum, ubi idem plane sermo cum aliis Scenuti pariter vindicatur, & epistolae V., tum sermones IV. cum eorum initiis indicantur, ex quibus postremus idem esse dignoscitur, ac antecedens. pag. CLXVII. & seqq.
Codicum Copticorum musei Naniani reliquiae. pag. XVI. CLXV. 457. Vid. *Mingarellius Iob. Aloysius*.
—— horum codicum fragmentum adductum, & illustratum. pag. LXXXIII. CLXIII.
Coementarii fabella ex Matthaei evangelio

gelio a S. Hieronymo ſubducta. pag. 119.
Κοιλία. Vide Καρδία.
ⲬⲞⲒⲀⲔ *choiac* menſis Aegyptiorum reſpondens noſtro decembri. pag. LIII. CLXXVII.
Columna Card. Aegidius laudatus. p. 151. 164. 212. 223.
Combefiſius P. Franc. laudatus. p. 343.
Comitis codex Divo Hieronymo tributus. pag. CXXVII.
Confeſſores dicebantur martyres non perfecti, nec conſumati. p. CIX.
Confeſſores fidei adhuc viventes in publicis eccleſiae praeconiis commemorati. pag. 396.
Copti Graecam & Latinam linguam excolebant. pag. 202. 411.
—— Monachi Graeca lingua in liturgiis utebantur. p. 383. 401.
Coptica lingua corrupta poſt Arabum invaſionem. p. XXXVIII.
—— an affinis Hebraicae. p. XLII.
—— ejus voces nonnullae ab Hebraicis derivatae. pag. XLIII. 298. 299. 320. 336. 446.
—— ab Aethiopica omnino diverſa. pag. LXIX.
—— inter Athiopes invecta, & propagata. p. LXX.
—— ejus dialecti tres. pag. XXIII. & ſeqq.
—— ejus dialecti Memphitica, & Sahidica, quae & Thebenenſis dicitur, differunt inter ſe verbis. pag. XXXIV. 263. 272. 284. 285. 287. 453.
—— eaedem differunt & litteris. pag. XXVI. XXXV. CXLIV. 266. 269. 270. 273. 278. 285. 287. 288. 290. 291. 300. 320. 336. 338. 345. 395. 412. 447. 454.
—— dialectus Memphitica antiquior, & mater aliarum dialectorum. pag. XXV. & ſeqq. LXIX.
—— eadem etiam facundior. pag. XXXV.
—— altera, nempe Thebaica poſt Memphiticam, & poſt Herodoti tempora nata. pag. XXXVI.
—— eadem debetur uni ſcripturae ſacrae in eam converſae. pag. LIII. & ſeq. CLII., & ſeq.
—— eadem cur Sahidica dicta. pag. LXIX.
—— dialectus tertia adhuc incognita, Baſmurica, ſeu Pſamyrica, aut etiam Ammoniaca appellata, diverſa ab utraque. pag. XVIII. XXII. XXIII. & ſeqq. LX. & ſeqq. 290. 322.
—— ejus differentia a duabus ſuperioribus ſtatuitur a pag. LVI. ad pag. LXVI.
—— in eam converſa videtur tota ſcriptura ſacra. p. LXVII.
—— propria fuit Ammoniorum in Libya. pag. LXVIII.
—— videtur traxiſſe originem ab Aethiopibus Thebaidi conterminis, qui dicti ſunt Nubitae, & Νώμαδες ab Herodoto. p. LXXI.
—— videtur corruptio Aegyptio-Memphiticae dialecti ab Aethiopibus facta. pag. LXXII.
—— immigravit dein in ſinum Thebaidis, ubi ad purioris elocutionis leges redacta. ibid.
—— conflata demum ex Thebaica, & Memphitica dialectis ſimul mixtis, communis fuiſſe videtur Pſamyritis, Nubiis, & Nigritis. p. LXXV. & ſeqq.
Copticorum codicum fragmenta. Vide *Codicum Copticorum fragmenta*.
Corpus Chriſti panis nomine indicatum. pag. 137.
Cotelerius Ioh. Baptiſta laudatus. p. 207. 211. 419. 420. 449.
Couſtantius P. Petrus laudatus. p. 198.
La-Crozius Veyſierre Maturinus laudatus. pag. III. V. VI. VII. IX. X. XI. XVII. XIX. XLIII. LV. LIX. LXXIV. LXXXIV. CLV. CLVII. CLXII. 174. 264. 290. 298. 318. 323. 324. 325. 326. 336. 337. 340 345. 392. 394. 395. 416. 447. 449.
Culcianus praeſes Thebaidis, & dein praefectus Aegypti. p. CX.

D

Danielis libri exordium ab historia Susannae in ecclesia Alexandrina. pag. 232.
Danielis versio Copto-Memphitica. ibid.
Δευτεραρίου, & Δευτεραρίας munus, auctore S. Pachomio, in Thebaeorum monasteriis institutum. p. 352. 367. 377.
—— quo tempore Deuterarii, seu Vicarii presbyteri instituti fuerint. pag. 368., & seqq.
Δεσποτικὸν, sive Σπουδικὸν (σῶμα) *Dominicum corpus* dicitur particula maior panis consecrati, quae a sacerdote elevatur. p. 421.
Diaconi multa recitabant in sacris liturgiis. pag. CXXI. 350. 383. 394. 400. 401. 402. 404. 445. 446. 447. 448.
—— eaque memoriter. p. 409. & seq.
Dialecti linguae Copticae. Vide *Copticae linguae dialecti*.
Dialectus Attica in Joh. evangelio agnita. pag. 186. 266.
Dialogus *Philopatris* Luciano tributus, vel alteri eius synchrono, documentum est initii, & finis Dominicae orationis in doxologiam desinentis. p. 419.
Διδασκάλου nomine qui salutarentur. pag. 370.
Didymus Taurinensis. Vid. *Valperga Thomas*.
Dilherrus Ioh. Michael laudatus. pag. 186. 195.
Diptychorum antiquitas in sacris liturgiis. pag. 333. & seq.
Docibiles Dei quomodo intelligendi. pag. 22. & seqq.
Dorscheus Ioh. Georgius castigatus. pag. 126.
Doxologia ad calcem orationis Dominicae Copto-Thebaicae. p. 418. & seqq.
Dufour de Longeville. pag. XVII.
Dux Thebaidis. pag. C. CI. CVIII.

E

Eduardus Thomas laudatus. pag. VI. XVIII. XLII. XLV. LXXV.
ⲉⲓⲣⲉ ex communi Thebaeorum usu & intelligentia idem forte erat ac facere ex προαίρεσι, & nutu voluntatis. pag. 898.
Ἐποικίου nomine intelligitur hospitium coemeterio proximum. p. 376.
—— vel etiam villa. p. 406. & seq.
ⲉⲡⲏⲫⲓ mensis Aegyptiorum respondens iulio, vel quinctili nostro. pag. XLII. CXL.
Epistolae mutuae inter Alexandrinos, & Antiochenos Patriarchas Iacobitarum. pag. XL.
Epocha martyrum. pag. CX.
Εὐοὰν Bacchantium vociferatio unde manaverit. pag. 338.
Evangeliorum lectio unicuique domi incessanter facienda suadetur a S. Ioh. Chrysostomo. p. CXXIII. & seq.
—— eorum sectiones quo tempore inceperint. p. CXXIII. & seqq.
Evangelistarii libri unde exordium sumpserint. pag. CXXV.
Evangelistarius codex Lycopolitani monasterii. pag. CLXX. CLXXII. & seq. 294.
Evangelium Nazaraeorum. pag. 219. 222. 224. 228.
Eucharistia an danda infantibus. p. 142. & seqq.
—— concava manu suscepta. p. 405.
—— eius particulae invicem missae ab Episcopis paschatis tempore. ibid.
Eulogiae nomine Aegyptii intelligebant sacrificium conficiendum corporis, & sanguinis Christi. p. 345. 374.
Eulogiarum nomine designatus est deinde etiam ritus benedicendi panem extra actionem omnem eucharistici sacrificii. pag. 373. 403. & seqq. Vide p. 405., & voc. Ἀντίδωρον.
Eusebiani canones in antiquioribus Syrorum codd. variati. p. 217.

Euthalius diaconus Alexandrinus auctor divisionis epistolarum S. Paulli in lectiones. p. LXXXIX. & seqq. CXXIV.

F

FAber Petrus laudatus. p. 455. 461. 462.
—— notatus. pag. 463.
Fabricius. Gabriel laudatus. p. XVI. CXXVI. CXXVIII. 3.
Fabricius Joh. Albertus laudatus pag. 211. 212. 220. 225. 226. 338.
Fabricius Johannes laudatus. pag. 93. 96. 100.
Falconerius Octavius laudatus. p. 449. 462.
Festum aequinoctii verni apud Aegyptios gentiles, qui descendebant in Nilum aquam haustum. pag. CLVI.
—— simile festum celebrant hodie Christiani, si fides Jablonskio. ibid.
Festum tabernaculorum apud Hebraeos. pag. 187.
Fides in Christum dicitur opus Dei. pag. 68. & 73.
—— dicitur cibus in aeternum manens. ibid. & pag. seqq.
—— exponitur catholico sensu contra Socinianos. pag. 77. & seqq.
—— exponitur item contra Lutheranos, & Calvinianos. pag. 80. & seqq.
Fourmontius laudatus. pag. CXXXVII. CXLIII.
Fragmenta Graeco-Coptica Evang. Johannis ex museo Borgiano aetate paria videri possunt Codici Alexandrino Londinensi N. T. pag. 102.
—— evincuntur coaeva multis aliis argumentis in praefatione. p. CXIII. ad CLI.
—— Suppleta ex pericope quadam evangelii Sancti Joh. Copto-Thebaica ex Aegypto nuper advecta. p. 293. & seq. Vid. *Codicum Copticorum fragmenta*.
Fratrum nomine non monachi solum, sed & omnes Christifideles intelligebantur. pag. 441.
Fulgentius Sanctus vindicatus a Basnagii calumnia. pag. 159. & seqq.

G

GAleus Thomas laudatus. p. CXXVII.
Gallonius Antonius laudatus. pag. CIV.
Garampius Iosephus Card. laudatus. pag. XXX.
Garbelus Philippus laudatus. pag. 170. 171. 190. 198.
Garnerius Iohannes laudatus. p. 117.
Gazaeus P. laudatus. pag. 444.
ϫⲃⲓⲛ idem est ac *macula*. p. 447. 460.
Gemma cum lemmate Graeco ad Orum pertinente a Boniurio explicata. pag. 391.
Georgius Christianus Sigismundus laudatus. pag. 173. 185.
Gladiatorum ludi a Constantino vetiti ann. 325., Antiochiae primum ann. 328. restituti, dein Romae, ubi usque ad ann. 403. viguerunt. p. 463.
Goar Iacobus laudatus. pag. 333. 340. 347. 351. 367. 370. 372. 373. 375. 377. 383. 384. 385. 386. 396. 397. 400. 401. 402. 403. 404. 409. 418. 420. 421.
Gothofredus Iacobus laudatus. p. 388. 389. 390.
Grabe Ernestus laudatus. pag. CXIII. & seqq. 67. 102. 302. 326. 336. 407.
Graeca lingua Monachi Thebaei in liturgiis utebantur. pag. CXXI. 383.
—— saec. V. VI. & VII. Graeca lingua, & scriptio extremum pene fatum subiit. pag. CXIV.
Graecae litterae. Vid. *Litterae*.
Gratia praeveniens nomine τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς a S. Ioh. Chrysost. appellata. pag. 105.
—— ejusdem necessitas. pag. 111. 114. 119. 122.
—— ejusdem gratuitum beneficium. pag. 125.
—— non est irresistibilis, & ineluctabilis. pag 127. & seq.
Grotius Hugo laudatus. pag. 213.

— casti-

—— castigatus. pag. 220. 221. 222.
Guffetus Iacobus laudatus. pag. 191.
Gutbirius Aegidius laudatus. p. 195.

H

HAbert Isaacus laudatus. pag. 404. 406. 445. 446.
Hammondus castigatus. pag. 221.
Harmoniae evangelicae quis auctor. pag. 216.
Hebraicae voces in Copticas commutatae. pag. XLIII. 298. 299. 320. 336. 446.
Hegumena mater, seu Archimandrita in monasteriis Tabennesiotarum sanctimonialium. pag. 352. 377.
Heraclea superior urbs Aegypti. pag. XXIX. & seqq.
—— altera inferior. p XXXI. & seqq.
Hiliigerus laudatus. pag. X.
S. Hippolyti marmorea sedes Vaticana cum inscripto ipsius canone paschali. pag. CXXVII.
Hoffmaysterus P. Johannes laudatus. pag. 424. 442 454. 455.
Holocottinus nummus, seu solidus aureus. pag. CVII.
Homeri duo versus ex dissecto Iliadis codice. pag. CLI.
Homilia XVII. S. Ioh. Chrysostomi in epistol. S. Paulli ad Hebraeos in linguam Copto-Thebaeam translata ex fragmento Borgiano. p. 420. & seq.
—— cohaeret fragmento alteri bibliothecae Nanianae, quod exhibet reliquias ejusdem homiliae, conjuncta ejus parte cum fine homiliae XVI. pag. 457. usque ad calcem operis.
ϩⲱⲛ significat *praecipere*. p. 395.
Horus idem ac Apollo apud Aegyptios. pag. CI. 391.
—— eidem gemma insculpta cum Graeco lemmate. pag. 391.
Hottingerus Ioh. Henricus laudatus. p. X.
Huntingtonus laudatus. p. XIX. XXIV.
Hwiidius Andreas Christianus laudatus. p. XV. XVI. CXLII. 37. 134. 172. 182.
Hyde Thomas laudatus. pag. 464.

I

IAblonskius Paullus Ernestus laudatus. pag. XIV. XVII. XVIII. XIX. XXVIII. XLV. LV. CXXXII. CXXXVIII. CLIV. CLV. CLVI. CLVII. 321. 417. 447. 456.
—— notatus. pag. XXV. CXL. CLVII.
S. Iacobi commemoratio occurrit solummodo in liturgia Copto-Thebaea Borgiana. pag. 329.
—— liturgia eidem tributa. pag. CXXV.
Iansenius Gandavensis notatus. p. 222.
Ibis exprimebat secundum quosdam primae litterae, idest Ⲑ, vel Θ, formam apud Aegyptios. p. CXXXII, & seqq.
—— aut potius litterae Ⲁ. p. CXXXV. CXXXVII. & seq.
—— eius figurae variae. p. CXXXVIII. & seq.
Ieiunium quadragesimale commune omnibus Christianis IV. & V. saeculo. pag. 441.
Illustris titulus quibus tributus. p. 388.
Imperatores Christiani quibus titulis in Graecis Byzantinorum liturgiis decorati. pag. 384.
Infantibus an sit danda eucharistia. pag. 142. & seq.
Inscriptio Graeca pro salute Antonini Imp. pag. XXVIII.
Inscriptio Graeco-Aegyptia Christiana. pag. XXIV.
Inscriptiones βουστροφηδὸν exaratae. pag. CXXXVII.
Invocatio Spiritus Sancti super eucharistica dona. pag. 317.
S. Ioh. Chrysostomus vindicatus a Maldonati prava interpretatione. p. 110. & seq.
—— eiusdem homilia XVII. in epist. S. Paulli Ap. ad Hebraeos in linguam Copto-Thebaeam translata, ex fragmento Borgiano. pag 420. & seq.
—— cohaeret hoc fragmentum fragmento alteri bibliothecae Nanianae, quod exhibet reliquias eiusdem homiliae, coniuncta eius parte cum

fine homiliae XVI. praecedentis. pag. 457. usque ad calcem operis.
Iohannes I. Hemula dictus Episc. Alexandrinus. pag. XL.
S. Ioh. Lycopolita sic dictus a Lyco superioris Thebaidis monte, ubi erat inclusus. pag. 389.
—— auctor sermonum quorumdam. pag. CLXV. & seq.
—— forte idem ac S. Scenutes, seu Shenutes. p. CLVIII. & seq. CLXIX. & seqq. 391.
Iohannes II. Niciota dictus episc. Alexandrinus. pag. XL.
Iovis Ammonis cultus deletus Iustiniani Imp. opera inter Thebanos Aegyptios. pag. LXXII. & seqq.
—— eius oraculum in Avasis, sive Augilae urbe. pag. LXXIV.
—— eius templum infra Nubiam. pag. LXXXVI.
Isaiae locus ab haereticorum falsa interpretatione vindicatus. pag. 122. & seq.
Isidis nomine male quidam censuerunt terram fuisse expressam. p. 417.
Iudaeorum caecitas, & durities male excusata a Maldonato. pag. 104. & seq.

K

Kircherus Athanasius notatus p. 2.
—— laudatus. p. III. VI. XVII. CXXXV. CXXXVII. CLXXIX. 449.
Kocher Iacobus laudatus. pag. XIV.

L

Lambecius Petrus laudatus. pag. CXXX. 419.
Λατρεία sacrificium in specie significat. pag. 400. 405.
Lectoris officium in ecclesia Scythopolitana. pag. CXXI.
Leighius Eduardus laudatus. p. CLVIII. 400.
Lemniscus ÷ supplementum litterae ⲛ. pag. CLXXIX. 302. 326. 327. 340.
Libertas hominis ab efficaci Dei gratia non tollitur. pag. 128.
Limborchius castigatus. p. 84. & seqq. 123.
Lindenbrogius Fridericus laudatus. pag. 464.
Lineolae horizontales litteris Copticis consonantibus desuper positae ad deficientes vocales indicandas. p. XXXVII. CLXXIX. 2. 298. 301.
Lineolae semicircolaris usus. p. 301. 322.
Litaniae in liturgiis insertae. pag. 351. & seq.
Litaniae liturgicae Thebaeae Borgianae videntur pars Diaconici codicis. pag. 350. & seqq.
Littera ⲁ Aegyptiorum forte antiquitus ut prima alphabeti littera exprimebat triangulum, & cor, quae duo erant ibidis signa. p. CXXXV. CXXXVII. & seqq.
—— eidem triangularis figura convenit. p. CXXXVI. & seqq.
Littera Copta ϫ pro ϯ scripta. pag. 327.
—— eius figura triangularis. p. CXXXV. & seq.
Littera Copta ⲉ in ϫ commutata. pag. LVI. 453.
—— eadem commutata in ⲏ. pag. 448.
Littera Copta ⲓ commutata a Thebaeis in ⲉ. pag. XXVI.
Littera Copta ⲟ in ⲱ commutata. pag. 327. 395. 453.
Littera Copta ϥ *fei* cum Graeca φ commutata, propria Aegyptiorum. pag. XLVI. & seq.
—— eadem in ⲃ commutata. pag. LVIII. 326.

Litte-

Littera Copta ϩ pro asperante littera habita semper est . pag. CXLVIII.

Littera Copta ϣ cum ϫ commutata . pag. CLV.

Littera Copta ϫ saepe vicem articuli praepositivi sustinet . pag.456.

Littera ⲑ, vel θ iuxta aliquos habita ut prima alphabeti Aegyptiorum , quod ibidis , & cordis figura exprimeretur . pag.CXXXII. & seqq.
—— cur Mercurio conveniens haberetur . ibid.
Littera Graeca α qua forma exarata saeculo IV. pag.CXXX. & seqq.
Littera Graeca γ in ν ante χ commutata . pag.449.
Littera Graeca μ ante ψ inserta ab Aegyptiis scriptoribus . pag. 385. 393.
—— Eius forma curva minor inter antiquiores habenda. p.CXLI. & seqq.
Littera Graeca ν addita verbo ἐςὶ , & tertiae cuique personae praeteriti perfecti , atque aoristi singularis , etiamsi littera sequens consonans sit . p.67. 120. 135. 168. 173. 174. 232.
Littera Graeca π in κ commutata . pag. 171.
Littera ϛ sexta in alphabeto numeralium . pag. XLIX.
Littera Υ , sive υ quomodo configurata apud Graeco - Coptos scriptores . pag. 204.
Littera ℵ Phoenicum *aleph* dicta , & bovis figura expressa , quod eodem nomine ipsi & primam alphabeti litteram , & bovem exprimerent . pag. CXXXIII. & seq.
Litterae Coptae additae alphabeto Graeco , an sint ex antiquis elementis vulgaris scripturae Aegyptiorum . pag. XLVIII. & seq.
Litterae Graecae a Coptis adscitae . pag. XLIII. & seqq.
Litterarum Copticarum commutationes aliae . pag.CLXIV. 337. 342. 394. 449. 454. 456.
—— earumdem aspiratarum commutatio in lenes Thebaeis familiaris . pag. XXXV.
—— earum ordo varius . pag.XLVIII.
Litterarum Graecarum commutationes ex vitio pronunciationis . pag. 199. 379. 411. 454.
Litterarum Graecarum vocalium commutationes in codd. mss. praesertim Aegyptiorum . pag.CXLIV. 102. 104. 121. 139. 174. 179. 181. 183. 202. 345. 373. 390. 399. 411. & seq. 453.
—— tum & consonantium . p.CXLIV. 199. 326. 327. 337. 342. 399. 411. & seq.
Liturgia fragmenti Coptici Borgiani e Graeco translata ad usum monasterii alicuius in Thebaide , forte in Nubia siti . pag.CXXI. & seqq. CLXXIV. & seqq. 322.
—— forte derivata ex Hierosolymitana . pag.329.
—— antecedit tempora concilii Chalcedonensis . pag.CXXI. & seqq. 330.
Liturgia vetustior Thebaea diversa est a liturgia Byzantinorum , sive S.Ioh. Chrysostomi . pag.899.
Liturgici dies sabbatum , & dominica apud Aegyptios monachos . pag.294. 445.
Liturgicum officium super aquas quo tempore celebratum apud Memphitas . pag.CLXX. 294. 390. & seq.
Liturgiae non ab eorum nominibus , sed ab ecclesiarum usu , & approbatione auctoritatem accipiebant . pag. 399.
—— ediscendae erant memoriter ab iis , qui ordinandi erant sacerdotes . pag.410.
—— diaconi multas earum partes recitabant . Vide *Diaconi* .
—— ex Graeco fonte , & ex Marci dicta , Alexandrinae ecclesiae propria manarunt . pag.CXXV. CLXXIV.

ⲗⲱⲃϣ idem ac *incendo* . pag. CLXXVI. 318. 323.
le Longus Iacobus laudatus . pag. 164.

Lucaris Cyrillus Patriarcha Alexandrinus, & Proteſtantium communioni addictus. pag.XCII. & ſeqq.

Ludolphus Iobus laudatus. pag. VII. IX. CIV. CLXIX. CLXXI. CLXXVIII.

Lupus Chriſtianus laudatus. pag. 117. 334.

Lutherus Martinus caſtigatus, p. 162. & ſeqq.

Lycopolis urbs Aegypti. pag. CLXIV. & ſeqq.

M

de Magiſtris Simon editor Danielis ſecund. LXX. pag. XV.

Maillet laudatus. p. LXXX. LXXXVI.

Maldonatus Iohannes laudatus. p.103. 139. 162. 163. 169. 170. 171. 186. 187. 189. 190. 265.

—— caſtigatus. pag. 104. & ſeqq. 142. 144.

Manducatio ſpiritualis extra ſacramentum eſt fides in Chriſtum. pag. 68. & ſeqq.

Manducatio ſpiritualis, & ſacramentalis in Euchariſtiae ſacramento a S.Auguſtino aperte tradita. pag.151.

Marcus Baſilidianus praeſtigiator. p. L.

Marinius Caietanus laudatus. p. XXX.

Martenius P. Edmundus laudatus. pag. 375.

Matthaei S. Abbatis Aſphon Latonopolis vitae fragmenta duo, Nanian. unum, Borgian. alterum. p.LXXXIV.

Matthaei Chriſtianus Fridericus laudatus. pag. LXII.

Mazochius Alexius Symmachus laudatus. pag. CXXXVII. CXLVII.

Meigeſerus laudatus. pag.417.

Menedemi factum traductum audacter ad Chriſtum Ieſum. pag.189.

Mercurio conveniens habebatur apud Aegyptios prima ipſorum littera ϴ, ſeu Θ, initium τȣ Θωθ, quo nomine & Mercurium, & primum totius anni menſem exprimebant. pag. CXXXII. & ſeq.

Μερίδες, particulae euchariſticae invicem miſſae ab Epiſcopis paſchatis tempore. pag.405.

Meurſius Iohannes laudatus. pag. CLX. CLXIV. 367. 376. 377. 389. 399.

Michaëlis Eques Ioh. David laudatus. pag. 37. 66. 102. 103. 120. 121. 122. 134. 135. 136. 138. 162. 164. 167. 168. 169. 172. 173. 174. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 232. 233. 234.

Millius Iohannes laudatus. pag. LXVII. CXXIX. CXLV. 66. 196. 203. 210. 218. 226. 229.

—— notatus. pag.201.

Mingarellius P. Ioh. Aloyſius laudatus. p. VIII. XVI. XIX. XXII. XXXV. XXXVI. XXXVII. XXXVIII. XLI. XLIII. XLVIII. LI. LXXXII. CLXII. CLXIII. CLXIX. 295. 298. 319. 324. 375. 447. 449. 451. 452. 453. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 466.

—— notatus. pag. LXXXIII.

le Moine notatus. pag. 321.

Monachi ſuperioris Thebaidis quoad partem maximam ſub regula S. Pachomii. pag.352. 363. 409. 443. 444.

—— iidem Graeca lingua in liturgiis utebantur. pag.383.

—— utebantur vernacula in inauguratione Archimandritae. ibid.

—— eorum ieiunium mire rigidum erat. pag.442.

—— habebant claſſes poenitentium. pag.443.

—— in eorum eccleſias ingreſſus datus exteris quibuſque. pag.444.

Montfauconius P. Bernardus laudatus. pag. IV. XLV. XLVII. XLVIII. XLIX. LI. CXVII. CXX. CXXII. CXXX. CXXXVII. CXXXIX. CXLI. CXLII. 67. 102. 115. 120. 200. 204. 205. 302. 352. 389. 398. 401. 422. 426. 431. 432. 434. 435. 445. 454. 462. 464.

Morinus Iohannes laudatus. pag.378.

Moyſis etymologia ex vocibus Aegyptiis petita. pag.174.

—— eius nomen multifariam expreſſum. pag. CXLIV. 266. & ſeq.

Münter Fridericus laudatus. pag. XV. XVI. XXII. 230.

N

NAnianorum Copticorum codicum reliquiae. pag. XVI. XXII. CLXV. 457. Vide *Mingarellius Ioh. Aloysius*.
—— horum codicum fragmentum adductum, & illustratum. p. LXXXIII. CLXIII.
Nanius Eques Iohannes laudatus. pag. XXII.
Νεοφωτίςων nomine baptizati nuncupabantur. pag. 375.
Nigritae populi Aethiopes supra Aegyptum habitantes. pag. LXXVII. & seq. LXXXI. LXXXIX.
Nili exundationis tempus. pag. CLXX. 294. 327.
—— aquarum ipsius impetus in superiori Aegypto ad cataractas expressus voce ⲙⲟⲩⲛⲉⲓⲟⲟⲩⲉ. p. 320.
—— in sacris scripturis flumen per excellentiam vocatus. pag. 320.
—— eiusdem varia nomina. pag. 321.
—— habitus ut Deus, & auctor fecunditatis. pag. 391.
—— animalia eius alumni, & incrementi praenuncii. pag. 392.
—— illius incrementi altitudo, & gradus. pag. XXIV.
—— in eum descendebant Aegyptii gentiles hausturi aquam, festo recurrente in aequinoctio verno. pag. CLVI.
ⲛⲓϥⲉ idem ac *inspirare*. pag. 336.
Νόμοι vocabantur in Aegypto regiones, in quas partita erat. pag. 388.
—— eorum nonnulli. pag. XXVIII. XXXI. XXXII.
Norisius Card. Henricus laudatus. pag. 114. 117. 127. 142. 143. 146. 147. 148. 150. 154. & seqq.
Nota senarii numeri ϛ. pag. XLIX. & seqq.
—— nova huius numeri forma ex Guillelmo Boniurio. pag. LII.
Novatiani haeretici a sacrilegae fraudis nota absoluti. pag. 224.
Nubii, sive Nobatae in Ammoniacae regionis finibus. pag. LXXXVII.

O

OBelorum significatio in codicibus mss. pag. 206. & seq. 302. 326. 327. 340.
Ode Iacobus laudatus. pag. 341.
Opus Dei dicitur fides in Christum. pag. 68. & 73.
Oratio dominica dialecto Thebaeorum. pag. CLXXVII. 413. ad 420.
—— recitatur haec oratio in liturgia penes omnes Ecclesias. pag. 413.
Oratio pro catechumenis. p. 375.
—— pro sanctimonialibus. p. 376.
—— pro Archiepiscopo. p. 380.
—— pro Archimandrita. p. 382.
—— pro Rege, seu pro Imperatore. pag. 384. & seqq.
—— pro tota domo Caesarea. p. 386. & seq.
—— pro praefecto regionis. pag. 387. ad 390.
Orus numen Aegyptiorum. Vid. *Horus*.
Osculum pacis in liturgia Ecclesiae suae a Christo ipso relictum. pag. 278. & seq.
ⲱⲧⲛ, vel ⲟⲩⲧⲛ ⲉϩⲟⲩⲛ, idem ac *obsidere*, *concludere*, *circumstringere*. pag. 450.
Oudinius notatus. pag. XCIII. & seqq.
Oxyrinchus civitas sub Graeco Ptolemaeorum imperio, & dein metropolis apud christianos Coptos. p. LXXXII.

P

PAbau princeps Thebannensium monasterium. 368.
S. Pachomius auctor instituti monastici, sive coenobiticae vitae, in Thebaide. pag. VII. LIV. CLIII. CLV. 352. 363. 409. 443. 444.
Pachon Aegyptiorum mensis respondens maio nostro. pag. XXXVIII. & seq. XLI. & seq. CLXX.
Paëse S. Abbas. pag. XXVII. C.
—— eius acta, a pag. CV. ad CIX.
—— eius amicus Paullus. pag. CIII. CVIII. CIX.

— eius

— eius nomen apud Aethiopes Esi dicebatur. pag. CIV.
Παγάρχου nomine intelligitur praeses pagi, vel vici. a pag.387. ad 390.
Pagninus Sanctes laudatus. p.319. 450.
Paini, vel Paoni Aegyptiorum mensis respondet iunio nostro. pag. 295. Vid. & pag.XXXVI. & CLXX.
Palaemon anachoreta Thebaidis. &S.Pachomii magister. pag.CLIII. & seq.
Palatii nomen unius Caesareae domus proprium. pag. 386.
Pallavicinus Card. laudatus. pag.157.
Panis nomine corpus Christi indicatur. pag.137. 277.
— apud orientales, & Aegyptias Ecclesias ipse Filius Dei intelligebatur. pag. 268.
— ἐπιούσιος *supersubstantialis* in Copticis versionibus *crastinus*, & *futurus* redditur, ut significetur vita aeterna. pag.417. & seq.
Panvinius Onuphrius laudatus. p.462. 464.
Papadopoli Comnenus Nicolaus laudatus. pag. 226.
Papae nomen tributum Patriarchae Alexandrino saeculo III., & deinceps. p.380. & seq.
— tributum in occid. etiam aliis Episcopis. ibid.
— tributum & presbyteris penes Africanos, Graecos, aliosque. p.C.
— postmodum in universa cathol. ecclesia proprium factum est unius Rom. Pont. pag.381.
Papyrus Aegyptiaca graece exarata. pag.XVI. XXVI. & seqq. XXXIII. XLVI. LII. CV. CXLVIII.
Παῤῥησίᾳ λαλεῖν, *in publicis coetibus loqui* a nonnullis exponitur. p.283.
Passioneius Card. Dominicus laudatus. pag. 422.
Patriarchae nomen Alexandr. Episcopo quando tributum? pag.381.
Paulli Apostoli locus (I. ad Timoth. cap.III. v.15.) a Ioh. Clerici interpolatione vindicatus. pag.5.
Paullus amicus Paësis. Vid *Paëse*.
Peccata ignorantiae. pag.398.
Pelagianorum, & Semipelagianorum errores de gratia Christi refutati. p. 110. 111. 113. 118. 123. 125. 128.
Petavius Dionysius laudatus. pag.CXIX. 112. 113. 114. 115.
— notatus. pag.142.
Petraeus Theodorus laudatus. pag. X. XVII.
Petri Fullonis trisagium Thebaice. pag. CXIX.
S. Petrus Alexandrinus ultimus Martyrum in Aegypto. pag. CXI.
Pfaffius Christophorus castigatus. p.80. 86. 88. & seqq.
Phamenoth mensis Aegyptiorum respondens martio nostro. pag. CLVI.
Phile Episcopus, & Martyr Thmuitarum. pag. VIII. & seq.
Philodemi opus *de rhetorica* in papyris Herculanensibus. pag. CXLII. & seq.
Picquesius Ludovicus laudatus. pag.VI. VII. X. XVII. XVIII. XXIII. XXIV. LXXV. LXXXVIII. CLXXVIII. 414. 416. 418.
Plutarchi locus illustratus. pag.CXXXV.
— emendatus. pag. CLVI.
Poenitentiae gradus erant inter monachos. pag.443. & seq.
Potterus Iohannes laudatus. pag.338.
Praedestinatio gratuita. pag.107. 119.
Praeparatoria, seu prooemia ad sacram liturgiam. pag. 400. & seq.
Presbyteri quo tempore instituti fuerint Archimandritae, & Deuterarii monachorum Thebennensium. pag. 368. & seqq.
S. Procopius primus Palaestinorum Martyrum. pag. CXXI.
Prophetae gentilium qui. pag.CLVII.
ⲡϭⲱⲗⲡ ⲉⲃⲟⲗ an praeter alia significate etiam possit *interruptionem*. pag.394.

Q

Quaestionarii, idest carnifices, & tortores. pag. CI.
le Quiennius P. Michaël laudatus. pag. XXIX. XXXII. XL. XLI. LXXIV. LXXV. XCII. 380. 381.

Raco-

R

RAcotis urbs Aegypti. pag. XXXV. XXXIX.
Reiſnerus theologus Lutheranus inſignis. pag.154.
Relandus Hadrianus laudatus. pag. XI. 167.
Renaudotius Euſebius laudatus. pag. IV. IX. X. XI. XVII. XXI. XXXIX. XL. LXXVI. LXXXV. LXXXVIII. LXXXIX. CXIV. CXXI. CXXV. CLXXIV. CLXXV. 152. 155. 161. 302. 303. 316. 317. 318. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 329. 330. 331. 334. 340. 346. 347. 348. 349. 352. 372. 373. 374. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 394. 396. 397. 398. 399. 404. 408. 410. 413. 418. 421. 448. 455. 456.
—— defenſus. pag. LXXVIII. & ſeq.
ⲣⲓ ſignificat *cellam eremiticam*, aut etiam *clauſum*, quo morbidae oves a ſanis ſegregantur. pag. 449.
Rigordius laudatus. pag. CXXXVII.
de Roſsan Schmidtius laudatus. pag. XVII. XVIII. XLII.
de Roſsi Ioh. Bernardus laudatus. pag. XIV. 3.
Ruinart Theodericus laudatus. pag. C. CI. CIX. CX. CXXI.

S

de SAintes Claudius laudatus. p.455.
ϣⲁⲓⲣⲉ idem ac *cubile*. p.447. 449.
Salmaſius Claudius notatus. pag. CLVII. 385.
—— laudatus. pag. X.
Samaritae aderant conficiendis rationibus, confectiſque ſubſcribebant. pag. 201.
Sancta ſanctis (τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις) acclamatio liturgica omnium eccleſiarum orientalium poſt perfectam oblationem, & ante communionem. p. CLXXVIII. 420. ad 424. 445. 455.
Sancti, quorum nomen quis gerebat, in liturgiis commemorati. pag. 330.
Sanctorum commemoratio in liturgiis ad interceſsionem ipſorum expetendam. pag. 328. 334.
Sanctos in caelo verſantes nobiſcum Euchariſticum ſacrificium offerre antiquiſsima eſt doctrina Patrum. pag. 328.
Saul, ſeu Sahel civitas prope fluvium Almonha in Aegypto. p. LXXXIV.
Scacchus Fortunatus laudatus. p. 66. 68.
Scenutes, ſeu Shenutes Abbas. pag. CLIV. & ſeqq. 294. 295.
—— forte idem ac S. Iohannes Lycopolita. pag. CLVIII. & ſeqq. CLXIX. & ſeqq. 391.
—— auctor ſermonum quorumdam. pag. CLXV. & ſeqq.
Schmidtius. Vid. *de Roſsan*.
Schow Nicolaus laudatus. pag. XVI. XLVI. LII. CV. CXLVIII.
—— notatus. pag. XXVI. & ſeqq.
Sedere, ideſt componi ad iudicandum. pag. C.
Seldenius Iohannes laudatus. p. 226.
Seraphim nomen ſerpentibus, & angelis commune. pag. 343.
Serapis in gemma Graeco-Aegyptia. pag. 392.
Serpens Evae deceptor *reptilis* nomine deſignatus a Thebaeo interprete ſacrae liturgiae. pag. 342.
—— forte boni alicuius Angeli formam accepit, cum nomen hebraicum *Seraphim* ſerpentibus tributum beatorum Angelorum ordini etiam adhaeſerit. pag. 343.
Severus Monophyſitarum patronus inauguratus Epiſc. Antiochiae. p. XL.
Σφραγίζειν apud liturgicos ſcriptores idem eſt, ac *cruce ſignare*. p. 346.
Sphaeromachia, gymnici ludi ſpecies duplex. pag. 461. & ſeq.
ϣⲓⲃⲉ idem ac *reformare*. p. 318.
Siphonis quale ſupplicii genus. p. CIV.
Simonius Richardus notatus. pag. 143. 200. 215. 218. 224.
—— laudatus. pag. 207. 209.
Slichtingius caſtigatus. pag. 75. 123.
Smith Thomas. pag. V.

Sociniani haeretici oppugnati . pag. 70. & ſeqq. 73. 75. 77. 122. 123. 125. 164. 166.
Sozomeni locus illuſtratus . p.XXXII.
Spanhemius Ezechiel laudatus . pag. CXXXI.
Spirituum aſperorum uſus, & antiquitas . pag. CXLVI. & ſeqq.
—— eius formae variae . ibid.
Σπουδικόν . Vid. Δεσποτικὸν .
Srimgerius laudatus . pag. 388.
Stephanus Henricus laudatus . pag. 385. 406. 407. 462.
Στρατυλάτης, magiſter militum . pag. CVIII.
Syriaca verſio novi teſtamenti Philoxeniana a Thoma Heraclienſi recognita, & collata Alexandr. pag. CXXIV. 197. & ſeqq. 220. 282.

T

Tentyris urbs Aegypti . pag. XXXVI.
Thebaei Dioſcori factioni addicti . pag. XXXIX.
Thebaidis dux, ſeu praeſes . pag. C. CI. CVIII.
—— in ea magnus chriſtianorum numerus deſinente II. Chriſti ſaeculo . pag. CLII. & ſeq.
Thecla ſcriba codicis Alexandrini Londinenſis V. & N. T. pag. 162.
—— ex fragmento Borgiano id certius detegitur . pag. XCII. uſque ad CXIII.
—— eius acta . pag. XCVII. & ſeqq.
—— eius frater Abbas Paëſe . ibid.
Theodori Mopſueſteni locus ab auctore interpretatus . pag. 116.
—— eiuſdem errores refutati . p. 116. & ſeqq.
Theolus Ioſephus laudatus . p. CXXXIV.
ⲑⲉⲟⲧⲱⲕⲟⲥ per ⲱ *mega* ſcripta vox, forte ut diſcerneretur Θεοτόκος a Θεότοκος . pag. 327.
Thmuis civitas Aegypti . pag. VIII.
Θωθ, quid ſignificaret apud Aegyptios . pag. CXXXII. & ſeq.
Tilamon mons ad latus occidentale Nili, ſive Ammonis mons . pag. LXXXII. & ſeq. CLXIV.
Tillemontius P. Sebaſtianus laudatus . pag. VIII. XXX. CX. CLII. CLIV. CLVIII. CLXI. CLXIX. CLXX. CLXXI. 215. 331. 343. 351. 367. 368. 371. 444. 463.
ⲧⲱⲃⲉ Tobe menſis Aegyptiorum reſpondens ianuario noſtro. p. CXXXIV.
ϯⲕⲁⲣ́ϣ . παρακαλέω, *oro, rogo*. pag. 453.
ϯⲟⲧⲑⲉⲱⲥ, Τιοτθεως, Tiotthes, vicus magnus, poſitus ante Magnam Heracleam in Aegypto . pag. XXIX. & ſeqq.
Toutteus P. Antonius Auguſtinus laudatus . pag. 317. 405. 420. 441. 456.
Tranſubſtantiationis doctrina defenſa . pag. 162.
Triangulum ibidis ſignum apud Aegyptios . pag. CXXXV. & ſeqq.
Τριβώνιον, cucullum forte exprimit . pag. CLX.
Tridentini concilii Patres a Buddaei calumnia vindicati . pag. 94. & ſeqq.
—— a Baſnagii calumnia vindicati . pag. 156. & ſeq.
Triſagium Petri Fullonis thebaice. p. CXI.
Tukius Raphaël Epiſc. Arſenovenſis laudatus . pag. XI. & ſeqq. XX. XLIX. LV. LXIV. 264. 267. 268. 269. 270. 272. 273. 274. 285. 290. 300. 320. 325. 326. 414. 451. 452.

V

Valerianus Pierius laudatus. p. CXXXV.
Valeſius Henricus laudatus . pag. XLVII. CVII. CX. CXXI. CLVII. 371. 383. 386. 406. 444. 463.
Vallarſius Dominic. laudatus. p. CXXVII.
Valperga Thomas laudatus (ſub nomine Didymi Taurinenſis) . pag. X. XV. XIX. XX. XXXV. XXXVII. XLII. XLVIII. XLIX. LV. LIX.
Vanslebe laudatus . pag. CLXIV.
Vicus Apollinis in provincia Thebaidis. pag. XCIX.
Vicus magnus magnae Heracleae ſuperioris in Aegypto . pag. XXIX. & ſeqq.

Vige-

Vigerius Franciscus laudatus . pag. 138.
de Villoison d'Ansse Ioh. Bapt. Caspar laudatus pag. CXLVI.
Unctio nulla peracta ab orientalibus in Episcoporum, & presbyterorum ordinationibus . pag 378.
—— cum monachis vero, & sanctimonialibus a Coptis adhibebatur . p. 407. & seqq.
—— nullam vero maiorem dignitatem haec unctio largiebatur . pag. 409.
Voët Iohannes laudatus . pag. 226.
Wagenseilius laudatus . pag. 193. 196.
Waltonus Brianus laudatus . pag. XCIII. 452.
Welochus Abrahamus laudatus . p. 419.
Wetstenius Ioh. Iacobus laudatus . p. 66.
—— castigatus . pag. XCIII. & seqq. CXXIV. CXXIX. 185. & seqq. 197. & seqq. 218. 220. 222. 231. 274. 281.
Wilkinsius laudatus . p. XI. XVII. LXIII. 266. 270. 272. 273. 283. 291. 414. 417. 419.
—— notatus . pag. IV. & seqq. IX. XIX. LVI. LIX. 265. 267. 271. 282. 284. 285. 286. 288. 290. 292.
Winckelmannius Iohannes laudatus . pag. CXLII.
Winclerus Iohannes Dietericus . p. VII.
Withby Daniel laudatus . pag. 191.
Woide Carolus Godofredus laudatus . pag. XV. XX. XXII. XCIV. & seqq. CXXIV. CXXVIII. CXXX. CXLV. 264. 324. 345.
—— notatus . pag. CXIII. & seqq. & CXLI.
Wolfius Ioh. Christophorus laudatus . pag. 191. 226. 229.
Wolzogenius castigatus . pag. 71. 73. 76. 122. 138. 139. & seqq. 164.
—— laudatus . pag. 190.

Y

Y litterae Graecae forma adhibita in mss. Graecis . pag. 204.

Z

Zaccagnius Laurentius Alexander laudatus . pag. LXXXIX. XCI. CXXIV. CXXVI. CXXIX.
Zelada Franciscus Xaverius Card. laudatus . pag. 193.
Zoëga Georgius laudatus . pag. XVI. CXLI.

AD VIRUM CL.

M. FRIDERICUM MÜNTERIUM

IN UNIV. HAFN. S. THEOL. PROF. PUBL.

ΥΠΟΜΝΗΣΙΣ

Indice vix abſoluto, ecce in manus meas inexſpectato pervenit egregia *Commentatio tua* = *DE INDOLE VERSIONIS N. TESTAMENTI SAHIDICAE* = nuper edita Hafniae. Mirum, quantum praeclara haec lucubratio tua me delectarit! Mihi quidem in ea perluſtranda magnam identidem voluptatem in animo ſuboriri ſentiebam ex ampliſſimae eruditionis tuae floribus, quibus ipſam docte eleganterque ubique ſpargis, & ornas. Hinc non apud me tantum, ſed in tota, uti auguror, litteraria republica magna tibi erit nominis fama, atque celebritas. Illa tamen *indoles Sahidicae verſionis*, quam *latinizantem* in Thebis Aegyptiis repraeſentas, vereor, ne tui magis ingenii, tuaeque induſtriae niſibus, quam germanae ipſi, atque nativae origini, formaeque ſuae reſpondeat. Neque enim meum in animum inducere poſſum, ut credam priſcos illius auctores, ſecundo, aut etiam tertio ineunte eccleſiae ſaeculo, uſos fuiſſe codicibus graecis ab eo uſque tempore in Thebaide latinizantibus. Wetſtenius ipſe (1) omnium in hoc cenſendi genere animoſior, epocham ſuſpicionum ſuarum de latinis lectionibus in graecos codices Aegyptiorum invectis, non altius auſus eſt exordiri, quam a *Romano* itinere magni Athanaſii. At utraque & Memphitica, & Thebaica verſio longe vetuſtior eſt Athanaſii aevo. Sed ſatis de his; me enim ad ſe quam celerrime vocat tuae ipſius laudatae *Commentationis* p.16.

Duae inter ceteras ibi *Sahidicae* lectiones occurrunt, quae medica manu tua, ut priſtinae integritati reſtituantur, indigeant. Prior eſt ad v.33. cap.VI. Evang. S. Ioh., quam ſic graece ver-

(1) N. T. G. tom.1. in *Prolegom.* pag.19.

vertis : ὁ γαρ αρτος ΤΟΥ ΥΙΟΥ τοῦ Θεοῦ. Haec a Thebaico textu aperte discedit. Is enim ita se habet = ⲡⲟⲓⲕ ⲅⲁⲣ ⲡⲉ (sine nota genitivi in casu recto) ⲡϣⲏⲣⲉ ⲙⲡⲛⲟⲩⲧⲉ : quae si graece reddere velis, dices : ο αρτος γαρ Ο ΥΙΟΣ (& non του υἱου) του Θεου. Altera est ad v. 12. cap. VIII. απεκριθη λεγων αυτοις. Quid vero? Neque haec respondet Thebaicae versioni, quae legit : ⲓ̂ⲥ ϭⲉ ⲟⲛ ⲁϥϣⲁϫⲉ ⲛⲙ̀ⲙⲁⲩ ⲉϥϫⲱⲙⲙⲟⲥ : graece videlicet : Ιησους ουν παλιν ελαλησεν αυτοις λεγων. Veras ego, & genuinas lectiones iam tradidi ad fidem Borgiani codicis pag. 238. & 259., easque diligenter expendi & illustravi pag. 268. & pag. 289. Ne itaque forte fortuna accidat, ut quis, dum tua ac mea legerit, mihi dicam *falsi* inscribere velit, coactus sum, Münteri mi praestantissime, te amicissime admonere de utroque *sphalmate* in graecis tuis interpretationibus Sahidicae versionis cubante.

Quae porro scribere pergis §. 12. ad pag. 75. eiusdem *Commentationis* tuae de *Membranis Ammoniacis* mihi quidem acceptissima sunt. Ubique enim miram mentis tûae aciem, opinandi moderationem, iudicii gravitatem, & splendidae eruditionis tuae copiam, lucemque spirant. Agis heic scilicet de eo locutionis genere, quo Membranae istae scriptae iam olim fuerint? Illud ego *dialectum* Aegyptiacae linguae *tertiam* appello, eamque Ammoniorum, & Psamyritarum, eorum scilicet populorum, qui trans Nilum in Libya Aegyptia fusi versabantur, veluti propriam fuisse coniicio §§. praef. meae XII. XIII. XIV. XV. Eam denique esse opinor, quam veteres Aegyptiorum grammatici & *tertiam*, & *Basmuricam arabice* aliquando dixere. Tu vero ne nomen quidem *dialecti* mereri putas. Quid ita? Mihi primum largiris, *Ammoniacas membranas cum neutra dialectorum Aegyptiacarum hactenus cognitarum penitus convenire* : ais deinde, *illarum discrimen in singulis tantum vocibus*, *in mutationibus vocalium*, *singularumque consonantium palatinarum in primis*, *& dentalium* : ponis tandem *linguae varietatem ex mutatis potissimum ortam esse vocalibus*, *singulisque litteris* : haec omnia mihi das, & tamen non vis totam hanc inter Memphiticam & Thebaicam lin-

linguae varietatem appellare dialectum? An ignoras; viros esse doctissimos, qui diserte tradunt, ex una simplicique pronunciationis varietate, dummodo constans sit, & ex usu certi alicuius populi confirmata, novam singularemque dialectum in communi lingua oriri? At in Ammoniacis, ut eas vocas, membranis varietas a Memphitica, & Thebaica lingua, non ab una tantum pronunciationis diversitate, sed a mutatione vocalium & consonantium, te ipso iudice, repetenda est. Cur ergo eam dialectum non appellaveris? Nonne iisdem fere litterarum mutationibus inter se discernuntur celebriores Graecae linguae dialecti *Dorica*, *Aeolica*, *Ionica*, & *Attica*; licet & aliae peculiares fuerint, uti *Cretensis*, *Boeotica*, *Sicula*, *Cypria*, *Macedonica*, *Thessala*, *Argiva*, *Chalcidica*, *Laconica*, *Pamphilica*, *Syracusana*, quae illustrium scriptorum cultu destitutae, quasi incognitae obsoluerunt? Quamquam non hi uni, sed & alii characteres singularis dialecti in nostris hisce membranis a me observati, perspicue dignoscuntur. Voces enim in oculos frequenter incursant, quae initium simul habent Thebaicum & terminationem Memphiticam. Tu tamen dicis membranarum nostrarum *sermonem*, qualiscumque is demum sit, *appellare te nolle*, *dialectum* Aegyptiacae linguae *tertiam*, *donec plura tandem reperiantur eius vestigia*. Bene est. Has tibi Deus inducias in annos valde multos concedat. Mihi, qui iam aetate & senio pene confectus sum, non de induciis hisce, sed de ultima rerum omnium linea, quae mors est, unice cogitare licet. Tu interea vale, Münteri mi spectatissime. Nam ego te civilis omnis, & sincerae benevolentiae officiis complector; tibique veram in Christo Iesu salutem vehementer exopto.

ERRA-

Bayerische Staatsbibliothek MÜNCHEN

ERRATA, *CORRIGE.*

Pag. VIII. col.2. not.l.17. elarus — clarus

XVIII. lin.23. *uum ſuum* , & lin.27. *upereſſe ſupereſſe*

XXIV. lin.20. *Chrétien Chrétiens* , & lin.33. Beſotius Bugatius

XXVII. col.2. not. l.14. quem — quam

XXX. col 2. l.29. Fabr. — *dele*

XXXV. lin. 4. martem — matrem

XL. col.2. not. l.32. an. ... 313. — 513.

XLVII. lin.27. & 30. & alibi Bruherius — Bouhierius

LXXV. lin.31. *aucoun* — *aucun*

LXXVI. lin. 5. *eelle* — *celle*

LXXIX. col.1. l.44. exteri — exteros

LXXX. col.2. l.34. *Eptanſmodi* — *Eptanomidi*

LXXXI. col.2. l.25. Libya-Aegyptios — Liby-Aegyptios

LXXXII. col.2. l.25. Zamather — Zamacher

LXXXIV. c.1. l.22. quidem , niſi & me — & quidem , niſi me

LXXXV. lin 10. *ont* — *on*

CII. lin. ult. *corpora* — *corpus*

CV. lin. 12. ſcimus . *Poſt hanc vocem adde* :

Verum & id quoque ſcimus ex Liturgico officio *Theotociarum* Romae impreſſo, ubi ad p.41. inter ceteros ſanctos ſolemni ritu ab Aegyptiis una cum *Abba Sora*, & *Abba Psboi* hodieque invocantur ⲁⲡⲁ ⲏⲥⲓ: ⲛⲉⲙ ⲑⲉⲕⲗⲁ ⲧⲉϥⲥⲱⲛⲓ, *ABBAS Eſi* , & *THECLA SOROR EIUS* .

CVII. lin.10. poſt vocem *caelorum* adde : *Propterea nunc ſedens video ſanctos magnum honorem recipere ; quod norint tollere crucem ſuam , ut ſequerentur dominum Ieſum Chriſtum* . Ibid. col.1. lin.33. oleaſtro oleaſtri

ibid. l.36. *ubdividi ſubdividi* , & lin.38. *numſmus numiſmus*

CXIV. lin.20. ὕϛερον πρῶτον — ὕϛερον πρώτερον

CXIX. ad lin. 29. gr. lect. col.1. ſupple verba ſez omiſſa ex Gr. Theb. : Sic & ad lin.9. col.2. verſionis Latinae. Et lin. 4. earum *l.* eorum .

CXXXIV. col.2. l.28. XXVII. — XXVI.

ibid. lin.29. deinde — proinde

CXXXVIII. lin.21. ſtimulis — ſtimuli

CLXV. lin. 1. *coſté à* — *à coſté*

CLXXV. lin.29. vidimus (poſterius) obſervavimus

CLXXXIII. lin.25. *Tertius* — *Tertia*

CLXXXIV. lin.34. *quum* — *quod , quum*

39. lin. 9. Μωσης Moſes — Μωυσης Moyſes

Pag. 68.

Pag. 68. lin. 19.	Hoſt	Hoc
173. lin. 19.	Fabricius	*dele*
181. lin. 34.	ἐπικατάϱοτοι	ἐπικατάρατοι
194. lin. 11.	εὐϱίσκετο εὑρίσκετο, & lin. 21. Εὔρεται	Εὕρεται
200. lin. 24.	ἀρχαχγγέλου	ἀρχαγγέλου
206. lia. 8.	Petavii	Patavio
217. lin. 21.	Graeco	Graeca
223. l. 1.	Eccleſiae Eccleſia, & l. 25. *ajutée* *ajoutée*, & l. 29. *liſie*	*luë*
224. lin. 8.	Origine	Origene
230. lin. 19.	Chriſtophorus Münter	Fridericus Münter
234. lin. 8.	*variatlones*	*variationes*
235. in fine,	adſcenderant	abierant
238. lin. 16.	Panis	Hic panis
253. lin. 14.	ⲧⲁⲩⲟⲓ	ⲧⲁⲟⲩⲟⲉⲓ

254. lin. 7. dixerunt ... miniſtris. *rectius*: miſerunt miniſtros, ϫⲟⲟⲥ, non tantum *mittere*, ut eſt apud La-Croz., ſed etiam *dicere* frequenter in his etiam noſtris fragmentis ſignificat.

267. lin. 14.	ⲡⲁⲉⲓⲟⲧ	ⲡⲁⲉⲓⲱⲧ
271. lin. 18.	πιϛευωϰ	πιϛευων
293. lin. 10.	Evangeliarii	Evangeliſtarii
297. l. ult.	adſcenderant	abierant
298. lin. 19.	Fabricii *dele*, & lin. 22. immo ea	immo &
299. lin. 24.	ⲛⲉⲙⲱⲟⲧ	ⲛⲉⲙⲱⲟⲩ
ibid. l. 34.	Evangeliarii	Evangeliſtarii
300. lin. 4. 6. ult.	Evangeliarii	Evangeliſtarii
305. lin. 28.	conſerva nos ipſos	*adde* una cum illis
310. lin. 23.	manus	manu
328. lin. 21.	*contingunt*	*contingit*
401. lin. 6.	ἄλλα ἀγίων	ἄλλα ἁγίων
405. lin. 16.	Ant. Auguſtinus Turtaeus	Ant. Aug. Toutteus
407. lin. 22.	opinar	opinor
411. l. antepenult.	miſerint	amiſerint
423. lin. 14.	ἀνταῦθά μοι	ἐνταῦθά μοι
432. lin. 15.	ⲉⲓⲉⲥⲟⲩ	ⲉⲓⲉⲥⲟⲩⲛ
447. lin. 5.	ἀκηλιδώτος ἀκηλιδώτους, & l. 22. ſignificet	ſignificat
464. lin. 1.	*Lindnnbrogius*	*Lindenbrogius*

Walter Schelling
Buchbinderei